

INSTITUTIONE
CASAJOANA N. 1.



CASAJOANA N. 1.

INQUIRITIONES
SCOLARITICO-
MUSICALIS

CONDENSATIONES



DE CREATURIS

ET
MUSICALIS

CONDENSATIONES

B839
C3
v. 4
pte. 1

558800




EX LIBRIS

HEMETHERN VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



1080014411



DISQUISITIONES
SCHOLASTICO-DOGMAICAE.

VOL. IV.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DISQUISITIONES
SCHOLASTICO-DOGmaticAE

QUAS EX MSS.

P. VALENTINI CASAJOANA S. J.

COLLEGIT ET ABSOLVIT

P. IGNATIUS SERRA EJUSDEM SOCIETATIS

IN COLLEGIO MAXIMO DEBUSANO.
THEOLOGICAE SCHOLASTICAE PROFESSOR.

VOL. IV.

DE CREATURIS IN ORDINE AD DEUM

PARS I.

DISQUISITIONES QUATUOR

I. (XVI) DE ANGELIS.—II. (XVII) DE PRIMAEO STATU HOMINIS ET LAPSU.—
III. (XVIII) DE HOMINIS OPERATIONE ET REGULA PRAECIPUE
SECUNDUM NATURAM.—IV. (XIX) DE HUMANA OPERATIONE PER
GRATIAM ELEVATA.

SUPERIORUM PERMISSU.




BARCINONE.

APUD SUBIRANA FRATRES, EDITORES
IN VIA REGIA PUERTAFERRISA, 14.

1894.


45006



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
Ciudad Universitaria y Telles
Capítulo Alfonso
Biblioteca Universitaria



APPROBATIO

Ego Joannes Florit, Societatis Jesu presbyter, ex commissione A. I. D. Francisci de Pol, Vicarii Generalis Dioeceseos Barcinonensis, legi librum, cui titulus, *Disquisitiones Scholastico-Dogmaticae, quas legebat Valentinus Casajouana, S. J., pluribus in Academicis Hispanis et caeteris et nuper in Universitate Pontificia Gregoriana Collegii Romani Theologiae Dogmaticae Lector, etc. vol IV, Pars. I.* nihilque in eo quod catholice fidei ac pietati absonum sit deprehendi; imo continuatoris operis incepti disquisitiones quatuor, quae, de Angelis, de primaevo statu hominis et lapsu, de hominis operatione et regula praecipue secundum naturam, ac de humana operatione per gratiam elevata agunt, ob soliditatem, concinnitatem et ordinem commendantur, quae, tum magistri, tum discipuli, non modicam praedictarum materiarum cognitionem brevi tractatione sibi comparare valent: idcirco dignum existimo ut prelo excudatur.

In Collegio Maximo Dertusano Societatis Jesu, pridie Calendas Augusti, anno Dni. MDCCCXCIV.

Joannes Florit, S. J.


DECRETUM

Barcinone 7 Augusti 1894. Imprimatur. — Franciscus A. Pol, Vicarius Generalis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
FONDO DE LIBROS

008355



FONDO F. ESTERIO
VALDEZ BELLEZ

PROOEMIUM.


Duplex est de Deo O. M. cognitio, altera absoluta, qua divinam naturam ejusque attributa, et in illa subsistentes personas consideramus; altera respectiva, qua ipsum Dominum in suis creaturis agnoscimus et mirabilem prædicamus. *Mirabilis, ajebat regius Psaltes (1) facta est scientia tua (i. e. cognitio Dei) ex me; Mirabilia opera tua et anima mea cognoscit nimis.* In præcedentibus secundi et tertii voluminis disquisitionibus de Deo secundum se et de his, quæ ut Incarnatio et sacramenta ipsum prope attingunt egimus; restat ut de ipsis rebus creatis quatenus a Deo sunt et ad eum tamquam in supremum omnium finem tendunt, tractemus. His enim enucleatis, sacram absolvemus scientiam tam absolute, quam respective, et Deum quem omnium rerum causam cognoscimus, finem et terminum supremum omnium creaturarum per Verbum incarnatum confitebimur. *«Deinde finis: cum tradiderit regnum Deo Patri, cum evacuaverit omnem principatum et potestatem, et virtutem.» «Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in somniis (2).»*

Quoniam vero a Deo prodierunt creaturarum genera, spiritualium nempe et corporalium, et tertium quasi commune (3) ex spiritu et corpore constitutum seu hominum; relictis Philosophiæ studiosis, creaturis pure corporalibus; de sois creaturis mere spiritualibus seu de Angelis, et de hominibus, per quos cetera omnia creato Deum laudant et Omnipotentem manifestant, sequentibus disquisitionibus, agendum est. Totam materiam sex disquisitionibus complectemur:

- I.^o De Angelis.
- II.^o De primævo statu hominum et lapsu.
- III.^o De hominis operatione et regula principæ secundum naturam.
- IV.^o De humana operatione per gratiam elevata.
- V.^o De virtutibus infusis.
- VI.^o De hominis statu finali seu novissimis.

(1) Ps. CXXVIII, 6, 14.—(2) 1. Cor. XV, 24, 28.—(3) Læter. 16, cap. Firm.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
SECRETARÍA GENERAL DE BIBLIOTECAS
1970



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

FONDO PATRIAL
MAY 19 1956

INDEX GENERALIS

juxta Disquisitionum Ordinem (1).

DISQUISITIO I.

De Angelis.

CAPUT I.

DE ANGELORUM EXISTENTIA ET NATURA.

	Pag.
Articulus I.—De existentia Angelorum.	1
Thesis I. Praeter creaturas sensibiles, aliae quoque invisibiles, intellectuales, nobis superiores, seu Angeli existunt.	1
Scholion.	3
Thesis II. Angeli a Deo creati sunt in tempore, simul cum mundo corporeo.	5
Articulus II.—De natura Angelorum.	10
Thesis III. Angeli sunt substantiae omnino incorporeae seu adaequate spirituales.	10
Thesis IV. Angeli non sunt compositi tanquam ex forma et materia spiritali.	15
Thesis V. Admittenda est in Angelis compositio metaphysica ex genere et differentia.	17
Scholion.	18
Thesis VI. Angeli sunt natura sua immortales.	18
Articulus III.—De numero et ordine Angelorum.	22
Thesis VII. Angeli sunt in magna multitudine, imo omnes materialium rerum species probabiliter numero superant.	22
Thesis VIII. Angeli inter se specie differunt.	23
Scholion. An sit inter Angelos distinctio numerica.	25
Thesis IX. Datur inter Angelos ordo hierarchicus seu sacer principatus, qui juxta SS. Patrum et theologorum communem sententiam per tres hierarchias et novem choros distinguitur.	27

(1) Adest ad calcem voluminis index alphabeticus.

	Pag.
Scholion I. De proprietatibus et muneribus singulorum ordinum Angelorum.	31
Scholion II. De ratione et modo distinctionis in ordinibus angelicis.	32

CAPUT II.

DE INTELLECTU ANGELORUM.

Articulus I.—De natura cognitionis angelicæ.	33
Thesis X. In Angelo actus intelligendi realiter distinguitur ab ejus substantia.	34
Thesis XI. Potentia intellectiva Angeli est realiter inadæquate ab ejus substantia distincta.	34
Articulus II.—De objecto cognitionis angelicæ.	35
Thesis XII. Angeli naturaliter cognoscunt se, alios angelos et Deum.	35
Thesis XIII. Res materiales naturaliter Angeli cognoscunt. Corollarium.	37
Thesis XIV. Angeli nec futura libera, nec secreta cordium, nisi ab habente jus manifestentur, certo cognoscere valent.	37
Scholion. An res supernaturales seu mysteria gratiæ sint objectum naturale intellectus angelici.	41
Dico I. Res quoad substantiam supernaturales, non possunt naturaliter et evidenter ab Angelis cognosci.	41
Dico II. Res quoad modum tantum supernaturales, sunt ab Angelo naturaliter cognoscibiles.	41
Articulus III.—De medio cognitionis angelicæ.	42
Thesis XV. Angelus se ipsum intuitive per suam essentiam cognoscit, ut vero alia a se distincta, similiter cognoscat, indiget speciebus intelligibilibus superadditis.	42
Corollarium.	43
Thesis XVI. Species mentibus Angelorum impressæ non emanant ab eorum essentia, neque a rebus efficiuntur, sed a Deo infunduntur.	46
Scholion I. Quandonam Angelis species infundantur.	48
Scholion II. De universalitate specierum intellectus Angelici.	49
Articulus IV.—De modo cognitionis angelicæ.	51
Thesis XVII. Angeli in cognitione rerum, quas naturaliter evidenterque intelligunt, non discurrunt; in aliis vero re-	

	Pag.
bus, quas nonnisi conjecturaliter attingunt discursuntur.	51
Corollarium.	52

CAPUT III.

DE VOLUNTATE ANGELORUM.

Articulus I.—De esse et proprietatibus voluntatis Angelorum.	53
Thesis XVIII. Datur in Angelis voluntas libero arbitrio prædita.	53
Scholion I. De natura et objecto voluntatis angelicæ.	54
Scholion II. An in Angelis sit irascibilis et concupiscibilis appetitus.	55
Scholion III. De ambitu libertatis Angelorum.	55
Scholion IV. An Angelus, postquam aliquid plena deliberatione elegerit, sit vi suæ naturæ immutabilis in sua electione.	56
Articulus II.—De loquutione Angelorum.	58
Thesis XIX. Certum est dari inter Angelos veram loquutionem.	58
Thesis XX. Angelorum loquutio ita debet esse libera ut possit unus alteri loqui, quin alii audiant.	59
Scholion I. De modo loquutionis Angelicæ.	60
§ I. Status questionis et quæ sint theologorum sententiæ.	60
§ II. Rationes pro Suaris sententiæ.	61
§ III. Rationes pro sententiâ D. Thomæ.	64
Scholion II. An Angelus possit mentiri.	65
Thesis XXI. Animæ nostræ non possunt naturaliter cum Angelis loqui.	66

CAPUT IV.

DE LOCO, MOTU ET POTENTIA ANGELORUM.

Articulus I.—De loco et motu Angelorum.	67
Thesis XXII. Angeli sunt definitively in loco, eumque propria virtute mutare possunt.	67
Scholion I. De aliquibus proprietatibus ubi angelici.	70
Dico I. Angelus non potest naturaliter esse simul in distinctis locis adæquatis.	70
Dico II. Angeli possunt pro suo libitu constituere se in loco	

	Pag.
minori. maximo suae sphaerae adaequato; imo minori in infinitum.	71
Dico III. Angelus potest per operationem simul esse in pluribus locis inadaequatis inter se distantibus. dummodo intra locum ejus maximum contineantur.	71
Dico IV. Juxta D. Thomam: plures Angeli simul in eodem loco esse non possunt.	71
Scholion II. An Angelus, quin sit in medio, possit esse in locis dissitis inadaequatis.	72
Thesis XXIII. Angeli possunt se movere continue et discrete.	73
Scholion I. An Angeli possint locum in instanti mutare.	75
Scholion II. An Angelus possit devenire ab extremo in extremum aliud distans sine transitu per medium.	75
Scholion III. De celeritate qua Angeli possunt se movere.	76
Articulus II. — De potentia Angelorum.	77
Thesis XXIV. Angeli possunt tum corpora, tum alios Angelos loco movere.	77
Scholion I. An praeter localem, aliam in corporibus mutationem Angeli causare valeant.	80
Dico. Angeli nec generationem substantialem, nec alterationem in corporibus efficere possunt.	80
Scholion II. An virtus movendi se et alia sit nova in Angelis potentia.	81
Dico. Datur in Angelis potentia motiva distincta ab eorum substantia, et ab eorum intellectu et voluntate.	81
Scholion III. Quid possunt Angeli sua virtute motiva.	81
Scholion IV. An Angeli miracula patrare possint.	82
Thesis XXV. Angeli interdum realia et exterius sensibilia corpora assumunt.	82
Scholion I. De natura corporum assumptorum.	84
Dico I. Corpora ab Angelis ordinarie assumpta sunt ex aere aliave simili materia ab ipsis vel divina vel naturali virtute efformata.	84
Dico II. Angelus corpori assumpto non unitur hypostatice, nec ut forma substantialis vel accidentalis; sed ut motor, ad sui personam specialiter representandam.	85
Scholion II. De his quae Angeli possunt per corpora assumpta.	85
Dico. Nequit Angelus corpus assumptum vivificare, potest tamen per illud actiones extrinsece vitales exercere.	85
Corollaria	86

CAPUT V.

DE STATU ANGELORUM SUPERNATURALI DEQUE OFFICIIS BONORUM.

	Pag.
Articulus I. — De gratia et merito Angelorum.	87
Thesis XXVI. Angeli omnes creati sunt in gratia sanctificante.	87
Scholion. De dispositione Angelorum ad primam gratiam.	89
Dico. Angeli per actus proprios se disposerunt ad primam gratiam sanctificantem.	89
Thesis XXVII. Plures Angelorum gratiae correspondentes beatitudinem meruerunt ac consequuti sunt.	90
Scholion I. Quando sancti Angeli gloriam meruerunt.	91
Scholion II. De inaequalitate gratiae et gloriae SS. Angelorum.	93
Articulus II. — De officiis bonorum Angelorum.	94
Thesis XXVIII. Inter sanctos Angelos, superiores illuminant inferiores de rebus supernaturalibus.	94
Scholion. In quo consistat illuminatio.	95
Thesis XXIX. Angeli in hominum custodiam deputantur, ita ut singuli homines suum habeant Angelum custodem.	95
Corollarium.	98
Scholion.	100
Thesis XXX. Ad regnorum et communitatum custodiam speciales Angeli destinantur.	101
Scholion.	102

CAPUT VI.

DE LAPSU POENA ATQUE OFFICIIS MALORUM ANGELORUM.

Articulus I. — De peccato angelorum.	104
Thesis XXXI. Non omnes Angeli in gratia permanserunt, sed eorum aliqui per admissum peccatum ab ea defecerunt.	104
Thesis XXXII. Primum daemoniorum peccatum fuit superbiae.	106
Scholion I. De objecto superbiae angelicae.	109
Scholion II. De communi peccato daemoniorum.	110
Articulus II. — De poenis malorum angelorum.	111
Thesis XXXIII. Daemones post brevem vitae morum ad inferni poenas aeternaliter damnati sunt.	112
Scholion. De loco poenali daemonum.	113
Thesis XXXIV. Daemonum voluntas adeo est in malo obsti-	

	Pag.
nata, ut neque veram poenitentiam de peccato commisso, nec ullum opus moraliter bonum elicere valeat.	114
Scholion. De causa obstinationis.	116
Articulus III.—De ministeriis malorum angelorum.	118
Thesis XXXV. Praecipuum daemonum ministerium est homines tentare, peccandi tamen necessitatem non inducunt.	118
Scholion I. Utrum omnes tentationes ex actione diaboli proveniant.	124
Scholion II. An singuli hominem habeant designatum daemonem tentatorem.	124
Scholion III. De subordinatione et distributione tentantium daemonum.	125
Thesis XXXVI. Daemones hominum corpora aliquando obsequere, certum est.	125
Scholion I. An solum per angelos malos Deus homines punit.	129
Scholion II. De Magia.	130
Scholion III. De Magnetismo Hypnotismo et Spiritismo.	134
§ I. <i>Quae sint illorum phaenomena.</i>	134
§ II. <i>De magnetismi, hypnotismi et spiritismi causa.</i>	138
Dico I. Spiritismi facta, necnon quaedam phaenomena magnetismi et hypnotismi diabolum habent auctorem.	138
Dico II. Aliorum phaenomenorum magnetismi et hypnotismi causam esse diabolum praesumendum videtur.	141
Corollaria.	142

DISQUISITIO II.

De primaevio statu hominis et lapsu.

Prooemium. De rerum origine.	145
--------------------------------------	-----

CAPUT I.

DE HOMINIS ORIGINE.

Articulus I.—De primi hominis creatione.	148
Thesis I. Primus homo a Deo conditus est.	148
Thesis II. Proparentum corpora immediate a Deo formata sunt.	150
Thesis III. Animae hominum sunt a Deo per creationem.	155
Thesis IV. Animae humanae tunc creantur cum corporibus infunduntur.	158
Corollarium adversus transformistas et evolutionistas.	161

	Pag.
Articulus II.—De humani generis propagatione.	167
Thesis V. Adam primus hominum fuit atque ex eo totum genus humanum propagatum est.	167
Scholion. De hominis antiquitate.	176
Dico. Primi hominis creationem non posse extra limites chronologiae mosaicae collocari.	176

CAPUT II.

DE NATURA HOMINIS.

Articulus I.—De esse compositi humani.	181
Thesis VI. Homo est substantiale compositum ex corpore et anima spirituali.	181
Corollarium.	184
Thesis VII. In substantiali hominis composito praeter animam spirituales alia non datur, seu unica est anima in homine.	186
Scholion. Quando anima rationalis corpori infundatur.	190
§ I. <i>Status quaestionis.</i>	190
§ II. <i>Rationis intendentes animam rationalem non infundi in primo instanti conceptionis.</i>	191
§ III. <i>Rationes intendentes animam rationalem infundi in primo instanti conceptionis.</i>	192
Articulus II.—De unione animae ad corpus.	194
Thesis VIII. Anima unitur corpori ut forma substantialis.	194
Scholion I. Utrum in homine sit alia forma praeter animam rationalem.	198
Scholion II. De imagine Dei in homine.	199
Dico I. Homo natura sua ad imaginem Dei conditus est; non ratione corporis, sed ratione animae.	200
Dico II. Imaginis divinae essentia, ipsa natura hominis intellectuali constituitur, completur vero et consummatur potentis et actibus tum naturalibus, cum supernaturalibus.	201
Corollaria.	202
Quaeres. An idem sit creari ad imaginem ac creari ad similitudinem Dei?	204

CAPUT III.

DE STATU SUPERNATURALI PRIMI HOMINIS.

Articulus I.—De gratia et donis Proparentum.	205
Thesis IX. Primi parentes habuerunt sanctitatem originalem.	205

	Pag.
Thesis X. Praeter sanctitatem originalem habuerunt primi parentes dona integritatis, congruentis scientiae, immortalitatis ac impassibilitatis.	206
Corollarium.	209
Scholion I. An Adam statim in ipsa creatione originalem sanctitatem cum caeteris donis habuerit.	212
Scholion II. De constitutivo iustitiae originalis.	214
Articulus II.—De supernaturalitate status iustitiae originalis.	216
Thesis XI. Iustitia originalis, in qua Adam fuit conditus, erat supernaturalis seu indebita et gratiosa.	216
Thesis XII. Status naturae praeae est possibilis.	220

CAPUT IV.

DE LAPSU PRIMI HOMINIS.

Articulus I.—De peccato primi hominis.	224
Thesis XIII. Adam, praecipuum non comedendi de ligno vitato transgressus, gravissimum peccavit.	224
Scholion. Quodnam fuerit primum peccatum Adami et Evae.	226
Thesis XIV. Peccatum Adae transfunditur in omnes homines, qui originem ex eo ducunt.	227
Articulus II.—De natura et consecutariis peccati originis.	235
Thesis XV. Homines in Adamo peccaverunt eo quod eorum voluntates, vi divini decreti, voluntati Adami alligatae fuerint in ordine ad observationem aut violationem impositi praecepti.	235
Thesis XVI. Peccatum originale non consistit in concupiscentia; neque in substantiali aliqua forma, quae sit imago diaboli; aequae in qualitate, aliqua morbida; neque in uno peccato Adae nobis imputato; neque in reatu poenae.	241
Thesis XVII. In praesenti providentia, essentia peccati originalis, morali perseverantia illius peccati, quod in Adamo commisimus et actuali privatione gratiae constituitur.	243
Thesis XVIII. Peccatum originale transfunditur in Adae posteris per hoc, quod ob violationem in parente praecipuum, via ordinariae generationis ex eo descendant destituti gratia sanctificante, quam aequi accepturi erant.	247
Thesis XIX. Per peccatum originale Adamus non tantum gratiam sed etiam alia dona iustitiae originalis sibi et suis posteris amisit.	249
Scholion.	249

	Pag.
Articulus III.—De immunitate B. V. Mariae a peccato originali.	250
Thesis XX. B. Virgo Maria in primo instanti suae Conceptionis fuit singulari Omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae labe praeservata immunis.	250
Scholion I. Quod debitum contrahendi peccatum originale habuit B. Virgo.	263
Dico: Probabilius est B. Virginem habuisse debitum proximum peccati originalis.	263
Scholion II. De immunitate B. Mariae ab omni peccato actuali.	264
Dico: Singulari Dei privilegio B. V. Maria immunis fuit ab omni peccato tam mortali quam veniali.	264
Scholion III. De immunitate Virginis a fomite concupiscentiae.	265
Dico: B. Virgo semper fuit a fomite concupiscentiae libera.	265
Thesis XXI. Immaculata V. Maria in prima sua sanctificatione, eam plenitudinem gratiae accepit, qua Angelos et Sanctos omnes in gratia consummatos superavit.	267
Thesis XXII. Beatissima V. Maria, quamvis immunis fuerit a peccato originali, vere mortua est: non multo tamen post mortem gloriosa resurrectione in caelum assumpta est.	269
Scholion. De circumstantiis mortis et Assumptionis B. Mariae.	275

DISQUISITIO III.

De hominis operatione et regula praecipue secundum naturam.

CAPUT I.

DE ACTIBUS HUMANIS.

Articulus I.—De voluntario.	277
Thesis I. Ut actus sit humanus debet esse perfecte voluntarius.	277
Scholion I. An detur aliquid voluntarium sine ullo voluntatis actu.	280

	Pag.
Dico I. Non repugnat pura omisso libera et consequenter voluntaria absque omni actu voluntatis.	280
Dico II. De facto non dari, nec moraliter dari posse puram omissionem liberam, ac peccaminosam absque omni actu, illi causam aut occasionem praebente.	281
Scholion H. De voluntarietate effectus ex omissione sequuti.	282
Dico. Quando effectus ex omissione sequitur per se, non requiritur obligatio illum impediendi ut sit voluntarius; requiritur vero si sequitur per accidens ut sit proprie et simpliciter voluntarius.	282
Thesis II. Actibus a voluntate elicis nequit inferri violentia, potest vero imperari.	283
Scholion I. De voluntario mixto cum metu vel concupiscentia.	286
Dico I. Quae sunt ex metu sunt simpliciter voluntaria, et solum involuntaria secundum quid.	286
Corollarium.	287
Dico II. Concupiscentia non causat involuntarium simpliciter, neque per se involuntarium secundum quid; sed potius auget voluntarium, licet minuat liberum.	287
Corollarium I. Passio minuit peccatum, licet illud non tollat.	289
Corollarium II. Consuetudo auget voluntarium et minuit liberum formaliter.	289
Scholion II. De influxu ignorantiae in voluntarium.	290
Dico. Ignorantia antecedens causat involuntarium simpliciter; concomitans, non voluntarium; consequens vero, simpliciter voluntarium.	291
Corollarium.	292
Corollarium.	292
Articulus II.—De Libero.	294
Thesis III. Homo etiam in statu naturae lapsae est liberi arbitrii ad bonum malumque indifferentis.	295
Corollarium.	299
Scholion I. Utrum cum iudicio indifferenti voluntas possit necessitari ad consensum.	304
Scholion II. De libertate actus imperari.	305
Thesis IV. Quoad effectus praevisos ex causa libere posita: a) sunt imputabiles si sequantur per se ex causa physico vel moraliter; b) nisi intendantur non sunt imputabiles si proveniunt e causa per accidens, quae tamen non sit prohibita nec tales effectus sequantur; c) si sequantur per se duo effectus, unus bonus alter malus et sit jus ad bonum nec malus intendatur, hic non est imputabilis agenti.	306

	Pag.
Scholion I. De actibus, quibus voluntas et intellectus operantur circa finem.	308
Dico. Fruitio proprie et formaliter est actus gaudii.	309
Scholion II. De actibus, quibus voluntas et intellectus operantur circa media.	310
Dico I. In appetitione medii propter finem, ipse finis tanquam objectum amatum, saltem indirecte attingitur.	310
Dico II. Possibilis est electio medii, quae simul sit intentio finis, non tamen semper omnis intentio est simul electio.	310
Dico III. Si posterius naturā ad intentionem finis absolute efficacem occurrat unicum medium ad eum hic et nunc consequendum, voluntas inefficaciter illud adhibet, et quidem libere non solum deconominative ab intentione libera, sed probabiliter etiam formaliter et elicitive.	311
Dico IV. Usus potest esse simul cum electione et ab ea separari; si primum contingat, usus non erit actus realiter ab electione distinctus.	312
Dico V. Ratio imperii proprie actibus practiciis intellectus convenit.	312
Articulus III.—De bonitate et malitia actuum humanorum.	313
Thesis V. Actuum humanorum alii sunt moraliter boni, alii moraliter mali.	313
Thesis VI. Deus ut summum bonum est prima regula mensurans honestatis.	314
Thesis VII. Actus interni voluntatis sunt formaliter mali per aliquam privationem, quae probabilis carentia sicutus rectitudinis seu honestatis debita in ipso actu malo constituitur.	319
Articulus IV.—De causis bonitatis et malitiae.	327
Thesis VIII. Actus humani speciem moralitatis tum bonitatis tum malitiae accipiunt ex fine intrinseco seu objecto formali.	327
Scholion. De aliquibus requisitis ut actus humani bonitatem vel malitiam ex objecto contrahant.	330
I. Ut actus humani circa fines particulares sint ex objecto boni, sufficit eos honestum objectum prosequi, quin opus sit finem particularem ad ultimum referre.	330
II. Ut objecti bonitas moralis in actum humanum refundatur, debet illa formaliter qua honesta intendi; ad malitiam vero objecti contrahendam, sufficit tendere in objectum cogitatum ut malum, quin opus sit, qua malum illud velle.	330
Thesis IX. Actus humani bonitatem vel malitiam aliquam desumere possunt tum ex circumstantiis, tum ex fine extrinseco.	331

	Pag.
Scholium I. Pura electio, non a medio, sed a fine specificam bonitatem desumit.	333
II. Finis bonus non excusat mali medii electionem.	334
III. Ab intentione boni finis electio mali medii procedere nequit.	334
Thesis X. Actus externi tales nullam addunt actui interno, quo morales finis bonitatem vel malitiam formalem.	334
Thesis XI. Quamvis dentur actus humani indifferentes secundum speciem, veris videtur non dari per se loquendo in individuo.	339
Corollaria. De speciebus localitatis.	343
CAPUT II.	
DE REGIBUS ACTUUM HUMANORUM.	
Præambulum. De lege in genere.	343
Dico: Lex essentialiter constituitur actu intellectus et voluntatis, principaliter tamen consistit in actu intellectus.	344
Articulus I. — De lege æterna et naturali.	347
Thesis XII. Existit in Deo lex æterna, a qua omnes plura derivantur.	347
Scholium I. De subjecto legis æternæ.	349
Scholium II. In quo Deo agitur lex æterna.	349
Dicendum: esse in actu libero non necessario Dei.	349
Thesis XIII. Lex æterna est dictaminibus rationis naturaliter homini intimatur, est lex naturalis: omnibus communis, immutabilis et dispensabilis.	350
Corollarium.	354
Scholium. An lex naturalis possit deleri de cordibus hominum.	356
Articulus II. — De lege positiva.	356
Thesis XIV. Principes seculares potestatem habent condendi leges civiles, que obligent in conscientia.	357
Thesis XV. Ecclesie in seipsum potestatem habent ferendi leges conscientiam subditorum ligantes.	359
Corollarium. Principes ecclesie suas leges sancire possunt poenis etiam corporalibus.	361
Scholium I. De potestate principum malorum et de obligatione subditorum justam.	362
Dico: Nec mali mores, ne ipsa hæresis ex se adimunt principibus legitimam potestatem, sicut nec sanctitas eximit justos ab obedientia legibus præstanta.	362

	Pag.
Scholium II. De legibus pure poenaliibus.	367
Dico: Possibiles sunt leges pure poenales et de facto aliquæ dantur.	367
Scholium III. De reliquis legem humanam spectantibus.	367
Dico I. Lex humana non potest directe præcipere, vel prohibere actus mere internos; potest tamen indirecte et concomitanter præcipere actus internos necesarios tum ad esse physicum tum ad esse morale actuum externorum.	367
Dico II. Leges pontificiæ, quæ de loco promulgationis nihil decernunt, non egent publicatione in singulis dioecibus, ut in his obligare incipiant.	368
Dico III. Ex natura rei, populi acceptatio non requiritur ut lex habeat suum valorem; si tamen lex communi modo feratur, probabilis est non obligare, si a majori parte communitatis non acceptetur.	370
Dico IV. Consuetudo seu frequens eorumdem actuum repetitio habet vim legis, et efformat jus usu introductum, quando est honesta, rationalis, inducta actibus publicis cum voluntate obligandi a majori parte communitatis habentis potestatem legislativam aut Principem consentientem.	370
Dico V. Interpretatio est legis obscuræ explicatio, qua in casu particulari eam obligare vel non obligare declaratur.	371
Dico VI. Lex humana non potest in materia levi obligare sub gravi; sed in materia gravi potest probabilis sub levi tantum ligare.	372
Thesis XVI. Potestas legislativa Ecclesie est a civili principatu omnino independens.	373
Scholium. De immunitate ecclesiastica.	377
Dico I. Clericos teneri directive ad observantiam legum civilium, quæ bonum commune respicientes, non repugnant sacris canonibus vel officio clericali, est certum.	377
Dico II. Clerici exempti sunt a tribunali civili, solutione tributorum, militia cæterisque legibus eorum statui non convenientibus.	377
Dico III. Clerici quando subiciuntur legibus civilibus, non subiciuntur directe seu ex debito obedientiæ potestati seculari, sed tantum indirecte ob debitum naturæ ordinem.	379
Dico IV. Immunitas ecclesiastica non habuit ortum ex jure civili, sed consequitur ipsam divinam Ecclesie constitutionem.	380

	Pag.
Articulus III.—De conscientia.	382
Thesis XVII. Ad honeste operandum dictamen proximum conscientiae de licetitate actionis debet esse moraliter certum.	384
Thesis XVIII. Contra conscientiam erroneam agere, semper est illicitum, imo si est certa et invincibiliter erronea; datur obligatio non sequendi.	387
Scholion. De conscientia vincibiliter erronea.	388
Dico. Conscientia vincibiliter erronea non est absolute sequenda quande dicitur esse præceptum quod revera est prohibitum, servatum conditionate, nimirum si, ut faciendum est, non deponatur.	388
Thesis XIX. Cum dubia est conscientia, pars tutior certo est eligenda in dubio practice pratico, nec non in speculativo pratico, quando hoc est vincibile.	389
Scholion I. De regula: In dubio melior est conditio possidentis.	390
Dico I. Quando possessio est certa, dominium vero dubium, conditio possidentis iustus est titulus habendi dominium tamquam certum.	390
Dico II. Etiam in aliis a iustitia materiis melior est conditio possidentis.	390
Scholion II. Quanto in dubio pars tutior possit omitti.	391
Dico I. Si facta diligenti inquisitione, dubium de existentia alicujus legis permanet seu est invincibile non est obligatio sequendi tutiorem partem.	391
Dico II. Si lex est certa, et dubium de cessatione, exemptione vel adimpletione legis pars tutior est sequenda.	392
Thesis XX. Cum obligatio est probabilis, et libertas æque probabilis vel probabilior licet sequi libertatem.	393
Thesis XXI. Etiam cum obligatio est probabilior, et libertas solum sed vere probabilis licet sequi libertatem.	396
Scholion I. De sufficientia iudicii objectivi probabilitatis.	408
Dico. Ad usum opinionis probabilis, non debet opinio esse subjective in mente, sed sufficit ut sit objective seu reflexe.	408
Scholion II. De illis, quæ confunduntur anti-probabilistæ.	409
Scholion III. De conscientia perplexa et scrupulosa.	410
Dico I. Qui est invincibiliter perplexus si putat: a) unam electionis partem esse majus aliâ peccatum, debet eligere minus peccatum; b) si æquale peccatum pro utraque parte, potest eligere quodvis, et non peccat quamvis existimet se peccare.	410

	Pag.
Dico II. Qui cognoscit se esse scrupulosum potest agere, imo omnino oportet, ut agat contra dictamen conscientiae scrupulosæ.	411

CAPUT III.

DE PECCATIS.

Articulus I.—De peccato actuali.	411
Thesis XXII. Actus humanus, cum est factum, dictum aut concupitum contra legem æternam, constituit peccatum.	411
Thesis XXIII. Omne peccatum grave est formalis Dei offensæ, ac proinde, theologicum; hoc dari sine aliqua Dei cognitione repugnat.	413
Scholion I. De peccato philosophico.	417
Dico. Peccatum pure philosophicum in materia gravi est saltem moraliter impossibile.	417
Scholion II. De inæqualitate peccatorum.	418
Dico. Non omnia peccata sunt æqualis gravitatis.	418
Thesis XXIV. In gravi peccato formalis offensæ Dei non est simpliciter infinita; sed tantum secundum quid.	419
Articulus II.—De distinctione peccatorum.	424
Thesis XXV. Quædam peccata sunt mortalia, quædam levia naturâ sua.	424
Thesis XXVI. Differentia mortalis a veniali in eo constituta videtur, quod illo, homo contemnat ultimum suum finem seu præferat creaturam Deo; hoc vero non ita, sed medium præceptum, quamvis non necessarium ad consequentiam ultimi finis, contemnat.	430
Scholion I. An veniale peccatum sit offensæ Dei.	432
Dico. Peccatum veniale est aliqua Dei offensæ; non tamen simpliciter sed secundum quid.	432
Scholion II. De regula dignoscendi mortale et veniale.	432
Dico. Regula mensurans quæ dignoscitur mortale et veniale est Deus ut summum bonum et finis ultimus; regula dirigens suprema divina voluntas; regula proxima ratio.	432
Scholion III. De distinctione specifica peccatorum.	433
Articulus III.—De peccato habituali.	434
Thesis XXVII. De fide constat transeunte actu peccati, perseverare peccatum aliquo modo, seu dari peccatum habituale, vi cuius auctor illius vere est peccator, quousque a Deo peccatum remittitur.	434
Thesis XXVIII. Peccatum habituale non consistit: a) in pec-	

	Pag.
cato praeterito non retractato; b) neque in reatu poenae; c) neque in habitu vitioso seu qualitate aliqua morbida. . .	436
Thesis XXIX. In praesenti Providentia peccatum habituale in actuali praeterito et privatione gratiae probabilibus con- stituendum est.	437
Scholion. De peccato veniali habituali.	439
Dico. Datur peccatum veniale habituale, quod in morali per- severantia praeteriti actualis non condonati reponendum est.	439

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
DISQUISITIO IV.

De humana operatione per gratiam elevata.

PROOEMIUM.

QUAESTIO PRAEVI.

DE ENTE SUPERNATURALI.

Dico I. Supernaturale relative conceptum est quod totius na- turae creatae et possibilis cum ea connexae vires supe- rat, ac proinde est illi indebitum.	442
Corollarium.	444
Dico II. Conceptus absolutus et proprius entis supernatura- lis in connexione cum gratia sanctificante consistit.	445
Scholion. De possibilitate substantiae supernaturalis.	449
Dico III. Substantia entitative supernaturalis probabilibus re- pugnat.	450
Dico IV. Actus supernaturales suam supernaturalitatem a principio effectivo necessario desumunt, et probabilibus, etiam necessario ab objecto formali.	452

CAPUT I.

DE GRATIA ACTUALI SECUNDUM SE ETUSQUE PROPRIETATIBUS

Praenotandum. — Definitio gratiae ejusque partitiones.	458
Articulus I. — De gratiae actualis natura.	462
Thesis I. Gratia actualis excitans consistit in sancta illu- stratione intellectus et pia voluntatis inspiratione indeli- berate habitis.	462

	Pag.
Scholion. Qui actus intellectus et voluntatis sancta illustra- tio et pia inspiratio esse possunt.	468
Thesis II. Ad rationem gratiae excitantis minime pertinet qualitas non vitalis et transiens, quae infundatur ad actus supernaturales eliciendos.	469
Thesis III. Praeter gratiam excitantem admittenda est gratia adjuvans, quae entitative ab excitante non distinguitur.	472
Thesis IV. Gratia excitans non tantum moraliter in actum salutarem induit, sed probabilibus etiam physice.	474
Scholion I. An omnis gratia excitans infinat physice in actus salutares.	475
Scholion II. De causis efficientibus actus salutaris.	477
Dico. Libera voluntas, praeparata ac roborata per gratiam, virtute etiam propria ad actum salutarem efficiendum uti partialis causa concurrat, ac proinde ex gratia et libero arbitrio unum constituitur adaequatum et proximum actus salutaris deliberati efficiens principium.	477
Articulus II. — De gratuitate et necessitate gratiae.	478
Thesis V. Homo solis naturae viribus non valet ullam gra- tiam mereri, neque illam sola oratione naturali impetrare, nec ad ipsam se positive praeparare.	480
Scholion III. De axiomate: Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam.	486
Dico. Axioma: Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam, de infideli nondum ad fidem vocato potest intel- ligi, et convenienter ita exponitur, de facienti quod in se est viribus naturae.	487
Thesis VI. Ad omnes actus salutares, etiam ad initium fidei requiritur gratia.	489
Scholion. An gratia requisita debeat esse supernaturalis quoad substantiam.	491
Dico. Actus salutares sunt supernaturales quoad substan- tiam.	492
Thesis VII. In statu naturae lapsae, tota lex naturalis potest sine gratia potentia physica diu ab homine servari secun- dum substantiam, non autem potentia morali.	493
Thesis VIII. Nec gratia, nec fides est necessaria ad quodvis opus moraliter bonum.	498
Scholion I. An actus amoris Dei super omnia sit sine gratia possibilis in statu naturae lapsae.	507
Dico. Homo in statu naturae lapsae non potest diligere Deum tanquam auctorem naturae super omnia, amore efficaci, nequidem affectivo.	507

	Pag.
Scholion II. De potentia hominis lapsi ad vincendas tentationes.	508
Dico I. Homo lapsus non potest moraliter graves tentationes sine Dei auxilio superare; potest vero aliquas leves.	509
Corollarium.	511
Dico II. In praesenti Dei providentia ad vitandum diu peccatum mortale, praeter auxilium supernaturale transiens, requiritur gratia habitualis.	511
Scholion III. De peculiari gratiae necessitate ad perseverandum et ad omnia peccata venialia vitanda.	512
Dico I. Homo in gratia constitutus non potest: a) Usque ad finem diu in accepta iustitia perseverare sine speciali Dei auxilio; b) ab aliis, quae gratiae habituali connaturaliter debentur, distincto; c) Ipsa denique perseverantia finalis est et dici debet magnum Dei donum.	512
Dico II. In praesenti actu, iustus non potest per totam vitam, omnia peccata venialia sine speciali privilegio vitare.	516

CAPUT II.

DE GRATIA SUFFICIENTI ET EFFICAX.

Articulus I.—De gratiae sufficientis existentia et virtute.	519
Thesis IX. In statu naturae lapsae datur auxilium vere et pure sufficientis.	519
Scholion. An gratia pure sufficiens sit Dei beneficium.	526
Dico. Gratia pure sufficiens est formaliter Dei beneficium.	526
Thesis X. Gratia sufficiens ita homini confertur posse, ut sola ipsa sine ulteriore auxilio determinante, possit homo actum salutarem elicere.	527
Thesis XI. Quod gratia sufficiens effectum non sortiatur solum humanae voluntati tribuendam est.	533
Articulus II.—De distributione gratiae sufficientis.	534
Thesis XII. Iustis omnibus urgente praeecepto confertur a Deo gratia, qua possint illud implere.	534
Thesis XIII. Peccatoribus fidelibus etiam obstinatis non deest pro tempore et loco gratia sufficiens, qua possint justificationem obtinere.	536
Thesis XIV. Omnibus infidelibus confertur a Deo gratia sufficiens, qua ad fidem et justificationem pervenire possint.	541
Articulus III.—De habitudine gratiae efficax cum libero arbitrio.	545

	Pag.
Thesis XV. Gratia efficax, qua homo actus salutare operatur, cum libertate indifferentiae consistit.	545
Thesis XVI. Gratia efficax, in caelesti delectatione victrici a Jansenio asserta, consistere non potest.	548
Scholion. De sententia theologorum augustinianorum.	549
Dico: Gratia efficax neque in delectatione victrici prout ab Augustinianis componitur, consistere posse videtur.	550
Thesis XVII. Gratia efficax non est gratia, virtute sua intrinseca sic physice voluntatem movens, ut simpliciter repugnet non sequi consensum, seu non est constituenda in praedeterminatione physica.	552
Scholion. De sententia scotistarum.	568
Thesis XVIII. Ultima ratio connexionis gratiae cum effectu repetenda est a libero hominis arbitrio gratiae viribus roborato.	568
Scholion.	571
Thesis XIX. Efficacia gratiae in actu primo consistit in habitudine, quam gratia habet praesaliente scientia media ad infallibilem voluntatis consensum.	571

CAPUT III.

DE GRATIA HABITUALI ET JUSTIFICATIONE.

Articulus I.—De natura et effectibus gratiae habitualis.	582
Thesis XX. Gratia habitualis non est favor Dei mere extrinsecus aut iustitia tantum imputata.	582
Thesis XXI. Gratia habitualis non est ipse Spiritus sanctus.	584
Thesis XXII.—Gratia habitualis est donum creatum, qualitas physica permanens animae superaddita, a charitate distincta.	587
Scholion. De immediato subjecto gratiae habitualis.	596
Dico: Gratia habitualis non est in potentia animae, sed in ejus essentia tamquam in proprio subjecto.	596
Thesis XXIII. Per gratiam habituaalem efficimur: a) consortes divinae naturae; b) amici Dei; c) ipsius quoque filii adoptivi; d) iusti et sancti.	597
Scholion I. De inhabitatione SS. Trinitatis in anima iusti.	603
Dico: Spiritus sanctus et tota Trinitatis habitant in anima iusti tamquam in templo.	603
Scholion II. De effectione gratiae habitualis.	604
Dico I. Solus Deus est causa efficax sanctificantis gratiae.	604
Dico II. Gratia sanctificans non producit per creationem,	


	Pag.
sed per educationem ex potentia obedienciali i. e. elevabilitate animae rationalis ad supernaturalia per Deum.	605
Articulus II. — De causis, natura et proprietatibus justificationis.	606
Thesis XXIV. Fides est necessaria ad justificationem, sed non sola, cum etiam requirantur aliarum virtutum actus, qui sunt verae dispositiones ad justificationem.	606
Thesis XXV. Fides necessaria ad justificationem est illa, quae veritates a Deo revelatas credimus, non fiducia remissorum nobis peccatorum.	610
Scholion. Qui actus virtutum praeter fidem sint necessarii ad justificationem.	614
Dico: Praeter fidem sunt necessarii ad justificationem: a) Actus spei: b) timoris: c) dilectionis Dei, detestationis peccati et propositi emendationis.	614
Thesis XXVI. In justificatione impii vere remittuntur peccata, et inaequale fit interioris hominis renovatio per susceptionem gratiae et donorum.	615
Scholion I. Qualis sit oppositio inter gratiam et peccatum.	620
Dico: Gratia habitualis natura sua opponitur physico cum peccato, sed non essentialiter.	621
Scholion II. An peccatum possit remitti sine gratiae infusione, et sine ulla peccatoris retractatione.	624
Dico: Peccatum potest de potentia absoluta remitti sine gratiae infusione, imo sine ulla peccatoris retractatione.	624
Thesis XXVII. Justificatus potest in perpetuum gratiam sanctificantem amittere, et nemo abeque speciali revelatione potest credere certitudine fidei se esse justificatum.	620
Thesis XXVIII. Iustitia in diversis justis est inaequalis, et in uno eodemque justo crescere potest.	632
Scholion. De excellentia operis justificationis.	635
Dico: Tanta est operis justificationis excellentia ut vero aliquo sensu sit maximum opus Dei.	635

CAPUT IV.

DE MERITO.

Praenotiones.	636
Dico I. Universim ad meritum theologicum ex parte operis requiritur: a) actus liber, b) positivus, c) honestus, d) quoad substantiam supernaturalis.	637
Dico II. Ad meritum theologicum universim requiritur: ex	

	Pag.
parte personae merentis status viae: ex parte remunerantis acceptatio ut meritum sit efficax in actu secundo.	639
Dico III. Ad meritum non requiritur ut opus sit: a) elicatum aut imperatum a charitate; b) non praecipitum; c) ita nostrum ut nullo modo sit Dei; d) positum ex intentione praemii.	640
Articulus I. — De existentia meriti et de specialiter requisitis ad meritum tum de condigno tum de congruo.	641
Thesis XXIX. Dantur opera bona, quae sunt theologicae meritoria.	641
Thesis XXX. Praeter generalis meriti condiciones, ad meritum de condigno requiritur: a) ex parte operis aliqua aequalitas cum praemio, b) Ex parte merentis status gratiae, et sibi mereri, c) Ex parte Dei remunerantis antecedens promissio.	644
Thesis XXXI. Meritum erit de congruo, si operi libero et supernaturali hominis viatoris, desit aliqua conditio ad meritum de condigno requisita.	648
Thesis XXXII. Homo potest mereri apud Deum tum de condigno tum de congruo.	648
Articulus II. — De objecto meriti.	650
Thesis XXXIII. Justus mereri potest de condigno: a) vitam aeternam; b) augmentum gratiae; c) augmentum gloriae.	650
Scholion. Utrum homo possit de condigno mereri primam gloriam.	653
Dico: Homo potest de condigno mereri primam gloriam.	653
Thesis XXXIV. Justus non de condigno, sed tantum de congruo fallibili mereri potest: a) gratias efficaces et reparationem post lapsum; b) perseverantiam finalem; c) aliiis gratiam sive actualem, sive habituaalem.	655
Thesis XXXV. Peccator de congruo mereri valet reparationem post lapsum et gratiam efficacem post lapsum.	662
Scholion I. De merito bonorum temporalium.	663
Scholion II. De conditionibus augmentibus meritum.	663



MONITUM.

Hic explicat primae partis voluminis quarti materies; quae supersunt tractanda, cum multa et tanta sint, scilicet, de virtutibus infusis in genere, de virtutibus theologicis fide, spe et charitate, de virtutibus moralibus, praesertim de justitia et jure, de religione, ubi de cultu Christi et sanctorum disseretur, de novissimis tandem, ut volumen unum idemque nec commode, nec proportione servata cum jam evulgatis voluminibus capiat, in altero, quod hujus erit secunda pars et totius operis complementum, tradentur. Volumen hoc, cum prelo jam subsit, brevi in lucem edetur, ibique apta omnium disquisitionum distributio cursui theologico emetiendo accommodata, declarabitur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





DISQUISITIO I.

De Angelis.

CAPUT I.

De Angelorum existentia et natura.

ARTICULUS I.

De existentia Angelorum.

THESIS I.

Praeter creaturas sensibiles, aliae quoque invisibiles, intellectuales, nobis superiores, seu Angeli existunt.

1. Nota. I. Angelus graece ἀγγελος; a verbo ἀγγέλλω annunciare significat nuntium seu missum; sed quavis officium angeli pluribus convenire possit, usus tamen tota retro antiquitate jam invaluit ut nomen proprie substantias quasdam significaret creatas intellectuales, hominibus superiores, invisibiles et insensibiles nobis. Est ergo nomen Angeli ut jam notarunt S. Gregorius (1) et S. Augustinus (2) «officii, non naturae» non sine fundamento in sacris litteris ubi omnes Angeli (3) *administratores spiritus, in ministerium missi* ab Apostolo nuncupantur.

II. Existentiam Angelorum negarunt Sadducaei (4), dicentes: «non esse... Angelum, neque Spiritum» Anabaptistae, Pantheistae et aëbës nostris eam inficiantur materialistae omnes. Idem asserunt spiritistae, non alios spiritus praeter defunctorum animas admittentes.

2. Prob. 1.^a Thesis est de fide, a concilio Lateranensi IV (5) definita et a Vaticano (6) his verbis confirmata: «Ille solus verus

(1) Homil. 34 in Evang.—(2) Pa. CIII, serm. 1, n. 75.—(3) Hebr. I, 14.—(4) Act. Apost. XXIII, 8.—(5) Cap. Firmiter.—(6) Const. De fide, cap. I.

«Deus... liberrimo consilio, simul ab initio temporis, utramque de nihilo condidit creaturam, spirituales et corporales, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.»

2.º Paulus ad Hebraeos (1), in eo dicit Christum minorem fuisse Angelis, quod corpus habere mortale et passioni obnoxium: *Miavis est enim puto minus ad Angelis. Eum autem qui modico quam Angeli minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis gloria et honore coronatum.* Christus D. pusillos non contemnere docuit (2): *Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei qui in caelis est.* Cum Raphael rogaretur a Tobia (3) respondit: *Ego enim sum Raphael angelus, unum ex septem qui astamus ante Dominum. Videbor quidem vobiscum manducare et bibere: sed ego cibo incisibilis, et potu, qui ab hominibus videri non potest, uter.* Haec pauca ex Scripturis desumpta sufficiant, monente S. Gregorio (4): *Recte Angelos et Archangelos omnes fere sacri eloquii paginae loquuntur.*

3. 3.º SS. Patres hanc veritatem docuerunt. S. Clemens, Rom. (5): *Consideramus exercitum Angelorum, qui Deum circumdant et ejus voluntati obtemperant.* S. Justinus (6): *Colimus exercitum sanctorum Angelorum, qui Deo obediunt et ipsi similes sunt.* S. Dionysius librum scripsit de *Coelesti Hierarchia*. S. Cyprianus (7), Tertullianus (8), et alii PP, quos vide apud Petavium (9), ipsorum philosophorum gentium doctrinis existentiam Angelorum adversus gentiles affirmarunt. Recte ergo S. Augustinus (10) docet: *Quamvis non videamus apparitiones Angelorum... tamen Angelos esse novimus ex fide, et multis apparuisse legimus.*

4. 4.º a) «Sed hoc ipsum, ait D. Thomas (11), quod intellectus est alior sensu, rationabiliter (i. e. probabiliter) ostendit esse aliquas res incorporeas a solo intellectu comprehensibiles.» Quomodo intellectus substantias hujusmodi revelat probat ibid. hoc argumento: *quod praecipue in rebus creatis Deus intendit, est bonum; quod consistit in assimilatione ad Deum.* Atqui non perfecta ut Deum deest, daretur in universo ad eum assimilatio, si alias creaturas pure intellectuales non condidisset. Ergo... *Min.* probat: quia perfecta i. assimilatio effectus (hujus universi) ad causam attenditur, quando effectus imitatur causam secundum illud per

(1) II, 7, 9.—(2) Matt. XVIII, 10.—(3) Tob. XII, v. 12, 15, 19.—(4) Hom. mill. 34 in Evang. (5) Epist. 1.ª, cap. 34.—63 Apol. 1, n. 6.—(7) De idol. vanit. —(8) Apolog. c. 22.—(9) De angel. lib. 1, c. 1.—(10) Sermo. 1, in Ps. CXL.—(11) 1, Q. 50, art. 1.

aliquid causa producit effectum, sicut calidum facit calidum Deus autem creaturam producit (i. e. operatur) per intellectum et voluntatem... subintelligit tantum. Ergo si Deus non creasset substantias aliquas pure intellectuales, non daretur in universo perfecta ad eum assimilatio (1). «Unde necesse est ponere, ad hoc quod universum sit perfectum, quod sit aliqua incorporea creatura.» b) In energumenis, maleficis, vitiisque hujusmodi generis hominibus, effectus conspiciuntur admirabiles vim naturae corporeae excedentes. Atqui hujusmodi effectus nulli alteri causae tribui possunt quam Angelis: non enim illorum auctor esse potest Deus, cum tales effectus saepe sint pravi, et ex modo quo fiunt moraliter mali; neque probabiliter anima separata, quae, juxta D. Thomam (2), suarium (3) et alios, cum sit naturae sua forma corporis, non plus extra quam intra corpus operari valet. Ergo Angelis seu entibus intellectualibus homine superioribus tribuendi sunt.

5. SCHOLION. Ex adductis argumentis patet, Angelorum existentiam, auctoritate Scripturae, Conciliorum et Patrum efficaciter probari, non vero sola ratione naturali ut aliqui voluerunt. Nulla ex alatis rationibus, quamvis pro rei capacitate sit sensiva et sufficiens, est demonstrativa. Non prima, quia aegre redditur ratio, cur Deus, qui ad optimum non tenetur, non satis universi perfectioni providisset creato homine in gradu intellectivo; non altera, nam plerique cum Secoto (4) satis probabiliter asserunt, animam separatam, quae in intelligendo imitatur Angelum, posse etiam sine ministerio corporis et plus quam in corpore res alias a se movere, maximeque ad Angelorum virtutem accedere.

6. Obj. 1.º Initio Genesis: Moyses nullam de Angelis mentionem facit; atqui non praeterisset angelos, omnium creaturarum perfectiores, si revera conditi fuissent. Ergo...

R. Permitto *mej. Minorem* explico cum S. Hieronymo (5), si scopus Moysis fuisset omnium rerum tum visibilium tum invisibilium originem describere; concedo, si solum visibilium per quas nos in Dei cognitionem ascendimus; neg. Moyses tamen alibi in locis Pentateuchi Angelorum meminit v. g. *«Recte Angelus de caelo clamavit... Abraham»* (6). *«Tollensque se angelus Dei, qui praecedebat castra Israel, abiit post eas...»* (7), etc.

7. Obj. 2.º S. Augustinus (8) ait: *«Nihil est melius ratione animi nisi Deus.»* *«Nihil inter omnia, quae creavit (Deus), a Deo, esse propinquius anima humana; ergo non videtur dici posse Angelos superiores esse hominibus.»*

(1) Vid. Suar. Metaphys. D. 35, sec. 1.—(2) 1, Q. 117, ar. 4.—(3) De Anim. lib. 6, c. 2.—(4) 4. D. 49, q. 14.—(5) Epist. 139.—(6) Genes. XXII, 11.—(7) Exod. XIV, 19.—(8) L. 83, QQ. q. 14. lib. arb. 3, c. 11.

Resp. 1.^o Expresse docere S. Augustinum, angelicam naturam «omnia cetera, quae Deus condidit, naturae dignitate» praecedere (1). Praeterea lib. 1. *Retract.* cap. 26, recogitans verba primo objecta, scribit: «Ubi dixi: quod omni anima melius, id Deum dicimus, magis dici debuit omni creato spiritu.» Quare:

Resp. 2.^o Cum Suario (2): «nihil melius» nihil propinquius «Deo» anima rationali, quoad gratiam et habitudinem ad Deum ut ad ultimum finem; conc. Anima enim rationalis immediate per se ad Deum tamquam in ultimum finem ordinatur, nec minorem prae Angelis capacitate gratiae et donorum habet. Quoad perfectionem naturalem praecise spectatam; neg. Addidi praecise, quia verisimile est, ut vult Suarius (3), Augustinum loqui «de absoluta perfectione, quae pensatis omnibus tam gratiae, quam naturae donis alicui convenit, et sic verum est secundum absolutam» «comparationem, nihil esse melius anima rationali, nisi Deum.....» «si ad singulas animas fiat comparatio, aliquid infra Deum esse «potentius melius, quam aliqua anima, non tamen simpliciter, quia «naturae animae, quae absolute omnes Angelos excedit, (nempe Christi) et sic etiam dicit Augustinus (4) naturam humanam in Christo esse perfectiorem angelicam.»

Obj. 3.^o S. Bernardus (5) inquit: «Spiritus est Deus, sunt et Angeli, et hi supra te. Sed Deus natura, Angeli gratia superiores sunt.» Ergo non natura sunt Angeli hominibus superiores.

Resp. Explico sensum, «Angeli gratia superiores sunt, quoad gradum intellectualem generice sumptum et respective ad Deum; conc. specificis sumptum et respective ad homines, neg. Primo sensu locutum esse Bernardum, verba subsequens satis declarant, addit enim: «tuum siquidem tui et Angeli optimum, ratio est: Deus vero non sui aliquid optimum habet, unum optimum «notus.» Hoc «unum optimum» in quo Angeli et homines conveniunt, naturaliter perfectius esse in Angelis quam in homine sermone V. in *Cantica* docet: «Quo enim is (homo) involutus carne et terrae incolae spiritus, ex consideratione sensibilium produciens, gradatim quodammodo paulatimque nititur pervenire: eo ille coelestium habitator ingenua subtilitate ac sublimitate sua, in omni velocitate facilitateque pertingit, nullo utique sensus corporei adminiculo fultus, nullo corporei membri adjuncto officio, nullo corporeae cunctasumque rei informatus intuitu.»

8. Obj. 4.^o Veteres philosophi, Angelos existere, in suis libris docuerunt: ergo non sola fides, sed etiam ratio eos existere ostendit.

(1) De civ. Dei L. 2. c. 12.—(2) De Angel. L. 1. c. 1. n. 10.—(3) Loc. cit.—(4) Lib. 5. contr. Maxim. c. 25.—(5) De Consider. l. 5. c. 3.

Resp. Dist. *consequ.* etiam ratio angelos existere ostendit valde probabiliter, conc. certo et efficaciter; neg. Revera sufficit, rationem persuadere hanc veritatem ut philosophi gentiles, qui multa ex primitiva revelatione quamvis obscurata, hauriebant, eam admitterent.

THESIS II

Angeli a Deo creati sunt in tempore, simul cum mundo corporeo.

9. Nota. I. Deum esse omnium rerum causam efficientem essendi seu existendi et solum ipsum actione creativa, res omnes qua creatas, ac proinde Angelos effecisse alibi (1) implicite demonstravimus; sed quoniam sicut antiqui Manichaei, Gnostici, Priscillianistae, non desunt hodie aliqui Pantheistae creatoras omnes praesertim spirituales e divina substantia emanasse effutientes, explicite et directe Angelorum creatio probanda est.

II. Deus voluntate ab omni necessitate libera, quaecumque voluit creavit (2), potuit ergo Angelos ante, post vel una cum mundo corporeo creare. Ante mundum Angelos existisse affirmarunt communiter Patres graeci; id negarunt fere omnes Patres latini, dum assererent inter universalem rerum visibilium productionem, Angelos a Deo creatos esse. Horum sententia post concilium Lateranense IV, evasit theologice certa.

10. 1.^o Pars. Est de fide, Prob. 1.^o Ex conciliis Lateranensi et Vaticano ut in prima thesi. Concilium Braecarense (an. 563) adversus antiquos haereticos decrevit can. 5: «Si quis animas humanas vel Angelos ex Dei credit substantia existisse, sicut Manichaei et Priscillianistae docent, anathema sit.» Modernos pariter Vaticanum (3) profligavit definiens: «Si quis dixerit, res infinitas, tum corporeas tum spirituales, aut saltem spirituales, e divina substantia emanasse, anathema sit.» «Si quis non constituitur mundum, resque omnes, quae in eo continentur et spirituales et materiales, secundum totam suam substantiam a Deo ex nihilo esse productas, anathema sit.»

2.^o Apostolus (4), Christi excellentias enarrans, inter alias hanc exhibet: *quoniam in ipso condita sunt vitreae in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus sive potestates: omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.* Regius Psal-

(1) V. H. De Deo O. M. Disq. VI. Thes. I. II.—(2) V. H. Disq. IV, Thes. XXXVIII. (3) De fid. et ration. can. 4. 5.—(4) C. 603. l. 1, 16, 17.

tes [1] invitat creaturas omnes ad Dei laudem, quia ex ejus mandato et verbo proflerant. *Laudate Dominum de caelis; laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angeli ejus. laudate eum omnes virtutes ejus... Quia ipse dixit et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt. Pariter tres pueri in fornace [2]: Benedicite omnia opera Domini. Domine... Benedicite Angeli Domini, Domine.*

11. 3.^a Pespiciere hanc doctrinam Patres testati sunt, tum implicite solum Deum eunctarum rerum causam profitentes, tum explicite de Angelis disserentes. Quia infra alii PP. afferendi sunt, hic solum Theodoretum [3] citabimus: «Angelos, Archangelos et si quid aliud est incorporeum, SS. Trinitate excepta, naturam habere creatam, divina Scriptura nos edocet.» Probat Sac. Litterarum testimoniis et addit: «Sed de his plura loqui supervacaneum existimo, cum hujus doctrinae plena sit divinitus inspirata Scriptura universa.»

12. 4.^a Ratio clara hujus veritatis traditur ab Angelico [4] quia solus Deus est ens per suam essentiam; omnia vero alia sunt entia per participationem. Omne autem quod est per participationem, causatur ab eo quod est per essentiam, sicut omne ignitum causatur ab igne. Unde necesse est Angelos a Deo creatos esse. Majorum vide solidum argumentum probatum in Disq. IV. De Deo uno Thes. VI. Volum. II.

13. II.^a Pars. Nota. Duobus modis intelligitur aliquid esse aeternum, uno modo ab intrinseco, alio modo ex effectione alterius aeterni. Solus Deus seu ens necessarium est primo modo aeternum; non enim initium et finem durandi habere potest; alia vero quae non sunt Deus considerari possunt respective vel ad durationem praeteritam vel ad durationem futuram. Si hoc secundum fiat, recte dices Angelos aeternos, omniae humanas aeternas esse a parte post seu immortales natura sua; si primum, certum est fide et ratione, creaturam nullam natura sua exigere esse ab aeterno; sed quæri potest, an sit possibilis vel detur aliqua creatura ab aeterno. Quaestioni de possibilitate, negative respondimus in disquisitione de Deo creatore [5] et ibidem [6] rem nullam ab aeterno creatam esse, in communi demonstravimus, nunc specialius de Angelis eandem veritatem tubimur ad pantheistas penitus evertendos.

14. Est fidei veritas et prob. 1.^o Saepe citata concil. Lateranense et Vaticanum statuerunt Deum esse ab initio temporis utramque de nihilo condidisse creaturam... angelicam et

(1) Ps. CXLVIII, v. 2, 3.—(2) Dan. III, 57, 58.—(3) Q. 2. in Genes.—(4) I, Q. 61, art. 1.—(5) Vol. II, Disq. VI, Thes. III, nn. 27-32.—(6) Ibid. nn. 24-26.

mundanam; creaturae ergo angelicae initium habuerunt temporis ad existendum. Sed quod initium habet existendi non est aeternum. Ergo...

2.^a In Proverbis [1] de divina sapientia legitur: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam aeternum faceret a principio.* Ex quibus verbis ita arguo, Angeli sunt quid factum et creatum ut constat ex prima parte; sed divina Sapientia seu Deus extitit ante quam quidquam faceret a principio; ergo Angeli non semper simul cum Deo fuerunt, ac proinde non sunt aeterni.

15. 3.^a Licet aliqui Patrum, Angelos ante hanc mundum adspectabilem creatos esse, vel posse dici concederent; semper negarunt esse coaeternos Deo. S. Ambrosius [2]: «Licet Angeli aliquando coeperint, erant tamen jam, quando hic mundus est factus.» S. Augustinus [3]: «Proinde ut volet unusquisque accipiat; quod ita profundum est, ut ad exercitationem legendum a fidei regula non aberrantes plures possit generare sententias, dum tamen Angelos sanctos Deo non coaeternos, nemo ambigat.» Theodoretus [4]: «Concesso Angelos habuisse initium, si quis dixerit ante fuisse [quam mundum], non offenderet verbum pietatis.»

16. 4.^a Ratione suadetur probabiliter: a) quia ut probavimus [5] repugnat ens creatum esse ab aeterno, b) quia licet non repugnaret, adhuc productio ab aeterno naturae angelicae esset inconveniens; natura angelica mutabilis est in suis operationibus et procedit ab actu puta intellectus ad actum volitionis etc.; atqui creata ab aeterno, per infinitam quandam durationem in eadem operatione sive intellectus sive voluntatis immutabilis permansisset. Ergo... *Alia* est aperta; duratio successiva essentialiter initio aliquo et fine clauditur, non enim intelligitur sine prius et posterior; [6] ergo ut creatura angelica concipiatur aeternaliter possibilis, constituenda est absque operationum successione, seu in eadem operatione jugiter et immutabiliter perseverans.

17. III.^a Pars. Prob. 1.^o Lateranense concil. [7] declarat Deum fuisse «qui sua omnipotentis virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam... angelicam videlicet et mundanam; ac deinde humanam...» Atqui haec verba in sensu communi et obvio suscepta successione excludunt inter creationem Angelorum et corporum. Ergo... *Alia* prob. Particula «simul» quam postea subsequitur alia «deinde» satis negat tempo-

(1) VIII, 22.—(2) Examer. l. 1, c. 3.—(3) De civitat. l. 11, c. 32.—(4) Q. 3. in Genes.—(5) V, II, Disq. VI, De Deo creatore, Thes. III, P. 2, n. 28.—(6) Ibid.—(7) Cap. Firmiter.

ris posterioritatem, quae ab hac significatur; et verba simul ab initio temporis de tempore communi et nostro, seu mundi corporali, non angelici, sermonem esse abunde ostendunt, alias enim concilium de initio temporis nobis prorsus ignoto ageret. Dicendum est ergo juxta concilium Luteranense, Angelos et corpora simul, in initio communi ejusdem temporis concretos esse.

2. Sacrae Litterae pulchra synecdoche, Deum omnia creasse innuunt, cum coelos et terra creavit. Exod. (1). *Sex diebus fecit Dominus coelum et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt.* Sub nomine vero coelorum Angelos comprehendi, auctor est David in Ps. CXLVIII ubi opera creationis enarrans, post coelos, Angelos ad laudandum Deum invitat, *desude res mundanas solem, lunam, aquas etc. ac tandem subdit: Quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt, alludens profecto ad verba Moysis (3): In principio creavit Deus coelum et terram, et ad modum creationis (4) *Dixitque Deus: fiat lux. Et facta est lux etc.* quare parallelismus realis inter prima verba Geneseos et priores versus Psalmi: *Laudate Dominum, de coelis* negandus non est. Quod si ita est, certum est: a) omnia creata, sub nomine coeli et terrae fuisse comprehensa, ac proinde Angelos non ante creationem coeli et terrae extitisse, — b) vere concilium Luteranense IV. (l. c.) post Augustinum (5) verba Geneseos in principio interpretatum esse ante omnia seu cum adhuc praeter Deum nihil esset, — c) verissimum esse, Moysen sub nomine coeli, implicite creaturam quoque angelicam designasse, — d) fidenter nimis asseruisse Vazquezium (6) non potuisse Ecclesiam hanc controversiam definire, quia nec in Scriptura, nec in traditione fundamentum talis definitionis invenitur, cui recte opponit Suarezius (7) posse Ecclesiam: si oportuerit, quando sensus intentus a Spiritu Sancto in aliquo loco Scripturae dubius est, nos docere et definire, quis ille sensus fuerit.*

18. 3. Ex SS. Patribus ut jam monuimus nota II, contrarium penserunt communiter Patres graeci, repugnantibus tunc a S. Augustino Patribus latinis, quibus postea primates in omni schola theologorum doctores unanimiter accesserunt. Etiam inter graecos hanc sententiam docuerunt Theodoretus, (8) Epiphanius (9), qui dicit: *Illud evidenter divinus sermo declarat, neque post sideri productos angelos, neque ante coelum terramque aconstitutos. Est enim certa et immutabilis illa sententia, ante coe-*

(1) XX, 11. — (2) v. 5. — (3) Genes. I, 5. — (4) Genes. I, 3. — (5) De civit. Dei. I, 11, c. 6. — (6) D. 224, c. 3, p. 4. 1. 4. Pars. — (7) Lib. 1, c. 3, n. 13. — (8) Q. 3, in Genes. — (9) Haer. 65, n. 5.

lum et terram nihil omnino conditarum rerum extitisse, quoniam *in principio creavit Deus coelum et terram*, ut illud sit creandi principium, ante quod creatis ex rebus omnino nulla fuerit.

19. 4. Ratio hujus veritatis demonstrativa non datur, cum absque dubio potuisset Deus Angelos ante hunc mundum corporeum creare si voluisset; imo contrarium asserere esset errare et Omnipotentiae divinae detrudere, ratio nihilominus congruens et suadens traditur a D. Thoma (1) haec: *Angeli enim sunt quaedam pars universi; non enim constituunt per se unum universum; sed tam ipsi quam creatura corporea in constitutionem unius universi conveniunt. Quod apparet ex ordine unius creaturae ad aliam. Ordo enim rerum ad invicem est bonum universi. Nulla autem pars perfecta est a suo toto separata. Non est igitur probabile quod Deus cujus perfecta sunt opera, ut dicitur Deuter. XXXII. 4, creaturam angelicam seorsum ante alias creaturas creaverit.*

20. Obj. 1. S. Basilius (2) ait: *Erat sane status quidam, mundi generatione superior, abstractis illis a concretionem materiae potentis mundo praestantioribus pro decore accommodatus: temporis etiam conditione anterior, aeternus nimirum ac perpetuus quibus verbis videtur concedere Angelos, quod potentia a materiae concretionem abstractas vocat, ab aeterno extitisse.*

Resp. Explicio verba S. Patris, *erat status...* temporis conditione anterior, aeternus nimirum ac perpetuus relative ad statum et tempus rerum corporearum; conc. absolute i. e. sine initio; neg. Paulo ante dixerat: *Quae ex tempore coeperunt, nec ita esse prorsus eandem, quin aliquando defutura sint et consummandae unde quia creaturae spirituales nec defuturae, nec consummandae sunt natura sua, dixit sine repugnantia eorum statum, a corporibus independentem fuisse anteriorem tempore nostro, esseque aeternum ac perpetuum, quia non consummandum: non enim sunt Angeli defecibiles sicut res corporeae.*

21. Obj. 2. Plures Patres verba Domini ad Job (3). *Eccc behemoth quem feci locum... Ipse est principium clariorum Dei*, de Lucifero interpretantur; ergo dicendum videtur angelos ante mundum corporeum a Deo factos esse.

Resp. In sensu obvio et litterali sermo ibi est, juxta antiquos de elephante vel de turo, juxta modernos de hypopofamo, qui a Deo ut argumentum suae sapientiae et potentiae sicut et alia animalia quae ibi describuntur profertur (4). Propter auctoritatem vero Pa-

(1) 1. 2. P. Q. 61, ar. 3. — (2) Homil. I, in *Evangelio*. — (3) Job. XL, 10, 14. — (4) Vid. Pined. in Job, ad fin. r. 39, c. XL.

trum Augustini videlicet, Hieronymi, Gregorii etc. qui de daemone interpretantur, permissio *antececedente*, nego *conseq.* nam *Behemoth*, ut ex contextu patet, dicitur quidem *Principium riarum Dei*, non positive, sed negative, quia nihil ante illum creatum est; inter simul creatas ipse potius quam aliae res vocatur principium, seu principalis, quis omnes alias dignitate superat.

22. Obj. 3.^o Ex data expositione concil. Later. dices cum Ferrariensi (1) Angelos simul cum mando corporeo, non ante esse creatos, veritatem esse non modo theologice certam, sed fidei.

Resp. Errore Ferrariensem, tum quia, auctore D. Thoma (2) illud *simul* potest sumi pro *aequaliter* adversus sequaces Origenis quorum opinionem de creatione rerum corporalium non propter se, sed propter peccatum spirituum, concilium damnare intendebat; tum praecipue ut animadvertit Suarius (3) quia non ex instituto ad id definiendum, sed obiter, et quasi aliud agens declaravit; altamen negandum non est, cum eodem Suario, non parum auctoritatis accessisse huius sententiae, atque adeo non scerere temeritate contra illam nunc sentire.

ARTICULUS II.

De natura Angelorum.

THESIS III.

Angeli sunt substantiae omnino incorporeae seu adaequatae spirituales.

23. Nota. I. Substantia adaequata corporea est quae natura sua postulat subiectum esse quantitatis, seu partes extra partes ad locum replendum habere; vel quae licet simplex sit, tamen non nisi in corpore et per corpus, ut plures de anima brutorum ratiocinantur, operari valet. Substantia inadaequata corporea et incomplete spiritualis est quae, ut anima humana, esse potest sine corpore, non tamen soluta ab omni vinculo corporeo, cum sit forma corporis et ad ipsum ordinem dicat essentialem. Substantia omnino incorporea et adaequata spiritualis, est quae non modo potest esse sine corpore, sed neque ordinem ad illum corpus importat, ita ut independentem a corpore sit substantia omnino completa.

II. Plures ex antiquis Patribus ut Justinus, Tertull., Hilar., Ambr., etc. (4) magni et docti viri ait S. Ful-

(1) Sum. cont. gen. 2. c. 24. — (2) Opus. 23. sl. 6, edit. Venet. t. 8. — (3) De Angel. l. 1. c. 3, nn. 14, 15. — (4) Pet. av. De angelis. l. 1, c. II.

gentius assererunt Angelos ex spiritu incorporeo, quo a Dei contemplatione nunquam recedunt; et ex corpore, per quod ex tempore hominibus apparent (1) esse compositos. Corpus vero dicebant habere Angelos bonos «aethereum i. e. igneum; daemones «aereum,» ut ipsa corporum subtilitate significaretur nihil prohibere eos simpliciter *spiritus* vocari. His, alii non pauci numero, nec auctoritate minores contradixerunt.

III. Thesis nostra post Lateranense concil. est omnino certa ita ut juxta communem theologorum sententiam, temere ageret qui contra sentiret, non esset tamen haereticus, ut aliqui velent, quia non fuit scopus concilii hanc veritatem definire, sed aliud agens obiter eam declaravit. Contrariam ideo sustinere sententiam, pauci inter catholicos non repugnavit ut Cajetanus (2). Rugabius (3). Sixtus senensis (4). Dominic. Bannez.

24. Prob. 1.^o Concil. Lateranense IV (5) a Vaticano (6) innovatum. Deum ait de nihilo condidisse «utramque... creaturam, spirituales et corporealem; angelicam videlicet et mundanam; ac deinde humanam; quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.» Atqui in his verbis, Angeli totaliter opponuntur corporibus, tanquam membrum divisionis negans omnem corporeitatem et importans solam spiritualitatem. Ergo... Confir. Addit concil. creaturam humanam esse «communem ex spiritu et corpore constitutam.» Atqui creaturae mere corporeae ab humana discernuntur eo quod *spiritu* careant; ergo e contrario Angeli ab hominibus distinguuntur, quia omni privantur corporeitate.

2.^o In Scriptura Angeli tam boni quam mali simpliciter *spiritus* vocantur. S. Paulus (7); *Omnes sunt administratorii spiritus*. S. Ioannes (8); *Et a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt*. De daemonebus apud S. Matthaeum (9) legitur; *Obtulerunt ei (Christo D.) multos daemones habentes; et dicebant spiritus verbo...* S. Lucas (10); *Cum immundus spiritus eierit de homine... assumit septem alios spiritus nocivos, nequiores se...* Sed nomen *spiritus*, simpliciter dictum juxta ipsam sacram Scripturam plene incorpoream designat. Ergo... *Min.* prob. ex S. Ioanne (11); *Spiritus est Deus*. Apostolus (12); *Quis enim hominum scit, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* S. Iacobus (13); *Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides*, etc. Sed in his testimoniis et aliis quae possent affer-

(1) S. Fulgentius. Lib. de Trinit. c. 9. — (2) In ep. ad Ephes. c. II. — (3) De peren. philosoph. lib. 8, c. 27. — (4) Biblioth. sanct. lib. 3, ad 8. — (5) Cap. Firm. — (6) Const. Dei Filii. — (7) Hebr. I, 14. — (8) Apocal. I. 4. — (9) VIII, 16. — (10) XI, 24, 26. — (11) IV, 24. — (12) I Corinth. II, 11. — (13) II, 26.

ri. Scriptura utitur hac voce pro substantia simpliciter spirituali vel cum oppositione ad corpus. Ergo... Confr. quia essentia constans ex spiritu et corpore, qualis est homo nequit appellari nisi abusive, simpliciter spiritus; ergo cum verba Scripturae non abusive, sed in sensu obvio et naturali citra repugnantiam sumenda sint, fatendum est secundum Scripturam angelos esse simpliciter spiritus seu omnino incorporeos.

25. 3.^a Ex Patribus. S. Ignatius M. (1) Angelos vocat: *spiritus simplices hominibus spiritus*, i. e. coelites, incorporeas naturas. Daemonem appellat Epiphanius (2): «*Spiritum impurum et corporis expertum*» Dionysius in lib. De divinis nominibus c. 4. «*Dei gratia subsistent intelligibiles omnes, spiritualesque substantiae... incorporeales omnino utique materia carentes.*» S. Leo (3): «*Fides vera, quae est catholica, omnium creaturarum, sive spiritualium sive corporearum bonam confiteri substantiam.*» S. Gregorius M. (4) aperte ait: «*Angelus namque solummodo spiritus, homo vero et spiritus est, et caro.*» et alibi (5) interroganti Petro de apostatis spiritibus, an corporei vel incorporei dicendi essent, respondet: «*Quis sanum sapiens, esse spiritus corporeos dixerit?*» Ex quibus omnibus satis constat a primis Ecclesiae Patribus et doctoribus, ad posteriores usque, nemquam demisse, qui omnimodam Angelorum incorporeitatem assererent. Alios Patres pro hac veritate, vide apud Petavium (6).

26. 4.^a Ratio efficitur seu evidens, quae probet Angelos debere esse puros spiritus, seu quod idem est, praeter homines non posse alios esse gradus entium corpore et spiritu mixtorum, non datur congrua et sufficiens ratio eam, quam attulimus ex D. Thoma, Thes. 1.^a n. 4. reddidit ad eodem Angelico alia (7), quam Suarius (8) nullum urget, quia non tantum ut prior aliquos angelos debere esse puros spiritus concludit, sed omnes omnino: ratio haec est; praeter animam humanam, substantia spiritualis superioris gradus entium, quae sit formae alicujus corporis, repugnat; sed Angeli ex dictis sunt substantiae spirituales superiores in essendi gradu hominibus. Ergo... *Met.* prob. Illa spiritualis et superior substantia haberet corpus aptum ad sentiendum vel non; atqui in neutro casu potest concipi ut forma alicujus corporis. Ergo... *Minor* prob. per partes, non primum quia nullum est in natura principium ad fingenda corpora apta ad sentiendum dissimilia nostris, ac constituenta gradum novum, nec concipere valeamus

(1) Ep. ad Trall. — (2) Hares, 26, n. 13. — (3) Epist. ad Turib. c. 6. — (4) IV. Mor. c. IX. — (5) IV. Dialog. c. 39. — (6) De Angel. L. I, c. III. — (7) J. P. Q. 31. ar. 3. Q. 70. ar. 3. — (8) De Angel. L. 1, c. 6; Metaphys. D. 33. sec. 3.^a

ex principiis naturalibus, quomodo sint possibile alia corpora cum aliis sensibus. Nam et ipsi qui tribuerunt angelis corpora, minime organica et ad sentiendum apta posuerunt, sed subtilissima, aetherea vel aerea ad motum velocissima et ad penetrationem per quaevis interstitia facillima. Non secundum, quia substantia spiritualis corpore non indiga neque ad sentiendum, neque ad intelligendum per phantasmata, laud esse potest forma ordinata tamquam substantia incompleta ad actuandum substantialiter corpus, ut cum illo substantiam per se unam et completam constituat; ergo substantia spiritualis sine corpore ad sentiendum apto repugnat. *Antec.* prob. Forma unius corpori propter operationem; atqui in facta suppositione, nullum per corpus exerceret substantia spiritualis actum vitae. Ergo...

Si excipis cum Cajetano posse corpus spiritui describere ad motum localem, reponit optime Suarius, vel est sermo de motu aliorum corporum a substantia spirituali, vel de motu proprii corporis, cui illa uniri fingitur; si primum impertinens est unio cum corpore insensibili, sine operationibus organicis, quae possint esse, per manus v. g. instrumenta movendi alia corpora, movendo enim corpus proprium, *impelo sub spiritus*, seu voluntate sua et imperio, alia moveret, quod aequè bene et expeditius intelligitur praestare, immediate agendo in aliena corpora per suas spirituales potentias, proprio corpore non impeditas. Si secundum, motus ille nihil deservit substantiae spirituali, ergo rejiciendus. *Antec.* prob. Quia substantia spiritualis expeditius et magis per se primo se movere potest sine corpore, quam cum corpore; ergo si solum propter motum localem corpori uniretur, non propter se, sed propter corpus uniretur, quod rectae rationi absoum est.

5. Marcus (1) et Lucas (2) referunt Christum eiecisse daemones, cui nomen erat *Legio* quia *introducebat daemones multo in unum hominem*; atqui si daemones non sunt incorporei et pure spirituales, quomodo nulli, juxta plures interpretes 6666 fuerint simul unius corporis hominis obsessores, omnem magnitudinem vim transcendit. Ergo...

27. Obj. 1.^a Genes (3): *Fideles filii Dei filios hominum quod essent pulchrae acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant... Postquam uxores ingressi sunt, filii Dei ad filias humanum illaeque genuerunt, isti sunt potentales a baculo viri famosi*, ubi Septuaginta loco *filii Dei* legunt *Angeli Dei*, unde multi ex antiquis Patribus Justinus (4), Clemens, Alex. (5), Tertullianus (6), Athenagoras (7), Lactantius (8) etc. colligunt

(1) V. 9. — (2) VIII, 30. — (3) VI, 2-4. — (4) Apol. 1.2. — (5) Strom. III. — (6) Lib. de Nat. miller. — (7) Leg. pro. Cto. 23. — (8) Divin. int. 24.

habere Angelus corpora, quibus foeminas cognoscere et gigantes generare poterunt.

Resp. *Angeli Dei* in nonnullis codicibus Septuaginta Interpretatum positum esse loco *Filii Dei* ad designandos veros Angelos; neg. ad significandam sanctitatem, morum puritatem hominum iustorum seu filiorum Seth; concedo. Textus primigenius, qui concordant vulgatae et correctioe codices Septuaginta Interpretatum habet: *Et sunt filii Dei*, qua phrasi in Scriptura homines boni et iusti pluries notantur. Vide Deuter. XIV, 1, 2; Isaiam I, 2; Jerem. III, 14; Proverb. XIV, 26, etc. Aliunde patet, non posse ibi intelligi veros Angelos, non Angelos bonos, quia iam erant beati et impeccabiles; non angelos malos, quia hi nec dicuntur nec dici possunt filii Dei. Ita contrarie ad Patres in objectione citatos h. l. exposuerunt S. Philastrius (1), S. Augustinus (2), S. Cyrillus Alex. (3), Theodoretus (4). Hos sequuti sunt communitur interpretes cum S. Thoma (5). Deinde etsi daremus, ut volunt post obiectos Patres, Toletanus, Paulus Burgensis, et Franciscus Vallesius, per Angelos malos genitos esse gigantes, id non posset accidere per corpora sibi connaturalia, sed per corpora assumpta et corrogato ex hominibus virili semine. Vid. D. Thom. (l. c.) qui notat, quod si aliquis ita nasceretur non esset: «filius daemónis, sed villius hominis cuius esset semen acceptum.»

Obj. 2.^a I. Reg. XVI, 23 legitur daemónem ad cytharæ pulsatione Saule, exisse; fugatum apud Tob. VI, 19 fumo jecoris; ligatum a Raphaelæ in deserto, ibid. VIII, 3; delectari tandem locis humidis et palustribus apud Job XL, 16. Atqui horum effectuum solum corporeae substantiae sunt capaces. Ergo...

Resp. Explico singula; dicitur in Scriptura daemónem ei pulsationis cytharæ conatum abire, et fumi jecoris fugatum, a Raphaelæ ligatum vere ut corpus et naturaliter; neg. miraculose, divina operante virtute; conc. In Job, affertur daemón loca humida appetens, proprie et in sensu obvio et litterali; neg. in sensu mystico et metaphorico ad significandas animas voluptati et luxuriae deditas; trans. Vide dicta supra n. 21. *Minor*, disting. horum effectuum solum substantiae corporeae sunt capaces, physice, naturaliter, et passive; conc. moraliter et effective reahiter virtute divina; neg.

Inst. Angeli ab his quibus apparent videntur, tanguntur, ad mensam invitati comedunt, etc. Ergo corporei sunt, aliter nec videri, tangi etc. possent.

(1) Haeres. 108.—(2) De civit. Dei. l. 15, 2.—(3) Glaphyr. in Gen. II, n. 2, con. Julii.—(4) Q. 47, in Genes.—(5) 1, Q. 51, ar. 3.

Resp. *Distin. antec.* Angeli illa omnia praestant corpore proprio; neg. corpore assumpto vero et reali, quo secundum speciem externam videntur comedere, loqui etc. quamvis *estallier* corpore nec loquantur nec comedant; conc. *Videber*; ait Raphael Tobiae (1), *quidem vobiscum manducare et bibere, sed ego cibo invisibiliutor.*

28. Obj. 3.^a Synodus Nicœna II (2) approbavit doctrinam Joannis Thessalonicensium Episcopi doctentis: Catholicam et Apostolicam Ecclesiam nosse Angelos intelligibiles quidem, «non tamen incorporeales omnino et invisibiles... subtiles autem corpore et aereos et igneos.» Ergo...

Resp. *Neg. antec.* Tarasius concil. praeses, Joannis sententiam temperavit, et errore de Angelorum corporeitate suppresso, ita concilio locutus est: «Ostendit Pater (Joan. Thessal.) quod Angelos oporteat pingi, quoniam circumscripti sunt; et veluti homines multis apparuerunt» cui omnes Patres responderunt: «Etiam Dominae,» ex quibus clare apparet concilium probasse substantiam sententiae, nempe Angelos depingi posse, non autem rationem probasse, nisi in eo sensu quod aliquando corporis specie hominibus ut homines apparuissent. Praeterea concil. in fidei professione ait: «Veneramur imagines sanctorum et incorporeorum Angelorum.»

Obj. 4.^a Patres ut Justinus, Tertullianus, Ambrosius et alii, usque ad S. Bernardum (3), qui dubius haeret tribuerunt Angelis corpora subtilia. Ergo...

Resp. Hos Patres deceptos fuisse; tum ex sententia Platonis, qui angelos admittebat corporeos, tum ex versione Septuaginta Genes. VI. *Videntes Angeli Dei*, etc. Quare ex his Patribus nulla accedit contrariae sententiae probabilitas, cum hodie pro omnimoda incorporeitate firmi stent theologo et fideles cum Scriptura, et pluribus Patribus una cum concil. Later. et Vaticano.

THESIS IV.

Angeli non sunt compositi tamquam ex forma et materia spiritali. (R)

29. *Nota.* Ex thesi proxime praecedenti satis constat nullam materiam corpoream posse ingredi compositionem substantiae angelicae; an vero constituti sint Angeli ex forma et materia spiritali hic inquirendum est, propter paucos theologos, inter quos D. Bonaventura (4), qui Angelos ex huiusmodi materia compositos

(1) XII, 19.—(2) Act. 5.—(3) Serm. 5 in Cantic.—(4) In. 2, Dis. 3.

esse docuerunt, reliquis omnibus ad factum quod attinet adversantibus, nam de possibili ut probabiliorem habuerunt oppositam sententiam Izaakio, Arriaga, Viva, alique recentiores.

30. Prob. 1.^a Patres qui Angelos ab omni materia corporea alienos praedicant, eos vident simpliciter immateriales, nullam aliam praeter corporalem supponentes existere materiam. Ergo juxta SS. Patres, Angeli sunt purae formae nulli materiae admixtae. *Antec. prob.* Dionysius (1) Angelos vocat: «essentias ab omni materia liberatas et mentes corpore ac materia carentes» et infra c. 7. «Ab omni materia et admixtione solutae, ac liberae mentes sine materia aequaliter, idem docet in lib. de *Coelesti Hierarch.* cc. 12 et 15. Gregorius Nazianz. (2) asserit angelos esse «simplices». Eodem modo Athanasius, Eusebius Caesariensis et alii loquuntur.

Prob. 2.^a Ex communi theologorum consensu quorum princeps D. Thomas (3) ait: «impossibile est quod substantia intellectualis habeat quaedamque materiam.»

31. 3.^a Forma quae non indiget subjecto ut ab ipso in esse sustentetur, neque ut illo ad suas operationes utatur, inutiliter ac proinde absurde dicitur ex se et natura sua ad aliquod subjectum seu materiam ordinari. Sed forma pure spiritualis, ut angelica, nullo indiget subjecto ad suas operationes neque ut in esse sustentetur. Ergo...

32. Obj. 1.^a Qui non est actus purus, est compositus ex potentia et actu. Sed Angelus non est actus purus, et ratio *potentiae* convenit materiae; ratio *actus* convenit formae. Ergo...

Resp. Concedo *major.* et *min.* quoad primam partem; secundam dist. potentia aliqua est materia et aliquis actus est forma, conc. *min.*: omnis potentia est materia et omnis actus est forma proprie dicta; neg. *minor.* Anima quin sit materia, recipit suam subsistentiam et intellectus; ideoque est potentia ad illas, et idem de Angelo dicendum est cum sit substantia finita et distincta a Deo.

Obj. 2.^a In Angelis datur compositio ex genere et differentia. Sed genus sumitur ex materia et differentia ex forma. Ergo...

Resp. Dist. *major.*... datur compositio ex genere et differentia logica seu rationis, conc. *physica* et *realis*, neg. *ad minor.* sed genus sumitur ex materia, etc. disting. secundum rei veritatem, neg.; secundum analogiam et proportionem, concedo.

Obj. 3.^a Forma limitatur a materia. Ergo si Angeli ex nulla componentur materia erunt infinitae seu illimitatae perfectionis, quod repugnat.

(1) De div. nom. c. 4.—(2) De vrb. carn. v. 48.—(3) 1. Q. 50, ar. 2.

Resp. Dist. *antec.* Forma limitatur a materia arguitive, conc.; ex eo enim quod materia constituat unum totum cum forma, arguitur formam esse finitae et limitatae perfectionis. Formaliter, neg.; nam tum forma, tum quaevis alia res creata limitatur per suam essentiam in se finitam et a Deo creatam.

33. Obj. 4.^a Possibilis est materia spiritualis, sive talis quae non sit subjecta quantitati, et unum efformet totum cum forma spirituali. Ergo cum Angelis nulla maior, quam natura sua postulat, tribuenda sit simplicitas, nihil vetat eos dicere esse, vel forte compositos esse ex forma et materia spirituali. *Antec. prob.* et negative quia nulla assignari potest repugnancia; et positive, quia si anima rationalis, unum totum facere potest cum materia corporea, a fortiori idem valebit forma spiritualis cum materia spirituali suae formae magis proportionata.

Resp. 1.^a Trans. *Antec. neg. conc.* In rebus facti sufficit consensus Patrum et theologorum asserentium Angelos esse substantias prorsus simplices in natura sua, ut non liceat privato theologo sine *temeritatis nota* a communi omnium suffragio recedere.

Resp. 2.^a Neg. *antec.* cum D. Thoma prob. 2.^a allato. Ad prob. primam nego assumptum propter dicta argum. 3.^a Ad secundam, nego illatum: anima rationalis indiget corpore ad operationes vegetativas et sensitivas et suo modo per phantasmata etiam ad intellectivas; at substantia complete spiritualis, quae solum intelligit, vult, movetque se et alia, ad nullum subjectum seu materiam habere potest ordinem, quia hae operationes ex suo conceptu independentes sunt a quolibet subjecto; ergo substantia complete spiritualis, nullam proportionem habere potest ad materiam etiam spiritualem, quae ut docet Angelicus (1) esset pura potentia in ratione substantiae, quomodo autem pura potentia substantialis utilis vel necessarii esse possit, ad operationes omnino independentes a subjecto, fingere possibile est, assequi minime. Constat Eximus (2).

THESIS V.

Admittenda est in Angelis compositio metaphysica ex genere et differentia. ®

34. Est communis et certa sententia contra Durandum. Et prob. Angeli constitui possunt sub praedicamento. Sed quidquid sub praedicamento constitui potest, componitur metaphysice ex genere et differentia. Ergo Angeli... *Minor.* est clara, nam quae sub aliquo genere seu praedicamento continentur, per aliquid cum aliis

(1) Opusc. 15, c. 7.—(2) Metaphy. D. XIII, sec. 14, n. 14.
Tuzot.—Tom. IV.—P. 1.

rebus conveniunt, et per aliquid ab ipsis rebus ejusdem generis differunt, sed illud est genus, hoc differentia. Ergo. *Maj. prob. a)* Deus a praedicamento excluditur quia propter infinitam ejus celsitudinem, convenientiam metaphysicam univocam cum entibus creatis nullam habet; atqui Angeli sunt finiti in essentia et virtute; ergo a praedicamento non excluduntur. *b)* Angeli univocam habent convenientiam, cum ceteris substantiis creatis, nam et conceptus substantiae creatae communis est illis sub eadem ratione, et in modo subsistendi seu substandi accidentibus pari similitudine donantur; continentur ergo Angeli sub praedicamento *substantiae*.

SCHOLIUM. Angeli recte definiuntur: *Substantiae creatae spirituales completae*.

35. Rectum dicimus definitionem alicujus entis creati, quae ex aliquo praedicato communi seu genere et ex aliquo omnino proprio et speciali seu differentia, eus de quo agitur ab aliis discernit et simul cetera praedicata, quae ei conveniunt quasi in radice continet. Haec omnia in illata definitione locum habent, siquidem verba *substantiae creatae* praedicatum sunt commune seu genus quibus convenientia Angelorum cum omnibus aliis substantiis creatis significatur; verba *spirituales completae* exhibent praedicatum peculiare seu differentiam, nam per *spirituales* seu incorporeas et immateriales differunt Angeli tum ab homine, qui est substantia composita ex corpore et spiritu; tum ab aliis substantiis completis pure corporeis; per *completae* i. e. ita perfectae in ratione substantiae, sive naturae, ut nequeant cum alio facere unum per se in ratione naturae, per quod differunt ab anima rationali, quae est substantia spiritualis incompleta, apta, cum corpore constitutere naturam humanam. Caetera tandem praedicata Angelorum quasi in radice continent, cum ex data definitione legitime inferantur intellectivas; immortalitas, etc. ut ex dicendis patebit. Consonat D. Thomas (1) docens: immaterialitas alienius rei, est ratio, quod sit cognoscitiva.

THESIS VI.

Angeli sunt natura sua immortales.

36. *Nota* 1. Incorrumpibile duplici sensu sumi potest, primo ita ut incorruptibile solum excludat propriam physicam corruptionem, consistentem in eo, quod manente subjecto, deficiat compositum et generatur vel possit generari aliud; secundo, pro indestructibilitate per annihilationem, quam per corruptionem. Primo modo certum est, Angelos esse omnino incorruptibiles, quia Angelus est entitas spiritualis, simplex, indivisibilis; e contra altero modo pariter certum est et juxta plures de fide, Angelos esse destructibiles.

(1) 1. Q. 14, ar. 1.

quia Deus potest eos annihilare et destruere (1). *Quomodo*, quaerit Sapiens (2) *possit aliquid pervenire, nisi tu volueris* et Paulus (3) *Qui solus habet immortalitatem*.

II. Ex dictis de spiritualitate Angelorum satis constat eos per causas secundas nullatenus corrumpi aut interiri posse, contrarium enim non habent in rerum natura et erant subjecto in quo contrarium Angeli destructivum introducatur. Superest quaerere an Angeli sint naturaliter indestructibiles in ordine ad Deum?

III. Indestructibilitas seu immortalitas Angeli relate ad Deum potest habere duplicem sensum; primo, ut Angelus ideo dicatur indestructibilis a Deo naturaliter, quia non possit destitui a Deo ad exigentiam naturae; secundo, in quo Angelus dicatur naturaliter indestructibilis, sed non ita ut ei debeatur sua aeterna conservatio, quare non fieret ei violentia, nec esset miraculum, si negaretur, sicut esset miraculum, ignem debite applicatum non comburere. In priori sensu omnes theologi respondent affirmative, in altero etiam affirmativam sententiam strenue propugnant Vazquez (4) caeteris communissime una cum D. Thoma (5) negantibus. Thesis prout asserit Angelos de facto existentes esse immortales est de fide ex Scriptura et communi totius Ecclesiae sensu, quia addit *natura sua* comparative saltem ad causas secundas, perniciosissimus esset error contrarium sustinere, comparative vero ad Deum est certa et tenenda sententia cum unanini jam theologorum consensu, qui ita sentiunt et loquuntur de anima humana.

37. *Prob. 1.* Concil. Lateranense V. (6) cum Leone pp. X. in Bulla *Apostolice regiminis* contra eos qui de natura praesertim animae rationalis, quod videlicet mortalis sit, docent, declarat hanc doctrinam unum esse inter nonnullos perniciosissimos errores a fidelibus semper explosos, et subdit: hoc sacro approbante concilio damnatum et reprobamus omnes asserentes, «animam intellectivam mortalem esse» intellige *natura sua*, cum hunc sensum verba praecedentia «de natura... animae rationalis quod... mortalis sit», postulant, et subsequenter declarant, additur enim: «cum illa (anima) non solum vere per se et essentialiter humani corporis forma existat... verum et immortalis». Ergo a fortiori idem est de Angelis dicendum, qui sunt anima humana natura superiores et nobiliores.

2.^o Juxta S. Matthaeum (7) Christus D. dicit reprobis:

(1) Suar. de angel. l. 1, c. 9. — (2) Sapientia, c. XI, 26. — (3) 1. Timoth. VI, 16. — (4) 1. P. D. 782. — (5) 1. Q. 30, ar. 3, ad 3. — (6) Sess. 8. — (7) XXV, 41.

Discedite a me maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus et apud Lucam (1): sadducaei negativibus resurrectionem respondit: Illi vero qui digni habebantur... resurrectione ex mortuis, neque ascendent, neque ducunt uxores; neque enim ultra mori poterunt; aequales enim Angelis sunt... Sed in his textibus, daemoneibus poena aeterna, angelis sanctis gloria aeterna statuitur, immo additur justos ex hominibus post resurrectionem ultra mori non posse, quia deveniunt Angelis aequales scilicet in immortalitate qua ante resurrectionem carebant. Ergo omnes angeli sive mali aeternae puniendi, sive boni aeternae beandi, sunt immortales et non ut homines qui non natura, sed gratia facti sunt angelis aequales. Si enim pari ratione homines post resurrectionem et Angeli essent immortales ratio Christi adversus sadducaeos aequales eam Angelis sicut multum evanesceret et fore nulla esset. Confr. Ex verbis Lucae *neque ascendent, etc.* deducunt auctores Angelos natura sua non posse nubere, ducere uxores; ergo pari ratione ex verbis *ultra mori non poterunt*, arguendum est, eos naturaliter mori non posse.

38. 3.^o Dionysius (2): Intellectualis substantiae vitam habent inefficientem ab universa corruptione, morte et materia, et generatione tandem existentes. Jo. Damascenus (3): Quod vacat corpore, id rationis est participes, et immortale, ut animus, Angelus et daemon. Alios Patres vide apud auctores.

39. 4. a) Deus nullum rem potest destruere naturaliter, nisi, vel quia sit in natura exigentia ad ejus destructionem, vel quia rei desit sua causa naturalis, vel desset finis eam conservandi: atqui respectu Angeli nec dari potest in natura exigentia, ut destruat: nec ei deficere sua causa naturalis, nec cessare finis ut conservetur; ergo adhuc per ordinem ad Deum, est Angelus naturaliter indestructibilis seu immortalis. *Major*, prob. Philosophi catholici post SS. Patres, solo naturae luminis animam rationalem immortalem esse convincunt. Sed animae rationalis immortalitas minime convinceretur, nisi esset naturaliter indestructibile id cui desit in natura exigentia ad ejus destructionem; cui nec posset desse causa connaturalis, nec desit finis conservandis. Ergo... b) Quod ex sua natura petit operationes connexas naturaliter cum ipsis perpetuitate, est naturaliter perpetuum; sed Angelus ex sua natura petit operationes naturaliter connexas, cum ipsis perpetuitate. Ergo... *Minor*, prob. Angelus titulo agentis libert. petit libertatem cum bona vel mala operatione connexam. Sed haec operationes sunt connexae cum perpetuitate Angeli; quia si sint graviter malae, debetur eis aeternitas poenae

(1) XX, 35, 36.—(2) De divinis nominis, c. 4.—(3) Lib. de decret. et plac.

ut postea probabitur; si sint bonae, aeterna felicitas saltem naturalis. Ergo Angelus natura sua postulat perpetuas operationes ac proinde est naturaliter perpetuus seu immortalis.

40. Obj. 1.^o Angelus dicitur immortalis per gratiam. Synod. VI (1): «Angeli immortales perseverant, non naturam revera incorruptam proprie immortalem habentes essentiam; sed gratiam a Deo sortiti.»

Cyriillus Alex (2): «Quae naturis praecipue insunt, ea respectu Creatoris nihil sunt: ignis combustivus quidem est, sed non Deo: sic etiam Angelus immortalis quidem est, non Deo.» Similiter loquuntur Irenaeus (3), Ambrosius (4), Augustinus (5), Hilarius (6), Damascenus (7). At si angelus natura sua esset immortalis, non diceretur immortalis et aeternus per gratiam. Ergo...

Resp. Dist. *major*... per gratiam naturalis creationis et conservationis: concedo; per gratiam ordinis supernaturalis; neg. Concil. et Patres hac distinctione explici: excludunt ab Angelis immortalitatem essentialem soli Deo propriam; conc.; immortalitatem naturae debitam, absolute tamen a Deo annihilabilem, per potentiam quam dicimus extraordinariam, neg. Hic sensus patet ex ipsis S. Cyrilli verbis, quibus ait, Angelum esse immortalem ad modum quo ignis combustivus est, sed ignis naturaliter combustivus est, et debite passo applicatus solum supernaturaliter non comburet si Deus concursus negaret: pari modo Angelus naturaliter immortalis est, et non nisi miraculose a Deo destrui potest. *Minor*, distingo, non diceretur... per gratiam si nullo modo Angelus penderet a Deo vel ab ipso necessario conservaretur: conc.; si a Deo annihilabilis est: neg.

Obj. 2.^o S. Irenaeus (l. c.) et alii aliqui Patres, Angelos esse mortales esse asserunt: Tatianus (8) Angelos jam esse mortuos affirmat. Ergo...

Resp. Dist. primam *minorem*, assertionem, mortales faciunt Angelos ex falso supposito de eorum corporeitate; conc.; retento vero supposito, omnimodae Angelorum spiritualitatis; neg. Alteram assertionem etiam distingo, affirmat Tatianus angelos malos jam esse mortuos, moraliter propter peccatum; conc.; physice, per interitum; neg. Confer Petavium, de Angelis l. 3. c. 4; et l. 1. c. 5.

41. Obj. 3.^o Deus potest destruere et annihilare Angelum. Atqui

(1) Epi Sophron, act. 11.—(2) Theodor. l. 20.—(3) Lib. 2, 64.—(4) De fals. lib. 3, c. 3.—(5) Epi. 59.—(6) In Ps. 148, v. 5.—(7) De fals. lib. 2, c. 3.—(8) Orat. cont. graecis, n. 14.

Deus id potest, quia Angelus ex natura sua est destructibilis et annihilabilis a Deo. Ergo...

Resp. *Distinguo major*. miraculose operando; concedo; naturaliter et juxta exigentiam naturae angelicae; nego, et contradistincta minore nego *conseq.*

ARTICULUS III.

De numero et ordine Angelorum.

THESIS VII.

Angeli sunt in magna multitudinae, imo omnes materialium rerum species probabiliter numero superant.

42. *Nota*. Numerum Angelorum amplissimum esse est de fide ex indubitata Saerae Scripturae sententia; de numero autem determinato nihil certi statui potest ac varie de hac re opinantur doctores (1). communior sententia est eos excedere numero omnes specificas naturas corporeas.

43. Pars I. Prob. 1.^a Daniel (2) ait: *Millia millium ministrabant ei; et decies milies centena millia assistebant ei*. Paulus ad Hebraeos (3): *Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis Jerusalem caelestem, et milliarum millium Angelorum frequentiam*. Joannes (4): *Et vidi et audivi vocem Angelorum multorum in circumcinctis throni, et stantium et sedentium; et erat numerus eorum millia millium*.

2.^a S. Dionysius (5): «Multi sunt beati exercitus supernarum mentium, infirmam et contractam excedentes nostrorum materialium numerorum commensurationem.» S. Gregorius Niss. (6) Angelorum copias ait: «numero quodam esse infinitas.» S. Ambrosius (7): «Habet Angelorum, habet Archangelorum, Dominationum, Potestatum, Tronorum aliorumque innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit.»

44. 3.^a Ratio primaria tanti numeri Angelorum est omnipotentia et voluntas Dei, de qua per Scripturam et traditionem nobis constat: rationes congruentes et suadentes sunt: a) ex S. Thoma (8) perfectio universi est illud quod praecipue Deus intendit in creatione rerum. Atqui universi perfectioni congruit, in majore excessu creati ea, quae prae aliis perfectiora sunt. Ergo congruens

(1) Suarez, de ang. l. 1, c. 11. — (2) VII, 10. — (3) XII, 22. — (4) Apoc. V, 11. — (5) De eccl. hier. c. 14. — (6) De divinis, epist. c. 17. — (7) In Luc. lib. 7, n. 210. — (8) l. Q. 39, art. 3.

seu rationabile est quod Angeli substantiae prorsus immateriales excedant secundum multitudinem substantias materiales quasi incomparabiliter, b) ex Suarezio (1): «Angeli creati sunt, ut Deo assistant, eique ministrent, et pro ejus honore pugnent.» Sed Deus Rex est infinitae Majestatis, quam pene infinitam familiam spirituum sibi assistentium ac ministrantium et innumeras militum legiones decet habere. Ergo Angeli qui sunt ministri Dei, etc. *Miu.* confir. ex Prover. (2). *In multitudinae populi dignitas regis, et in paucitate plebis ignominia principis*. Et ex Matthaeo (3) ubi Christus dixit Petro: *An putas quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones Angelorum.*

45. Pars II. Prob. 1.^a Testimonia Patrum supra adducta (prob. 2.^a) angelos excedere multitudine, res materiales a nobis connumeratas aperte asserunt, Atqui non est credibile eos putasse Angelos plures esse quam omnia individua materialia simul sumpta, v. g. arenarum maris, etc. Ergo secundum rerum materialium species, non individua earum, dixerunt Patres Angelos esse «innumerabiles greges» copias infinitas, etc. Confir. ex auctoritate Angelici D. (4) qui Dionysii verba exponens ait: «Unde et substantiae incorporeae omnem multitudinem materialium specierum transcendunt.»

46. 2.^a Tanquam fare certum ab omnibus theologis habetur singulos homines suum Angelum custodem habere; singulas etiam rerum species praecipue saltem, regna et principatus ab uno Angelo custodiri; hujusmodi Angelos ad infimum pertinere hierarchiam; praeter eos multo plures Angelos existere. Ergo Angeli omnes specificas rerum corporearum naturas numero excedunt.

THESIS VIII.

Angeli inter se specie differunt.

47. *Nota*, Supponimus ex Philosophia, ea specie differre quae sub eodem genere proximo constituta, discrepant in ultima differentia seu in aliquo praedicto, quod essentiale sit, v. g. Homo, equus; et ea solo numero distingui, quae individua sunt ejusdem speciei infimae v. g. plures leones. Asserimus itaque spiritus caelestes non tantum individualiter, sed etiam essentialiter alios ab aliis discernendos esse. Thesis est communis theologorum cum D. Thoma (5), ei adversantur S. Bonaventura (6), Albertus M., Guillelmus Paris, et alii pauci.

(1) De angel. l. I, c. XI, n. 4. — (2) XIV, 25. — (3) XXVI, 53. — (4) De pot. Q. 6, ar. 6. — (5) l. Q. 39, ar. 4. — (6) 2, D. 3.

48. Prob. 1.^a S. Dionysius (1) ait: «Enuntiant sanctorum voluminum traditiones, superiores substantias esse graduum inter se celsitudine differentes.» S. Athanasius (2): «Neque enim irrationalia sunt ut homo rationalis; neque Angeli ut Throni, neque hi ut Potestates. Sed omnes quidem sunt creaturae; singulae vero res creatae secundum genus suum in propria substantia, ut factae sunt, sic existunt et manent.» S. Joan. Chrysostomus (3): «Ordines Angelorum esse genera coelestia innumerabilia.» S. Isidorus Hispal. (4): «Pro graduum dignitate, ministeria sunt illis distributa.» Sed si Angeli «graduum celsitudine» naturaliter differunt, si «pro graduum dignitate, ministeria» diversissima eis naturalia credita sunt, si «genera coelestia innumerabilia» constituentur, si non sunt idem inter se «sicut irrationalia non sunt homo non tantum numero, sed etiam essentia et specie discreti dicendi sunt. Ergo...

49. 2.^a Angeli specie differentes possibiles sunt. Atqui si possibiles sunt Angeli specie distincti, de facto in tanta multitudine in qua conditi sunt, dantur. Ergo... *Mij.* prob. Specifica multiplicatio naturae angelicae repugnaret vel ratione suae simplicitatis, vel ratione perfectionis gradus intellectivi, qui inter Deum animamque rationalem unicus et in essentia creati summe perfectus esset. Sed neutrum dici valet. Ergo... Non primum, tum quia simplicitas non eximit Angelum a compositione metaphysica ex genere et differentia (5), tum quia non apparet ulla repugnantia si dicimus, plures res in simplicitate naturae convenire et simul differre eo quod eam naturae simplicitatem per entitatem notabiliter diversum habeant, ad modum quo formae materiales ignis, aquae, ferri, etc., sunt in essentia simplices et nihilominus inter se notabiliter differunt. Non secundum, quia angelica substantia finito modo inexhaustibilem Dei perfectionem imitatur; poterit ergo inaequaliter illam essentia sua imitari et sic possibilis erit diversitas specifica Angelorum. *Mia.* prob. Axioma est. D. Thomae (6) perfectio universi est illud quod praecipue Deus intendit in creatione rerum. Atqui in tanta multitudine Angelorum consentaneum est universi perfectioni, eos in magna specierum varietate creatos esse, si huiusmodi species ut probavimus possibiles sunt. Ergo... *Mia.* prob. cum Suarío (7): a) «Quia distinctio et ordo specierum est per se, et magis arguit perfectionem et nobilitatem universi, quam sola individuum multiplicatio.» b) «Quia multitudo specierum in in-

(1) De coel. Hierar., c. 3.—(2) Orat. 3.—(3) Homil. 2. De incomp. Dei naturae.—(4) De sum. bono, li. 1.—(5) Supr. Thes. V.—(6) 1. P. Q. 50, ar. 3.—(7) De ang. lib. 1, c. XII, n. 6.

terioribus gradibus corporum, seu viventium mirum in modum ornat universum, divinamque sapientiam, bonitatem et potestatem ostendit; sed gradus substantiarum separatarum magis pertinet ad universi perfectionem, quam omnes inferiores; ergo maxime debuit in illo haec varietas specierum inveniri.»

50. Obj. 1.^a 88. Patres affirmant omnes Angelos in eadem esse specie: S. Basilius (1), S. Athanasius (2), S. Cyrillus Al. (3). Ergo non sunt inter Angelos species diversae.

Resp. Affirmant omnes Angelos in eadem esse specie proprie dicta; neg. inproprie dicta; conc. Omnes enim Angeli conveniunt in gradu spirituali a materia omnino abstracto, praecisive ab illa essentiali intelligendi perfectione, qua in infima specie constituuntur. Hoc ultimum negligentes Patres et primum considerantes vere asseruerunt Angelos esse ejusdem speciei scilicet subalternae, sicut ad eandem speciem animalis irrationalis seu sensitivi pertinent leo, equus, mus, etc. Quod si aliquis eorum non posset ita explicari nihil mirandum, cum de re incerta agatur.

51. Obj. 2.^a Magis et minus, non mutant speciem. Atqui Angeli conveniunt in gradu intellectivo, in eoque non nisi secundum magis et minus differunt. Ergo...

Resp. Dist. *mag.* Magis et minus... speciem, in accidentalibus; conc. in substantialibus; neg. et contra-distincta *via*, neg. consequens. Licet magis et minus in accidentalibus, et quando habentur per intensionem vel additionem gradus ad gradum non variant speciem; ipsam mutant in essentialibus et quando habentur per ideitatem ac perfectionem essentiali.

SCHOLIUM

An sit inter Angelos distinctio numerica.

52. S. Thomas 1. p. q. 50. art. 4. questionem resolvit hoc pacto: «Sed hoc est impossibile. Ea enim quae conveniunt specie et differunt numero, conveniunt in forma, sed distinguuntur materialiter. Si ergo angeli non sunt compositi ex materia et forma, ut dictum est supra, sequitur quod impossibile sit esse duos angelos unius speciei; sicut etiam impossibile esset dicere quod essent plures albedines separatae, aut plures humanitates; cum albedines non sint plures, nisi secundum quod sunt in pluribus substantiis. Si tamen angeli haberent materiam, nec sic possent esse plures angeli unius speciei. Sic enim oporteret quod principium distinctionis unius ab alio esset materia, non quidem secundum divisionem quantitatis, cum sint incorporei, sed secundum diversitatem

(1) Lib. 5, cont. Eunom.—(2) Ad Antioc., q. 4.—(3) Lib. 2, in Theod.

potentiarum: quae quidem diversitas materiae causat diversitatem non solum speciei, sed etiam generis.

53. Obijcit sibi I. ad 3. «Praeterea anima et Angelus ex opposito dividuntur. Sed omnes animae sunt unius speciei. Ergo et angeli.»

«Ad tertium dicendum, quod bonum speciei praeponderat bono individui. Unde multo melius est quod multiplicetur species in Angelis, quam quod multiplicentur individua in una specie.»

Obj. 2. ad 1. Praeterea, quanto aliquid est perfectius in natura, tanto magis debet multiplicari. Hoc autem non esset, si in una specie esset unum tantum individuum. Ergo multi angeli sunt unius speciei.

«Ad quartum dicendum, quod multiplicatio secundum numerum, cum in initium protendi possit, non intenditur ab agente, sed sola multiplicatio secundum speciem, ut supra dictum est. Unde perfectio naturae angelicae requirit multiplicationem specierum, non autem multiplicationem individuum in una specie.»

54. Sententia D. Thomae non transcendit limites probabilis: nam contraria, nempe posse in eadem specie infirma plures esse Angelos solo numero diversos est plurium et insignium theologorum.

55. Probat praecipue hoc argumentum: Ideo Angeli non possunt distingui solo numero intra eandem speciem infimam, quia principium formale distinctionis pure numericae seu individualis, est materia. Atqui principium formale distinctionis pure numericae seu individualis non est materia. Ergo. *Mo. Prob.* Formae tum substantiales tum accidentales differunt numerice et non per materiam. Ergo. *Antec. prob.* Forma ignis A non est forma ignis B, albedo corporis C non est albedo corporis D independenter a materia, et similiter anima Petri non est anima Pauli independenter a corpore. Ergo. *Antec.* constat, quia Deus potest conservare formam sine materia, accidentia sine subjecto, et adhuc A non erit B, neque C erit D. Animae Petri et Pauli post mortem naturaliter subsistunt sine corpore, et nominis numerice distinguuntur; imo pro priori naturae ad unionem cum corpore jam una non erat alia: ergo independenter a corpore jam erant individualiter distinctae.

56. Non mirum igitur, si tum assertio, tum ratio D. Thomae praeclearis ex familia dominicanae theologiae Capreolo, B. Durando, Ferraricensi (2), Bannesio, aliisque adeo difficilis visio sunt, ut non dubitarent asserere S. Doctorem loquentum esse de potentia ordinaria seu juxta naturalem exigentiam Angeli, ad modum quo ignem naturaliter non comburere impossibile est. Fundamentum desumunt ex eodem Angelico (3) sibi dicente: «Valde ruditer argumentatur, ad ostendendum quod Deus facere non possit, quod sint multi intellectus ejusdem speciei, credentes hoc in involvere contradictionem: dato enim quod non esset de natura intellectus quod multiplicaretur, non propter hoc oportet, quod intellectum multiplicari, includeret contradictionem. Sic ergo intellectus, si naturaliter esset unus omnium, quia non haberet na-

turalem causam multiplicationis, posset tamen sortiri multiplicationem ex supernaturali causa, nec esset implicatio contradictoria.» Ubi D. Thomas, ait Suarius (1), contrariam sententiam non solum esse falsam sentit, sed etiam valde ridenda, ac «subinde improbabilem.» Hinc Ferraricensis (l. c.) putat secundum mentem D. Thomae, posse Deum absolute facere plures Angelos ejusdem speciei, non vero relative secundum modos multiplicationis materialis nobis notos; atque hoc sensu loquitur juxta ipsum Angelicum, cum dicit impossibile, esse duos Angelos unius speciei.

Finem impono cum Damasceno (2): «Ac quoad essentiam quidem aequales ne sint inter se, an dispares, compertum non est: solus hoc scit Creator illorum Deus, qui universa explorato novit.

THESIS IX.

Datur inter Angelos ordo hierarchicus seu sacer principatus, qui juxta SS. Patrum et theologorum communem sententiam per tres hierarchias et novem choros distinguitur.

57. Nota. I. Hierarchia vi nominis significat principatum suorum, re solet definiri: collectio personarum aliquo modo sacrarum sub aliquo principe, ac proinde hierarchia coelestis seu angelica est collectio Angelorum Dei servitio addictorum sub aliquo principe ordinata. In quovis principatu duo intelliguntur, scilicet ipse princeps, et multitudo ordinata sub principe, quare si universa Angelorum ordinata multitudo uni et supremo principi Deo subjecta consideratur una est hierarchia angelica, si vero ipsa inspicitur multitudo varii in ea gradus deprehenduntur, praecipue tres, nam quidam Angelorum ordinem immediatum habent ad Deum, alii ad alios Angelos, quique in ultimo sunt gradu ad homines ceterasque res mundanas sub Deo gubernandas, unde tres exurgunt hierarchiae. Rursus sub unaquaque hierarchia alii dantur ordines seu chori quibus significatur multitudo seu ordo magis specialis Angelorum ejusdem hierarchiae peculiarem similitudinem in aliquo manere habentium. Juxta Dionysium infra afferendum in suprema hierarchia sunt Seraphim, Cherubim et Throni; in media Dominationes, Virtutes et Potestates; in infima tandem Principatus, Archangeli et Angeli.

II. Existere aliquem ordinem in Angelis secundum varios dignitatis gradus est fide certum juxta Suarium (3) et de Valentia (4). Quod sint novem chori absque temeritatis nota inficiabitur nemo cum et eorum nomina in Scriptura inveniuntur et

(1) 2. D. 3. q. 1. — (2) Con. gen. P. 2. c. 93. — (3) Opusc. 16. § Restar.

(1) De Ang. l. 1. c. 13, n. 3. — (2) 2. de fide, c. 3. — (3) De Ang. l. 1. c. 13. — (4) Tom. 1. D. 4. q. 1. punct. 3.

ut nomina diversorum ordinum Angelorum communi Patrum et theologorum sententia habeantur.

58. Prob. 1.^o Concil. Constantinopolit. II. generale V. anathemate percussit origenistas contententes omnes angelos satisfactam cepisse divinae contemplationis et in deterius conversos assumptasse corpora atque hinc factum esse, ut alii Cherubim, alii Seraphim, alii Principatus vel Potestates, vel Dominationes, vel Throni et Angeli, et quotquot sunt ordines coelestes effecti fuerint ne vocati. Ergo juxta concilium inter Angelos datur ordo hierarchicus ad quem pertinent Cherubim, Seraphim...

2.^o Isaias. 1. *Vidi Dominum sedentem super solium... Seraphim stabant super illud.* Ezechiel 1. *Et elevata est gloria Domini desuper cherub ad limen domus...* Paulus (3) loquens de Christo ait: *quoniam in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, invisibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principes, sive potestates.* Ad Rom 7. scribit: *Certus sum quis neque angelis, neque principibus, neque virtutibus... neque creatura alia poterit non separare a charitate Dei.* Ad Thessalonicenses vero 5: *Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli.* Sed ex his locis aliisque quae possent adduci ex Sacra Scriptura, argumentabatur S. Gregorius M. 6. *Novem Angelorum ordines diximus, qui videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim atque Seraphim. Esse namque Angelos et Archangelos pene omnes sacri eloqui paginae testantur, Cherubim vero, atque Seraphim saepe, ut notum est, libri Prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus ad Ephesios enumerat dicens: *Super omnem Principatum, et Potestatem et Virtutem, et Dominationem.* Qui rursus ad Colos. scribens ait: *Sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates...* Dum ergo illis quatuor quae ad Ephesios dixit... conjunguntur Throni, quinque sunt ordines, qui specialiter exprimiuntur; quibus dum Angeli et Archangeli, Cherubim atque Seraphim adjuncti sunt procul dubio novem esse Angelorum ordines inventiuntur.*

59. 3.^o S. Dionysius Areop. 7. *Substantias coelestes omnes theologus novem explanatoris nominibus appellavit has divinus noster instituit in tres ternarias distinctas distributiones.* In constit. apostolicis S. Clementi Rom. attributis 8. legitur: *Te adorant innumerabiles Angelorum copiae, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatum, Potestatum, Virtutum, Aeternorum exercitum, Cherubim et senis alii praediti Seraphim.* S. Cyrillus Hier. 1. sacrificii Missae liturgiam explanans ait: *Facimus deinde mentionem... Angelorum, Archangelorum, Virtutum, Dominationum, Principatum, Potestatum, Thronorum; Cherubim multis faciebus praedictorum quasi dicentes davidicum illud: Magnificate Dominum mecum (2).* Mentionem etiam facimus Seraphim quae in Spiritu Sancto vidit Isaias thronum Dei circumstantia et duabus albis faciem tegentia, duobusque pedes ac duabus volantia. S. Isidorus 3. *Novem autem ordines esse Angelorum sacrae Scripturae testantur, id est Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubim et Seraphim.* Hi Patres tam ex graecis quam ex latinis desumpti sufficient ad communem ecclesiae sensum demonstrandum, alios vide apud Petavium l. 2. c. 1.

60. 4.^o Ex congruenti ratione D. Thomae 4. *Ipsa... ratio hierarchiae requirit ordinum diversitatem.* Quae quidem diversitas ordinum secundum diversa officia, et actus consideratur, sicut patet quod in una civitate sunt diversi ordines secundum diversos actus; nam alius est ordo iudicantium, et alius pugnantium et alius laborantium in agris, et sic de aliis. Sed quamvis multi sint unus civitatis ordines, omnes tamen ad tres possunt reduci, secundum quod quaelibet multitudo perfecta habet principium, medium et finem. Unde et in civitatibus triplex ordo hominum invenitur: quidam enim sunt supremi ut optimates; quidam autem sunt infimi, ut viles populus; quidam autem sunt medi ut populus honorabilis. Sic igitur et in qualibet hierarchia angelica ordines distinguuntur secundum diversos actus et officia; et omnis ista diversitas ad tria reducitur, scilicet ad summum, medium et infimum; et propter hoc in qualibet hierarchia Dionysius (l. c.) ponit tres ordines.

61. Obj. 1.^o *Cherubim* Moysis 5. et Ezechielis 6. sunt mera symbola gloriae et omnipotentiae Dei, ab sphingibus aegyptiorum et *Kirubi* seu tauris alatis assyriorum desumpta. Ait enim Ezechiel 7. *de cherubinis ipse est animal quod videram juxta flumen Chobar.* Ergo non potest Scriptura probari Cherubim Angelos esse ac consequenter unum Angelorum esse ordinem ab aliis distinctum.

Resp. Negro assertum cum communi Patrum sententia, nam apud Moysen sermo metaphoricus non est, ipsisque Cherubinis com-

(1) Vl. 1, 3. — (2) X. 4, 5. — (3) Col. 1, 16. — (4) VIII, 38. — (5) 1.^a c. IV, 25. — (6) Heulii 34. in Evang. — (7) De cel. Hier. c. VI. — (8) Lib. 3. cont. 12.

(1) *Cateches. mys.* 5, n. 6. — (2) Ps. XXXIII, 4. — (3) *Ezym.* 1, 7, c. 5. — (4) 1.^a Q. 108. ar. 2. — (5) *Genes.* III, 24. — (6) *Cc. 1, X.* — (7) *Ibid.* X, 15.

mittitur paradisi custodia, quae certe meris symbolis vel statutis ut vult recentissimus auctor, improprissime crederetur. Ezequielem distinctione expono: figurate seu symbolice loquitur de Cherubinis: C. ipsa Cherubim sunt nuda symbola: N. Ex toto contextu apparet Cherubim ministris seu Angelos esse qui Deum comitantur, et *egressa*, ait (1): *est gloria Domini a limine templi; et stetit super Cherubim. Et elevavit Cherubim alas suas, exaltata sunt a terra coram me; et infra 2. et elevarunt cherubim alas suas, et volavit cum eis et gloria Dei Israel erat super eos.* Ad confirmationem dico, quamvis forte *remote* possent verba: *Ipsum est animal*, etc. referri ad assyriorum Kiribiseu ad statuas aligerorum taurorum regum palatia, idolorumque templa excubantes, certo et *proximo* alludunt ad visionem primam (c. I.) quam Propheta juxta flumen Chobar habuit et in qua primo Cherubim ei revelata sunt. *Remote*, transmissi, quia non repugnat Deum Ezequieli, et hebraeis invisibilia suae gloriae et potestatis; per ea quae inter Assyrios viderunt declarasse.

62 Obj. 2^a Insignes sacrae Scripturae expositores (3) docent visiones Isaiae, c. VI. et Ezequielis (c. I. et X.) visionem esse unius ejusdemque rei i. e. gloriae Domini, quare Seraphim Isaiae sunt Cherubim Ezequielis et e contra. Praeterea addunt Cherubim Ezequielis non unum vel alterum angelicum ordinem representare, sed absolute angelicos exercitus. Idem dicitur de Cherubim custodiente paradisum. Ergo Seraphim et Cherubim esse, ex Scriptura minime probatur.

Resp. Dist. *quae*. In docent cum fundamento plus minuste probabili; omitto: cum communiori theologorum et Ecclesiae sensu post S. Dionysium; nego. Extrinsece differre inter se visiones Isaiae et Ezequielis concedit Maldonatus, sed et intrinsece etiam distingui Seraphim a Cherubim officiorum diversitas suadet, dum Seraphim in Dei laudibus celebrandis occupantur, Cherubim vero ad volendum curram gloriae et vindictae Dei destinantur. Ideo Deus dicitur sedere super Cherubim, quod nusquam, ait S. Hieronymus (4) de Seraphinis praedicatum invenimus. Merito ergo ex his locis optime communis interpretatio Patrum et theologorum duos esse intellexit primarios ordines Angelorum Seraphim nempe et Cherubim, nulla enim alia sacrae Scripturae testimonia inveniuntur in quibus de Cherubinis et Seraphinis specialior mentio, ac proprii officiorum descriptio fiat. Ad alteram rationem dabitur in nota responsio.

(1) Ibid. v. 18, 19.—(2) Xj, v. 22.—(3) Prado, in Ezeq. c. 1. sec. Vj; Maldon. in Ezeq. c. 1.—(4) Epis. 143, ad Damasum.

Instab. S. Joannes cui symbolice in Apocalypsi (1) revelata est gloria Dei vidit Cherubim Ezequielis cum aliis senis sine intermissione caenantia divinum trisagium *Sanctus, Sanctus, etc.* et de Seraphinis refert Isaias (2). Ergo iidem Angeli qui Cherubim apud Ezequielem sunt Seraphim apud Isaiam et vice versa iidem qui Seraphim, etc.

Resp. Neg. conseq. Cherubim Sti. Joannis eadem esse ac Ezequielis quoad *substantiam* ipsa textuum collatio demonstrat et communis concedit interpretatio: quod vero S. Joannes Cherubim aliis sex instructa, Dei laudes jugiter caenantia viderit, *accidentarium* est, et ex eo satis explicatur, quod Ezequieli revelata sunt Cherubim actu trahentia curram Dei vindictam in iudaeos exercere volentis, Joannes eadem conspexerit throno Dei assistentia ejusque gloriam ut Seraphim celebrantia.

63. Nota. Quamvis sit probabile non solum nomen Angelorum, sed etiam alia nomina Virtutum, Thronorum, Cherubimorum, etc. interdum accipi in Scriptura ut communia omnibus vel pluribus ordinibus Angelorum, nihilominus tenendum est illis nominibus significari proprietatem aliquam discretivam singulorum ordinum Angelorum inter se distinctivam. Ratio praecipua est, ut ex dictis patet, quia ita SS. Patres et theologo intellexerunt: niterius considerandum est nomina illa sumi posse *communiter et appropriative*, si primum fit proprietates aut officia designant pluribus Angelis aut omnibus communia v. g. principatum agere, ministrare, amare Deum, etc. et ex hac parte talia nomina interdum communiter usurpantur. Sic quamvis forte non esset, dictus est Cherubim Angelus paradisi. Si secundum fiat, proprietatem nomine expressam speciali modo in aliquo ordine reperiri indicatur, atque nomen inde sumptum tali ordini appropriatur, qui per excellentiam in hac vel illa proprietate seu perfectione denominatur.

SCHOLIUM I.

De proprietatibus et muneribus singulorum ordinum Angelorum.

64. Angeli sunt minimi inter Angelos et ipsi singulorum hominum custodia committitur.

Archangeli habent excellentiam et principalitatem quandam in ministrando non quatenus aliis Angelis imperent, sed quia destinantur ad personas Regum, Principum, Pontificum, Fundatorum ordinum religiosorum, etc. Ratione hujus muneris indirecte potest Archangelus exercere aliquam potestatem in alios Angelos, v. g. Archangelus Pontificis in Angelos Episcoporum ad bonum Pontificis procurandum.

(1) IV, 7-9.—(2) VI, 2.

Principatus sunt qui omnibus Angelis et Archangelis praesunt in his, quae ad salutem hominum tam privatorum, quam principum et tam singularum personarum, quam communitatum pertinent.

Potestates sunt illi angeli, qui resistunt daemonibus peculiari efficaciae.

Virtutes sunt angeli, qui Deo inserviunt ad miracula facienda.

Dominations illi sunt angeli, qui spirituali et excelso modo, omnibus omnibus exequentibus iussa providentia Dei dominantur, vel ordinando, vel iudicando, singulis quid per singulos fieri oporteat; sive in generali distribuendo munera, sive interdum in particulari Dei voluntatem illis revelando.

Throni sunt aedes Dei propter celsitudinem puritatis et praecellenti qua fruatur animi pace. quare prae reliquis inferiorum ordinum Angelis, aptissimi sunt ad recipiendos divinos fulgores.

Cherubim perfectione divinae scientiae eminent.

Seraphim altissimum amore in Deum feruntur.

SCHOLIUM II

De ratione et modo distinctionis in ordinibus angelicis.

65. 1.^a Suppositis his, quae diximus supra Thes. VIII, probabilis est tam hierarchias, tum singulos choros specie distingui.

Nam si verum est dari plures species substantiarum Angelorum, inter illas potissimum talem differentiam constituere debemus, quas maxime inter se distantes, ex signis et actionibus earum esse concipimus; sed ita accidit inter choros hierarchiarum ut ex scholio I perspicuum est. Ergo...

66. 2.^a Distinctio hierarchica Angelorum fundamentaliter est a natura, completur vero per gratiam.

Est haec assertio D. Thomae (1) et aliorum cum Summo (2) et declaratur breviter, quia distinctio hierarchiarum et ordinum angelicorum in illa fundatur varietate perfectionum essentialium, quibus Angeli natura sua sunt alii aliis perfectiores, gratia enim, ut infra dicturi sumus, data censetur Angelis secundum proportionem naturalem; radix ergo differentiarum inter Angelos ab eorum natura sumenda est, complementum vero et perfectio consistit in donis gratiae, primo quidem ac per se in donis gratiae sanctificantis, quibus magis vel minus perfecte singuli ordines Deo adherent; secundario in gratis gratis datis, vel ministeriis Angelorum. Ex his deducitur: a) Coelestem hierarchiam ab ipsa creatione Angelorum ineptisse atque in aeternum duraturam esse: licet post finale iudicium quoad officia actualia erga homines cesset. b) Non posse homines secundum perfectionem naturalem ad ordinem pervenire Angelorum; sed secundum gloriae statum posse supra

(1) I. P. Q. rol. ar. 4. — (2) De Ang. I, c. 14. n. 15.

omnem ordinem angelicum evelli, sicut de Beatissima Virgine Maria praedicandum est.

67. Obj. 1.^a Visio Dei excellentior est amore; ergo supremus Angelorum ordo non ab amore ut Seraphim, sed a visione seu scientia ut Cherubim denominandus esset.

Resp. Conc. *antec.*; dist. *conseq.* ergo non ab amore, si amor non supponeret etiam excessum in scientia, conc. *conseq.*; si supponit neg. *conseq.* Ex suo enim genere ait Suarez (1); amor divinus abstracte spectatus, est infallibilis signum maioris excellentiae, quam scientia... quia amor supponit cognitionem et non se contra, ideo in amoris excellentia quasi intrinsece imbibitur excellentia visionis...

68. Obj. 2.^a Inaequalitas in donis gratiae sanctificantis vel gloriae essentialis uniformiter invenitur in omnibus Angelis beatis; ergo non magis possunt distingui Cherubim a Seraphim, v. g. quam ipsi Seraphim inter se. *Antec.* prob. Si infimus inter Seraphim comparatur in ordine gratiae et gloriae supremo Cherubino et allicui ex superioribus Seraphinis, non minus excedet infimus inter Seraphim supremum Cherubinum, quam superior Seraphinus infimum Seraphinum; sed Seraphinus superior non constituit novum ordinem; ergo neque infimus.

Resp. Dist. *antec.* Inaequalitas... uniformiter invenitur si sola gratiae et gloriae natura attenditur; C. Si consideratur gratiam et gloriam in Angelis, Deo providente, proportionem servare cum diversis Angelorum naturis; N. Ad probat, dist. *mag.* non minus excedet materialiter et quoad numerum intra gradus gratiae iuxta divinam ordinationem proportionatos naturae Seraphinorum; C. Formaliter extrinsece quatenus hi gradus gratiae praedesignati sunt a Deo huic naturae angelicae et non alii; nego.

CAPUT II.

De intellectu Angelorum.

ARTICULUS I.

De natura cognitionis angelicae.

69. Cognita Angelorum essentia, de ipsorum operationibus agendum est, ac primo de facultate intelligendi, quae est praecipua et directrix voluntatis, Angelos intelligere ex his quae diximus ad naturam eorum spirituales probandum (2), satis elucet et sacrae paginae cum iudiciumque de eis sermo est semper ut videntes, cognoscentes, laudantes Deum etc. inducant, certissimum et indubitatum reddunt. Plures denique historiae testantur Angelos bonos

(1) De Ang. I, c. 13, nn. 18, 19. — (2) Thes. III. Intel. — Tom. IV. — P. I.

Principatus sunt qui omnibus Angelis et Archangelis praesunt in his, quae ad salutem hominum tam privatorum, quam principum et tam singularum personarum, quam communitatum pertinent.

Potestates sunt illi angeli, qui resistunt daemonibus peculiari efficaciae.

Virtutes sunt angeli, qui Deo inserviunt ad miracula faciend.

Dominations illi sunt angeli, qui spirituali et excelso modo, omnibus omnibus exequentibus iussa providentia Dei dominantur, vel ordinando, vel iudicando, singulis quid per singulos fieri oporteat; sive in generali distribuendo munera, sive interdum in particulari Dei voluntatem illis revelando.

Throni sunt aedes Dei propter celsitudinem puritatis et praecellenti qua fruatur animi pace. quare prae reliquis inferiorum ordinum Angelis, aptissimi sunt ad recipiendos divinos fulgores.

Cherubim perfectione divinae scientiae eminent.

Seraphim altissimam amorem in Deum feruntur.

SCHOLIUM II

De ratione et modo distinctionis in ordinibus angelicis.

65. 1.^a Suppositis his, quae diximus supra Theis. VIII. probabilis est tam hierarchias, tum singulos choros specie distingui.

Nam si verum est dari plures species substantiarum Angelorum, inter illas potissimum talem differentiam constituere debemus, quas maxime inter se distantes, ex signis et actionibus earum esse concipimus; sed ita accidit, inter choros hierarchiarum ut ex scholio I perspicuum est. Ergo...

66. 2.^a Distinctio hierarchica Angelorum fundamentaliter est a natura, completur vero per gratiam.

Est haec assertio D. Thomae (1) et aliorum cum Sumario (2) et declaratur breviter, quia distinctio hierarchiarum et ordinum angelicorum in illa fundatur varietate perfectionum essentialium, quibus Angeli natura sua sunt alii aliis perfectiores, gratia enim, ut infra dicturi sumus, data censetur Angelis secundum proportionem naturalem; radix ergo differentiarum inter Angelos ab eorum natura sumenda est, complementum vero et perfectio consistit in donis gratiae, primo quidem ac per se in donis gratiae sanctificantis, quibus magis vel minus perfecte singuli ordines Deo adherent; secundario in gratis gratis datis, vel ministeriis Angelorum. Ex his deducitur: a) Coelestem hierarchiam ab ipsa creatione Angelorum inaequae atque in aeternum duraturam esse: licet post finale iudicium quoad officia actualia erga homines cesset. b) Non posse homines secundum perfectionem naturalem ad ordinem pervenire Angelorum; sed secundum gloriae statum posse supra

(1) I. P. Q. rol. ar. 4. — (2) De Ang. I. 1. c. 14. n. 15.

omnem ordinem angelicum exeli, sicut de Beatissima Virgine Maria praedicandum est.

67. Obj. 1.^a Visio Dei excellentior est amore; ergo supremus Angelorum ordo non ab amore ut Seraphim, sed a visione seu scientia ut Cherubim denominandus esset.

Resp. Conc. *antec.*; dist. *conseq.* ergo non ab amore, si amor non supponeret etiam excessum in scientia, conc. *conseq.*; si supponit neg. *conseq.* Ex suo enim genere ait Suarez (1); amor divinus abstracte spectatus, est infallibilis signum maioris excellentiae, quam scientia... quia amor supponit cognitionem et non se contra, ideo in amoris excellentia quasi intrinsece imbibitur excellentia visionis...

68. Obj. 2.^a Inaequalitas in donis gratiae sanctificantis vel gloriae essentialis uniformiter invenitur in omnibus Angelis beatis; ergo non magis possunt distingui Cherubim a Seraphim, v. g. quam ipsi Seraphim inter se. *Antec.* prob. Si infimus inter Seraphim comparatur in ordine gratiae et gloriae supremo Cherubino et allicui ex superioribus Seraphinis, non minus excedet infimus inter Seraphim supremum Cherubinum, quam superior Seraphinus infimum Seraphinum; sed Seraphinus superior non constituit novum ordinem; ergo neque infimus.

Resp. Dist. *antec.* Inaequalitas... uniformiter invenitur si sola gratiae et gloriae natura attenditur; C. Si consideratur gratiam et gloriam in Angelis, Deo providente, proportionem servare cum diversis Angelorum naturis; N. Ad probat, dist. *mag.* non minus excedet materialiter et quoad numerum intra gradus gratiae iuxta divinam ordinationem proportionatos naturae Seraphinorum; C. Formaliter extrinsece quatenus hi gradus gratiae praedesignati sunt a Deo huic naturae angelicae et non alii; nego.

CAPUT II.

De intellectu Angelorum.

ARTICULUS I.

De natura cognitionis angelicae.

69. Cognita Angelorum essentia, de ipsorum operationibus agendum est, ac primo de facultate intelligendi, quae est praecipua et directrix voluntatis, Angelos intelligere ex his quae diximus ad naturam eorum spirituales probandum (2), satis elucet et sacrae paginae cum iudiciumque de eis sermo est semper ut videntes, cognoscentes, laudantes Deum etc. inducant, certissimum et indubitatum reddunt. Plures denique historiae testantur Angelos bonos

(1) De Ang. I. 1. c. 13, nn. 18, 19. — (2) Theis. III. Intel. — Tom. IV. — P. I.

et malos saepe cum hominibus loquutos esse, et ipsis aliqua nuntiasset, quod sine intellectu non fit.

THESIS X.

In Angelo actus intelligendi realiter distinguitur ab ejus substantia.

70. Est haec thesis communis theologorum. Prob. 1.^a S. Dionysius (1): «In tria omnes divinae mentes coelesti ratione sua dividuae sunt, in essentiam videlicet, et in virtutem et in operationem.» S. Leo PP. ad *Toribianum* scribebat (2) «Sicut solius Dei proprium est increatum esse, sic etiam nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo justitia est: sed multi particeps sunt veritatis et sapientiae atque justitiae; solus autem Deus nullius participationis est indigens.»

71. Prob. 2.^a Ratione theologica: Operationes Angelicae sunt partim naturales, partim supernaturales. Atqui neutrae sunt idem cum substantia Angeli. Ergo... *Mo.* prob. Non sunt idem *naturales*, quia pravae daemonum operationes nequeunt identificari eorum substantiae, quae bona est; ergo idem dicendum de aliis operationibus, per enim est ratio quoad entitatem operationis. Neque idem sunt *supernaturales*; nam hoc ipso essent naturales Angelo quoad suam entitatem et non supernaturales; quia non essent aliud a natura ipsius Angeli.

THESIS XI.

Potentia intellectiva Angeli est realiter inadaequate ab ejus substantia distincta.

72. *Nota.* Quaestio de distinctione intellectus angelici ab ejus substantia et generatim de quavis alia potentia eadem est ac illa quae agitatur in Philosophia de distinctione potentiarum ab anima rationali, iisdemque rationibus probatur, quare breviter eam expediemus. Sectus et sui, et non pauci alii identitatem harum facultatum adaequatam cum sua substantia affirmarunt; D. Thomas (3), Suarez (4), thomistae generatim et alii plures asserunt, potentiam intellectivam Angeli ipsius essentiam esse non posse; horum aliqui partialem quoque substantiae in suos actus influxum negant, alii admittunt.

73. 1.^a Pars. Est realiter distincta. Prob. 1.^a Ex S. Dionysio, qui ut in praecedenti thesi vidimus, tria assignat Angelo essentiam, virtutem et operationem, quae cum eodem modo ab ipso enumerentur eodem modo distingui debent nempe realiter.

(1) De cael. *Hierach.*, c. 11. — (2) Epist. 91, al. 95. — (3) 1.^a P. Q. 54, ar. 3.
(4) De Angel. 1, 2, c. 1; *Metaphys.*, D. 18, sect. 5.

74. 2.^a Ratione.—a) Inductione satis constat, res omnes hujus mundi corporei suis instrui proprietatibus permanentibus a substantia realiter distinctis, eamque ad suas operationes juvantibus. Ergo idem in Angelis de suis proprietatibus seu potentis intelligendi, volendi, etc., asserendum est. *Conseq.* prob. Ideo in rebus corporeis illae sunt proprietates, quia sunt substantiae *finite*; si enim hujus facti causam aliam assignas, fatearis oportet Deum aliqua frustra condidisse, nam a quo argumento, substantiam materialem non posse secum identificare potentiam materialem, a priori evinces? Atqui Angeli sunt etiam substantiae *finite*. Ergo—b) Omnis substantia intellectualis, hoc ipso quod creata est, necessario habet operationem intellectuales accidentalem, quod superiori thesi de ipsis Angelis ostendimus. Sed virtus per se primo ordinata ad operationem accidentalem, cum ab illa sumat speciem, accidentalis etiam sit, oportet. Ergo—

75. II.^a Pars. Inadaequate. Prob. Voluntas Angeli saltem partialiter cum sua substantia identificatur. Ergo idem tenendum de caeteris potentis cum nulla detur discriminis ratio. *Antec.* prob. Angeli liberi arbitrii facultate donantur. Atqui hujusmodi privarentur facultate, si per se ipsos immediate seu sua substantia ad proprias et liberas volitiones sese non determinarent. Ergo—

76. Obj. Intelligere sine adjuvanti potentia non exigit infinitam perfectionem in genere entis aut substantiae. Atqui si ita est, congruum videtur hanc excellentiam Angelis communicatam fuisse. Ergo—

Resp. Neg. probabilis *major*. Fateor rationem evidentem non dari, sed sufficientem esse quam prob. 2.^a lit. a) attulimus, cum boni philosophi sit, potius ex certis et indubis factis inductive procedere quam ex meris et forte impossibilibus conjecturis arguere.

ARTICULUS II.

De objecto cognitionis angelicae.

THESIS XII.

Angeli naturaliter cognoscunt se, alios angelos et Deum.

77. *Nota.* Intelligere habet pro objecto verum, quod quia cum ente convertitur, quantum est de se ad omnia cognoscibilia se extendit, non tamen eadem ratione in omnibus intellectum habentibus. Sub universalissima veri notione, illud est objectum materiae alicujus potentiae intellectivae quod *cognoscitur*, v. g. Deus, ipse cognoscens, res aliae. Objectum formale dicitur ratio motiva seu

sub qua materiale cogitatum intellectui obijcitur. Objectum materiale adequatum, est entis ratio omnibus illis communis, quae ab aliqua potentia cognoscibilia sunt. Ut sciamus quale sit hoc obiectum cognitionis angelicae hanc et sequentem statuimus theses.

78. I.^a Pars. Prob. Substantia ipsius Angeli ejusque accidentia sunt objecta intelligibilia, intime ipsi Angelo conjuncta, ejusque potentiae cognoscitivae maxime proportionata. Ergo Angelus tam secundum substantiam suam, quam secundum omnia sua accidentia continetur intra obiectum cognitionis suae. Ergo cum applicatio objecti non deat, Angelus cognoscit se. Confirm. Ex sacra Scriptura [1]: *Ego enim sum Raphael angelus.*

79. II.^a Pars. Prob. I.^a Apocalyp. [2]. *Michael et angeli ejus praefabuntur eum dracone.* Lucas [3]. *Cum immandos spiritus exierit de hospitio... vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se.* Sed haec et similia sacrae Scripturae loca aperte testantur Angelos ad invicem se cognoscere. Ergo —

2.^a Quilibet intellectus ea omnia cognoscere valet quae ejus virtuti proportionata sunt. Sed omnes alii Angeli obiectum sunt proportionatum cuilibet angelico intellectui. Ergo Angeli suo intellectu alios angelos, etc. Minor pro aequalibus et inferioribus angelis demonstratione non eget; pro superioribus declaratur, nam licet sint excellentiores et profectiores, sunt tamen aliis ut imperfecte cognoscendi aptissime proportionati.

3.^a Angeli inter se communicandi potestatem habere debent, quia natura eorum intellectualis non minus quam humana de se sociabilis est. Atqui inter se communicare non possent absque mutua inter ipsos cognitione. Ergo hujusmodi cognitio eis deneganda non est.

80. III.^a Pars. Sermo est de cognitione abstractiva Dei, intrinsecam omni creaturae viribus naturae impossibilem esse alibi [4] probatum est. Stabilitur haec pars: I.^a Cognitio Dei abstractiva a magnitudine speciei et naturae cognoscibiliter [5] potest haberi, et Paulus [6] Romanos docebat: *Invisibilia enim ipsius (Dei) et creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas.* Atqui haec omnia possunt Angeli contemplari. Ergo per creaturas in cognitionem Auctoris eorum devenire possunt.

2.^a Angeli sunt hominibus potentiores in cognoscendo. Atqui homines per sua naturalia [7] Deum cognoscere possunt. Ergo a fortiori Angeli poterunt.

(1) Tob. XII, 15;—(2) XII, 7;—(3) XI, 24, 26;—(4) V, II, De Deo Q. M. Disq. IV, Thes. XVI, n. 90;—(5) Sapient. XIII, —(6) I, 20;—(7) Vol. II. Disq. IV, c. I, art. I.

81. Obj. Philosophi est effatum, intus existens prohibet extraneum; ergo intellectus angelicus se et suam substantiam intuens est incapax cognitionis aliorum.

Resp. Dist. *ante*, intus existens... in potentiis materialibus ex se valde contractis et limitatis; C. In spiritualibus a materia independentibus. N. *Consequens* etiam dist. Intellectus angelicus est incapax cognitionis aliorum, si illa sui, explet omnem ejus intelligendi virtutem; C. Si non explet saltem successive ex una in aliam procedendo cognitionem N.

THESIS XIII.

Res materiales naturaliter Angeli cognoscunt.

82. Thesis est certa et prob. I.^a Ex sacra Scriptura in qua Angeli tanquam ministri Dei naturales, ad haec inferiora gubernanda exhibentur. Genes [1]: *Ecce Angelus... de coelo clamavit... Abraham.* Tobia [2] videns pisem expavit et clamavit: *Domine invadit me. Et dixit ei Angelus: Apprehende brachium ejus et trahit eum ad te, etc.* Mulieribus post Domini resurrectionem apparuerunt Angeli eisque dicebant: *Venite, et videte locum ubi positus erat Dominus* [3].

2.^a Res materiales sunt spiritualiter seu a puro spiritu intelligibiles, et non supra, sed infra ordinem intellectus angelici sunt. Ergo ab Angelis cognoscuntur ut obiectum eis proportionatum. *Antecedentis* secunda pars est evidens, prima manifesta tum in Deo, tum in anima humana res materiales cognoscentibus.

83. Corollarium. Obiectum ergo materiale adequatum intellectus angelici est ens abstractissime sumptum. Deus enim, Angeli, res materiales non alia ratione minus communi quam ratione entis universali comprehenduntur; neque obiectum aliquid cognitionis angelicae excogitari potest, quod sub universalissima entis ratione non eadat, et vicissim ente suo abstracto nihil comprehenditur, quod Angelus *suo modo* cognoscere non possit.

THESIS XIV.

Angeli nec futura libera, nec secreta cordum nisi ab habente jus manifestentur, certo cognoscere valent.

84. Nota. I. Quod futurum est duplici via cognoscibile est, vel *in causa* ex qua, nisi impediatur, necessario procedit ut eclipsis solaris ex motibus caelorum; vel *in seipso* intuenti scilicet ipsam

(1) XXII, 11;—(2) VI, 3, 4;—(3) Matth. XXVIII, 6.

rem futuram tamquam praesentem et actu existentem, quo modo Deus intelligit et videt res futuras. Futurum aliud est *necessarium* si in sua causa ad existendum determinatum est; aliud *liberum* seu contingens, cuius causa non est connexa cum illius existentia, sed indifferens ad hoc ut existat vel non existat. Futura necessaria, quorum causas ipsi percipiunt. Angelos certo cognoscere ambigendum non est, nihil enim eos ab huiusmodi cognitione impedit. Thesis est solum de futuris stricte liberis seu contingentibus.

II. *Secreta cordium* dicimus liberis et spirituales animae rationalis operationes nullo signo externo aliis manifestatas. Comprehenduntur sub hac definitione *primo* et *formaliter* actus liberi voluntatis, *secundo* et *consequenter* *iudicialiter* actus intellectus, qui actus voluntatis noscit et ipsam dirigit voluntatem in usu libertatis; excluduntur vero actus sensitivi etiam plantasiae, nam hi actus in organo quod immutat externe manifestantur et Angelis, qui iuxta communem theologorum sententiam organa introspiciunt, ceteri nequeunt. Additus pullo signo externo, intelligi ab habente jus manifestatas: possunt enim Angeli iuxta communem sententiam cognoscere internos animi actus, si quis velit ipsis eos manifestare. De facto Angelos non cognoscere secreta cordium ita est certum ut Suarez (1) ad fidem pertinere dicat; unus Scotus cum suis, quorum opinionem erroneam habet Suarius (2) docuit, Angelis facultatem inesse naturalem huiusmodi secreta cognoscendi, nisi a Deo impediuntur.

85. 1.^a Pars, est certa et de fide, Prob. 1.^a In sacris Litteris tamquam signum divinitatis offertur futura contingentia certo praenuntiare, *Isaias* (3): *Essentiale quae ventura sunt in futurum, et sciens quia tunc visis eos, et infra* (4): *Recordamini... quoniam ego sum Deus, et non est alter Deus, nec est similis mei, Annuntians ab exordio novissimum, et ab initio quae novum facta sunt, dicens: Consilium meum stabili, et omnia volentes mea fieri.*

2.^a S. Hilarius (5): *Quid est tam proprium Dei, quam futurorum cognitio?* S. Joann. Chrysostomus (6): *Certa praedictio futurorum immortalis Dei dumtaxat opus est.* S. Cyrillus Alexand. (7): *Nulli alii, quam uni ac soli naturali Deo futura nosse convenit.*

3.^a Futura non possunt cognosci, nisi vel in suis causis, vel in seipsis; sed futura libera, neutro ex his modis cum certitudine, ab Angelis cognoscibilia sunt; ergo Angeli etc. *Min.* prob. quoad primam partem, nam futura libera non sunt certo determinata in

(1) De Angel. l. 2, c. 22, n. 3. — (2) *Ibid.* n. 1. — (3) XLI, 23. — (4) XLVI, 9, 10. — (5) Lib. 9 de *Trinit.* — (6) In Joann. homil. 18. — (7) In Joann. l. 4, c. 4.

suis causis; ergo in illis certo cognosci non possunt; prob. etiam quoad secundam partem, quia solius Dei est cognoscere haec futura propter infinitatem, immutabilitatem et aeternitatem suam, v. cuius semper et simul omnia tam praeterita, quam futura sunt ei praesentia; sed hic cognoscendi modus, omnem vim intelligendi creatam ac proinde angelicam superat. Ergo.

86. II.^a Pars. Prob. 1.^a Divina Scriptura ut solius Dei propriam tradit scrutationem et cognitionem cordium et cogitationum hominum. Regius Psaltes (1): *Scrutans corda et renes Deus*, In Paralipom. (2): *Tu solus (Deus) nosti corda filiarum hominum.*

2.^a Eandem veritatem Patres docuerunt. S. Hieronymus in S. Matthaeum (3) ad illa verba: *cum vidisset Jesus cogitationes eorum*, ait: *Ostendit se esse Deum, qui possit cordis occulta cognoscere.* S. Joann. Chrysostomus (4) exponens verba S. Matthaei, *haec autem eo cogitante*, dicit: *Hoc signum fuit certissimum, illum a Deo missum fuisse Angelum, quippe cum solius Dei sit arcana cordium nosse.* S. Hilarius (5). *Cogitationes nosse, non nostrum est, sed ejus de quo dictum est: Scrutans corda et renes Deus, ejus quoque qui dixit: Quid cogitatis malum in cordibus vestris?* S. Athanasius (6): *Præscius rerum et cordium cognitor solus est Deus; nec enim vel Angelus cordis abscondita vel futura videre possunt.*

87. 3.^a In reddenda ratione huius veritatis, ait Suarius (7): *valde laborant theologi quia revera difficile est.* Summa difficultatis est, tum actus liberi voluntatis tum actus intellectus spirituales sunt cognoscibiles, non excedentes potentiam Angeli intellectivam, quae et ipsas intactas volendi intelligendique facultates, et actus externos libere imperatos; non ergo eis *deneganda* videtur potentia naturalis cognoscendi actus internos liberos aliorum; maxime cum de facto hos actus videant, si alius cuius interest consentiat. Hunc nodum solvit et simul probat thesım laudatus Suarius (l. c. n. 17) hac ratione: Angeli non sunt sufficienter constituti in actu primo ad cognoscenda secreta cordium, Ergo. — Prob. *ante.* Actus primus duo requirit lumen seu potestatem, et speciem seu principium aliquid ad hanc cognitionem determinans. Sed quamvis primum habeant Angeli; carent secundo; ergo... *Min.* prob. quoad secundam partem, prima ex dictis manifesta est. Angelus vel homo in suis actibus liberis non solum est agens physicum, sed potissimum morale. Atqui ordo moralis exigit creaturam intellectualem

(1) Ps. VII, 10. — (2) II, Par. VI, 30. — (3) In c. IX, v. 4. — (4) Homil. 4, in Matthaeo. I, 20. — (5) In Ps. LIX. — (6) Quaes. 27 ad *Actibus*. — (7) De Ang. l. II, c. 2.

speciebus representativis actuum aliorum carere, si alter revelare non vult. Ergo. — *Mis.* prob. Ordo moralis est ordo pacis et concordiae; sed si actus liberi singulorum independenter ab eorum consensu caeteris innotesceret, ordo et pax impossibilis esset. Ergo. — *Min.* prob. In facta hypothesis, statim ac aliquis erga alium male afficeretur posset ista aversa affectio ab omnibus aliis naturaliter cognosci. Sed inde sua sponte orirentur odia, contentiones et similia contra bonum ordinem, pacem et concordiam multitudinis. Ergo necessum est actus liberorum occultos manere, ne ordo moralis perturbetur.

88. Obj. 1.^a S. Basilium 1. puellas docet Angelorum praesentiam revereri, quia earum cogitationes Angeli vident. S. Gregorius M. 2. assertit membrorum corpulentiam impedire in nobis secretorum cordis cognitionem. Ergo cum Angeli sint pure spirituales asserendum est eos intima cordium percipere posse.

Resp. Explicet *autem*, juxta S. Basilium, Angeli vident cogitationes puellarum conjecturaliter et fere certo, cum affectus interni externe in corpore et phantasia veluti imprimantur. C.; infallibiliter ipsas cogitationes intuendo. N. Ad S. Gregorium repono, assertit *autem* et *adaequate* corpulentiam membrorum impedire etc. neg. esse unam rationem, quae in nobis jam sufficit, quin alias excludat; conc.

89. Obj. 2.^a Cordis secreta sunt naturaliter cognoscibilia ab Angelo vel homine illa cliciente. Ergo etiam ab alio Angelo. Prob. *conseq.* Omnis intellectus angelicus intra ambitum cognitionis suae naturalis, omne cognoscibile naturale complectitur; ergo quod unus Angelus naturaliter cognoscit, est a quocumque alio Angelo naturaliter cognoscibile. Confrm. Quidquid est visibile ab uno oculo, est etiam visibile ab alio. Ergo a pari. —

Resp. Neg. *conseq.* Ad prob. dist. intra ambitum cognitionis suae naturalis remotum vel proximum; C.; proximum tantum, subdist. si est naturaliter in actu primo *adaequate* constitutus Angelus; conc. si *adaequate* tantum; neg. Jam vero relate ad cordium secreta internoscenda, ut vidimus in thesis prob. 3.^a nequeunt Angeli in actu primo *adaequate* esse constituti, quin ordo moralis et jus eorum ad secretum violentur. Ad confirmationem negatur paritas, nam oculus completus est in actu primo et non est facultas interna et moralis, ut sunt voluntas et radicaliter intellectus.

Obj. 3.^a Angeli naturaliter intuentur actus sensuum exteriorum ipsiusque phantasiae. Sed ex horum notitia facile est devenire in cognitionem secretorum cordis. Ergo. —

(1) De *virgult.* n. 29. — (2) L. 18, *Mor.* c. 27; lib. 25, *Mor.* c. 7.

Resp. Conc. *major.*; *min.* dist. facile est devenire in cognitionem secretorum cordium conjecturalem; conc. certam et infallibilem; neg. Non sequitur ut D. Thomas 1. quia intellectus et voluntas non subjacent appetitui sensitivo et phantasiae, sed potest seis diversimode uti.

SCHOLIUM.

An res supernaturales seu mysteria gratiae sint objectum naturale intellectus angelici.

Dico I. Res quoad substantiam supernaturales non possunt naturaliter et evidenter ab Angelis cognosci.

90. *Nota.* Supernaturale in genere est quod superat vires aut exigentiam naturae; si omnium rerum creaturarum vel similium creabilium vires et exigentiam transcendit res dicitur *quoad substantiam* supernaturalis, hujusmodi sunt uno hypostatica, transubstantiatio eucharistica, gratia, si vero res in se naturalis est, fit tamen modo supernaturali, vocatur *quoad modum* supernaturalis, hujus generis sunt resurrectio mortui, restitutio miraculosa visus, etc. Assertio posita est communis adversus Scotum et alios apud Suarezium 2. qui universaliter docent, omnia mysteria gratiae postquam facta sunt, posse ab Angelo intuitivo videri virtute naturali.

91. Prob. Intelligibilitas uniuscujusque rei, non modo antequam sit, sed etiam cum existit est ejusdem ordinis ac est ipsa res, nam ut ex Metaphysica suppono, rei cujuscumque intelligibilitas est ipsa res quatenus ab aliquo intellectu cognoscibilis est. Ergo intelligibilitas rei quoad substantiam supernaturalem, est etiam quoad substantiam supernaturalem et supra omnem virtutem intelligendi creatam etiam Angelorum.

Dico II. Res quoad modum tantum supernaturales, sunt ab Angelo naturaliter cognoscibiles.

92. Prob. Res quoad modum tantum supernaturales, sunt etiam vere naturales; sed haec entia sunt ab Angelo cognoscibilia naturaliter; ergo. Confrm. Homines Christo D. coeivi videre poterant Lazarum resuscitatum, vinum ex aqua factum in Cana Galilaeae etc. Ergo et Angeli cum sint hominibus superiores haec et similia videre poterunt.

93. Obj. 1.^a Angelus naturaliter videt; Christi humanitatem propria carere substantia, accidentia esse sine subiecto in Eucharistia post verba consecrationis sacerdotis. Atqui propriam substantiam non nisi divina suppleri ratio demonstrat 3.; successisse Christum substantiae panis vel vini verba consecrationis declarant. Ergo An-

(1) 3. Q. 57, ar. 4, ad 5. — (2) De angel. lib. 2, c. 29, n. 7. — (3) Saltem probabiliter, D. Thom. 3. P. Q. 3, ar. 1 ad 3. SUAR. V. 2, Lug. etc.

gelus facta Incarnatione et peracta Eucharistia *naturaliter* hæc mysteria gratiæ intelliget.

Resp. Neg. utramque majoris partem, nam facta Incarnatione, peracta consecratione prius naturaliter suspicabitur Angelus substantiam creatam, substantiam panis et vini a Deo ob iustas causas ei occultari quam ad cognitionem certam Incarnationis et Transubstantiationis omnem ordinem naturalem transcendentiam veniat. *Neg.* transmittit vel distinguit utrumque membrum: ratio demonstrat, verba declarant certo et infallibiliter: neg. sub dubio: conc.

Obj. 2. Angelus viator credens, sperans, amans evidenter cognoscit se credere, sperare et amare. Atqui actus fidei, spei et charitatis sunt quoad substantiam supernaturales. Ergo—

Resp. Dist. *major*. Evidenter cognoscit se credere, sperare, amare supernaturaliter: neg. Quia discernat an actus illi sint naturales vel supernaturales: conc. Angelus experitur evidenter se credere, non tamen nisi Deus specialiter concurrat, videt intuitive vel quidditative substantiam/actus supernaturalem, quia naturaliter caret virtute huiusmodi actus cognoscendi, quare Angelus non secus ac homo, licet justificatus sit, suam justitiam ignorat.

ARTICULUS III.

De medio cognitionis angelicæ.

THESIS IV.

Angelus se ipsum intuitive per suam essentiam cognoscit, ut vero alia a se distincta similiter cognoscat, indiget speciebus intelligibilibus superadditis.

94. *Nota*. I. Certum est Angelum ad cognoscendum intuitive quodvis objectum egero concursu objectivo sive immediate per ipsum objectum præstito, sive media specie, quam *impressam* vocant philosophi (1). Hoc enim ut minimum indicat illud ab objecto et potentia oritur notitia. Est igitur species impressa qualitas missa ab objecto, juvans ad cognitionem ipsius, ac proinde dicitur vicaria objecti. Si huiusmodi qualitas non fit ab objecto sed a Deo menti inditur, species est infusa.

II. Queritur inter DD. an Angeli indigeant speciebus ad objecta intuitive cognoscenda? Plures sunt sententiæ: 1.º assertit Angelum non egero speciebus ad cognoscenda objecta, quæ naturaliter co-

(1) V. I. De Deo O. M. D. IV, n. 115, not. 1.

gnoscere potest, ita Durandus, Gabriel et ex parte Vazquez (1). 2.º Tenet Angelos speciebus indigere ad cognoscendum quodvis objectum, Alensis, Marsilius. 3.º Propugnat non indigere speciebus ad cognoscendum seipsum et ea quæ intra ipsum sunt, D. Thomas et Scotus cum utriusque schola, Suarez, Arriaga, etc. Ad cognoscendas vero substantias a se distinctas tam spirituales quam materiales, species requirunt D. Thomas et thomistæ generatim, Suarez, Tannerus, Ezparza... Hoc, quando substantiæ non multum distant ab Angelo, negant Molina, Arriaga, alique.

III. Dicimus *intuitive* quia quæstio agitur de cognitione angelicæ *rerum existentium naturalium*: res enim supernaturales et naturales nondum existentes, nonnisi mediis speciebus infusis, ab Angelis directe cognoscibiles esse, manifestum est, quia supernaturalia sunt intellectui angelico improporcionata, et naturalia nondum existentia nequeunt objective eum immutare. Etiam Deus ab hac thesi excluditur, cum naturaliter, nonnisi abstractivè ab Angelo cognoscatur.

95. I.º Pars, Prob. 1.º Angelus sibi est præsens et satis proportionatus ut cum suo intellectu cognitionem sui pariat. Sed ubi datur sufficiens objecti præsentia et proportio ad notitiam ejus giuendam, non requiritur species, quæ solum titulis distantiae aut improporcionis objecti est necessaria. Ergo... *Major*, prima pars est evidens, secunda probatur: species solum titulo similitudinis, vice objecti, imprimendæ dicitur proportionata et apta ad concurrendum cum intellectu ad cognitionem objecti. Ergo a fortiori ipsum objectum erit proportionatum ad cognitionem ipsius objecti.

2.º Angelici D. auctoritate (2): «Omnes qui aliquid intellexerunt »posuisse Angelum cognoscere per species alia objecta præter ea quæ in Angelo intelligente essentialiter existunt.» Idem dicit in Summa (3).

96. *Corollarium*. Ergo Angelus non indiget speciebus ad cognoscendas suas proprietates, et alia accidentia sua naturalia licet separabilia sint. Constat iisdem rationibus, et patet in ipsis speciebus, quæ minime per alios species ab Angelis cognoscuntur, aliter processus in infinitum statuerendus esset.

97. II.º Pars, Prob. 1.º Ex Patribus: S. Augustinus (4) docuit objecti notitiam a cognoscente et cognito oriri. Atqui objecta ab Angelo distincta non sunt ei unita, neque in eo per ipsummet Angelum sunt, Ergo huiusmodi objecta non semetipso tantum ne-

(1) D. 201, n. 6.—(2) 2.º D. 31. (3) 1.º P. Q. 55, ar. 1 in O.—(4) De Trin. II, 19, c. 12.

que solis objectis, sed *medio aliquo* i. e. speciebus inter ipsum et objecta. Angelus cognoscere potest. S. Dionysius (1). «Angeli illuminantur per rationes rerum» et addit «rationes rerum in Deo unitas inveniuntur in aliis vero per participationem.» Atqui *rationes rerum* non sunt res ipsae, aut ipsae cognitiones, sed formae quibus intellectus illuminatur, deducitur ad rerum cognitionem. Ergo admittendae sunt in Angelis species impressae ad cognoscenda objecta separata, quum illae sint formae, rationes rerum pro re, intellectui imprimentes.

2.^a Nulla forma potest complere potentiam alicujus subjecti nisi continentur in ad quae se extendit tale subjectum. Atqui essentia angeli non continet omnia ad quae se extendit intellectus angeli. Ergo per ipsam quasi in specie non potest omnia intelligere, ac proinde indiget, si objecta separata sunt et distantia, speciebus superadditis. *Min.* prob. Intellectus angeli se extendit ad cognoscenda naturaliter quaelibet objecta cujuslibet ordinis naturalis sive actualis, sive possibilis, verbo; ad omne ens naturaliter possibile. Sed cognoscere rei essentiae suae omne ens naturaliter possibile ut pote infinitae virtutis, solius Dei est. Ergo essentia angeli nequit in se continere omnia ad quae se extendit intellectus ejus.

98. Obj. 1.^a Non minus praesens, nec minus proportionata est anima rationalis ut concurret cum nostro intellectu ad cognitionem animae, quam Angelus ad sui cognitionem. Atqui intellectus noster indiget specie ad cognitionem animae. Ergo pariter etc.

Resp. Dist. secundam partem *major*. nec minus proportionata pro statu separationis in alia vita; conc. pro statu conjunctionis in hac vita; neg. *Minor*. contra dist. indiget specie pro statu conjunctionis; conc. pro statu separationis; neg. Nam intellectus noster pro statu conjunctionis nequit cognoscere independentem a phantasmatibus, et cum phantasma nihil repraesentat, nisi ad modum corporis, pro hoc statu nequit noster intellectus cognoscere animam nisi ad modum corporis, et consequenter per speciem alienam. Non vero ita se res habet in statu separationis.

Obj. 2.^a Cognito qua Angelus se cognoscit, non solum habet esse *physicum* seu est aliquid in rerum natura; sed praeterea habet esse *intentionale*, per quod objectum *intentionaliter* exprimitur. Ergo cognitio qua se Angelus intelligit supponit ex parte causae non solum esse *physicum*, cui respondeat quoad esse *physicum*; sed etiam esse intentionale, cui respondeat quoad esse intentionale. Subsum. Sed non supponitur ex parte causae esse intentionale angeli, nisi admittatur species ejus impressa; quia Angelus secundum se non est intentionalis sed *physicus*. Ergo...

(1) De coelis, hierarch. c. 5.

Resp. Conc. *ante*. Dist. secundam *conseq.* partem; debet supponere ex parte causae esse intentionale virtualiter tale; conc. formaliter tale; neg. *Min.* subsum. dist. contra; non supponitur esse intentionale formaliter tale, seposita specie; conc. esse intentionale virtualiter; neg. Nam sufficit quod supponitur ex parte causae, virtus ad esse intentionale, quod habet cognitio efficiendum, et erit virtus objectiva movendi intellectum, ipsomet angelo identificata ut in thesi probavimus.

Obj. 3.^a Angelum esse completum ad cognitionem sui in actu primo est effectus formalis, qui nequit dari nisi per formam inhaerentem. Sed Angelus non est forma sibi inhaerens. Ergo...

Resp. Dist. *Major*. Angelum esse completum ad cognitionem sui est effectus formalis aequivalenter vel formaliter talis; con. Determinate formaliter talis; neg. Angelus, enim, se solo ut subjecto et objecto, se habet in ordine ad producendam cognitionem sui, ac si haberet speciem sui sibi unitam, qua daretur effectus formalis complete; ideoque aequivalenter datur effectus formalis complete in ordine ad cognitionem suam. Unde *min.* contradist. Respective ad sui cognitionem Angelus non est forma sibi inhaerens formaliter talis; conc. aequivalenter talis; neg.

99. Obj. 4.^a Angeli sunt substantiae intellectuales simplices et completae. Ergo ad intelligendum separata a se, non indigent speciebus; nam intellectus se extendit ad omne verum et cognoscibile. Ergo... Praeterea Aristoteles (1) ait: «In his quae sunt sine materia, idem est intellectus et quod intelligitur.» Ergo intellectus angelicus omnia quae potest intelligere, continet intentionaliter et representative.

Resp. Dist. *ante*. sunt substantiae simplices et completae in ratione substantiae; conc. in ratione principii intellectivi; neg. Rationem etiam dist. se extendit ad omne verum et cognoscibile sub ratione generica veri et cognoscibilis; conc. sub ratione specifica et individuali subdist. nude sumptus; neg. imbutus speciebus impressis; conc. Nude sumptus intellectus angelicus, objectum separatum repraesentat nullum, quia ad nullum est necessario determinatus. Aristotelis dictum expono: idem est in actu primo *intellectus et quod intelligitur*; neg. idem est intellectus in actu secundo seu actualis cognitio, subdist. idem est realiter et physice; neg. intentionaliter et representative; conc. et neg. *conseq.*

Obj. 5.^a Collectio specierum rerum omnium existentium numero finita est; ergo quamvis Angelus per suam substantiam vice specierum res omnes existentes cognosceret, non esset virtutis infinitae.

(1) Lib. 12. Metaphys. l. 41.

Resp. Conc. *anteq. neg. conseq.* vel explicationis gratia, dist. *conseq.* non esset virtutis infinitae, si substantia Angeli seu melius ejus intellectus alia objecta praeter existentia naturaliter cognoscere non posset; conc. Si alia et alia naturaliter possibilia sine fine potest cognoscere; neg. Hoc casu substantia Angeli aequivaleret actu infinitis speciebus et contineret perfectiones specierum sine fine in extensione atque in intensione, quod satis apparet vim cuiuslibet creaturae finitae superare.

Obj. 6.^a Angelus potest objecta extranea cognoscere per concursum immediatum objectorum. Ergo ad haec cognoscenda non indiget speciebus. Prob. *anteq.* Intellectus et objectum sunt sufficiens causa cognitionis juxta illud axioma: «Ab objecto et potentia paritur notitia.» Ergo...

Resp. Neg. *anteq.* Ad probat dist. Intellectus et objectum sunt sufficiens motivum cognitionis, quando objectum est intellectui intrinsecum; conc. Quando est ipsi extrinsecum; subdist. sunt sufficiens causa cognitionis mediante specie impressa; conc. Sine specie; neg. Additum ad confirmationem axioma solum significat quod ab objecto paritur notitia mediate vel immediate.

THESIS XVI

Species mentibus Angelorum impressae non emanant ab eorum essentia, neque a rebus efficiuntur; sed a Deo infunduntur.

100. I.^a Pars, quae negant Cajetanus, Capreolus, Valentia, probatur; 1.^a Si species impressae emanarent ab Angeli essentia, haec virtualiter contineret species rerum omnium naturaliter possibilem. Atqui Angelum continere in essentia sua virtualiter actu, species rerum omnium possibilem repugnare demonstravimus supra, thesi praecedenti (1). Ergo... *Maj.* prob. Si species impressae emanarent ab Angeli essentia, haec deberet virtualiter continere actu species omnium rerum quas naturaliter intellectus Angeli cognoscere valet. Atqui intellectus Angeli potest naturaliter cognoscere omne ens naturaliter possibile. Ergo...

2.^a Non sunt multiplicanda entia absque necessitate. Atqui sine necessitate, adstruerentur species impressae, si haec a substantia Angeli dimanarent. Ergo... *Min.* prob. quia tunc ipsa substantia Angeli virtualiter similis omnibus rebus ab Angelo cognoscibilibus, jam posset immediate per se in ipsam cognitionem influere. Ergo redundaret species.

101. II.^a Pars constat. Si enim objecta sunt materialia, species

(1) N. 97. Prob. 7.^a 27j.

efficerent materiales; sed hujusmodi species sunt prorsus inutilis ad cognitionem angelicam, quae est thes. spiritualis; nequit ergo angelus a rebus materialibus suscipere species.

Si objecta sunt spiritualia ut alii Angeli, hi libere emitterent suas species, non secus ac libere per suam substantiam concurrerent ad cognitionem sui in altero Angelo. Sed inde sequeretur unumquemque Angelorum, alios cognoscere non posse independentem ab eorum voluntate, quod perfectioni debita Angelorum absolum est. Ergo neque ab objectis spiritualibus, Angelorum species provenire concedendum est.

102. III.^a Pars. Prob. 1.^a Angeli ut cognoscant objecta a se distincta indigent speciebus superadditis. Thes. XV, II.^a Pars. Ergo eas habent vel ab essentia sua, vel a rebus, vel a Deo; sed eas non habent ab essentia, nec a rebus ut probatum est in prima et secunda parte; restat ergo quod eas acceperint a Deo ut naturae auctore, qui in necessariis creaturis suis non deest.

Prob. 2.^a Auctoritate D. Thomae (1): «Et ideo (Angeli) suam perfectionem intelligibilem consequuntur per intelligibilem influxum, quo a Deo species rerum cognitarum acceperunt simul cum intellectuali natura.» et iterum. «In mente Angeli sunt similitudines creaturarum, non quidem ab ipsis creatoris acceptae, sed a Deo.»

103. Obj. 1.^a Omnis essentia potest sibi producere quod naturali suae perfectioni debitum est. Sed species rerum sunt debita naturali Angelorum perfectioni. Ergo essentia Angeli...

Resp. Neg. *maj.* si cum omni latitudine sumatur; naturali materiae primae perfectioni, debita est forma, quam certe producere minime valet.

Obj. 2.^a Intellectus hominis licet spiritualis sit, potest accipere species ab objectis materialibus; ergo a fortiori intellectus angelicus, qui perfectior est.

Resp. Explico *anteq.* distinctione; potest accipere species ab objectis materialibus, ut conjunctus est substantialiter materiae in praesenti vita ac proinde titulo imperfectionis; conc. Et separatus et omni conjunctione sublata cum materia; neg. «Ratio autem, ait Sphaerius (2), ob quam sine interventu proprii corporis informati a spiritu non possit spiritus immediate a materiali re speciem accipere est, quia naturaliter non potest spiritus immediate, et directe pati, aut affici, aut excitari ab objecto materiali, quia est spiritus omnino improportionatum. Ut ergo spiritus a corpore objecto excitetur, necessarium est, ut sit naturaliter unitus corpori et quod per illud cognitionem suam inchoet, quod sine sensi-

(1) I. P. Q. 55. ar. 1, in 5 et ad 7.—(2) De Angel. l. 2. c. 6. n. 21.

abus facere non potest, et ideo fieri etiam non potest, ut sine ministerio sensuum spiritualis potentia species a rebus materialibus accipiat.

SCHOLION I.

Quoniam Angelis species infundantur.

104. Dico, Angelis species intelligibiles a Deo in sui creatione accepturum.

Ita assunt auctores, qui negant, Angelos a rebus species abstrahere: et prob. 1.^o Ezechiel (1) in persona regis Tyri docet nos de Lucifer: *Ty signumque similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore. In die ynu conditus es... Perfectus in vis tuis a die conditiois tuae, donec inventa est iniquitas in te.*

2.^o S. Dionysius (2): «Angeli non congregant divinam cognitionem a rebus divisibilibus aut sensibilibus: sed cognoscere eas sit propria ad Dei imaginem effectae mentis virtute atque natura.» Sed naturam usque virtutem accepturum Angelis in sua creatione. Ergo... S. Augustinus (3): «Caetera quae infra (Angelos) sunt haec creatur, ut prius flant in cogitatione rationalis creaturae, ac deinde in genere suo.» Quod intelligi non potest, nisi de creatione in esse intelligibili, quod per species habent Angeli.

3.^o Deus ut auctor naturae tenetur infundere Angelis rerum species. Thes. XVI. Pars. 3.^o Ergo tunc infundet, cum natura Angelis ad species recipiendas erit disposita, ad modum quo corpori humano jam disposito, animam creat. Atqui Angelis natura in ipsa sua creatione jam est apta ad intelligendum et inde sufficienter disposita ad species recipiendas. Ergo Angelis in sui creatione... *Mia*, est evidens, cum Angelis non debeant nasci et crescere, ut ea quae per generationem sunt, sed totam naturam suam perfectam et completam per creationem accipiant. Ad rem S. Basilii (4): «Non in infantili statu sunt creati, deinde paulatim exercitati atque perfecti.»

105. Obj. 1.^o Si Angelo darentur in sui creatione, species rerum singularium, quas cognoscere debet in aliqua temporis differentia, poterit futura contingantia praevideri; sed hoc supra improbatum est. Ergo...

Resp. Neg. illationem *major*. Licet Angelus a sua creatione habeat species representativas, quae sint aptae ad cognoscenda singularia aliquando futura, tamen si haec non extiterint, non representantur a speciebus ut futura, sed praesive a tempore praeterito et futuro ac proinde abstracte ut pure possibilia, quae eorum existentiam futuram minime includunt. Vide D. Thomam (5).

106. Obj. 2.^o Praeteritorum cognitio est Angelis connaturalis. Atqui si Angelus omnes species, quibus res aliquando extituras cognoscit, in sua creatione tantum accipit, non poterit praeterita intelligere naturaliter. Ergo... *Major* est evidens et instatur in ho-

(1) XXVIII, 12, 13; 15.—(2) De div. nom. c. 7.—(3) Lib. 2, Genes. ad litt. c. 8.
—(4) In Ps. XXXII.—(5) S. P. Q. 57, ar. 5, ad 3.

mine, qui potest praeterita cognoscere, sicut sit Angelo inferior. *Minor*, prob. ex solutione super data, scilicet species Angelo infusas, extra casum existentiae objectorum, ea representare praesive a tempore tam futuro, quam praeterito. Ergo...

Resp. Conc. *major*, ejusque probationem. *Minor*, nego, rationem dist. Species in creatione Angelo infusae praesidentur a tempore praeterito vel futuro, antequam eorum objecta existant: conc. in effectu et mediate; neg. Verum est, species Angelis primitus infusas, cum res non existunt, eas representare, praesive a tempore praeterito vel futuro in se et immediate; ast Angeli postquam res extiterunt, non quidem per se immediate speciebus infusis; sed in effectu eorum et mediate nempe in specie acquisito intentionis habitus, quam ante Angeli non habebant, naturaliter praeterita cognoscunt.

SCHOLION II.

De universalitate specierum intellectus Angelici.

Dico: Angeli intelligunt per species universales, et eo universales, quo ipsi perfectioris naturae sunt.

107. Nota. I. Species dicuntur nunc universales, non ex eo quod plura representent sub ratione communi, seu abstracte; sed ex eo quod representent etiam plura sub ratione individua, v. g. leones actu existentes.

II. Species istae non sunt formalis similitudo rei representatae, aliter una species non posset plura individua sive numero tantum, sive specie etiam dissimilia representare, cum uniuscujusque rei propria et individua sit forma. Sunt haec species eminentes quoddam principium seu virtualis similitudo vim habens effectricem cognitionis, qua res prout est in se concipitur; inde fit speciem in se indivisibilem superiore et universaliore gaudere perfectione, per quam expressam representationem plurium rerum inter se dissimilium possit efficere.

108. Assertio posita, est D. Thomae et thomistarum. Scarii et plurium nostrorum adversus Scotum et suos.

1.^o Pars. Prob. 1.^o Auctoritate S. Dionysii (1). «Superiores Angeli participant scientiam magis in universali quam inferiores in quibus verbis sermo est de modo cognitionis angelicae seu de speciebus, nam loquitur de scientia naturali Angelorum, in qua non est inaequalitas inter Angelos quoad multitudinem rerum scitarum, ut omnes theologi docent.

2.^o Species universales plura sub ratione individua representantes non repugnant, neque excedunt gradum perfectionis naturalis tam ex objecto, quam ex modo; ergo hujusmodi species possunt esse, alicui substantiae creatae connaturales; sed si alicui creaturae intellectuali sunt connaturales, nulli melius quam Ange-

(1) De celest. hierarch. c. 12.
Thom.—Tom. IV.—P. I.

lis in supremo gradu substantiarum intellectualium constitutis; ergo cum Deus in naturalibus non deficiat, dicendus est, Angelis species naturales seu universales infudisse. *Anteq. prob. a)* quia nulla contrariis argumentis adstrui potest repugnantia, b) quia valde conforme est divinae omnipotentiae creaturas posse producere, quae sunt in infinitum cognoscendi actum, modo finito limitentur. Atqui actus Dei una et singularissima idea omnem multitudinem et varietatem objectorum tum existentium quam possibilium cognoscit. Ergo possibiles sunt creaturae intellectuales, quae una specie; plura objecta singularia et dissimilia attingant, hoc divinitus nam ideam neque in simplicissimo cognoscendi modo, neque in multitudine et varietate objectorum possint exaequare.

109. II. Pars. Prob. I.º argumento primo anterioris partis.

2.º Est veluti consuetudinem primae partis, quod breviter et eleganter a doctore Angelico ita traditur: «In Deo autem tota plenitudo intellectualis cognitionis, continetur in uno, scilicet in essentia divina, per quam Deus omnia cognoscit. Quae quidem intelligibilis plenitudo in intelligibilibus creaturis inferiori modo, et minus simpliciter invenitur. Unde oportet quod ea quae Deus cognoscit per unum, inferiores intellectus cognoscant per multa: et tanto amplius per plura, quanto amplius intellectus inferior fuerit. Sic igitur quanto Angelus fuerit superior, tanto per pauciores species universalitatem intelligibilium apprehendere poterit, et ideo oportet quod ejus formae (species ingressae) sint universales, quasi ad plura se extendentes unaquaeque earum.»

110. Obj. Ex tradita doctrina sequeretur, Angelum supremum v. g. una specie omnes creatas equos cognoscere, Angelum supremum alia una et universaliore specie omnes creatas equos et leones, et inde gradatim ascendendo, ad Angelum perveniretur qui omnia creatura una specie intelligeret, imò et ad aliquem qui sine specie, sola sua substantia, omnia suae naturae proportionata objecta dignosceret. Sed hae consequentes non videntur concedendae. Ergo...

Resp. I.º Neg. *mag.* Nam, a) non necessario ita accipienda est universalitas specierum ut in objectione proponitur; sufficit Angelum infimum una specie, aliqua individua tantum v. g. decem equos ex specie equina clare et distincte percipere; superiorem videntur aliam perfectiorem omnino individua unius speciei creatura, v. g. equos, et insuper aliqua individua ex alia v. g. aliquos leones, et ita porro; sic species sunt in infinitum multiplicabiles quamvis universales reddantur; quo modo vera est assertio proposita in omnibus Angelis, quin necesse sit devenire ad aliquem etiam supremum ejus species simul representent plures quidditates seu plura individua specie differentia, v. g. leonem et equum. b) Si reponitur, Angelos fortasse etiam habere species representantes plures quidditates; adhuc in speciebus ultimis et generibus proximis sub remotis, non minus quam in individuis sub specie, est processus in infinitum et possunt species universales esse et in infinitum pariter augeri; nunquam, ergo erit necessarium per-

(1) 3, Q. 55, a. 3, in o.

venire ad Angelum, qui per unam speciem omnia extra se intelligat.

111. Resp. 2.º Neg. posteriorem illationem majoris propter dicta n. 97. Assertum in priore illatione dist. Ad Angelum perveniretur qui omnia extra se et infra se creata una specie intelligeret; trans, omnia creata tum existentia, cum possibilis; neg. Primum distinctionis membrum transmittitur, quia illa unica species quae omnia extra et infra Angelum creata repraesentaret, non excederet proportionem finitae ac limitatae naturae, et ideo nulla apparet repugnantia, si Angelus valde perfectus omnia extra et infra se per unam speciem naturaliter cognoscat. Contraria ratione non poterit Angelus specie universali, objecta ei in perfectione aequalia vel superiora intelligere, quia hujusmodi objecta capacitatem ejus cognoscitivam aut aequant, aut superant. Alterum distinctionis membrum rejicitur, quia non est possibilis secundum naturae ordinem species, quae repraesentat omnia possibilis simpliciter. Etenim omnis Angelus determinatae ac finitae perfectionis est, illa vero species excederet proportionem ad quancunque determinatam ac limitatam naturam. Quare si talis esset Angelus, esset profecto supremus inter omnes possibiles, qui certe juxta veterem Philosophiam impossibilis est.

ARTICULUS IV.

De modo cognitionis angelicae.

THESES VII.

Angeli in cognitione rerum, quas naturaliter evidententerque intelligunt, non discurrunt; in aliis vero rebus, quas non nisi conjecturaliter attingunt, discursu utuntur.

112. Nota. I. Duplex est in iudicis intellectus discursus a currore seu moveri dictus; alter causalitatis, alter successione. Prior est progressus ab uno iudicio ad aliud propter connexionem illorum inter se, posterior non requirit causalitatem inter actus iudiciorum, sed in sola eorum successione temporanea consistit. Thesis agit de discursu causalitatis.

II. Discursus causalitatis exigit saltem inter actus ordinem prioritatis et posterioritatis naturae, non autem temporis, si ut in Angelis accidit, omnia requisita ad discursum simul habeantur.

113. I.º Pars. Prob. Evidens Angelorum cognitio est vel abstractiva, vel intuitiva; sed in neutra opus est discursu; ergo.—Primum *min.* membrum prob. In *cognitione abstractiva* Angelus scit effectum per causam vel e contra causam per effectum. Atqui utrumque absque discursu intelligit. Ergo. *Min.* prob. Angelus per unam speciem causae cognoscit effectum et e contra per unam speciem effectus cognoscit causam ut facile ex universalitate specie-

rum angelicarum deducitur. Sed in cognitione Angeli per unam speciem nullus est discursus; nam lumen intellectus angelici est perfectum et adequatum suae speciei ita ut per unum actum agnoscat effectum in causa et e contra causam in effectu.

Secundum *ma*, membrum non eget probatione, cum intuitu ex suo genere fiat sine iudicio discursivo; non enim ex causa vel effectu, sed ex eo quod per lumen clarum res ipsa in se videatur, dignoscatur.

114. 1.^a Pars. Prob. In cognitione rerum, quas Angeli conjecturaliter attingunt uti sunt res supernaturales, effectus contingentes non praesentes sed futuri, cordium cogitationes, etc., propter connectionem iudiciorum, ex uno aliud conjectant. Ergo vere dicitur *Ma*, prob. In huiusmodi rebus Angeli *nam per aliud cognoscunt* v. g. Joannem peccatum adversus castitatem, si tentaretur, quia eum non esse modestum vident, *nam ex alio actibus distinetur iudicant*, unus enim est verus, alius saepe falsus maxime in deumibus qui temere habent ut certa, quae solum sunt probabilis, unus evidens alius invidens, unus deumio necessarius alius liber, *per eorum casualitatem*, quia tota ratio assentiendi uni objecto est assensus alteri praestitus.

115. Corollarium. 1.^o Angelus in iis quae evidenter cognoscit non potest falli, secus vero in aliis quae conjecturaliter tantum scire solet, nam in incertis iudicare potest non solum hoc esse credibile et probabile, sed etiam absolute ita esse vel non esse, cum res de facto aliter se habeat.

2.^o Scilicet cum Angelus evidenter cognoscit, non profert sua iudicia uti nos componendo subjectum cum praedicto aut dividendo in se. Eadem enim ratione, qua in evidentiis non discunt, constat eum per unam vel plures species unum simplicem cognoscens actum elicere, quo immediate praedictum esse cum subiecto compositum aut divisum intelligit; uno itaque intuitu per modum simplicis apprehensionis videt in subiecto praedictum contineri aut secus; non ergo opus habet praedictum cum subiecto conferendi, ut unum esse aut non esse aliud, decernat. Contrarium dicendum est, cum Angelus conjecturis utitur, propter contrarias rationes.

116. Obj. Juxta communiorum theologorum opinionem sunt quaedam veritates *necessario per se nota* seu sine medio cognoscibiles, ut contra alias dantur *necessario mediate* seu *per se non nota* i. e. non nisi per medium cognoscibiles. Ergo si Angeli eas cognoscunt sine discursu, sine medio, nulla erit eis *veritas per se non nota*.

Resp. Dist. *emseq.* nulla erit Angelis... etc., intuitive rem contemplando et non attendendo ad causam; conc. abstractivae rem

contemplando; neg. Cognitio abstractivae etiam si sit per proprium conceptum non terminatur ad rem in seipso existentem, et ideo per illam, subjectum et praedictum veritatis cognoscendae non videntur re ipsi immediate unita, sed unibilia, quare si tantum sunt unibilia per aliquod medium, veritas quae ex illorum unione consurgit, videri non poterit evidenter nisi per tale medium. In eclipsi solis licet antequam eclipsis fiat, sit vera propositio solis erit, non est tamen per se nota etiam Angelo, qui non potest illam intuitive videre et necessario debet illam per causam in motu caelorum cognoscere. Quando vero eclipsis jam facta est illam intuitive et immediate videt.

CAPUT III.

De voluntate Angelorum.

ARTICULUS I.

De esse et proprietatibus voluntatis Angelorum.

THESIS XVIII.

Datur in Angelis voluntas libero arbitrio praedita.

117. 1.^a Pars, quae est fide certa, prob. 1.^o In sacra Scriptura opera voluntaria Angelis tribuuntur. Psalm. 111. *Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus*. In Apocalypsi 2.^o unus Angelus quatuor aliis, tanquam voluntatem habentibus clamabat: *Nolite nocere terrae et mari...* S. Petrus 3. Angelos desiderare ait, *Christum videre in quem desiderant Angeli prospicere*. Dantur ergo in Angelis voluntatis actus, ergo et potentia illos elicendi seu voluntas.

118. 2.^o SS. Patres omnes hanc veritatem tradiderunt, unus sufficit testis. S. Joann. Damascenus 4. *Est Angelus natura sua intelligens, arbitrii libertate praeditus, voluntatis et sententiae ratione mutabilis...* hoc est liberum in utramque partem voluntatem habens.

3.^o Cum D. Thoma 5. Ad formam naturalem eorum quae non cognoscunt, ut in non viventibus et plantis, sequitur appetitus naturalis, habitudo ad bonum suum naturale, quia illud metaphysice appetunt et quaerunt; ad formam apprehensum per sensum

(1) CII, 21.-(2) VII, 3.-(3) I, 1, 12.-(4) De nat. l. 2. c. 3.-(5) 1. Q. 59, 27, 1.

sequitur appetitus sensitivus, quo animal bonum apprehensum sibi procurat: a fortiori ergo in intelligentibus, ut sunt Angeli, ad formam apprehensam per intellectum sequetur appetitus intellectivus boni propositi, qui est voluntas.

119. II.^o Pars. Est etiam de fide. Prob. I.^o Lateranense concil. (1). «Diabolus enim et alii daemones a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali.» Atqui non per se sine libertate, etc.

2.^o Sacrae Litterae Angelos praecipi, peccati et meriti capaces ostendunt. S. Petrus. 2. *Deus Angelis peccantibus non peperit.* S. Matthaena 3. *Discidite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.* S. Judas (4). *Angelus vero qui non servaverit suum praecipitulum, sed dereliquerit suum domicilium, in iudicium magno dei, vinculis aeternis sub colligae reverterit.*

120. 3.^o Ex Patribus. S. Damascenus — ut in prima parte. S. Basiliius in libro de Spiritu Sancto (c. 16) «Habentes sancti Angeli in eligendo liberum arbitrium, nunquam ab eo, qui vivere bonus est consortio exidentes, et de malis ait: Quorum defectu comprobatur, quod dicimus, virtutes invisibiles esse sui arbitrii.»

4.^o Cum Angelico 5). a) Creaturae intellectuales ut coelestes spiritus, cognoscunt universalem rationem boni, ex qua possunt iudicare hoc vel illud esse bonum. Atqui cum iudicio de hoc vel illo bono in particulari, connectitur posse unum praec aliud aut nullum eligere, quod est liberum arbitrium. Ergo Angeli eo ipso quod sint intellectuales sunt libero arbitrio praediti. — b) Libertas arbitrii ad dignitatem hominis pertinet. Sed Angeli digniores sunt hominibus. Ergo libertas arbitrii, cum sit in hominibus, multo magis est in Angelis.»

SCHOLION I.

De natura et objecto voluntatis angelicae.

121. Ex dictis circa facultatem intelligendi Angelorum facile deducet:

1.^o Voluntatem Angelorum esse potentiam distinctam tum ab essentia, tum ab intellectu ipsorum. 6)

2.^o Voluntates Angelorum inter se et ab humana differre specie sicut essentiae et intellectus differunt.

3.^o Objectum voluntatis angelicae adaequatum esse bonum in

(1) c. Firmiter. — (2) 2.^o II, 4. — (3) XXV, 41. — (4) Ep. cath. 6. — (5) 1. Q. 39, ar. 3. — (6) D. Thom. Ibid. ar. 1.

communi, id est, ens sub ratione boni; quia bonum cognitum est objectum appetitus eliciti: sed intellectus non solum cognoscit et proponit hoc vel illud bonum, sed omne bonum et ipsam communem rationem boni: ergo voluntas totum hoc ut adaequatum objectum respicit (1).

SCHOLION II.

An in Angelis sit irascibilis et concupiscibilis appetitus.

122. Negat S. Thomas (2) esse in Angelis appetitum irascibilem et concupiscibilem, quatenus his intelligatur potentia eliciens affectus irae et concupiscentiae cum passione corporea ut in nobis fit; Angeli utpote incorporei nihil sentiunt.

Si tamen actus irascibilis et concupiscibilis appetitus sumuntur secundum praecisam rationem actuum elicitorum ab appetitu, abstrahendo a modo materiali et involvente cooperationem corporis, proprie et formaliter inveniunt in Angelorum voluntate concedendum est. Actus irascibilis partis sunt spes, desperatio, audacia, timor et ira: quatuor primi per se abstrahunt ab actibus appetitus sensibilis et rationalis et cum omni proprietate in voluntate angelica pure spirituali, circa bonum arduum et malum vitandum locum habere possunt. De ira prout significat actum appetitus vindictam pro injuria illata, non est dubium in Angelis, qui injuria et vindictae capaces sunt, esse possibilem. Ira duas imperfectiones includere potest, unam ex parte subiecti quod corporeum sit et cum sensibili commotione irascatur, alteram ex parte objecti, si irascitur de dolore et malo illato inordinate. Prima non est in Angelis, secunda est in eis naturaliter possibilis et de facto reperitur in daemionibus, qui hoc affectu excitati, operibus Dei continuo adversantur.

Actus concupiscibilis partis sunt amor, concupiscentia, delectatio circa bonum, et odium, fuga et tristitia circa malum. Tres primi certe inveniuntur in Angelis, qui bonum spirituale amare, non habitum concupiscere seu desiderare, et de acquisito delectari possunt. Jam vero quia contrariorum eadem est ratio, tres ultimi actus circa malum etiam in Angelis erunt.

SCHOLION III.

De ambitu libertatis Angelorum.

123. 1.^o Datur in Angelis libertas exercitii et libertas specificativa, seu alibi terminis, contradictionis et contrarietatis.

Non solum enim, potest Angelus velle et non velle aliquod objectum quod pertinet ad libertatem contradictionis; sed etiam potest velle hoc vel oppositum, bonum ut potest velle quiescere aut moveri, loqui vel tacere et similia, ad quae libertate contrarietatis se determinat.

(1) 1. Q. 39, a. 1. — (2) Ibid. ar. 4.

124. 2.^o Angelus nequit probabilis ab omni actu voluntatis cessare. Sensus est, Angelum ita semper aliquid velle ut quamvis ei liberum sit hunc vel alium actum exercere, non tamen nullum exercere, nam: a) ea, quae maxime consentanea sunt perfectioni alicujus naturae et facillima, sponte, ipso naturae impetu libertatem praeveniunt. fiunt. Atqui perfectioni angelicae naturae maxime consentaneum est semper esse in aliquo actu secundo sui velle, et aliunde facillimum, quia volendo non lassatur, neque fatigatur. Ergo... b) Cessatio ab omni actu voluntatis sub nulla ratione Angelo bona videri potest; non poterit ergo illam velle ac proinde imperare.

Dicet magnam bonum esset exercere suam potestatem abstinendi se ab omni actu libero. Ergo...

Resp. Dist. *autem*. Si actus liberi sumantur definite seu distributive; contra, nullus datur in Angelo actus liber a quo non possit cessare. Si actus sumantur indefinite seu confuse; neg. carentia enim omnis actus nullam appetibilitatem habet.

SCHOLION IV.

An Angelus, postquam aliquid plena deliberatione elegerit, sit et suae naturae immutabilis in sua electione.

125. D. Thomas I] aperte affirmavit: Voluntas hominis adhaeret alicui mobiliter quasi potens ab eo discedere, et contrario adherere; voluntas autem Angeli adhaeret fixe et immobiliter. Et video si consideretur ante adhesionem, potest libere adherere huic et opposito, in his scilicet quae non naturaliter vult; sed postquam iam adhesit, immobiliter adhaeret. Hujusmodi assertum, ait Billuart 2: intellectui difficile multis apparuit, unde quidam ex thomistis ita intelligent de inflexibilitate et immobilitate morali, quantum Angelus difficile potest retractare quod semel plene deliberate voluit. Communior tamen thomistarum sententia est, Angelos esse naturaliter et physice immutabiles in electionibus plene deliberatis.

Immutabilitati naturali tam physicae quam morali Angelorum, electione semel facta, contradixit S. Bonaventura, et cum eo Scotus, Durandus, Aegidius discipulus, et auditor D. Thomae, scotisticae communiter sicut et nostri, quare sententia Angelici Doctoris est tantum probabilis.

126. Probatur contraria: 1.^o A priori ex ipsa natura libertatis angelicae Angelus postquam aliquid plena deliberatione elegerit, vi suae naturae adhuc est liber, et nihil datur quod illum necessitet pro instantibus sequentibus in electione semel habita permanere. Ergo... *Autem*, prob. Electione semel facta Angelus vi suae naturae esset voluntate immutabilis vel propter novam cognitionem, vel propter actum productum aut ejusdem effectum, vel tandem quia voluntas angelorum naturaliter postulat hujusmodi inflexibilitatem. Sed nullum ex enucleatis impedimentis datur; non *nova co-*

gnitio, quae eadem est post exercitium libertatis ac fuit antea, et sicut ante non trahebat necessario ad objectum, ita etiam post non cogit; non *actus productus aut effectus ejus*; quia talis actus non est natura sua aeternus, ideoque potest voluntas ab eo cessare, neque ex effectibus ejus, etiam si solum producit vi suae naturae species in intellectu pro memoria, et habitum bonum aut vitiosum in voluntate pro majori operandi facilitate, quin illam inducant necessitatem ut per se patet: non quia *immutabilis voluntatis* electione peracta sit Angelo *conaturalis*, nam immutabilitas voluntatis tam physica quam moralis attributum est solius Dei, a quo omnis imperfectio vel moralis vel physica, qualis in mutatione inducitur, releganda est; Angelo autem non repugnat non solum imperfectio moralis, sed et gravissimum peccatum.

2.^o A posteriori, Juxta communem et fere certam sententiam, omnes Angeli in primo suae creationis instanti supernaturaliter et libere Deum amaverunt; sed omnes mali angeli non permanentes in amore Dei illum commutavit in odium; ergo sunt mutabiles.

127. In contrarium pro sententia D. Thomae arguitur: 1.^o Vis intellectiva seu apprehensiva Angelorum immobiliter adhaeret his quae perfecte intelligit; ergo et his quae semel plena deliberatione elegerit, adhaerebit. *Consequenter*, prob. nam vires appetitivae sequuntur apprehensivas. *Confr.* Ut Angelus recederet ab eo quod elegerit, deberet apprehendere novam rationem in objecto. Sed Angelus nequit apprehendere novam rationem in objecto, quod deliberate elegerit; ergo... *Min.* prob. Qui penetrative cognoscit objectum nequit naturaliter apprehendere novam rationem in objecto. Sed Angelus ita cognoscit objectum, quod deliberate elegerit. Ergo...

2.^o Quando Angelus aliquid sibi determinat appetendum ut ultimum finem, aliqua peculiari dispositione et electione in illum ducitur. Atqui hujusmodi dispositio et electio in ipso immutabilis est. Ergo... *Min.* prob. Hujusmodi dispositio et electio solum pendet ab illo intellectus judicio, quo Angelus statim in principio in contemplationem boni pervenit. Sed illud intellectus judicium est unicum in Angelo, qui perfecte ab initio omnia intelligit. Ergo Angelus immutabiliter vult finem quem primo ut ultimum elegerit, et secundum hunc semper eligit ac proinde immutabilis redditur in reliquis electionibus suis.

3.^o Si Angelus esset mutabilis in electione, sua esset capax poenitentiae. Atqui hoc est contra *Deum ascensum* (1) aliosque Patres ubi de peccato Angelorum agunt. Ergo... *Confr.* Si Angeli possent retractare suam voluntatem, nulla esset ratio, ob quam Deus eis tempus poenitentiae non concesserit, nam soli voluntati divinae negotio poenitentiae tribueretur.

(1) De *Asc. lib.* 2, c. 3.

(2) 1. Q. 64, ar. 2. — (2) D. VI, ar. 1.

ARTICULUS II.

De Loquutione Angelorum.

128. Loqui ad alterum, sicut D. Angelicus 1. «nihil est aliud quam conceptum mentis alteri manifestare.» Haec manifestatio, quocumque modo fiat, procedere debet ab actu voluntatis illius qui loquitur, si ab alio fieret independenter a loquente, iam non esset loquutio illius, et periret ius, quod ad secretum Angeli habent, igitur inadaequate saltem, actus loquendi est voluntatis actus; propterea non ante quam de voluntate Angelorum tractemus, de hac quaestione disputavimus.

THESIS XII

Certum est dari inter Angelos veram loquutionem.

129. Prob. 1.^a ex sacra Scriptura. Apostolus ad Corinth. scribat 2: *Si linguas hominum loquar, et Angelorum, charitatem autem non habeam...*; quibus verbis aperte supponit Angelos loqui, licet enim per exaggerationem, perfectissimam linguam significare voluerit, non haberet locum exaggeratio, nisi Angeli praeter hominibus lingua donarentur. Isaias 3. ait de Seraphim: *Et clamabant alteri ad alterum, et dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus...* Iohannes 4. in Apocalypsi vidit: *alterum Angelum nascentem ab orla solis...* et clamavit voce magna quatuor Angelis, *quibus dolum est nocere terrae et mari.* Zacharias 5. narrat unum Angelum alteri dixisse, *corre, loquere ad pueros istum.* Non dubitandum itaque, Angelos inter se loqui.

130. 2.^a S. Iohannes Damascen. 6. docet Angelos sine ulla prolata sermone op. mutuo sibi sua sensa... et consilia communicare. Nicephorus Constantinop. 7. ait de Angelis: «Ac quidem sermo quoque in illis est... ut silendo, clarius expressiusque sermones misceant, quam alia quavis prolatione verborum.» S. Iohannes Chrysostomus 8. exponens verba Apostoli: *Si linguas etc.* inquit: «Linguam autem Angelorum dicit, non quia spiritibus corpus affingat, sed si ea loquar, qua utuntur inter se.

ipsi.» S. Basilius 1. «Nam et Apostolus nobis innot, quod etiam Angeli propriam linguam habeant, cum ait, si linguas hominum loquar etc.»

131. 3.^a Ratione. a) Est inter Angelos societas moralis et hierarchia tanquam inter membra unius ejusdemque Reipublicae spiritualis, Atqui vita socialis et hierarchia nequeunt dari inter membra intelligentia, quae sua sensa, consilia et praeccepta sibi mutuo aperire seu loqui non possunt. Ergo... b) S. Thomas 2. aliam indicat rationem: quod potest virtus inferior, perfectiori modo potest superior; sed quia inter homines unus non cognoscit secreta cordis alterius, ad ea manifestanda datur inter homines loquutio. Ergo cum nec unus Angelus interius alterius conceptus cognoscit, ad eos alteri communicandos, dabitur in eis loquutio.

THESIS XI

Angelorum loquutio ita debet esse libera ut possit unus alteri loqui, quin alii audiant.

132. Thesis est contra Molinam nonnullosque alios; nec minus certa videtur quam praecedens.

Prob. 1.^a Vita socialis moralis petit, quod unus possit loqui secreto cum alio; alius non daretur locus speciali amicitiae et confidentiae; et durum esset vel cum nemine vel cum omnibus loqui.

2.^a Ponenda est in Angelis talis loquutio, quae nostra non sit inferior. Sed nos possumus ita libere et secreto loqui, ut caeteri non intelligant. Ergo Angeli...

133. Obj. Loquutio est manifestatio mentis absconditae. Atqui Angeli non habent mentem mutuo absconditam; nam ait S. Gregorius M. 3. «In statu resurrectionis uniuscujusque mentem, ab alterius oculis, membrorum corpulentia non abscondit.»

Resp. Concedo *maj.* Nego *min.* Ad probationem concedo *ante*, sed nego adesse *conseq.* Nam licet animae beatae et Angeli suam mentem non abscondant membrorum corpulentia si volunt tamen suae mentis secreta manifestare, manent haec abscondita ut patet ex dictis supra 4. de secretis cordium.

(1) Homil. in. Ev. I. c. 2. — (2) De ven. a. p. ar. 4. — (3) Lib. Mor. 48, c. 3. — (4) Thes. XIV, m. 84-89.

(1) Q. 107, a. 2. — (2) 1.^a XIII, v. 1. — (3) VI, 3. — (4) VII, 2. — (5) II, 3, 4. — (6) De fil. hb. 2, c. 3. — (7) *Incap.* Christi filii. — (8) In I. ad Corinth. 1. c. 12.

SCHOLION I

De modo loquutionis Angelice.

§ I.

Stiles questionis et que sial theologorum sententiae.

134. Angelos inter se loqui demonstravimus, posse variis modis inter se miscere sermones inaudibile est, verbum enim signum est conceptus mentis, iam vero duplicia possunt signa constitui per quae Angeli suam mentem exprimant, vel *sensibilia* in aere efformata, ut cum corpore assumpto voces imitantur humanas, vel *spiritualia* ut eorum competet naturalia. Sed quodnam est hoc signum spirituale, quae lingua spiritualis Angelorum? Ea quaestio, quae mirabiliter theologorum ingenia fossit et in plures divisit sententias, Praecipuae sunt;

1.^a Durandi, cedit difficultati, et dicit Angelos loqui per signa sensibilia; haec signa sunt soni sensibiles in aere formati, vel utus et signa facta in corporibus assumptis.

2.^a Aegidii, inducit signa spiritualia instrumenta inter significanda. Hinc sententiae adherent Argentiniana, Gregorius, Marsilius, Molina, etc. In eam inclinat Vazquez D. 211. c. 10, qui ibid. c. 11 docet signum spirituale quo unus Angelus alteri loquitur, esse conceptum reflexum intellectus, quem Angeli habent de secreto cordis sui, et peccatori quadam ratione ad alium vel alios ordinatum. Per hunc conceptum, natura sua non occultum, audienti significantur ea, quae quis habet in corde sive cogitationes, sive volitiones.

135. 3.^a Scoti et suorum, defendit loquutionem angelicam consistere in productione cognitionis ab Angelo loquente, in intellectu audientis, qua hic cognoscit objectum de quo alter loquitur.

4.^a Suarii, tenet loquutionem Angelorum fieri specie impressa, quam producit Angelus loquens in audiente, qua audiens excitatur ut attendat et simul cognoscit quis, quid loquatur.

5.^a St. Thomas, thomistarum et plurium PP. S. J. Valentia, Lugo, Arriaga, Platelli, etc. propugnat Angelos inter se loqui volitione libera manifestandi ateri suum secretum seu actum; tunc juxta nostros Deus intuitu lujus volitionis producit speciem de actu loquentis in Angelo audiente; vel hic juxta thomistas jam potest intelligere actum secretum alterius per species ante infusus; qui solum obstabat voluntas non revelandi secretum.

136. Ex enumeratis sententiis, quae est Durandi aperte rejicienda est; Angeli sunt creaturae pure spirituales, ergo modus colloquendi illis naturaliter debitus pure spiritualis sit oportet, etc. Adde, in hac opinione casu quo corpora non existent, Angelos loquutione privatos fore, quod nemo suam mente credit.

Aegidii opinio probabilis negator quam affirmator, in graves offendit difficultates, quas sententiae D. Thomae et Suarii vitant, quare licet impossibilis non probetur, ex capite saltem inae-

cessitatis et difficultatis, ei, cum pleribus theologis, non est adhaerendum. a) Et primo quidem, qualitates non vitales non apparent producibiles esse ab actibus intellectus et voluntatis, qui essentialiter vitales sunt et explere concipiuntur tanquam termini, causalitatem intellectus et voluntatis. b) Radem difficultas augetur ex eo quod haec qualitates libere, ac proinde vitaliter producendae sint. c) Si diceres repraesentare actus vitales ex effectu eorum, adhuc non intellegeretur quomodo qualitas mortua signum esset naturale actus vitalis. d) Si repouis futura esse signa ad placitum, peto qua praevia colloquutione, Angeli qui digitis carent ad monstranda objecta, in unam significationem consentirent? e) Dices forte, Deum providentia sua, cum Angelos creavit eis revelasse communem aliquam signorum spiritualium significationem, sicut primo homini sermonem infudit; esto, sed quaero, cum signa haec sint in loquente non in audiente, sint non per se occulta sed omnibus aliis Angelis nota, quo pacto, audiens ad auscultandum excitabitur, quo loquens, nisi tantum si velit secreta cordis sui revelabit?

Idem iudicium proferendum est de sententia hac, prout a Vazquezio proponitur; vitat quidem scopulum qualitatum non vitalium, ut e Charybde Scyllam impetit. a) Quia supponit quaedam liberam cogitationes, reflexas, nempe, esse per se notas aliis Angelis contra communem theologorum sententiam. b) Quia adhuc non explicatur, quomodo loquens audientem excitet, aut uni et non omnibus si velit loquatur.

Scoti opinio, cum supponat Angelum audientem intelligere per actus vitales non a se effectos sed a loquente susceptos, communiter rejicitur. Actio enim vitalis est intrinseca subjecto cui inest.

De opinionibus D. Thomae et Suarii quaequam sit altera probabilior, definire non audeo, utriusque dabo rationes.

§ II.

Rationes pro Suarii sententia.

137. 1.^a Loquutio Angelorum importat excitationem realem, qua Angelus loquens excitet audientem eigo significet quis quidve loquatur. Atqui haec realis excitatio verisimiliter fit per productionem speciei conceptus manifestandi in Angelo audiente a loquente. Ergo... *Moy*, a) Est etiam sacris Scripturis conformis juxta quas (sup. n. 131) Angeli in coelo clamabant alter ad alterum et ad audiendum excitabant operandumque invitabant. Psal. XXIII. *Abolite portas principes vestras*, etc. quibus alii respondebant. *Quis est iste Rex gloriatur*, etc. b) Ab ipsa Angelorum perfecta loquutione exigitur, seclusa enim ad audiendum excitatione, quamvis audiens habeat species secretorum cordis loquentis, non necessario, sed casu tantum et libere attendat. Atqui hic colloquendi modus valde repugnaret perfectioni et gubernationi angelicae societatis; ergo talis loquendi modus Angelis est tribuendus quo se mutuo ad audiendum excitent. *Min*, prob. Haec realis excitatio debet physice ab ipsomet loquente fieri in audiente. Sed si physice, nihil est quod

verisimilium a loquente in audiente fiat, quam species impressa et nova qua exprimitur et declaratur audienti loquentis conceptus. Ergo... *Minor* post aliam sententiarum exclusionem est clara; *major* prob. 1) Testimoniis sac. Scripturae nuperrime allatis, quae aptiores habent sensum si de physica, non morali tantum excitatione exponantur. 2) Quia si ut voluit Thomisticae eorumque aeseclae Deus ad petitionem loquentis aperiret vel imprimeret in audiente speciem, Angeli proprie non loquerentur, sed Deus pro eis, quod quantum detrahit perfectioni angelicae naturae, nemo non videt. 3) Eatenus loquens non excitaret physice audientem, quatenus productio speciei impressae conceptus, esset supra vires Angelorum, aut naturae Angelorum non conveniret ita loqui. At qui hoc secundum non esse dicitur et ex praedictis iam constat et uberius in altera ratione explicabimus; primum vero probabilius est falsum; 2) auctoritate D. Thomae. 1) qui quiddam de facto sentiat, concedit expresso sine limite sicut enim per signum sensibilis excitatur sensus; ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mens Angeli ad attendendam, quae verba non nisi de specie intelligibili simili sensibili sensum moventi intelligi posse videntur; praesertim cum Cajetanus in hunc locum notet, aliquem fortasse intendere ex verbis D. Thomae deducere aliquam specialem intentionem habentem viam excitativam ad attendendum. Quamvis igitur conclusio Suarii non sit omni ex parte sententia D. Thomae conformis, non tamen ut contraria principii Angelici Doctoris, probabiliter saltem habenda est. 2) Actus interioris intellectus et voluntatis sunt objecta per se intelligibilia in actu et sub secreto, non minus proprio quam alterius intellectui proportionata. Ergo cum auctores illorum volint, poterant huiusmodi actus speciem sui non minus in proprio quam in alieno intellectu imprimere.

2.^o Caeteris paribus ille modus colloquendi Angelis tribuendus est, qui ex se liber et secretus sit et simul cum excessu in perfectione, proportionem et similitudinem cum modo nostro loquendi servet. Atqui haec simul sumpta non nisi in sententia Suarii habentur. Ergo... *Major* post primam partem ex natura ipsa loquutionis est clara; quae secundum, quae tertia, intellectuales et nobis superiores, sufficiens est, in hac materia, arguendi principium. *Min.* declaratur: prae opinionibus Aegidii et Vazquezii, haec Suarii sententia tribuit Angelis loquutionem summe liberam et secretam, Angelus enim loquens non nisi quibus vult et quomodo vult imprimat sui conceptus speciem; prae opinione D. Thomae a. e. servat proportionem et similitudinem cum modo nostro loquendi et excessum in perfectione; nos physice loquimur, et Angeli perfectiori modo per species, quae actus in seipsis ostendunt; iam vero in sententia D. Thomae non physice sed moraliter tantum loquerentur Angeli.

138. Obj. 1.^o Angelus nullam potest qualitatem producere. Atqui producere species esset qualitatem producere. Ergo...

(1) 1, Q. 107, ar. 1 ad 5.

Resp. Dist. *maj.* realiter ad perficiendum alterum in suo esse; conc. intentionaliter ad se manifestandum; neg. Duplex est modus actionis. unus est quando actio fit ad communicationem sui esse et perfectionis, quae solet dici realis actio; alius est quando solum fit ad sui manifestationem cooperando potentiae intelligenti ut haec res, non alia intelligatur; huiusmodi actio dicitur intentionalis. Hanc virtutem Angelis denegari non posse patet; ostendimus ex Scriptura, Traditione et ratione eos sibi invicem secreta communicare; alimunde, nequire haec secreta connaturalius aliis pandere quam per impressionem speciei suorum actuum, ex argumentis huius sententiae constat; virtus igitur, qua Angeli alios possint efficienter intentionaliter movere, ab ipsa eorum natura postulatur. dedit ergo Deus, qui in necessariis non deficit.

139. Ergo cum actus necessario et naturaliter sint activi eorum quae possunt, loquutio Angeli erit,posito actu, necessaria, omnibus patens nullo modo secreta. Ergo...

Resp. Dist. *antec.* Sunt necessario activi respectu loquentis et ad eorum effectus intrinsecos; conc. v. g. ad habitum generandum. Respectu aliorum et quoad effectus extrinsecos; neg. Sicut facultas locomotiva subdita est voluntati Angeli ita et productiva specierum ad extra. Ratio est quia Angeli jus habent secreto loquendi, prout ipsi volent et consequenter habent jus, ut alii non videant species, quibus ipsi loquuntur, nisi velint.

Obj. 2.^o Ex hac sententia sequitur contra D. Thomae (1) et communem theologorum, Angelum non posse loqui in distanti, nec cum omnibus simul si velit. Ergo valde imperfecta est etiam in hac sententia Angelorum loquutio.

Resp. ad primum 1.^o Conc. *conseq.* sed nullum, vel parvum indeinconveniens, cum Angeli possint se, ut demonstrabimus, citissime moveri et quibus libet praesentes fieri. Haec solutio est valde conformis nostris principii et non infirmat argumenta data ad probandum Angelos, alios Angelos cognoscere per species a Deo infusas una cum eis concreatas.

2.^o Neg. *antec.* et conc. actionem spiritualem intentionalem in distans non repugnare. Ergo Angelus, dices, poterit alios cognoscere per species acquisitas ab illis receptas. Negat Suarius illationem propter hanc disparitatem, non enim in sola repugnancia actionis in distans fundatur impugnata assertio, sed etiam in eo quod 2) Angelos juxta eorum naturam deceat, omnes alios ab initio suae creationis cognoscere, quod difficile vel impossibile esset per immersionem liberam specierum. Ut verum fatear haec ultimo solutio parum piceat.

Resp. ad secundum, concedendo totum, quia juxta hanc sententiam loquitur Angelus operando et multiplicando actionem in multis quae necessario finita esse debent.

Obj. 3.^o Inferior nequit in superiore agere. Ergo juxta hanc sententiam non poterunt inferiores Angeli superioribus quidquam dicere.

(1) 2, Q. 107, ar. 4 et 5. — (2) Sup. n. 104.

Resp. Dist. *ante*. In his in quibus inferior ejusdem est juris cum superiore; neg. in quibus est diversi et superioris juris; conc. Non minus ignorat Angelus superiores internos actus inferiorum quam e contrario; possunt ergo inferiores suos actus superioribus manifestare, non aliter ac in bene ordinata societate possunt superiores et aciores ingenio cum rudibus et simplicibus loqui et hi vicissim eos interrogare et suis eis manifestare sensus.

§ III.

Rationes pro sententia D. Thomae.

139. 1.^a *Ex* auctoritate ipsius Angelici D. qui omnem efficientiam loquentis in audiente de facto negat. In Summa [1]. «Ex hoc vero quod conceptus mentis angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri, per voluntatem ipsius Angeli, conceptus mentis unius Angeli innotescit alteri; et sic loquitur unus Angelus alteri. Nihil est enim aliud loqui ad alterum, quam conceptus mentis alteri manifestare.» In quest. de Veritate [2]. «Angelus loquens nihil facit in Angelo, cui loquitur, sed fit aliquid in Angelo ipso loquente, et ex hoc ab alio cognoscitur modo prius dicto. Unde non oportet etiam, quod loquens aliquid infundat ei cui loquitur, et rursus [3]. Angelus ad quem fit loquutio, ut dictum est, non precipit aliquid a loquente, sed per speciem quam penes se habet, et alium Angelum et loquutionem ejus cognoscit.»

2.^a Ad veram propriamque loquutionem satis est loquentem audienti manifestare non modo rem, sed etiam conceptum internam quem de illa efformavit. Atqui ad hoc sufficit Angelum loquentem, suum internam conceptum, per voluntatem dirigere ad audientem. Ergo, . . . *Mor.* prob. Tota ratio propter quam Angelo non sunt naturaliter manifesta secreta cordis alterius fundatur in morali dominio proprio agentis liberi in suas internas liberisque opiniones. Atqui ad removendum hoc obstaculum, satis est Angelum per suam voluntatem libere ordinare ad alium secreta cordis sui. Ergo.

3.^a Haec sententia prae omnibus aliis se commendat: a) sua claritate et facilitate, qua inconveniens actionis in distans caret, b) quia pulchre declarat multa ad perfectum Angelorum loquutionem pertinentia, nam α intelligitur excitatio ad audiendum per novam productionem speciei in intellectu audientis; β intelligitur, quomodo unus Angelus possit uni soli loqui etiam in praesentia alterius; γ intelligitur quomodo inferior Angelus possit loqui cum superiore, quia scilicet non ipse inferior producit speciem, sed Deus; δ intelligitur, quomodo possit Angelus cum altero loqui in quantumque distantia finita, et eadem ratione; ϵ intelligitur quomodo possit Angelus simul cum multis loqui, nam tam facile potest dicere, «Volo loqui his centum» quam dicere «Volo his quatuor.»

140. Obj. Ut unus Angelus aliter loquatur debet illum excitare

(1) 1.^a P. Q. 107, ar. 1, in o. — (2) Q. 9, ar. 5, ad 2. — (3) *Ibid.* ar. 6, ad 4.

ad audiendum seu cognoscendum suum conceptum. Atqui per solam voluntatem ordinandi conceptum ad alterum, hic non excitatur ad audiendum; nam voluntas ordinativa conceptus est actus immanens Angeli loquentis, qui proinde solus in loquente manet.

Resp. Dist. *mag.* debet illum excitare vel physice, vel moraliter; conc. physice tantum; neg. *Min.* contradist. per solam voluntatem ordinandi conceptum nude sumptam; conc. vel trans per voluntatem prout connotat concursum divinum speculem, eumque moraliter causat; neg. Rationem additam dist. est actus immanens physice; conc. moraliter et aequaliter; neg. Absolute quidem est actus immanens, sed etiam est moraliter actio aequaliter transiens, quatenus per modum conditionis causat concursum Dei determinativum Angeli audientis ad manifestatum conceptum cognoscendum.

SCHOLION II.

An Angelus possit mentiri.

141. Qui ut Durandus et Egidius docent Angelos, signis sive materialibus sive spiritualibus ad placitum, loqui, incautanter affirmant et merito, quis non secus ac nos verbis, possent Angeli suis signis fallere. Caeteri auctores libenter concedunt hoc, sed quia in eorum sententia Angeli sibi metipsis conceptus immediate et in se manifestant, inde enata quaestio, an ordinario ac solito loquendi modo mentiri possint?

142. Thomistae respondent affirmative, per manifestationem scilicet alienius conceptus, qui falso representat cogitationes aut volitiones, quae sint in loquente; verum quia difficile concipitur, Angelum habentem conceptum vel affectum determinatum v. g. A sibi met intrinsecus fingere, et tanquam certo iudicare se non habere conceptum vel affectum A, aut oppositum asserere, haec sententia verisimilis non est.

Alii plures cum Arriaga (1) cedunt difficultati et asserunt Angelos naturali sua loquela non posse mentiri, nam licet forte fallatur, nequeunt tamen alios conceptus vel affectus ab his quos habent manifestare, in quo proprie mentiri consistit.

Nihilominus his auctoribus, alii probabiliter saltem, contradicunt. Potest enim Angelus loquens, audienti ostendere desiderium quod habet ut credat se habere hos affectus et illas cogitationes, quibus revera loquens caret. Hac agendi ratione, si de re evidenti non sit sermo facile incautus audiens admittit esse in loquente actus illos internos qui revera non sunt ac proinde mendacio loquentis fallitur.

Obj. In sententia D. Thomae, ultima data solutio non subsistit, nam Deus ipse infunderet speciem illius desiderii quod fallaciam causat. Ergo.

Resp. Neg. assertum ejusque rationem. Species desiderii, quo aliquid vult alium falli, non est positive erronea, sed occasio dumta-

(1) De Ang. D. 72, sec. 5.

xat erroris alterius, potest ergo Deus quin ipse fallat et in errorem inducent sese exigentis angelicæ loquutionis accommodare.

THESIS XVI.

Animæ nostræ non possunt naturaliter cum Angelis loqui.

143. *Nota.* Certum est, ipsa sacr. Scriptura in lib. Tobiae alisque V. et N. Testamenti confirmante, Angelos nobiscum posse loqui et nos cum illis, eisdem sermonibus quibus inter nos mutua consuetudine utimur, Angeli enim et daemones, ut in possessis manifestum est, sine dubio optime callent, omnium gentium idiomata possuntque eorum voces vel in aëre, vel in corporibus assumptis formare. Ita viri iusti interdum, et Ecclesia in exorcismis daemones increpant ac nomine Dei a corporibus exire iubent. Ast hæc non ordinariæ, sed extraordinariæ eveniunt; quæstio tota movetur de loquutione pure spiritali inter animum nostram et Angelum intra limites nature sistendo.

144. Non defuerunt aliqui theologi qui id assererent, sed communis et veri sententia negat. Prob. I.^o Quia secundum ordinem nature homines et Angeli non pertinent ad eandem societatem vel rempublicam.

2.^o Quia modus loquendi pure spiritaliter non est proportionatus statui animæ conjunctæ, quæ species ex phantasmatis accipit.

3.^o Cum Arriaga quia experientia manifeste ostendit, nos nunquam hoc modo daemones et Angelos audire; ergo non possunt ipsi in nobis eas species imprimere, nec Deus naturaliter debet eas producere; si actio enim esset naturalis, absque dubio frequenter contingeret. Quod si nos hoc modo non audimus Angelos, nec etiam a contrario ipsi nos audient; non enim est major ratio, cur ea corpore impediatur receptio specierum, quam cur impediatur productio earum (1).

(1) Disq. 12 sec. 7, sub. 4.

CAPUT IV.

De loco, motu et potentia Angelorum.

ARTICULUS I.

De loco et motu Angelorum.

THESIS XVII.

Angeli sunt definitive in loco eamque propria virtute mutare possunt.

145. I.^o Pars. *Nota.* I. Duplex est rerum creaturarum in loco præsentia: circumscriptiva una, corporum propria, quæ ratione quantitatis partes extra partes habent et simul impenetrabilia sunt cum alio corpore quanto; definitiva altera, spirituum propria, qui cum partibus careant nec sint immensi, in aliquo sunt finito loco, ita tamen ut toti in toto, et toti in singulis partibus adsint.

II. Locus est intrinsecus et extrinsecus. Intrinsecus est formalis ubicationis ratio, propter quam res constituitur hic et non alibi; Extrinsecus est id in quo res contineri dicitur, sic aves in aëre, anima in corpore et tota simul creatio in spatiis imaginariis collocata est. Agimus in hac parte theses de loco extrinseco, cujus continendi ratio duplex etiam est, nam vel desumitur ex modo quo res locata quasi extrinsece informatur a loco ambiente ut corpus avis ab aëre, vel tantum ex indistantia et intima præsentia unius rei cum alia; primus continentiaæ modus proprius est corporum, secundus spiritibus competit.

III. In hoc ultimo sensu quatenus Angelus potest esse intime præsens alicui rei, vel saltem parti spatii imaginarii, dicimus Angelos esse definitive in loco. Thesis prout affirmat Angelos esse in loco ita est certa ut S. Thomas oppositam vocet hæreticam (1); prout adstruit esse in definito seu limitato spatio et non ubique est communissima et dicenda certa. Eam inficiatæ est Durandus, sed ejus opinatio a Toletio (2) pronuntiatur «valde improbabilis nec tuta,» a Valentia (3) «temeraria,» a Suárezio (4) «plusquam temeraria et communiter erronea judicatur.»

146. Prob. I.^o Ex sac. Litteris, in Exod. (5), *Tollensque se*

(1) 1. D. 37, quest. 3, ar. 1.—(2) 1. q. 12, ar. 1.—(3) Tom. 1, D. 4, q. 3, p. 2.—(4) L. 4, c. 2, 12.—(5) XIV, 19.

xat erroris alterius, potest ergo Deus quin ipse fallat et in errorem inducent sese exigentis angelicæ loquutionis accommodare.

THESIS XVI.

Animæ nostræ non possunt naturaliter cum Angelis loqui.

143. *Nota.* Certum est, ipsa sacr. Scriptura in lib. Tobiae alisque V. et N. Testamenti confirmante, Angelos nobiscum posse loqui et nos cum illis, eisdem sermonibus quibus inter nos mutua consuetudine utimur, Angelis enim et daemones, ut in possessis manifestum est, sine dubio optime callent, omnium gentium idiomata possuntque eorum voces vel in aëre, vel in corporibus assumptis formare. Ita viri iusti interdum, et Ecclesia in exorcismis daemones increpant ac nomine Dei a corporibus exire iubent. Ast hæc non ordinariæ, sed extraordinariæ eveniunt; quæstio tota movetur de loquutione pure spiritali inter animum nostram et Angelum intra limites nature sistendo.

144. Non defuerunt aliqui theologi qui id assererent, sed communis et veri sententia negat. Prob. I.^o Quia secundum ordinem nature homines et Angeli non pertinent ad eandem societatem vel rempublicam.

2.^o Quia modus loquendi pure spiritaliter non est proportionatus statui animæ conjunctæ, quæ species ex phantasmatis accipit.

3.^o Cum Arriaga quia experientia manifeste ostendit, nos nunquam hoc modo daemones et Angelos audire; ergo non possunt ipsi in nobis eas species imprimere, nec Deus naturaliter debet eas producere; si actio enim esset naturalis, absque dubio frequenter contingeret. Quod si nos hoc modo non audimus Angelos, nec etiam a contrario ipsi nos audient; non enim est major ratio, cur ea corpore impediatur receptio specierum, quam cur impediatur productio earum (1).

(1) Disq. 12 sec. 7, sub. 4.

CAPUT IV.

De loco, motu et potentia Angelorum.

ARTICULUS I.

De loco et motu Angelorum.

THESIS XVII.

Angeli sunt definitive in loco eamque propria virtute mutare possunt.

145. I.^o Pars. *Nota.* I. Duplex est rerum creaturarum in loco præsentia: circumscriptiva una, corporum propria, quæ ratione quantitatis partes extra partes habent et simul impenetrabilia sunt cum alio corpore quanto; definitiva altera, spirituum propria, qui cum partibus careant nec sint immensi, in aliquo sunt finito loco, ita tamen ut toti in toto, et toti in singulis partibus adsint.

II. Locus est intrinsecus et extrinsecus. Intrinsecus est formalis ubicationis ratio, propter quam res constituitur hic et non alibi; Extrinsecus est id in quo res contineri dicitur, sic aves in aëre, anima in corpore et tota simul creatio in spatiis imaginariis collocata est. Agimus in hac parte theses de loco extrinseco, cujus continendi ratio duplex etiam est, nam vel desumitur ex modo quo res locata quasi extrinsece informatur a loco ambiente ut corpus avis ab aëre, vel tantum ex indistantia et intima præsentia unius rei cum alia; primus continentia modus proprius est corporum, secundus spiritibus competit.

III. In hoc ultimo sensu quatenus Angelus potest esse intime præsens alicui rei, vel saltem parti spatii imaginarii, dicimus Angelos esse definitive in loco. Thesis prout affirmat Angelos esse in loco ita est certa ut S. Thomas oppositam vocet hæreticam (1); prout adstruit esse in definito seu limitato spatio et non ubique est communissima et dicenda certa. Eam inficiatorem est Durandus, sed ejus opinatio a Toletio (2) pronuntiatur «valde improbabilis nec tuta,» a Valentia (3) «temeraria,» a Suárezio (4) «plusquam temeraria et communiter erronea judicatur.»

146. Prob. I.^o Ex sac. Litteris, in Exod. (5), *Tollensque se*

(1) 1. D. 37, quest. 3, ar. 1.—(2) 1. q. 12, ar. 1.—(3) Tom. 1, D. 4, q. 3, p. 2.—(4) L. 4, c. 2, 12.—(5) XIV, 19.

angelus Ieri, qui praecedebat castra Israel, abiit post eos priora dimittens post tergum. In Evang. (1). *De die illo, et hora nemo scit, neque Angeli in caelo.* Matthaeus (2). *Tunc reliquit eum diabolus; et ecce Angeli accesserunt, et ministrabant ei.* In epistolis Apostolorum. S. Petrus (3). *Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed cadentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.* S. Paulus (4). *In quibus aliquando ambulastis secundum principes potestatis aëris hujus.* Ex quibus aliisque sacris testimoniis obvie elucet, Angelos ita esse in uno loco, quin sint in alio: sunt ergo in aliquo limitato et quidem definitive propter spirituales eorum naturam.

2.^a Eandem veritatem Patres professi sunt. S. Gregorius M. (5). *Angelorum vero spiritus loco quidem circumscripti (limitati) sunt. S. Ambrosius (6). «Seraphim de loco ad locum transit, non enim complet omnia» S. Johannes Damasc. (7). «Circumscripti sunt, quoniam cum in caelo sunt, non sunt in terra, cum in terram mittuntur, non manent in caelo.» Ecclesia tandem ne longioris simus conformiter ad hanc doctrinam orat: *«Visita, Domine... habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea (8).»**

3.^a Si Angeli non sunt in definito loco vel nullibi vel ubique sunt. Atqui non sunt ubique, neque nullibi. Ergo... *Mis. prob. non ubique;* substantia Angelorum est essentialiter finita; ergo nequit esse ubique, secus eorum substantia quoad modum essendi adaequaret Dei immensitatem. Confirm. Esse alieni, rei vel spatio praesens est aliqua perfectio, et eo major quo majori extensioni coextendatur praesentia; ergo posse eorumque extensioni quantumvis magne naturaliter praesens esse, erit perfectio virtutis infinitae solius Dei propriae. *Non sunt nullibi;* sunt Angeli creati intra hoc universum et sunt ejus partes praecipuae; ergo in aliqua parte debent esse, cum non sunt ubique, quidquid est, ait Augustinus (9), nusquam esse non potest.

147. II.^a Pars. Nota. Loens non ubi est in his quae loco moventur terminus eorum motus localis. Motum in genere definiat Aristoteles (10). «Actus entis in potentia, prout est in potentia.» Hanc definitionem clariorem reddidit Suarez (11) dicens motum esse «primam actualisationem ejus, qui est in potentia,» quibus verbis satis declarata verba Aristotelis «prout est in potentia» non referenda esse ad ipsum ens quod movetur ut ulterius mobile

(1) Marc. XIII, 32.—(2) IV, II.—(3) 1. Petr. II, 4.—(4) Ephes. II, 2.—(5) L. 2. Mor. c. 3.—(6) De spir. c. 20.—(7) De fid. 1, 2, c. 3.—(8) Orat. Complet.—(9) De immor. animi, c. 1.—(10) L. 4, 3, t. 6.—(11) Metaphys. D 49, nu. 9, 10.

est; sed respective ad actum qui subjectum a non moto motum constituit. Haec theses pars prout assertit, Angelos locum mutare posse, non minus prima parte est certa; prout addit, propria virtute, nequit sine errore negari.

148. Prob. 1.^a Ex Scriptura et Patribus ut in 1.^a Parte, addam tamen ex Saer. Scriptura duo insignia loci, alterum V. T. in quo Satan respondet (1): *Circuivi terram et perambulavi eam,* alterum N. T. edocens (2): *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida querens requiem et non invenit. Tunc dicit: revertar in domum meam, unde exiit. Et veniens invenit eam vacantem... Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus... et intrantes habitant ibi.* Novem sunt in his testimoniis verba scilicet circum-eundi, exeundi, ambulandi, quaerendi, revertendi, veniendi, vadendi, assumendi, intrandi, quae motum vitalem seu propria virtute factum, significant. Atqui haec perabunde dicerentur de re quae propria virtute non mutaret locum, maxime de daemonibus quorum motus, et itinera ad malum finem seu perniciem nostram spirituales ordinantur.

2.^a Angeli ex prima parte habent definitum locum, et ex alibi dictis sunt perfectissimi viventes. Atqui propter primum possunt mutare locum, quum non uni potius quam alteri loco natura sua sint addicti, sed prorsus indifferentes; propter secundum vero id valent virtute propria. Ergo... Confir. Inferiora vivencia, si participant cognitionem non solum intellectualem, sed etiam sensitivam saltem in gradu perfecto, virtutem habent se movendi localiter, multo ergo perfectius Angeli movebunt se.

149. Obj. 1.^a Boetius (3) docuit: «Communis animi conceptio apud sapientes est incorporea in loco non esse; et ante cum Aristoteles (4) non omne quod est, est in loco, sed mobile corpus.» Atqui Angelus est ens pure spirituale sine ulla corporis admixtione. Ergo...

Resp. Explicis adductas sententias, incorporea non sunt in loco, solum mobile corpus est in loco, quantitative et circumscriptive; conc. Non nisi corpora proprie et realiter sunt in loco; neg. maj.

Instab. Quae sunt in loco tantum abusive, intellectualiter, aequivoce, non sunt in loco proprie et realiter. Atqui Angeli sunt in loco tantum abusive, intellectualiter, aequivoce juxta S. Augustinum (lib. 83 qq. q. 20) S. Joann. Damas. (de fid. c. 12) et D. Thomam (1, Q. 52, ar. 1). Ergo...

Resp. Dist. maj. Quae sunt in loco tantum abusive, aequivoce respectu modi proprii corporis; scilicet circumscriptive et secun-

(1) Job, I, 7.—(2) Matth., XII, 43.—(3) Lib. de Consol.—(4) 4. Physic. tex. 48, 37.

dum contactum quantitatis; neg. Quae sunt in loco tantum abusive et aequivoce sub omni respectu; conc. Minorem et Patrum testimonia contradist; nec de Patrum et D. Thomae mente dubium ullum esse potest, ut ex ipsis locis cuicumque legenti patebit.

150. Obj. 2. Cum Durando. Si Angelus non est simul praesens omnibus corporibus, quae potest movere successive; saepe non posset incipere movere aliquod corpus quod antea non movebatur, nisi prius se ipsum movendo tali corpori se applicaret. Atqui hoc intelligi nequit. Ergo. *Min.* prob. Non potest assignari ratio, cur Angelus, qui natura sua in nullo operatur corpore, potius sit praesens uni corpori quam alteri; ergo vel nulli est praesens, quod intelligi non potest, vel in omnibus simul.

Resp. *Major*, conc. *Minor*, neg. ad eius probat. neg. *anteq.* Nam primo, non est verum Angelum constitui formaliter in loco extrinseco per operationem et sustinere dicimus; secundo, licet id permittatur, adhuc non est necesse ut sit simul ubique, sed sufficit ut possit esse successive, utque ad hoc ut in se potius sit praesens uni corpori quam alteri, quis est Deum in creatione Angelorum illos applicasse alicui loco finito v. g. coelo empyreo ad operandum, ut inde in alia corpora mitterentur effectus prioribus.

151. Objic. 3. Effatum est Philosophi omne quod movetur ab alio movetur. Atqui Ang. movetur; ergo ab alio, non propria virtute movetur.

Resp. Dist. *antq.* omne quod movetur pure passive; conc. quod movetur active concurrentem se determinando ad motum, subdist. movetur ab alio, partialiter; conc. totaliter; neg. *Minor*, dist. Angeli movetur pure passive; autum; neg. etiam active una cum divino concursu; conc.

SOLUTIO I.

De aliquibus proprietatibus dei coelestis.

Dico. I. Angelus non potest naturaliter esse simul in distinctis locis adaequatis.

152. Locus adaequatus est locus maximus, quem Angelus juxta naturam suam limitationem occupare potest; inadaequatus qui infra maximum continetur. Assensio est communis theologorum.

Fuit hoc oboliarium a prima theses parte Angelus non est ubique et definitum locum occupat. Atqui si hic locus est adaequatus, non potest ultra naturaliter esse. Ergo. *Min.* prob. Locus adaequatus est locus maximus. Atqui talis non esset si extra hunc locum Angelus naturaliter esse posset. Ergo repugnat Angelum naturaliter simul esse, etc.

Eodem argumento probatur Angelum non posse esse naturaliter in loco adaequato et simul in alio inadaequato sive propinquo sive distante.

153. Nota adverbium naturaliter assertivum, quia supernaturaliter posse eundem Angelum simul in pluribus locis adaequatis sive contiguis, sive dissitis esse, ex multiplicata presentia Corporis Christi in venerabili Eucharistiae sacramento evidenter demonstratur. Si enim Corpori Christi non repugnat ita simul in pluribus locis adesse, a fortiori non implicabit in Angelis, qui corporis expertes omnino spirituales sunt.

Dico. II. Angeli possunt pro suo libitu constituere se in loco minori maximo suae sphaerae adaequato; imo minori in infinitum.

154. Angeli, ex prima theses parte ejusque probationibus, sunt necessario in definito loco et quidem definitive, non circumscriptive ut corpora, quare Angeli *toti* in singulis loci partibus quem occupant praesentes sunt, ideoque intra maximum non necessario totum locum sed libere majorem vel minorem occupant, cum natura eorum aequae perfecta sit ac completa in toto ac in singulis partibus. Confr. deductio; non est major necessitas in determinatione tantae quantitatis loci, quam in determinatione ad hunc vel illum locum; sed ad hunc vel illum locum potest se Angelus libere determinare; ergo a pari intra locum suum maximum nunc majori, nunc minori poterit se applicare.

Dico. III. Angelus potest per operationem simul esse in pluribus locis inadaequatis inter se distantibus, dummodo intra locum ejus maximum continentur.

155. Ratio potest, virtus Angelus se extendit ad totum locum maximum; ergo pro sua libertate potest partem suae virtutis ad partes quas voluerit loci maximi, etiam inter se distantes simul applicare.

Dico. IV. Juxta D. Thomam: Plures Angeli, simul in eodem loco esse non possunt.

156. Ita docet Angelicus in consequenter ad ea, quae statuerat (ib. art. 1) nempe: «Angelo convenit esse in loco; aequivoce tamen dicitur Angelus esse in loco, et corpus. Corpus enim est in loco per hoc quod applicatur loco secundum contactum dimensionis quantitatis; quae quidem in Angelis non est, sed est in eis quantitas virtualis. Per applicationem igitur virtutis angelicae ad aliquem locum quaecumque dicitur Angelus esse in loco corporeo.» Quibus positis pergit art. 3. «Duo Angeli non sunt simul in eodem loco. Et ratio hujus est quia impossibile est quod duae causae completae sint immediate unius et ejusdem rei... Unde cum Angelus dicatur esse in loco per hoc quod virtus ejus immediate contingit locum per modum continentis perfecti, ut dictum est art. 1 non potest esse nisi unus Angelus in uno loco.» Idem opinatur S. Bonaventura 2., sed alia ratione, quia tolleretur vel mutaretur ordo universi, si plures Angeli essent simul in eodem loco.

157. Est tamen sententia contraria Scoti, Suaris et aliorum plurium probabilis. Procedit ex fundamento contrario, quo statuitur,

(1) I. Q. 52. ac. 3. — (2) I. D. 37. q. ultim.

Angelos esse formaliter in loco extrinseco per suum ubi intrinsecum coexistentem corpori in eadem spatii parte. Atqui tum substantiæ plurium Angelorum, cum eorum plura ubi intrinseca eidem possunt corpori in eadem spatii parte coexistere. Ergo.. *minor* est aperta: substantiæ Angelorum et ubi intrinseca, sunt naturaliter penetrabilia, cum orbentur quantitate, quæ penetrationi opponitur.

Confirm. ex S. Marco (1) qui loquens de illo daemónico, quem nemo poterat domare, ait Jesum interrogasse spiritum immundum: *Quid tibi nomen est?* Et dicit ei: *Legio mihi nomen est, quia multi sumus.* Sed omnes illi daemones erant primo in eodem loco cum anima possessi; secundo, incredibile est singulos diversum corporis possessi occupasse partem. Ergo cum Angelus et anima, et plures Angeli una cum corpore in eodem loco naturaliter essent, concedendum est, plures Angelos simul, etc.

SCHOLIUM II.

An Angelus, quin sit in medio, possit esse in locis dissitis inadaquatiss.

158. Id concedunt generatim thomistæ: an consentientes D. Thomæ sub iudice h. est, affirmat Toletus; Sylvius interpretatur ita ut non sit Angelus in medio tanquam in loco formaliter, quia in eo non operatur, sit tamen in medio materialiter ut res in re et pars in toto; Suárez (2) ait: «Et censetur esse sententia contraria thomistis D. Thomæ (3), qui absolute negat Angelum esse posse in pluribus locis, et revera explicando suam conclusionem, illam declarat de uno loco, cui Angelus virtutem suam applicat, etiamsi non sit maximus, sed infra illum sit conjunctumque quantitate.» Puto litem probabiliter dirimendam esse ex verâ lectione S. Thomæ. Si articulum claudis verbis: «licet sit continuum» ut videtur exigere alia quæ præcesserunt; Et sic totum corpus cui per suam virtutem applicatur, correspondet ei ut unus locus,» propriis ad veritatem accedunt Sylvius et Suárez. Si vero absolvit ut solemus legere: «licet non sit continuum» vineant rigorosius thomistæ et Toletus, hæc enim admissa lectione, clare et sensu obvio dicit Angelus: totum illud cui immediate applicatur virtus Angeli reputatur ut unus locus eius, licet non sit continuum,» intellige totum illud cui etc. Primam lectionem sequuntur editiones Romana et Patavina; alteram Nicolaus amplexus est. Quod thomistæ affirmant, cæteri theologi communiter negant, quare dicendum:

Angeli non possunt simul esse naturaliter in pluribus locis dissitis inadaquatiss, quin sint in medio.

159. Prob. 1.^o Scriptura et Patres de Angelis ita loquuntur ut supponant eos simul in coelo et in terra, aut in coelo et in inferno

versari non posse. Atqui huiusmodi assertionis generalis et sine exceptionibus, ratio sufficiens datur nulla, si Angeli possunt simul esse in locis dissitis inadaquatiss, quin sint in medio. Ergo... *Min.* prob. In ipsa thomistarum sententia, ratio sufficiens peteretur vel a necessitate Angelorum applicandi totam suam virtutem intra coelum v. g. quin possent terræ, vel a magna distantia inter coelum et terram. Sed primum gratis assertur, secundum est falsum; distantia enim inter duas Angeli præsentias quantumvis magna sit, nihil minuit virtutis saltem partialis sese movendi quam Angelus in præsentia una v. g. A habet, et similiter nihil detrahit potentiae motivæ quam in altera præsentia B habet. Poterit ergo unus idemque Angelus relinquendo præsentiam A distare a B quantum velit in infinitum et viceversa. *Major* prima, ex testimoniis Scripturæ et Patrum n. 146 allatis est clara, maxime ex Damasceno. «Angelos, ubi imperatum fuerit, illic spiritualiter adesse et operari, neque eodem tempore hic, atque illic esse, atque operari posse.» Didymus (1) ait: «Angelus qui aderat Apostolo in Asia, non poterat adesse aliis in cæteris partibus mundi constitutis,» ut probet Spiritum-sanctum, qui ubique adest plus esse quam Angelum, seu Deum.

2.^o Si Angelus locis dissitis inadaquatiss simul adesse posset, non repugnaret eum in innumeris et distantibus locis simul præsentem esse. Sed hoc incredibile per se apparat, ut quid excedens virtutem creatam. Ergo... *Major*, prob. In facta hypothesi, tot posset Angelus adesse locis inter se distantibus, quot sunt partes in quas locus ejus adæquatus dividi potest; sed potest dividi in innumeros. Ergo...

3.^o Huiusmodi naturalis Angelorum potentia, nullo facto ab adversariis probatur, quod si hoc ita est, ait Suárez (2), profecto magnum argumentum sumitur, non esse naturaliter possibile, quod nunquam fit, cum pendeat ex libertate Angelorum, et non sit fundamentum ad dicendum, Deum impedire, semper usum facilis potestatis etiamsi naturalis sit.»

THESIS XVIII.

Angeli possunt se movere continue et discretè. 160. *Nota.* Motus alius est continuus, si successio est continua. Id est, si fiat per partes quæ non sunt simul, sed in continuo fluxu a priori ad posteriorem v. g. cursus aquæ in flumine; alius est discretus, si successio est discretæ, vel quia successio continua per aliquod temporis interruptur et postea prosequitur, vel quia fit per partes, quæ totæ simul relinquuntur et totæ simul acquiruntur, v. g. successio cogitationum et volitionum in Angelis (3). Secunda theses pars, hoc ultimo sensu loquitur, utraque pars est communis theologorum cum D. Thomæ (4).

(1) Lib. de Spiritu-sancto inii.—(2) Lib. 4, c. 10, n. 11. (3) Suárez, Metaphys. D. 50, sec. 7, un. 8-10.—(4) 1, Q. 53, ar. 1.

(1) V. 9.—(2) L. 4, c. 10, n. 10.—(3) 1, Q. 52, ar. 2.

161. 1.^a Pars. prob. Cum Platelli (1): «Possunt Angeli spatium divisibile cui coexistant per partes deserere, non quidem *partialitate sui*; sed *partialitate spatii*, id est, sic ut prius deserant partem quam totum, primo partem minorem quam majorem, et eadem proportione ulterius spatium acquirere successive et continue, seu absque ulla interruptione per quietem, cum ex nullo capite ostendi possit huiusmodi interruptionis necessitas.» Sed ita moveri, est moveri continue. Ergo...

162. II.^a Pars. prob. cum eodem (2): «Quia sicut ratione suae indivisibilitatis realis cum divisibilitate virtuali possunt (Angeli) spatio divisibili permanentes ita coexistere ut sint toti in toto, et toti in quolibet eius puncto; ita etiam possunt spatium divisibile, quod prius occupabant, in instanti totum simul deserere, et novum immediate contiguum suae sphaerae adsequatur, totum simul acquirere et sic per certum numerum mutationum instantaneorum... quantumlibet spatium velut saltando percurrere.»

163. Obj. 1.^a Quod movetur continue debet esse partim in termino a quo, partim in termino ad quem; Atqui Angelus substantialiter indivisibilis nequit simul esse partim in termino a quo, partim in termino ad quem. Ergo non potest se movere continue.

Resp. Dist. *major*, partialitate spatii in quo movetur, conc. partialitate sui seu substantiae suae; subdist. in corporibus; conc. in puris spiritibus; neg. *minor*, contradisting. partialitate sui; conc. partialitate spatii quod divisibiliter, *ubicatione sua* etiam divisibili occupat; neg. Angelus cum continue movetur est successive secundum *totum* suum substantiam; non secundum *partem*, prius in praecedentibus spatii partibus, quae habent rationem termini a quo, postquam in partibus, quae respectu priorum, rationem habent termini ad quem. Angeli igitur secundum suam divisibilem ubicationem possunt etiam esse partim in termino a quo, partim in termino ad quem *realiter*; non autem secundum substantiam, quae ubique est tota est, et non nisi *dehominatim* a divisibili ubicatione licet dicere, Angelum secundum totam suam substantiam esse partim in termino a quo, partim in termino ad quem, nimirum quia totam suam praesentiam nec in termino a quo, nec in termino ad quem habet.

Obj. 2.^a Si Angelus moveretur discrete transiret ab extremo, v. g. A superiore suae sphaerae, ad extremum inferius B; cui contiguum est alius locus adequatus, quin medium pertransiret, seu diametrum percurreret. Atqui transire ab extremo ad extremum non pertransiendo medium repugnat. Ergo...

Resp. Neg. Suppositum *major*, nempe Angelum in motu discreto

(1) C. 6, n. 342.—(2) Ibid. n. 344.

debere praecurrere diametrum abae sphaerae ut ex puncto superiore A ad oppositum inferius B deveniat, et contiguum occupet locum; non enim *successive*, sed *totum simul* relinquit priorem locum (1).

SCHOLION I.

An Angeli possint locum in instanti mutare.

164. Afirmant theologii aliqui et probant: Mutatio quum fit tota simul, necessario fieri debet in instanti. Atqui Angelus, ut probatum est in thesi, si vult, totum locum simul mutat. Ergo potest in instanti a loco quem occupat, in locum quodcumque contiguum moveri. Major est evidens, nam mutatio quae est tota simul excludit prius et posterius in suo fieri seu fit et est instantanea.

165. Contraria est philomonus sententia D. Thomae, (2) nam: In omni motu etiam discreto datur prius et posterius. Atqui prius et posterius repugnant in instanti. Ergo. «De ratione animi quies est quod quiescens non aliter se habeat nunc et prius, et ideo in quolibet nunc temporis mensurantis quietem quiescens est in eodem sibi, in primo et in medio et in ultimo. Sed de ratione motus est quod id quod movetur, aliter se habeat nunc et prius... Mutationes instantaneae sunt termini motus continui, sicut generatio est terminus alterationis materiae, et illuminatio terminus motus localis corporis illuminantis. Unde impossibile est dicere quod in toto tempore sit in aliquo loco, et in ultimo nunc sit in alio loco. Sed oportet assignare nunc in quo ultimo fuit in loco praecedenti. Unde autem sunt multa nunc sibi succedentia ibi de necessitate est tempus... Unde relinquitur quod motus Angelii fit in tempore.»

SCHOLION II.

An Angelus possit decurrere ab extremo in extremum aliud distantiae suae transite per medium.

166. Sensus quaestionis est, ut. Suarez (3): «Utrum Angelus existens in uno loco usque ad hoc instans, possit immediate post illud, utique secundum coexistentiam ad nostrum tempus esse in loco remoto, nullam moram in medio faciendó, neque simul in illo (medio) et remoto loco existendo.» sed tantum in remoto. Duplex est probabilis opinio; altera D. Thomae, thomistarum, aliorumque auctorum (4); altera S. Bonaventurae, Suarezii et aliorum (5). Prima affirmat, secunda negat. Haec probatur.

1.^a Si Angelus posset se movere ad locum remotum sine transitu per medium, posset simul mutationem facere ad quancumque distantiam sine termino, seu in infinitum; si enim virtus naturalis

(1) Sup. n. 154.—(2) 1. Q. 53, 5, 3.—(3) L. 4, c. 18.—(4) D. Thom. 1, Q. 35, a. 2.—(5) Suar. l. 4, c. 18.

Angeli sese transferendi a loco in locum distantem solvitur a necessitate pertransiendi medium, distantia major vel minor extremorum non mutat virtutem Angeli loco-motivam; ergo cum Angelus sua virtute possit se transferre in locum utrumque distantem id etiam poterit non pertransiendo medium, quod certe vires creaturae finitae superare videtur.

167. 2.^o Sic declaratur ab Angelico [l. c.] «Mobile autem infinitatem medium (v. g. punctorum in palmo) non consumit, nisi per continuitatem motus; quia sicut loca media sunt infinita in potentia, ita et in motu continuo est accipere infinita quaedam in potentia. Si ergo motus non sit continuus, omnes partes motus erunt numeratae in actu. Si ergo mobile quodcumque moveatur motu non continuo, sequitur quod vel non transeat omnia media, vel quod actu numeret media infinita, quod est impossibile. Sic igitur secundum quod motus Angeli non est continuus, non pertransit omnia media. Hoc autem scilicet moveri de extremo in extremum, et non per medium, potest convenire Angelo, sed non corpori quia corpus mensuratur, et continetur sub loco, unde oportet quod sequatur leges loci in suo motu; sed substantia Angeli non est subdita loco ut contenta, sed est superior eo ut continens (applicatio virtutis, supr. p. 156; unde in potestate ejus est apparere se loco prout vult, vel per medium, vel sine medio.»

SCHOLION III.

De celeritate qua Angeli possunt se movere.

168. Certum reputatur inter theologos, Angelos posse naturaliter ad locum maxime distantem, brevissimo temporis spatio seu magna celeritate pervenire.

Prob. 1.^o Quia haec est expressa a Patribus sententia: S. Dionysius Areop. [1]. «Pedes in imaginibus Angelorum vero, vim movendi, celeritatem et cursum sempiterni motus, quo ad divina accedunt, propter quod etiam penatos sanctarum intelligentiarum pedes theologia fixit. Tertullianus [2]. «Omnis spiritus ales est, hoc est, Angeli et daemones; igitur momento ubique sunt, totus orbis illa locus unus est... velocitas, divinitus creditur, quia substantia ignoratur.» S. Joannes Damasc. [3]. «In Angeli celeritate praediti sunt ut ubi Dei nutus jusserit, illic statim inveniantur.»

2.^o Eadem veritas ratione constat, Angeli moventur sine ulla resistantia, tam ex parte substantiae suae, quae spiritualis et impenetrabilis est, quam ex parte corporis medii, quod penetrare possunt. Atqui quae sunt sine resistantiae vi, ac impedimento, celerissime fieri valent. Ergo Angeli possunt se velocissime movere.

169. Controversia est, utrum Angelus quolibet designatum spatium majori ac majori celeritate i. e. breviori ac breviori tempore sine termino, percurrere valeat.

(1) De coelest. hierar. c. 17.—(2) Apolog. c. 22.—(3) De fil. l. 2, c. 3.

Negant probabiliter Vazquez, Arriaga alique; affirmant Suarez [1] et plurimi alii, quorum sententia est etiam D. Thomae [2] asserentis: «velocitatem motus Angeli non esse secundum quantitatem suae virtutis, sed secundum determinationem suae voluntatis.» Placet ultima opinio et probatur.

170. 1.^o Quia illa admitti, facilius explicantur testimonia Patrum, n. 168.

2.^o Quia videtur deduci ex dictis: a) *in motu discreto*, nam inter singulas mutationes quibus deserto priori loco, novum sibi adaequatum instantaneae acquirunt, morulis brevioribus ac brevioribus in infinitum interquiescere, possunt: cum non sit unde ad certam quietis morulam necessitentur. Ergo possunt tempore breviori ac breviori in infinitum quantumlibet spatium percurrere.—b) *in motu continuo*, cum Suarez: «Angelus in uno instanti potest simul acquirere totum locum adaequatum, saltem priori loco propinquum; ergo etiam poterit idem spatium loci adaequati in breviori ac breviori tempore pertransire.»

171. Obj. 1.^o Se posse movere celerius est majoris perfectionis, quam se posse movere tardius; ergo posse movere se celerius et celerius sine termino est infinitae perfectionis.

Resp. Dist. *ante*, se movere celerius est majoris perfectionis quando motus fit cum resistantia medii, conc. quando fit sine resistantia medii et simul terminus aliquis motu successivo attingibilis, potest virtute finita acquiri in instanti; neg.

Obj. 2.^o Sicut Angeli sunt inaequales in perfectione entitativa, ita in virtute sese movendi erunt inaequales. Atqui si omnes Angeli quanta libeat velocitate moventur, dicendi sunt in virtute sese movendi aequales, non enim plus unus alio currere potest.

Resp. Neg. *ma*. Rationem dist. Non plus unus alio currere potest motiva virtute aequae perfecta; neg. motiva virtute inaequaliter perfecta: conc. Sunt quidem Angeli omnes in velocitate pares, non autem in virtute motiva, cum enim perfectiores habeant vim occupandi ampliolem spatii sphaeram, possunt instantaneae majus spatium acquirere, et consequenter spatium quodlibet, licet non celerius, paucioribus tamen mutationibus percurrere quam minus perfecti.

ARTICULUS II.

De potentia Angelorum.

THESIS XXIV.

Angeli possunt tum corpora, tum aëros Angelos loco-movere.

172. 1.^o Pars, quae est certa prob. 1.^o Ex Sac. Scriptura in qua de Habacuc propheta [3] narratur: *Et apprehendit cum Angelus Domini in vertice ejus, et portavit eum capillo capitis sui posuitque eum*

(1) L. 4, c. 25, nn. 6-11.—(2) l. Q. 55, ar. 3, ad 1.—(3) Dan. XIV, 35.

in *Balyone supra lacum, in impetu spiritus sui*. D. N. Jesus-Christus permisit (1) daemouibus in porcos intrare et impetu abili *grox per praeceps in stagnum, et suffocata est*. Manifestum est ergo ex Scriptura, non modo bonos Angelos, sed daemones etiam posse movere corpora.

2.* Idem Patres testantur, cum docent, Deum uti Angelorum ministerio in gubernatione rerum mundanarum. Sed ut minimum debent Angeli alia corpora movere posse, ut haec inferiora administrant, quemadmodum iidem Patres vel supponunt vel docent. Ergo dicendum Angelos corpora movere posse. Gregorius Nazianz. 2: «Illos angelos» divine voluntatis ministros loca omnia peragrare, omnibus ubique adesse promptos tum ministerii alicuius, tum naturae agilitate, alios aliam mundi partem continentes, sive alteri cuiuspiam parti universalitatis attributos. S. Augustinus explicans modum, quo Angeli ista administrant ait 3: «Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quamvis eorum extrinsecus *adhibitis mobilibus* ista creando Dei virtus inferius operatur: ita non solum malos, sed nec bonos Angelos fas est putare creatores, si pro subtilitate sui sensus et corporis, semper rerum istarum nobis occultiora noverunt, et ea per congruas temperationes elementorum *talenter spargunt*, atque ita *gignendarum rerum et accellerandorum incrementorum* praebent occasiones.»

173. 3.* Corpora movere non modo homines, animantia bruta, sed et ipsa corpora, quae in infimo entium gradu sunt, possunt. Ergo et Angeli qui superiores sunt omnibus entibus creatis, id saltem poterunt; alias dicendum esset eos privatos esse naturaliter omni operatione ad extra; quod quantum repugnet excellentiae angelicae naturae non eget ponderatione.

174. II.* Pars a Suarezio dicitur vera (4), licet Vazquez (5) singulariter teneat, eam esse frivolam, ex lusu imaginationis, qua Angelos veluti corpora iudicamus; ortam, Atamen non aequum esse Vazquezis iudicium ex argumentis patebit, nam:

1.* Legimus apud Lucam (6) de anima mendici Lazari: *Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab Angelis in sinum Abrahae*. Atqui non est major repugnantia si movetur Angelus ab Angelo, quam anima a corpore separata ab Angelo. Ergo Angelus Angelum movere potest.

2.* Ratione: Angeli non possunt alios movere vel quia ipsi non sunt ab extrinseco mobiles, vel quia virtus infinita requireretur ad eos movendos. Atqui hoc ultimum absurdè diceretur de entibus

(1) Luc. VIII, 32, 33.—(2) Orat. 34.—(3) Lib. 3, de Trinit. c. 13.—(4) Lib. 4, c. 27, n. 3.—(5) D. 194, n. 23.—(6) XVI, 22.

virtutis limitatae, primum falsum est, cum Deus saltem possit Angelos etiam renitentes et loco in locum movere. Ergo Angeli possunt ab aliis Angelis moveri.

175. Nota. Cum summa inter sanctos Angelos sit concordia, non opus habent uti hac potestate ut unus alium moveat, sed sibi mutuo sola voluntatis expressione obsequium praestant.

176. Obj. 1.* Angeli moverent corpora vel aliquid in eis physice efficiendo puta impulsu, ubicationem novam, vel solo voluntatis imperio. Sed neutro modo possunt; non primo, quia non intelligitur quo pacto creatura spiritualis, aliquid materiale efficiat ut suat impulsus et ubicatio in corporibus; non secundo, quia excedit ille operandi modus limitationem creaturae.

Resp. Conc. major. Neg. primam partem *min.* ejusque rationem, Angeli corpora non moveat formaliter per apprehensionem physicum corporis moti eo modo quo a nobis fit, quando comprimendo intra manus aliquid fortiter detinemus vel trahimus, quia Angeli penetrabiles sunt cum quolibet corpore; aequivalenter tamen possunt apprehendere retinendo corpus in suo loco, et movere aut impellendo sicut eam lapidem projicimus, aut producendo novam ubicationem, ad modum quo seipsum Angelus movet et omne animal progressivum se movet. Haec enim omnia Angelos posse ipsi virtuti motivae annexum est, id certo possunt animantia etiam infimi ordinis, cur idem Angelis denegabitur? Ratio quae ex eorum spiritualitate desumebatur nihil obstat, quia motus localis, ut ait Suarezius, (1) «minimum corpori transmutat, non variat rem secundum substantiam vel qualitates per se loquendo; sed secundum quendam modum valde extrinsecum, facillius potest ab Angelis fieri quam caeterae corporales mutationes.»

177. Objic. 2.* Angelus ab alio Angelo movendus vel resistit motui, vel non; si primum, manebit immotus; si secundum libenter se movebit; ergo numquam unus Angelus ab alio movebitur. Ergo inutilis erit in Angelis potentia alios movendi.

Resp. Primum membrum de immobilitate Angeli, qui resistit, non est universaliter verum; non omnes Angeli possent sufficienter etiamsi vellent resistere; nam non omnes sunt aequales in virtute movendi, poterit igitur major minorem cogere ad motum. Secundi membri consequentia neganda est, nam licet ita fieri praesumendum sit, non tamen necessario, sed libere, possent si vellent permittere se trahi, quia positivè motui Angeli moventis cooperarentur. Adde huius potestatis usum esse possibile inter Angelos bonos et malos, ut cum Raphael: *apprehedit daemoneum et reliquit illud in desertum* (2). (Vide Alapidem et Tirium in h. l.)

(1) Lib. 4, c. 27, n. 4.—(2) Tob. VIII, 3.

SCHOLION I.

An praeter localem, aliam in corporibus mutationem Angelis causare valeant.

178. Nota. I. In corporibus, tres praecipue considerantur mutationes, scilicet *localis* de qua jam egimus, *generatio substantialis* ut conversio aquae in sanguinem, productio venarum etc. et *alteratio* seu effectio qualitatum materialium. Coagulationem omitimus, quia ad generationem substantialem tandem reducitur.

II. Angelos non posse efficere generationem substantialem seu educere formam ex subjecta materia, tam unanimi consensu tradunt theologi, ut negare temerarium esset; non posse alterationem causare doctrina est etiam communis, quare:

Dico: Angelis nec generationem substantialem, nec alterationem in corporibus efficere possunt.

179. 1.^a Pars prob. 1.^a Auctoritate negativa sacrae Scripturae, nam ea edocetur, Deum ministris Angelis uti ad miracula patranda, nullibi tamen productionem novae substantiae illis tribuit.

2.^a S. Augustinus (1) ait: «Quaedam quae in rerum natura praeter ositatum cursum naturae, mirabiliter facta sunt, ita ministrantibus Angelis esse facta, ut tamen ubique creator creaturarum non sit, nisi qui, plantatore et rigatore quolibet, solus incrementum dat Deus.» His verbis, licet utatur S. Doctor nomine creationis, re vera comprehendit omnem productionem, quae non fiat rerum seminibus adhibitis, quibus Deus substantias corporeas gigni statuit. Vide aliud S. Augustini testimonium supra n. 172. 2.^a

180. Hujus communis sententiae ratio evidens non datur, potest nihilominus persuaderi; a) ex unanimi theologorum consensu, b) Angelos efficere immediate substantiam corpoream non est potestas universo necessaria, neque ex aliquo effectu colligi potest, neque ex aliquo naturali principio deduci. Ergo, non datur ratio sufficiens eam construendi. *Antes prob. Non necessaria*, quia in rebus naturalibus invenitur sufficiens virtus ad sui conservationem: non colligitur ex aliquo effectu, nam quae facta sunt ab Angelis explicari possunt quatenus Angeli applicarunt agentia corporalia, corporibus: non ex naturali aliquo principio, quia tale principium deberet supponere, omnem formam perfectionem alia, minus perfectam emittentem continere, et ideo illam de potentia materiae per se educere posse, quod quidem falsum est, ut apparet in formis vegetativis.

181. II.^a Pars ex prima derivatur, qualitas corporea in hoc convenit cum substantia materiali, quod sicut haec fit per educationem de potentia materiae, ita etiam illa fit per educationem ex potentia

(1) Genes. ad huc lib. 9, c. 18.

materiali vel compositi materiali. Ergo eadem improprio invenitur in Angelo subsistente extra omnem materiam ad qualitates has producendas, quae in formis substantialibus comperta est (1).

SCHOLION II.

An virtus movendi se et alia sit nova in Angelis potentia.

182. Negant generatim auctores illi, quos supra n. 72 diximus asserere, potentias esse indistinctas a substantia Angeli; affirmant e contra alii quorum sententia est juxta Platellii (2) communior, Vazquez, Granada et plurimi thomistarum autumant non esse diversam ab eorum voluntate.

Dico: Datur in Angelis potentia motiva distincta ab eorum substantia, et ab eorum intellectu et voluntate.

183. Ita Platellii (l. c.) probat primum: «quia in substantiis materialibus potentia motiva distinguitur realiter a substantia ut patet ex accidentibus eucharisticis, in quibus remanet potentia motiva... sine substantia; ergo similiter in substantiis spiritualibus cum non appareat ratio disparitatis.» Probat secundum: «quia habet terminum nempe ubi et modum tendendi valde diversum a termino et modo tendendi intellectus et voluntatis, quibus convenit prodehere in se actum vitalem, quo feruntur in objectum, illud repraesentando et appetendo. Quae diversitas sufficit ad distinctionem specificam et realem in potentia agentium naturalium.»

SCHOLION III.

Quid possunt Angeli suo circulo moveri.

184. Juxta communem doctrinam, quam fuisus expositam videas apud Suarezium (3) possunt 1.^a Corpus cujuscumque magnitudinis movere, dummodo corpus non resistat motui, nec sit fluidum aut valde divisibile. Non enim ad hunc effectum requiritur virtus infinita, contrarium accideret si corpus resisteret, quare tunc virtuti angelicae motivae, limes assignandus esset. Quantum nescimus. Communiter conceditur longe plus posse Angelum quilibet potentia corporea.

2.^a Eadem servati proportionem possunt corpora quantalibet velocitate transferre.

3.^a Non possunt tamen Angeli sive boni, sive mali universi ordinem invertere. Pulchre id expressit S. Augustinus (4). «Firmissime credendum est, Omnipotentem Deum omnia posse facere quae voluerit, nec daemoneum aut

(1) Suarez, L. 4, c. 26, n. 2—(2) De Angel. n. 355.—(3) L. 4, c. 32.—(4) De civit. Dei, lib. 18, c. 18.

Angelum aliquid operari secundum suae naturae potentiam, nisi quod ille permiserit. Plura non adijcimus, quia de his, satis alibi diximus (1).

SCHOLION IV.

In Angelis miracula potare possint.

185. Quia hanc quaestionem alibi (2) praecoccupavimus, nunc breviter respondemus:

Angeli per suam potentiam motivam, miracula absoluta seu simpliciter dicta efficere nequeunt; possunt tamen respective et quoad nos.

1.^o Pars patet, quia miraculum absolutum est praeter ordinem totius naturae; ergo etiam supra vires angelicas.

II.^o Pars constat, nam miraculum quoad nos est opus cognoscibile praeter ordinem sensibilem et corporeum nomine Dei factum. Atqui Angeli, ut ex dictis est manifestum, imo et daemones aliquid possunt propria virtute facere, praeter ordinem sensibilem et corporeum nomine Dei. Ergo Angeli respective et quoad nos miracula efficere possunt.

THESIS XVI.

Angeli interdum realia et exterius sensibilia corpora assumunt.

186. Nota. Adversatur haec thesis nonnullis antiquis, quos tacito nomine refert D. Thomas (3) et modernis rationalistis, qui omnes apparitiones Angelorum per ludibria imaginationis explicare conantur. Thesis si audis P. Valentiam est fide certissima, si Suarezium est certa et communis theologorum et ipsa conformis Scripturae et sensui Ecclesiae ut non possit sine magna temeritate negari. Juxta Angelicum (h. c.) sententia contraria repugnat intentioni sacrae Scripturae.

187. Prob. I.^o SS. Litterae interdum ita commemorant Angelos apparuisse ut non ab uno altero tantum hominiae, sed a pluribus viderentur. Atqui quae secundum imaginationem solam contingunt, non solent a pluribus indifferenter percipi. Ergo dicendum cum D. Thoma (h. c.) manifestum esse illas apparitiones contigisse secundum corporalem visionem, qua videtur id quod possitum est extra videtur, unde ab omnibus videri potest. (Genes. 4.) *Quisque elevasset (Abraham) oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eam; quos cum vidisset, occurrit in occursum*

(1) Vol. I, de fundamentalibus, Thes. XIV, n. 148. — (2) Vol. I, De fundamentalibus, Thes. X-XIV. (nn. 132-161.) — (3) I, Q. 51, ar. 2. — (4) XVIII, 2, 9, 10.

coram de ostio tabernaculi, et adoravit in terram. Hos viros fuisse Angelos testatur Apostolus (1) cum monet: *Et hospitalitatem nolite oblivisci, per haec enim latuerunt quidam. Angelis hospitio receptis, Cap. XIX ejusdem Geneseos* (2) legitur: *Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere, ... viri civitatis palloperunt domum a puero usque ad senem, omnis populus simul. Vocaveruntque Lot, et dixerunt ei: Ubi sunt viri qui intraverint ad te nocte? Tobias junior, Angelum Raphaelem (3) invenit juvencum splendidum, stantem, praecinctum, et quasi parvum ad ambulandum. Et ignorans quod Angelus Dei esset, salutavit eum et dixit: Unde te habemus hunc invenisti? At ille respondit, etc.* Totus liber Tobiae transcribi posset ad hanc thesim confirmandam. In novo Testamento similia facta reperies, quando Gabriel (4) Virgini Mariae incarnationem significavit, quando Angeli pastorem (5) natum esse Dominum annuntiarunt, quando Petrus et carcere liberatus est (6).

2.^o S. Augustinus (7). «Apparuisse hominibus Angelos in talibus corporibus, ut non solum videri, verum etiam tangi possint, eadem verissima Scriptura testatur.» S. Isidorus (8). «Angeli corpora in quibus hominibus apparent, de supremo aere sumunt, solidamque speciem ex coelesti elemento induunt, per quam humanis obtutibus manifestus deteguntur.»

188. Obje. Contrarium putarunt S. Epiphanius (9) qui dixit: «Quomodo potest daemon qui spiritus est immundus et incorporeus corpora assumere?» et S. Ioannes Damas, docens (10): «Potestate a Deo concessa (daemones) et viribus pollent et immutantur, et in quamlibet formam, ut quidem apparent, migrant.»

Resp. Explico sensum S. Epiphani, quomodo potest, corpora assumere ad ea vivificanda; conc. ad solum assumptionem; neg. D. Damascenus particula illa, *ut quidem apparent*, non excludit sensibilem corporis assumptionem, sed denotat vel non apparere quoad propriam naturam, sed tantam quoad corpus assumptum, vel denotat illa corpora in quibus apparent, non esse illius naturae seu speciei, cujus ostenduntur, quamvis vera sint sensibilia et externa. Praeterea licet concederemus S. Patrem loqui de apparitionibus secundum phantasiam, quam immutare daemones posse ultro concedimus, adhuc nihil contra thesim conficeretur, quia verba S. Patris non sunt exclusiva et illi (11) communem doctrinam aperte tradit.

(1) Hebr. XIII, 2. — (2) v. 1, 3, 4, 5. — (3) Tob. V, 5. — (4) Luc. I, 26, 37. — (5) Ibid., II, 3, 14. — (6) Act. XII, 7-11. — (7) De civ. Dei I, 15, c. 23. — (8) Lib. sentent. c. 10. — (9) Haeres. 26. — (10) De fid. I, 2, c. 4. — (11) I, 2, de fide c. 3.

SCHOLIUM I.

De natura corporum assumptorum.

Dico I. Corpora ab Angelis ordinarie assumpta sunt ex aere aliave simili materia ab ipsis vel divina vel naturali virtute efformata.

189. **Nota.** Absolutè non reputantur Angelos assumere mortuorum corpora uno et viventium, ut cum Eva a daemone per verum et praesistentem serpentem deccepta est. Ast quia non superat virtutem eorum naturalem ex aere permixto vaporibus, aliisque corpusculis subtilibus sibi efformare corpora, quae figura externa vero corpora humana repraesentent, ac sint solida et palpabilia quantum satis est ut Abraham (1) posset lavare pedes et Jacob (2) lactare, hinc ordinarie et communiter defendunt auctores cum Patribus, Angelos assumere non vera corpora, cum propriis organis, sed aerea modo explicito. Contradicit Tertullianus (3) qui videtur asserere angelos apparuisse in corporibus non putativae sed verae carnis.

190. **Prob. 1.^o** Sacris Litteris edocentur corpora ab Angelis assumpta extemplo evanescere et disparere, quod proprium est corporum aëreorum subtilisque materiae. Sic apud Tobiam (4). *Et cum haec dixisset Raphael ab aspectu eorum ablati est, et ultra eum videre non poterant.* In libro Iudicum (5) de Angelo misso ad Gedeonem, pariter legitur: *Angelus autem Domini egredii ex caenis ejus. Vidensque Gedeon quod esset Angelus Domini etc.*, Invenio Scriptura Gedeonem, Angelum in subita ejus discessione agnovisse.

2.^o Ex Patribus vide S. Isidorum supra n. 197. 2.^o Sanctum Iouanem Damascenum n. 198.

3.^o Non sunt multiplicanda miracula sine necessitate; sed Angelis, ad effectus propter quos corpora assumunt, non sunt necessaria corpora vere organica, cum abunde sufficiant sola aërea. Ergo corpora quae ordinarie Angeli assumunt aërea sunt. — Corpora tamen a bonis quam a malis Angelis assumuntur. Ad corpora ergo assumpta efformanda generatim se extendere debet virtus naturalis Angelorum. Atqui ad corpora organica non se extendit; nec probabilis est Deum supernaturaliter concurrere ad efformanda corpora a daemone assumpta; ergo ordinarie etc. Primum maioris membrum Theis. XXIV. Schol. I. n. 188. probatum est.

191. **Nota.** Addimus in assertione virtute vel divina vel naturali efformata, tum propter auctoritatem S. Isidori, tum quia licet applicando activa passivis Angeli sibi efformare valeant corpora nostris similia; interdum tamen corpus assumptum adeo perfectum esse potest, ut sola virtus Angelorum ad ejus formationem non sufficiat, sed requiratur virtus divinae adiutorium, ut scite indicant D. Thomas (6) et Suarius (7).

Dico II. Angelus corpus assumptum non uniter hypostatice, nec

(1) Genes. XVIII. — (2) Genes. XXXII. — (3) I. 3. adv. Marc. c. 9. — (4) XIII. 21. — (5) VI. 21. 22. — (6) I. Q. 51. ar. 2. ad. 2. — (7) Lib. 4. c. 37. n. 8.

ut forma substantialis vel accidentalis; sed ut motor, ad sui personam specialiter repraesentandum.

192. *Non hypostatice*, quia non necessarium ac plane improbabile est tantum miraculum tam frequenter patriari propter transitionem repraesentationem alicujus corporis, ad obtinendum effectum qui alio facili modo fieri potest.

Non ut *forma substantialis*, nam Angelus non est forma seu actus incompletus, aptus ad determinandum potentiam materiae, seu ad componendum cum corpore assumpto unum per se ad modum quo anima rationalis cum corpore constituit unum hominem. Nec ut *forma accidentalis*, nam accidens cum suo subjecto, unum efformat totum physicum, quod naturaliter ab accidente perficitur; sed Angelorum natura non postulat perfici per corpus assumptum, ergo non ut accidens suo subjecto, Angelo uniter.

193. *Sed ut motor ad sui personam specialiter repraesentandam*, quia si ut simplex motor uniretur, hoc ipso quod Angelus aliquid moveret illud assumeret, jam vero quis dicit capillum Habacuch assumptum fuisse ab Angelo? Praeterea verbum *assumere* nisi significat quam sumere ad motum, nempe *ad se venire*, suum facere. Superest igitur ut uniator tanquam motor specialiter repraesentatus per corpus assumptum ad significandas modo sensibili proprietates spirituales Angeli. Vide S. Thomam (1).

Quomodo spirituales Angelorum proprietates corpore assumpto designentur, tradit noster Toletus (2) ex S. Dionysio (3).

194. Obj. Si Angeli possunt assumere corpora non vera, palpabilia tamen et tractabilia perit argumentum Christi (4). *Videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum; palpate et videte, quia spiritus carnis et ossa non habet, sicut me videte habere*, quo veritatem carnis suae comprobavit.

Resp. Dist. Perit pro dialectico, qui subtilius justo, velit arguere; conc. Possibile enim est saltem divina virtute, si non angelica, corpus apparent humanum omnino nostro simile efformari, ita ut corpus verum a falso naturaliter distinguere, sit impossibile, quare hoc sensu argumentum Christi non est prorsus evidens et irrefragabile. Perit pro viro prudente, cui evidentia moralis sufficit; neg. Ad rem Maldonatus (5). «Noluit tam argutus esse Christus, populariter et convenienter ostendere loquutus est. Natura vero ita est comparatum, ut minus tactus, quam visus in iudicando corpore fallatur. Nam et cum aliquid videtur nobis videtur, quod non verum sit corpus dubitamus, manum adjicimus, ut tactu quasi certiore teste, rem exploramus.»

SCHOLIUM II.

De iis quae Angeli possunt per corpore assumpta.

Dico. Nequit Angelus corpus assumptum vivificare, potest tamen per illud actiones extrinsecae vitales exercere.

(1) I. Q. 51, ar. 2, ad. 2. — (2) In D. Tho. I. Q. 51, ar. 2. — (3) De coeles. hier. c. 15. — (4) Luc. XXIV, 39. — (5) In Luc. c. XXIV, 39.

195. Ita communis sententia. 1.^a Pars est manifesta. Angelus est actus completus, seu us perfectum, unum per se. Ergo non potest cum corpore tanquam cum sua compare constituere unum vivens, ac proinde esse principium vitale corporearum actionum. Hinc non videt per oculos, nec audit per aures corporis assumpti, sed intellectui immediate percipit ea, quae per ejusmodi sensus externos videtur apprehendere.

196. 1.^a Pars. Actiones intrinsecae vitales in animalibus illae sunt, quae proceduntur intrinseco vitae principio per organa vivificata, ex directione phantasiae et ex motione appetitus sensitivi. Erunt igitur actiones extrinsecae vitales, quae in termino effecto conveniant cum praecedentibus, licet non in modo. Atqui Angelus per corpus assumptum potest exercere actiones, quae quoad substantiam terminum efficiat, licet non quoad modum conveniant cum actionibus animalium intrinsecae vitalibus. Ergo... Minor probatur: nam Angeli corpore assumpto possunt ambulare, comedere, loqui, pugnare etc., prout animus harum actionum est locum mutare, alimenta frangere, scissus edere, impellere vel alium retinere etc., longe perfectiori modo quo machinis automaticis ligneas hominum effigies ambulare, pugnare... videmus.

197. Corollaria. Ex dictis deducit: 1.^a Angelum de lege ordinaria non posse in corpore assumpto baptizari: non modo quia non est minister a Christo deputatus (1), sed etiam quia verba proferre non potest locutione vitali et proprie dicta. Dixi de lege ordinaria, quia certum est ex privilegio seu divina dispensatione, posse Deum conferre effectum. Batismi per signum sensibile ab Angelo exhibitum.

2.^a Daemones non posse, in corpore assumpto proprie generare, nam generatio est processio viventis a vivente ut principio conjuncto in similitudinem naturae; possunt tamen plantarum animaliumque semina colligere et his in locis collocare in quibus sequitur generatio (2). Potest itaque daemon, si Deus permittit, et etiam bonus Angelus a Deo jussus, pestilentiae germina per mundum spargere, morbos contagiosos causare, etc.

3.^a Non posse etiam hominem in bestiam aut vicissim mutare: posse tamen corpus bestiale aereum effingere, eoque corpus humanum circumducere, aut hominum sensibus illudere, ita ipsam vim imaginatricem amando ut quis sibi videatur corpus leoninum, v. g. habere, vel ille homines tanquam feras conspiciat, imo potest et ipse daemon ferarum similitudines assumere ut refert S. Athanasius in vita S. Antonii (n. 9). «At... inimicus (daemon)... accedit canibus suis et furore quasi disruptus: Cernitis, ait, eum (Antonium) non spiritum fornicationis, non plagis deterrei a nobis potuisse, imo audacter nos provocat: sed alia ratione ipsum aggrediamur. In promptu nimis diabolo est, varias ad malitiam induere formas. Noctu itaque quantum excitare strepitum, ut totus concuti videretur locus et quasi ruptis quatuor cassae parietibus irrumperet daemones visi sunt, variis ferarum reptiliumque induere formas:

(1) Conf. V. III, Disc. I. De sacram. in gen. The. XIV, n. 137. — (2) Vid. sup. n. 27, Obj. 1.^a

»fuit statim locus spectris repletis, leonum, ursorum, leopardorum, taurorum, serpentum, aspidum, scorpionum, atque leopardorum. » Horum unumquodque forma propria movebatur. Rugiebat leo quasi invasurus, taurus cornu petere videbatur, serpens reptando non accedebat tamen, lupus irruens retinebatur. Erat demum omnium quae apparebant ferarum horrendus strepitus, ferocisque animus. » (Vid. etiam. nn. 12, 13, 51, 54).

CAPUT V.

De statu Angelorum supernaturali deque officis bonorum.

Quoniam de Angelis secundum se inspectis juxta catholicam doctrinam sufficienter diximus, jam de eorum operibus et finali statu disserendum est. Tres solent in Angelis status, theologi considerare: primus est *contionis* eorum in gratia sanctificante; secundus *deliberationis* et viae in quo habuerunt Angeli inter se diversitatem immanique bello congressi sunt. *Et factum est praelium magnum in caelo: Michael et Angeli ejus praefracti sunt cum dracone, et draco pugnabat et angeli ejus: et non valuerunt* (1). Tertius est *finalis*, beatitudinis indefectibilis pro bonis, damnationis aeternae pro malis.

ARTICULUS I.

De gratia et merito Angelorum.

THESIS XXVI.

Angeli omnes creati sunt in gratia sanctificante.

198. Nonnulli ex antiquis theologis (2) docuerunt, Angelos in statu purae naturae fuisse conditos: ut eos, posteriores theologos communiter deseruerunt. Thesis prob. 1.^a In Ezochiele (3) de persona regis Tyri dicitur: *In signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore: in deliciis paradisi Dei fuisti; omnis lapis pretiosus operimentum tuum... Tu cherub extensus et protegens: et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti. Perfectus in vis tuis in die conditionis tuae, donec inventa est iniquitas in te.* In his verbis juxta Tertullianum (4) ipse sanctior delicti (diabolus) in persona peccatoris viri (regis Tyri) denotabatur. Juxta Origenem (5) «nihil prorsus de homine.

(1) Apocal. XII, 7, 8. — (2) Vid. Suar. l. 5, c. 4, n. 1. — (3) XXVIII, 12. — (4) Adr. Marc. 1, 2, 10. — (5) *magi oppo* 1, 5, n. 4.

195. Ita communis sententia. 1.^a Pars est manifesta. Angelus est actus completus, seu us perfectum, unum per se. Ergo non potest cum corpore tanquam cum sua compare constituere unum vivens, ac proinde esse principium vitale corporearum actionum. Hinc non videt per oculos, nec audit per aures corporis assumpti, sed intellectui immediate percipit ea, quae per ejusmodi sensus externos videtur apprehendere.

196. 1.^a Pars. Actiones intrinsecae vitales in animalibus illae sunt, quae proceduntur intrinseco vitae principio per organa vivificata, ex directione phantasiae et ex motione appetitus sensitivi. Erunt igitur actiones extrinsecae vitales, quae in termino effecto conveniant cum praecedentibus, licet non in modo. Atqui Angelus per corpus assumptum potest exercere actiones, quae quoad substantiam terminum efficiat, licet non quoad modum conveniant cum actionibus animalium intrinsecae vitalibus. Ergo... Minor probatur: nam Angeli corpore assumpto possunt ambulare, comedere, loqui, pugnare etc., prout animus harum actionum est locum mutare, alimenta frangere, senu edere, impellere vel alium retinere etc., longe perfectiori modo quo machinis automaticis ligneas hominum effigies ambulare, pugnare... videmus.

197. Corollaria. Ex dictis deducit: 1.^a Angelum de lege ordinaria non posse in corpore assumpto baptizari: non modo quia non est minister a Christo deputatus (1), sed etiam quia verba proferre non potest locutione vitali et proprie dicta. Dixi de lege ordinaria, quia certum est ex privilegio seu divina dispensatione, posse Deum conferre effectum. Batismi per signum sensibile ab Angelo exhibitum.

2.^a Daemones non posse, in corpore assumpto proprie generare, nam generatio est processio viventis a vivente ut principio conjuncto in similitudinem naturae; possunt tamen plantarum animaliumque semina colligere et his in locis collocare in quibus sequitur generatio (2). Potest itaque daemon, si Deus permittit, et etiam bonus Angelus a Deo jussus, pestilentiae germina per mundum spargere, morbos contagiosos causare, etc.

3.^a Non posse etiam hominem in bestiam aut vicissim mutare: posse tamen corpus bestiale aereum effingere, eoque corpus humanum circumducere, aut hominum sensibus illudere, ita ipsam vim imaginatricem amando ut quis sibi videatur corpus leoninum, v. g. habere, vel alio homines tanquam feras conspiciat, imo potest et ipse daemon ferarum similitudines assumere ut refert S. Athanasius in vita S. Antonii (n. 9). «At... inimicus (daemon)... accedit canibus suis et furore quasi disruptus: Cernitis, ait, eum (Antonium) non spiritum fornicationis, non plagis deterrei a nobis potuisse, imo amicum nos provocat: sed alia ratione ipsum aggrediamur. In promptu nimis diabolo est, varias ad malitiam induere formas. Noctu itaque quantum excitare strepitum, ut totus concuti videretur locus et quasi ruptis quatuor cassae parietibus irrumperet daemones visi sunt, variis ferarum reptiliumque induere formas:

(1) Conf. V. III, Disc. I. De sacram. in gen. The. XIV, n. 137. — (2) Vid. sup. n. 27, Obj. 1.^a

»fuit statim locus spectris repletis, leonum, ursorum, leopardorum, taurorum, serpentum, aspidum, scorpionum, atque leopardorum. » Horum unumquodque forma propria movebatur. Rugiebat leo quasi invasurus, taurus cornu petere videbatur, serpens reptando non accedebat tamen, lupus irruens retinebatur. Erat demum omnium quae apparebant ferarum horrendus strepitus, ferocisque animus. » (Vid. etiam. nn. 12, 13, 51, 54).

CAPUT V.

De statu Angelorum supernaturali deque officis bonorum.

Quoniam de Angelis secundum se inspectis juxta catholicam doctrinam sufficienter diximus, jam de eorum operibus et finali statu disserendum est. Tres solent in Angelis status, theologi considerare: primus est *contionis* eorum in gratia sanctificante; secundus *deliberationis* et viae in quo habuerunt Angeli inter se diversitatem immanique bello congressi sunt. *Et factum est praelium magnum in caelo: Michael et Angeli ejus praefracti sunt cum dracone, et draco pugnabat et angeli ejus: et non valuerunt* (1). Tertius est *finalis*, beatitudinis indefectibilis pro bonis, damnationis aeternae pro malis.

ARTICULUS I.

De gratia et merito Angelorum.

THESIS XXVI.

Angeli omnes creati sunt in gratia sanctificante.

198. Nonnulli ex antiquis theologis (2) docuerunt, Angelos in statu purae naturae fuisse conditos: ut eos, posteriores theologos communiter deseruerunt. Thesis prob. 1.^a In Ezochiele (3) de persona regis Tyri dicitur: *In signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore: in deliciis paradisi Dei fuisti; omnis lapis pretiosus operimentum tuum... Tu cherub extensus et protegens: et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti. Perfectus in vis tuis in die conditionis tuae, donec inventa est iniquitas in te.* In his verbis juxta Tertullianum (4) ipse sanctior delicti (diabolus) in persona peccatoris viri (regis Tyri) denotabatur. Juxta Origenem (5) «nihil prorsus de homine.

(1) Apocal. XII, 7, 8. — (2) Vid. Suar. l. 5, c. 4, n. 1. — (3) XXVIII, 12. — (4) Adr. Marc. 1, 2, 10. — (5) *magi oppo* 1, 5, n. 4.

sed de virtute aliqua superiori... quae delapsu fuerit est sermo. S. Ambrosius ait (1) «Fuisse diabolum in paradiso. Ezechiel propheta docet, principem Tyri in figura accipiens diaboli» S. Hieronymus idem tenet tum in Ezechiel, cum in Isaiam (2). Similiter plures alii Patres, quos vide apud interpretes, loquuntur; non negandum igitur est juxta Sanctos Patres sermonem esse in hoc loco de principe daemoniorum et quidem in aliquo sensu aut litterali aut typico sacrae Scripturae; imo inter interpretes, qui hanc Patrum sententiam praeremittunt, unus fatetur (3): «vati numquam in mentem venturum fuisse, ut tali uteretur cum cherub comparatione, nisi de lapsu et castigatione praecleari alienigenae Angeli fuisset edoctus.» Atqui tam egregia sacrae Scripturae encomia: plenitudo sapientiae, perfectio decoris, fuisse in deliciis Dei, omni lapide pretioso ornatum esse... perperam de sola naturali perfectione intellexerunt et illam indicant vestem nuptialem, gratiam habitalem qua Deus amicos suos vestit. Ergo Lucifer et angeli ejus a die *constitutiois suae* ornatu fuerunt gratia habituali; ergo etiam boni eum potior sit pro eis ratio. Vide aliud (4) argumentum sac. Scripturae in catechismo. Trid.

199. 2.^o Ex Patribus S. Augustinus (5): «Qui eos (bonos angelos) in bona voluntate, id est cum amore casto, quo illi adhaerent, creavit, simul in eis condens naturam et largiens gratiam.» De malis angelis subjicit: «Isti autem, qui cum boni creati essent, mali sunt, aut innocebam acceptum divini amoris gratiam, quam illi qui in eadem perseverant, aut si a trique aequaliter boni creati sunt, istis mala voluntate cadentibus, illi amplius adjuvi, ad eam beatitudinis plenitudinem, unde se nunquam cassuros certissimam fierent, pervenerunt.» S. Basilus (6): «Nihil sanctum est sine Spiritu Sancti praesentia, Angelos namque initio ut essent, Verbum opifex omnium condidit, sanctificationem vero simul illis impendit Spiritus Sanctus... in ipsa constitutione et quasi quadam conspersione suae substantiae simul infusam habere sanctitatem, quam malos angelos adeptos etiam fuisse, et amissos statim tradit. S. Gregorius M. (7): «Virtutes angelicae, quae in divino amore fixae persisterunt, hoc in munere retributionis acceperunt... ut in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permanent, et in hoc quod sunt conditae aeterna stabilitate subsistant.»

200. 3.^o Haec thesis non potest ratione demonstrari, cum de regatur libera Dei voluntate unice decernenda, congruenter tamen probatur: —a) Cum D. Thoma (8): «Omnia, quae processu tem-

poris per opus divinae Providentiae creata, a Deo operante sunt producta; in prima rerum conditione producta sunt secundum quasdam seminales rationes i. e. cum virtute germinandae seseque evolventi juxta finem cujusque naturae praesititum. «Manifestum est autem quod gratia gratum faciens hoc modo comparatur ad beatitudinem, sicut ratio seminalis in natura ad effectum naturalem. Unde (I. Joan. III) gratia *semen* Dei nominatur. Sicut igitur... statim ei seminales rationes omnium naturalium effectuum, ita statim a principio sunt Angeli creati in gratia.» —b) Primus homo dicitur in gratia sanctificante creatus; ergo majori ratione idem de Angelo asserendum est.

201. Obj. 1.^o Diabolus a S. Joanne (1) describitur: *Ille homicida erat ab initio. Et iterum: Ab initio diabolus peccat.*

Resp. Explico sensum, ab initio i. e. a primo creationis instanti; neg. a tempore brevissimo immediate post creationem; conc. Ita exponit S. Augustinus lib. II, c. 15 de *Civitate Dei*.

Obj. 2.^o S. Augustinus (2) ait: «Angelica natura prius erat informiter creata, et coelum dicta; postmodum vero formata et lux appellata; et S. Gregorius M. (3): «Habuit lapis iste (Lucifer) foramina; sed per superbiae vitium charitatis anno non sunt repleta.»

Resp. Certum esse, ex testimoniis horum Patrum pro thesi adductis, eos loqui *respective* de charitate et gratia per beatitudinem consummata; non *absolute* et simpliciter de sola gratia habituali.

202. Obj. 3.^o Non decet Deum, eam infundere gratiam, quae statim despicienda et destruenda est, ut in Angelis malis accidit.

Resp. Dist. Destruenda necessitate absoluta dependenter a solo Deo; conc. necessitate hypothetica et ex culpa creaturae; neg. Deus enim ad hoc ultimum permittendum fines altissimos misericordiae justitiaeque suae dignissimos habet.

SCHOLION

De dispositione Angelorum ad primam gratiam.

Dico. Angeli per actus proprios se disposuerunt ad primam gratiam sanctificantem. (R)

203. Nota. Assertio est tantum probabilior, cum tenent Cajetanus, Suarez, Vazquesius, Granatus alique plurimi cum Thomistis omnibus et Angelico. Qui (4) explicans quemodo Angelus primo cum gratia se converterit ad Deum ait: «Tertia conversio est per quam aliquis praeparat se ad gratiam habendam; et ad hanc non exigitur aliqua habitualis gratia, sed operatio Dei ad se animam convertentis secundum illud (5): *Convertite*

(1) Lib. de paradiso, c. 2.—(2) LIV, 12.—(3) P. Knabenbauer, S. J. in Ezech. 1.—(4) Q. I. ar. 1, n. 20.—(5) De civit. Dei. lib. 12, c. 9.—(6) In Psal. XXXII.—(7) Moral. L. 27, c. 39.—(8) I. Q. 62, ar. 3. 6.

(1) Evang. VIII, 44, Epist. 1.^a III, 8.—(2) De Genes. ad liter. I, 2, c. 8.—(3) Mor. l. 12, c. 18.—(4) I. Q. 62, ar. 2, ad 5.—(5) Thren. V, 21.

«*nos Domine ad te, et converteremur.*» Contrarie opinantur Aletis, Scotus, Molina, Arriaga alique.

204. Prob. Deus, juxta S. Augustinum, Angelos creavit eum amore casto, quo illi, primo instanti suae creationis adhaeserunt. Atqui hoc amoris actu, cui nulla ratione, negaretur supernaturalitas, poterant Angeli se disponere ad primam gratiam sanctificantem recipiendam. Ergo ita de facto evenisse dicendum est. *Conseq. prob. a* Quia in praesenti rerum providentia homines adulti, non nisi per propriam dispositionem gratiam consequuntur; ergo et Angeli, qui juxta Gregorium «infantilem aetatem» ignoravit similiter consequi sunt. *b* Quia nobilior est, et naturae liberae non substantialiter sanctae, seu purae creaturae convenientius, ex propria dispositione sanctitatem accipere, quam dono mere gratuito. *Ita, prob.* Nam ille amoris actus potuit illo ipso instanti, quo collata est gratia sanctificans, vi actualis et transeuntis auxilii, naturae prioritate elici, esseque gratiae sanctificantis causa meritoria, non de condigno quae eam jam supponit, sed de congruo.

205. Cum Patres dicant Angelos creatos esse in gratia, sanctitatem illis esse infusam, impensam, inditam, non *excludant* hujus gratiae meritum congruum; sed solum intendunt significare eos in primo instanti suae creationis gratia sanctificante ornatos fuisse, et quidem gratuito non *formaliter*, sed *radicaliter* in auxilio gratiae actualis, quo Deum amore casto dilexerunt.

Si D. Thomas, de malo *dissertens* (1), exlusive ad actus supernaturalis dixit, Angelos primo instanti suae creationis solum dilexisse Deum ut auctorem naturae, repugnandum est, S. Doctorem in Summa, loco in nota citato suam sententiam retractasse nobisque plane consentire quaestione sequente (2).

THESIS XXVII.

Plures Angelorum gratiae correspondentes beatitudinem meruerunt ac consequuti sunt.

206. Thesis est fide certa contra Bajum, qui putabat bonis naturae operibus gloriam posse mereri. Eum damnarunt plures SS. Pontifices ejus propositionem n. 4. corrigendo: «Vita aeterna homini integro et Angelo promissa fuit intuitu bonorum operum, et bona opera ex lege naturae ad illam consequendam per se sufficiunt.»

207. I.^a Pars prob. I.^a congruenter ex Sac. Scriptura; legitur in Apocalypsi (3) Angelum qui mensus est sanctam civitatem caelestem usum esse: *mensura hominibus, quae est Angelis.* Atqui quamvis his verbis *illatraliter* sumptis, solum significetur mensuram Angelis similem esse humanis mensuris; tropologice tamen intellectis, satis innuitur juxta interpretes, Deum in coelo gloriam omnium beatorum sive Angelorum sive hominum eadem regula

(1) Q. 16, ar. 4, ad 14. (2) I. Q. 63, ar. 3, ad 4—(3) XXI, 17.

metiri; ergo sicut homines ad beatitudinem pertingere non possunt nisi gratiae correspondendo, ita et Angeli boni non aliter, quam habent beatitudinem, meriti sunt.

2.^a S. Augustinus (1) de sanctis Angelis qui gratiae cooperati sunt ait: «per liberum arbitrium stetit et hujus mansionis (perseverantiae) debitum mercedem meruisse.» S. Isidorus (2): «Post Angelorum ruinam, hi qui permanserunt, firmitatem meruerunt aeternae perseverantiae et beatitudinis.»

3.^a Beatitudo, de qua nobis sermo est, seu visio Dei soli Deo naturalis, respectu creaturae habet rationem finis supernaturalis, quem Deus nemini dabit nisi ei: *qui legitime celeraverit* (3), tanquam praemium. Atqui finis supernaturalis gratia est obtinendus sicut et praemium mereri. Ergo Angeli ad statum supernaturalem evecti, gratiae correspondentes, beatitudinem mereri debuerunt.

208. II.^a Pars simul cum prima probata est; insuper, divinae Litterae frequenter nos docent, sanctos Angelos in coelo esse. Apud Tobiam (4) Raphael, se dicebat unum ex septem qui adstant ante Dominum. Daniel postquam viderit thronum Dei (5) scripsit: *millia millium (angelorum) ministrabant ei; et decies milies centena milia assistebant ei.* Christus, D. (6) vocatis ad se pueris ait: *Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei qui in caelis est.*

209. Ex praebitis de merito Angelorum, jam satis intelligitur Hilarium, Isidorum, Anselmum aliosque Patres agerentes, Angelos sine labore suam accepisse beatitudinem, loquitos esse non absolute, sed respective, quis eam accepterit per actus ipsos non difficiles, nec diuturnos: non vero, quod eam obtinerint sine meritis.

SCHOLION I.

Quando sancti Angeli gloriam meruerunt.

210. Aliquit ex antiquioribus theologis, quibus saltem quoad modum loquendi faveat S. Augustinus (7) propugnavit sanctos Angelos fuisse in primo suae creationis instanti beatos; verum dicendum cum communi sententia. Angelis non fuerunt in primo suae creationis instanti beati, sed in tertio, postquam in secundo gratiae cooperantes beatitudinem meriti sunt.

Ante probationes observa secundam assertionis partem derivari

(1) De *correp. et grat.* c. 17. — (2) Lib. 7, sentent. c. 2. — (3) I, ad Tim. II. — (4) XII, 15. — (5) Dan. VII, 10. — (6) Matth. XVIII, 10. — (7) De *Eccles. nat. dogm.* c. 59, lib. 4, de Genes. ad lit. cc. 34, 35.

ex prima, si attendis ad ea quae ante diximus. Probavimus in Theis. XXVI omnes Angelos et bonos et malos ita primo instanti suae creationis gratiam habuisse, eamque (Schol. n. 213), propriis actibus de congruo meruisse: quare in secundo instanti, si primo beatitudine caruerunt, eam promereri debuerunt ac in tertio tandem recipere. Praeterea certum est daemones in secundo instanti peccasse, ergo sancti Angeli in eo meritorie operati sunt, cum iuxta communem sententiam, pares fuerint in tempore vitae Angeli boni et mali. Probatur igitur prima pars:

211. 1. De malis angelis evidenter. Fides docet eos peccasse; sed peccatum, visioni beatæ, quæ necessario trahit ad amorem Dei et ex se est inamissibilis, repugnat; ergo mali angeli non fuerunt in sua creatione beati, Supponere Deum suspendisse visionem beatam effugium est hominis quodlibet temerarie et gratis asserentis.

2. De bonis Angelis. — R. Patribus qui dicunt ejusdem fuisse conditionis in sui creatione Angelos bonos et malos disserteque affirmant malos, si voluissent, potuisse esse beatos. S. Prosper (1), S. Gregorius PP. (2). « Natura angelica quando creata est liberum accepit, utrum vellet in humilitate persistere, et in Omnipotentis Dei conspectu permanere, an ad superbiam laboraret, et a beatitudine caderet: sed quia eadentibus aliis sancti Angeli in sua beatitudine persisterant, hoc acceperunt in munere ut jam cadere non possent. » Accedat etiam S. Augustinus, qui libro de Corrupt. et gratia, caeteris posteriore, in aliis dicto temere declarat his verbis (3): « Deum sic ordinasse Angelorum et hominum vitam ut in ea prius ostenderet quid posset liberum arbitrium, deinde quid posset suae gratiae beneficium: ubi aequalibus omnino Angelos, non solum inter se sed etiam cum primo homine facit. Ergo sicut ex sententia Augustini homo et Angeli, qui ceciderunt fuerunt sine visione Dei creati, ut dicit (l. c.) expressè: « Diabolus et angeli ejus, etsi beati erant antequam caderent, erat tamen adhuc eorum conditio beatitudinis, si per liberum arbitrium in veritate steterissent donec istam summam beatitudinis plenitudinem tanquam praemium ipsius permanentis acciperent. » Ita et sancti Angeli initio suae existentiæ visione Dei caruerunt, eam tamen post adepti sunt, quia ut ipse Augustinus (ibid.) subiungit: « Per liberum arbitrium (sancti Angeli) in veritate steterunt, eamque de suo casu, nunquam futuro, certissimam sibi meruerunt. »

b) Rationibus: c) Quamvis non repugnet meritum esse simul tempore cum praemio, est tamen minus connaturale et parum conveniens rationi meriti, quod se habet ad praemium ut via ad terminum. — 3) Quia, merendi status, prout in praesenti Dei Providentia ordinatus est excludit visionem beatificam, quæ cum fide et peccabilitate componi non potest. Atqui sancti Angeli, ut jam ex dictis satis constat, et communiter docent theologo fidem habuerunt et peccare potuerunt. Ergo sancti Angeli dum gloriam merentur, non adhuc beati erant.

212. Quid respondeendum sit auctoritatibus S. Augustini in con-

(1) De vit. contemp. lib. 1, c. 3. — (2) Hom. 7, in Ezecq. — (3) Cap. 10.

trariam sententiam inclinantibus, ex dictis perspicies, nempe cum loqui: vel de beatitudine imperfecta supernaturali: vel de amore benevolentiae et charitatis in via, propter quem a Domino nunquam peregrinati sunt i. e. nunquam alieni, semper Deo conjuncti, in via per charitatem quae fundatur in fide, in patria per charitatem quae visione beatifica inflammatur.

213. Quanta fuerit mora vitae Angelorum incertum est. Hugo Victor, favente S. Augustino (1) existimat fuisse inuis diei naturalis. D. Thomas (2) asserit beatitudinem fuisse assequitos post primum actum meriti plene ac perfecte liberum i. e. in secundo instanti post acceptam in primo gratiam sanctificantiem elicitem.

SCHOLION II.

De inaequalitate gratiae et gloriae SS. Angelorum.

214. Theologi omnes ex communi Patrum consensu admittunt beatos Angelos inaequales esse in gloria, non enim minus quam homines differunt in patria sicut stella... a stella... in claritate (3); sed cum gloria sit corona iustitiae meritorum vitae, consequenter certum est, sanctos Angelos in via fuisse inaequales gratia et merito. Inde inquirunt theologo cum D. Thomas (4) unde sumenda sit haec inaequalitas?

Communior doctorum responsio est: Deum, non exigente Angelorum natura, sed liberrime, gratiam eis distribuisse secundum naturalem cuiusque perfectionem. Quod non fecerit exigente eorum natura patet, gratia est donum Dei supernaturale cuiuslibet creaturae indebitum, quare Deus sua dona prout vult distribuit, nullique faceret injuriam si Angelo minus natura valenti, plus gratiae quam perfectiori praebuisset, Deum proportionem servasse asserunt: 1. SS. Patres. S. Basilius (5): « Coelorum virtutes... juxta portionem, qua se invicem superant, a Spiritu habent sanctificationis mensuram. » S. Joan. Damasc. (6): « Per Verbum omnes Angeli creati sunt, ac per Sancti Spiritus sanctificationem omnes perfectionis numerus acceperunt, ita tamen ut pro sua quoque dignitate et classe, luminis gratiaeque participes sint. » Similiter alii Patres loquuntur. 2. Sudent rationes congruentiae: — a) Ex parte Dei, consentaneum erat sapientiae ejus ut quos meliores in natura condebat in altioribus sedibus gloriae collocaret et consequenter majoribus gratiis praeveneret, sicut est, ait D. Thomas (l. c.) « aedificator lapides polit ad constituendum domum, ex hoc ipso quod aliquos pulchrius et decentius aptat, videtur eos ad honoratorem partem domus ordinare. » — b) Ex parte Angelorum, nam quo sunt natura perfectiores, eo vehementius et majori conatu sine resistencia, gratiae cooperantur. D. Thomas (l. c.): « Quando... non est aliquid quod retardet aut impediatur, natura secundum totam

(1) De civit. Dei, l. 18, c. 9. — (2) I. Q. 62, ar. 3. — (3) I. Corinth. XV, 44. — (4) I. Q. 62, ar. 6. — (5) lib. De Spir. sanct. c. 16. — (6) De fid. lib. 2, c. 3.

suam virtutem movetur. Et ideo rationale est, quod Angeli qui meliorem naturam habuerunt, etiam fortius et efficacius praecepit ex majori gratia accepta ad Deum sint conversi.»

ARTICULUS II.

De officiis honorum Angelorum.

THESIS XXVIII.

Inter sanctos Angelos, superiores illuminant inferiores de rebus supernaturalibus.

215. *Nota.* Illuminatio quae physice est per lucem tenebrarum expulsio, spiritualiter erit in Angelis ignotae veritatis revelatio; sed quia ut observat Angelicus (1) spiritus coelestes omnes a principio suae conditionis perfectam habuerunt naturalium cognitionem. Illuminatio quae nunc Angelus alium illuminat non est de his, quae ad naturalem cognitionem Angelorum pertinent, sed de his, quae revelantur Angelis eorum naturalem cognitionem excedentibus. Thesis est curta et communis theologorum adversus Durandum, qui debilissimis rationibus negare ausus est.

216. *Prob. 1.^a* Ex sacra Scriptura; apud Zachariam prophetam (2) legitur: *Ecce Angelus qui loquebatur in me egrediebatur; et Angelus alius egrediebatur in occursum ejus; et dixit ad eum: Curra, loquere ad populum istum, dicens:... etc.* fausta, quae Hierosolymorum civitati a Domino preparabatur. David, cum aera Dei in montem Sion translata est, praevидit Christum D. in coelum ingredientem, seiscitantibus Angelis (3): *Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in proelio.* Et iterum: *Quis est iste Rex gloriae? Dominus virtutum, ipse est Rex gloriae.* Similiter S. Joannes (4) vidit unum Angelum alios edocentem mysterium Dei: *Et vidi alterum Angelum... et clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terrae et mari, dicens: etc.*

2.^a Ex Patribus. S. Dionysius (5): *Angeli secundae hierarchiae purgantur, et illuminantur et perficiuntur per Angelos primae hierarchiae, ubi obiter nota cum D. Thoma (6) et omnibus fere doctoribus, tria verba purgare, illuminare, perficere, non distinctas significare operationes, sed unam eandemque sub triplici habitudine; purgat nescientiam excludens, illuminat aperiens veritatem, perficit ditans intellectum, cuius objectum est veritas, nova cogni-*

(1) De Verit. q. 9, ar. 1, ad. 9.—(2) II, 3, 4.—(3) Ps. XXIII, 8, 20.—(4) Apocalyp. VII, 2.—(5) De coel. hier. c. 8.—(6) I, Q. 106, ar. 2, ad. 1.

tione. S. Joan. Damasc. (1): *Illud quidem perspicuum est, eos qui praestantiores sublimioresque sunt splendorem et cognitionem inferioribus impertiri.*

3.^a Cum absolute Deus aliter statuere potuisset, hujus thesis evidens ratio non datur, congruens vero est, quae redditur a D. Thoma (2) *ordo continetur sub ordine, sicut causa continetur sub causa; unde sicut ordinatur causa ad causam, ita ordo ad ordinem.* Atqui, ut supra probatum est, datur inter Angelos hierarchia per ordines superiores medios et infimos divisa; ergo ut hic ordo magis splenderet, Dei sapientiam et majestatem decebat infimos per medios, medios per supremos sicut gubernare ita et de ignotis instruere.

217. *Nota.* Potest Deus extra legem, mysterium aliquod vel decretum voluntatis suae inferiori immediate revelare, et tunc poterit Angelus inferior illuminare superiorem de veritate sibi et non aliis a Deo manifestata v. g. Gabriel de mysterio Incarnationis, cui soli, juxta Bernardum (3) ante executionem notum erat.

SCHOLIUM.

In quo consistat illuminatio.

218. Loquutionem et illuminationem Angelorum differre inter se sicut genus et speciem, omnes concedunt, quaevis enim illuminatio angelica est loquutio (4), quare investigandum remanet quae loquutio erit illuminatio?

Multae sunt de hac re auctorum sententiae (5), brevitati consulentes non contradicendo, sed declarando cum Suario (i. e. u. 16) doctrinam Angelici (6) asserimus:

219. Angelum superiorem illuminare inferiorem, cum ut magister veritatem supernaturalem, modo inferiori accomodato, proponit.

Illuminatio Angelica nequit aptius et verisimiliter exponi, quam per analogiam cum illuminatione, seu instructione humana, quae v. g. magister discipulum instruit. Atqui magister, cum ignotam veritatem discipulo proponit, eam clare distincteque conceptam, disertis verbis, studiose quaesitis captui discipuli accommodatis, tradit. Ergo a pari.

THESIS XXIX.

Angeli in hominum custodiam deputantur, ita ut singuli homines suum habeant Angelum custodem.

(1) De Fid. L. 2, c. 3.—(2) I, Q. 106, ar. 3.—(3) Homil. sup. Mis. et. 1.—(4) Vid. n. 135.—(5) Suar. lib. 6, c. 12.—(6) I, Q. 107, ar. 2.

220. Nota. I. De fide est, Angelos a Deo soepe ad homines esse missos. Genes. (1) Luc. (2) et alibi passim tam in Novo quam in Veteri Testamento. Missio angelica, alia est visibilis, ut qua missus est Raphael ad Tobiam, alia invisibilis qua Angeli custodes ad hominum, regnorum etc., tutelam mittuntur. Pari certitudine eadem Scriptura eruitur aliquos Angelorum Deo assistere. Daniel (3); *Milia militum ministrabant ei, et decies milia centum milia assistebant ei.* Hinc S. Gregorius M. (4) docet, quod est assistere, aliud ministrare; assistunt enim illos episcopi deo potestate, quae ad quaedam annuntianda hominibus non exiit, ministrant vero hi, qui ad explenda officia nuntiarum veniunt.

II. Disputant theologici, an Angeli trium ordinum supremae hierarchiae primi secundae seu Dominationis aliquando extraordinario mittantur. Probabiliter saltem, si non probabiliter affirmant aliqui tum ex illo Pauli (5) *Nonne omnes suam administrationem spiritibus in ministerium misisset* tum ex Daniele (6): *et ecce Michael, unus de principibus primis, venit in adiutorium meum, ubi Michael, qui creditur esse supremus bonorum Angelorum, dicitur missus in adiutorium alterius Angeli.* Etiam ex Isaïas VI, 6, ubi unus de Seraphim exhibetur volans ad Isaïam ad eum purificandum. Vagantur cum Doctore Angelico (7) Suarez (8) et plures alii. Moverunt Dionysii auctoritate (9): *Superiores Angeli nunquam ad exterius ministerium mittuntur, cuius dictum (10) quæz solum de missione ordinaria, non de extraordinaria interpretatur.* Cæterum bene Platelli (10) cum Suarez (11) animadvertit: *Quidquid sit de missione ad privatos homines, videtur probabiliter etiam supremi ordinis Angelos ad terras descendisse, v. g. ad assistendum Christo nascenti, morienti, resurgenti et ad coelos propria virtute ascendenti, sicut ei assistent iudicanti ex illo Marci (11): *Cum venisset filius hominis in maiestate sua, et omnes Angeli ejus cum eo.**

III. Proter illuminationem, aliud ordinatum sanctorum Angelorum munus est, ex commissione divina homines custodire; propterea de hac re peculiarem institimus thesim. Duas habet partes, prima est fide certa adversus rationalistas, qui dicunt doctrinam ejus esse sententiosam ac rudioris ævi; altera, contra Galinum, qui hujus secundae partis doctrinam vocat commentum. Est tamen adeo certa at Arriagum affirmet, constare certissime ex consensu fere omnium theologorum ac totius Ecclesiae, P. Suarez

(1) XXI, 7.—(2) II, 26.—(3) VII, 10.—(4) Mor. I, 16, c. 3.—(5) Ad Hebr. I, 14.—(6) I, 13.—(7) I, Q. 112, ar. 2.—(8) De angel. I, 6, c. 9, 10.—(9) De cael. Hier. c. 11.—(10) N. 416.—(11) XXIX, 31.

tanto Ecclesiae universalis consensu esse hoc receptum, et in Scriptura prout a Patribus intelligitur tam magnum habere fundamentum ut sine ingenti temeritate, tam fere errore, negari non possit (1). De fidelibus res est omnino certa, de reliquis hominibus est saltem communis opinio.

221. I. Pars, prob. 1. Regius Psaltes (2) inter media, quibus protegit Deus sperantes in eum, recenset: *Quoniam Angelis suis mandavit de te, et custodiant te in omnibus viis tuis.* Psalmum hunc non de Christo, sed de homine in Deum confidente intelligendum esse eruitur ex contextu, docent interpretes communiter cum Sanctis Patribus, quorum unus Hieronymus (3) scribit de Sathana, hunc locum adversus Christum, allegante: *hoc non de Christo, sed de viro sancto dictum, male ergo diabolus Scripturam interpretatur.* Christus D. apud Matthaeum (4) monuit: *Videte ne contemnatitis unum ex pusillis istis; dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis semper vobis faciem Patris, quasi dicerent, ne contemnatitis, quos Deus beatorum Angelorum potentia custodit, licet vobis debiles et minus aestimabiles videantur.* Jam vero si homines in ipsa infantia sub tutela sunt Angelorum; et per totam vitam erant cum non minuantur, sed augetur custodiae necessitas, progrediente aetate, Angelos, dicit Apostolus, (5) a Deo mitti: *in ministerium... propter eos qui haecditatem capient soluti.* Sed salutem hominum aeternam procurare praecipue per custodiam obtinendum est, Ergo dicendum etc.

2. Patres unanimiter idem docent. S. Dionysius (6) de infima hierarchia Angelorum ait: *praeesse humanis ordinibus ut fiantur ad Deum et convertantur.* Origenes (7): *Est etiam illud in ecclesiastica praedicatione positum: esse Angelos Dei quosdam et virtutes bonas, qui ei ministrant ad salutem hominum consummandam.* S. Augustinus (8): *Diligunt Angeli concives suos, ideoque magna cura et sollicitudine adsunt nobis.* S. Ambrosius (9): *Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad praesidium dati sunt,* et ita passim alii Patres.

222. Singularis hujus divinae providentiae ratio, duplex assignata a D. Thoma (6):—1) *Secundum rationem divinae providentiae hoc in rebus omnibus invenitur quod mobilia et variabilia per immobilia et invariabilia moventur et regulantur.* Manifestum est autem quod in rebus agendis cognitio et affectus hominis multipliciter variari et deflectere possunt a bono; et ideo necessarium fuit quod hominibus Angeli ad custodiam deputarentur, per quos

(1) De Angel. L. 6, c. 17, n. 8.—(2) Ps. XC, 11.—(3) in Math., c. IV, v. 6.—(4) XVIII, 10.—(5) Hebr. I, 14.—(6) De cael. Hierarch. c. 9.—(7) De princip. praefat. n. 10.—(8) Sollicit. c. 27.—(9) De viduis.—(10) I. Q. 113, ar. 1, 4.

regularentur et moverentur ad bonum, a—b) «Homo in statu vitae istius constitutus est quasi in quadam via, qua debet tendere ad patriam. In qua quidem via, multa pericula homini imminet tum ab interiori, tum ab exteriori, secundum illud (1); *In via hoc, qua ambulabam, absconderunt loquenti mihi*. Et ideo sicut hominibus aper viam non tutam ambulantibus dantur custodes; ita et cuilibet homini, quamdiu vivitor est, custos Angelus deputatur.»

223. II.º Pars. prob. 1.º Quia Christus D. apud Matthaeum (sup. prob. 1.º part. praeced.) dixit *Angeli eorum* et non Angeli simpliciter, quo significavit cuilibet parvulorum datum fuisse proprium Angelum custodem. Idem credebant primaevi fideles, cum puellae bantianae (2), Petrum et carcere liberatam, ad januam esse, respondebant: *Angelica ejus est*.

2.º Ex Patribus. S. Hieronymus (3) exponens adducta S. Matthaei verba ait: «Magna dignitas animarum ut unaquaeque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum.» S. Basilius (4): «Quod unicuique fidelium adsit Angelus tamquam paedagogus aliquis... vitam gubernans nemo contradicat. Qui Domini verborum meminert dicentis: ne contemnatis, etc.» S. Bernardus (5): «In quovis diversorio in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe... Si fidem consulas, ea tibi angelicam probat praesentiam non deesse.»

224. 3.º Sumatur ratioibus:—a) ex prima parte, Deus hominum vitam sapienter ac provide Angelorum custodia munivit, ut stabiles in bono et a periculis tuti vitam aeternam obtineant. Atqui unusquisque hominum independenter ab aliis hominibus, propriis meritis vitam aeternam consequi debet. Ergo unusquisque hominum singularem exigit custodiam in ordine ad vitam aeternam; ergo unicuique proprium Deus destinavit Angelum custodem—b) Gratias, quae in latitudine auxilii sufficientis continentur, omnibus Deus concedit. Atqui Angelorum custodia in illa latitudine continetur, tum quia omnes homines de se insufficientes sunt ad resistendum diaboli, ergo omnes juvari debent; tum quia etsi quidam, ait Angelicus (6): «non juvantur quantum ad hoc quod vitam aeternam bonis operibus mereantur, juvantur tamen, quantum ad hoc quod ab aliquibus malis retrahantur, quibus et sibi ipsi, et aliis nocere possint.» Nulli ergo hominum Angelum custodem denegat Deus.

225. Corollarium. Ex dictis pro secunda parte, satis evincitur contra Magistrum sententiarum, cum D. Thoma (7) unum-

(1) Ps. CXLI.—(2) Act. XII, 17.—(3) In Matth. XVIII, 10.—(4) Contr. Emon. I, 3, n. 1.—(5) Serm. 20, in Ps. XC.—(6) 1. Q. 113, ar. 4, ad 3.—(7) 1. Q. 113, ar. 2, ad 2.

quemque hominem habere proprium et peculiarem Angelum custodem ita ut unus Angelus non gerat curam plurium hominum saltem simul; si enim recte ponderentur verba Patrum hoc magis indicant. Adde Angelum non posse esse simul in pluribus locis distantibus, et saepe contingere posse ut homines loco distantes in eodem temporis puncto indigeant cura angelica, quare Angelus custos non poterit convenienter et aequaliter utriusque necessitati subvenire.

226. Obj. 1.º Doctrina de Angelorum custodia ex gentiliu philosphiae derivatur commentis, Censorinus (1) de Euclide socratico asserit dixisse: «duplicem omnibus omnino nobis genium appositum... Genius autem ita nobis assidens observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis abscedat, sed ab utero matris exceptus ad extremum vitae diem comitetur.» Epictetus apud Arrianum (2): «Tutorem unicuique Deus assignavit singulorum, genium, et huic ipsum custodiendum tradidit. Alia testimonia gentiliu vide si cupis apud Petavium (3). Ergo non est ut doctrina catholica habenda.

Resp. Neg. antec. Contrarium omnino accidit, non iudaei et gentilibus, sed gentiles a iudaeis et a primaeva revelatione obscurata notitiam de Angelorum tutela habuerunt, ut sui temporis rationalistae probavit Eusebius Caesariensis Episcopus (4). Hoc certum est, Patres, doctrinam illam non probare ex philosophorum placitis, sed ex divina Scriptura cui tamquam verbo Dei falsum subesse nequit.

Obj. 2.º cum Angelico (5). «Multi homines quotidie pereunt, in peccatum cadentes, quibus Angeli subvenire possent, vel visibiliter apparendo, vel miracula faciendo, vel alio simili modo. Essent ergo negligentes Angeli, si eorum custodiae essent commissi; quod patet esse falsum. Non igitur Angeli sunt hominum custodes.»

Resp. Idem Doctor (l. c. ad 3.) neg. primam *consep.* «Quod homines pereunt, non est imputandum negligentiae Angelorum, sed malitiae hominum. Quod autem aliquando praeter legem communiem hominibus visibiliter apparent, ex speciali Dei gratia est, sicut etiam praeter ordinem naturae miracula fiunt.»

227. Obj. 3.º Apostolus (6), scribens Angelos missos esse; *propter eos qui haereditatem capiunt salutis, satis* significavit solis praedestinati Angelos destinari. Apostolo consentiunt Patres aliqui Basilius in Ps. XXXIII, 8; Hilarius et Chrysostomus in Matth. XVIII, 10; Cyrillus Alex. contr. Julia-

(1) De die natali, c. 3.—(2) Dissert. I, 1, c. 14.—(3) L. 2, c. VII.—(4) De praepar. evang. l. 13.—(5) 1. Q. 113, ar. 1, ob. 3.—(6) Hebrae. I, 14.

nam cum dicunt, vel sanctis tantum dari Angelos custodes, vel eos a peccatoribus recedere. Non ergo unicuique hominum datus est Angelus.

Resp. Explicat sensum D. Pauli: satis significavit solis praedestinati Angelos destinari principaliter; conc. Unice et exclusive; neg. Eadem distinctione explicandi sunt SS. Patres allegati, qui expresse quidem locis citatis de solis sanctis, nulla tamen particula exclusiva addita loquuntur, cum aliis in locis (vid. prob.) de omnibus hominibus indiscriminatim agant. Affirmant Angelos custodes a peccatoribus recedere, absolute; neg. respectivo et parumper divina prudentia ductos; conc. Differunt aliquando auxilium propter subiecti indispositionem, subtrahunt aliquando, licet certanti adsint; cum illi, ait S. Ambrosius (1), juveni tempus natum sui Imperatoris expectent, qui athletam suum, quo gloriosius vinceret, diutius certare praecipit.

Obj. 4.^a cum Calvino; si singuli hominum ab uno et proprio custodiantur Angelo, minuitur gratia Dei; majus enim beneficium Dei est, et plus fiduciae addit, credere omnes Angelos singulorum hominum habere curam, quam unum tantum. Ergo...

Resp. Neg. assertum et *conseq.*—Non excludit peculiaris unius Angeli tutela, aliorum auxilium qui munere universaliore aut charitate communi, non uni tantum, sed pluribus hominibus simul sumptis prospiciunt. Vide Genes. XIX. 17; Daniel X. 14. Audi Origenem (2): «Numquam solus est justus; sed ne unius quidem, duorum vel trium tantummodo Angelorum societate subnixus est; sed exercitus ei Virtutum caelestium praesto est.»

228. Obj. 5.^a cum S. Thoma (3). Si igitur omnibus hominibus Angeli ad custodiam deputantur, etiam Christus Angelum custodem habuisset. Sed hoc videtur inconveniens, cum Christus sit major omnibus Angelis. Non ergo omnibus hominibus...

Resp. S. Doctor: (l. c.) «Christus secundum quod homo, immediate regulabatur a Verbo Dei; unde non indigebat custodia Angelorum; et iterum secundum animam erat comprehensor, sed ratione passibilitatis corporis erat viator. Et secundum hoc non debebatur ei Angelus custos tamquam superior, sed magis minister tamquam inferior. Unde dicitur Matth. IV. II. quod: «accesserunt Angeli et ministrabant ei.»

SCHOLIA.

229. I. Probabilis est sententia Sti. Anselmi (4), quam sequitur Suarez cum aliis nempe, Angelum assignari unicuique hominum quando «anima in corpus mittitur» seu ab ipsa

(1) in Ver. Ps. XXXVII.—(2) Homil. 4, in Ps. XXXVI.—(3) 1. Q. 113, ar. 4. Obj. 1.—(4) in elucid.

conceptione, nam tunc incipit homo esse viator, unde licet physice sit quasi pars matris, in ordine tamen ad salutem animae est persona distincta. Alii vero cum D. Thoma (1) etiam probabiliter opinantur non nisi a natiuitate Angelum deputari, quia foetus in utero est quasi quid unum cum matre, cujus proinde Angeli custodiae est commissus.

230. II. Angelorum custodia per totum tempus durat quo suorum clientium animae in via sunt. Deducitur ex iam disputatis, nam haec cura commissa est Angelis: a) respectu hominis viatoris independentem a gratiae vel fidei statu.—b) ut non deesset homini auxilium sufficiens externum, quo in bono firmaretur et diabolo vinceret; sed Deus auxilia sufficientia etiam peccatoribus non denegat; ergo nec Angelorum custodia ab eis subtrahit;—c) ut diaboli impugnatio frustraretur, «daemones, ait D. Thomas (2), nos semper impugnant secundum illud (3): *adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens, circuit quaeeras quem devoret.* Ergo multo magis boni Angeli semper nos custodiunt.»

THESIS XXX.

Ad regnorum et communitatum custodiam speciales Angeli destinantur.

231. Est certa ex communi Patrum doctrina; prob. 1.^a Quoad regna ex sacris Litteris apud Danielelem (4): *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti et uno diebus; et ecce Michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum.* His verbis, titulo principis regni Persarum, designatur Angelus cui tamquam ex officio regni Persiae cura demandata erat, ut exponunt Hieronymus (h. l. Dionysius Areopag. De caelest. hierarch. c. 9.) et alii Patres. Ergo et alia regna, cum de re agatur ad ordinariam Dei providentiam pertinente, suum custodem habebunt.

Quoad communitates v. g. ecclesiarum deducunt Patres, mystice interpretando capita I, II et III. Apocalypsis, ubi Episcopi ecclesiarum Asiae vocantur angeli.—S. Ambrosius (5): «Non solum ad tuendum gregem Dominus Episcopos ordinavit sed etiam Angelos destinavit» et allegat verba Apocalypsis (6): *Esto vigilans et con firma...* S. Gregorius Nazian. (7): «Nec mihi dubium est quin alii aliarum ecclesiarum praesides ac patroni sint Angeli quemadmodum in Apocalypsi Joannes me docet.»

2.^a Inter Patres citabimus: S. Basilium (8): «Quod sint Angeli quidam, qui gentibus integris praepositi sint docet nos... sapiens Daniel (X. 13).» S. Joann. Damas. (9): «Ad ex-

(1) 1. Q. 113, ar. 5.—(2) Ibid. ar. 6.—(3) 1. Petri V. 1.—(4) X. 13.—(5) Lib. 2, in Luc.—(6) III.—(7) Orat. 38.—(8) Contr. Euno. l. 3, n. 1.—(9) De fid. lib. 2, c. 3.

«plendam Dei voluntatem fortes et prompti sunt (Angeli)... Certas etiam quisque terrae partes custodiunt, nationibus et regionibus praesident, prout a summo Opifice praefecti sunt, res nostras gubernant ac nobis opem ferunt; ea plane ratione ut ex divina voluntate et praescripto supra nos positi semper Deum circumstant.» Potest tandem haec Patrum traditio, liturgiis Ecclesiae Hispanae confirmari, in qua celebratur festum sancti Angeli regni custodis die prima Octobris.

3.^o Ratio hujus sententiae est, quia Deus non minus providit homini in societate constituto, quam individuo; cum ergo alia sint pericula hominis individui, alia hominis in societate viventis, Angelos constituit, qui hominum societates seu regna, communitates, ecclesias, ordines religiosos, etc. qua tales protegerent.

232. *Nota.* Pia sententia, qua communiter credunt fideles personis publicis v. g. Pontificibus, Episcopis, Regibus, religiosorum ordinum fundatoribus ejusque successoribus, verbo communitatum rectoribus, alium ultra custodem concedi Angelum, ab eo qui communitatem regit distinctum, est probabilis. Origenes [1] hoc praedicat de S. Petro et probat ex actibus Apostolorum, verba: *Angelus ejus est de Angelo Petri ut pastoris Ecclesiae universae interpretando.* Abalensis [2] id expresse affirmat de B. Maria Virgine. Conjectitur ex ratione, nam praesides sicut duplici egent prudentia et rectitudine, ita duplici gubernatore et custodia; ergo sicut Deus hominibus consociatis novum Angelum dedit, ita et rectoribus communitatum alios Angelos, qui, ut ita dicam, ex officio eos qua tales dirigant, benigne constituisse putandum est. Ubi pluralitas est munerum, singulis muneribus unum solent Reges praeficere ministrum; ergo Deus, qui rex est munificentissimus ita inter suos, Angelos munera distribuisse congruentissime dicitur.

SCHOLIA.

233. I. Custodia particularis singulorum hominum infimo tertiae hierarchiae ordini; custodia autem praesidum et communitatum probabiliter ad Archangelos et Principatus pertinet.

Ita quoad primum D. Thomas [3] et communiter theologo post S. Dionysium [c. 9. de caelest. Hierarch.]. Ratio est, quia ille ordo infimus Angelorum est proxime super homines, ideoque secundum ordinem divinae providentiae, quae infima per media et haec per superiora ad se reducit, deest infimos Angelorum, infimum erga homines ministerium exercere.

Secundum, ex ratione proxime tacta, fit probabile. S. Ber-

(1) Homil. 11.—(2) in Matth. XVIII, Q. 60.—(3) 1. Q. 113, ar. 3.

nardus [1] dicit S. Gabrielem, qui supremus Angelorum saltem secundi ordinis tertiae hierarchiae esse creditur, fuisse B. V. Mariae custodem, S. Gregorius M. [2] ad eos pertinere asserit. «nuntiare summa.» Igitur pie sentiat, qui Archangelus tribuit SS. Apostolorum, Prophetarum, Patriarcharum, Pontificum, Episcoporum, ordinum religiosorum Fundatorum, ut tacto S. P. Ignatius, P. Lainezio id sciscitanti concessit [3], altarumque personarum similitum custodiam.

Pari ratione Principatibus commissa dicitur custodia regnorum et communitatum; nam apud Danielelem [X. 13.], vocatur princeps Angelus regni Persarum, quod non tantum de munere, sed etiam de dignitate naturae, si nihil obstat, interpretandum est.

234. II. Plures sunt actiones, quibus SS. Angeli suos clientes adjuvant, de quibus fuse Suarius [4], Nos autem brevitati consulentes enumerabimus praecipuas: 1.^a Excitare intellectum et voluntatem ad prosecutionem boni et fugam mali.—2.^a Pericula avertere tam corporis quam animae.—3.^a Compescere daemones.—4.^a Offerre Deo suorum alumnorum preces, ut constat ex Tobia c. XII. et Apocalypsi c. VIII. et Patribus. Hoc praestant, non Deo illas exhibendo cum per se ei pateant, sed sua addita precatione efficaciores reddendo.—5.^a Pro nobis orare, etiam cum nos non oramus, nec quidquam boni agimus.—6.^a Suos clientes medicinali poena corripere immittendo Dei permissione morbos, infirmitiam, etc. ipsam mortem maturis, ne in infernum cadant.—7.^a Suorum clientium animas in Purgatorio consolari, easque plene purgatas inde ad caelum deducere, ut colligere est, ex his quae S. Lucas [5] de anima Lazari refert. S. Bernardus, miratus magnum Dei beneficium [6] quod in Angelorum custodia nobis est, ait: «Mira dignatio et vere magna dilectio charitatis. Quis enim? quibus? de quo? quod? mandavit studiosè considerare... Summa ergo Majestas mandavit Angelis, et Angelis suis mandavit. Illis utique sublimibus tam beatis quam proximis sibi cohaerentibus, et vere domesticis mandavit de te... ut custodiant te. Quantam tibi debet hoc verbum inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam; reverentiam pro praesentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia... Quid sub tantis custodibus timeamus?... Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt, quid trepidamus? Tantum sequamur eos, adhaeremus eis et in protectione Dei caeli commoremur.»

(1) Epis. 77.—(2) Homil. 34 in Evang.—(3) Ribadeneira, Vit. S. Ignatii, L. 5, c. 1.—(4) X. 6, c. 13.—(5) XVI.—(6) In Pa. XC, 11.

CAPUT VI.

De lapsu poena atque officiis malorum angelorum.

ARTICULUS I.

De peccato angelorum.

THESIS XXX.

Non omnes Angeli in gratia permanserunt, sed eorum aliqui per admissum peccatum ab ea defecerunt.

235. Nota. I. Nullum Angelorum in primo instanti suae existentiae peccasse; supra (1) demonstravimus; potuisse tamen Angelos et quidem *physice* in illo instanti peccare negant AA. aliqui, sed solida ratione nulla, ad peccandum sufficit liberum arbitrium cum concursu indifferenti ad merendum vel demerendum, qualem habuere vel saltem potuerunt habere Angeli; nullum igitur eorum tunc peccasse donum Dei fuit, qui eos ita sua gratia praevenit ut eis fieret *moraliter* impossibile peccatum. De hac impossibilitate moralis vult potius explicari posse S. Thomam (2).

II. Daemones a *δαίμων* vox est graeca, quae a *δαίω* scio, idem est ac peritus, rerum praecipuus (3), ideo gentiles suos deos et genios sive bonos, sive malos *δαίμονες* appellabant, christiani vero Sacrae Scripturae usu edocti, nonnisi malos angelos hoc nomine designant, semper in malam partem accipiendo. Daemones non esse, plures inter haereticos antiquos dixerunt (4), id etiam effusum moderni increduli, quorum aliqui, meram esse opinionem gentilium rebus christianis accommodatam volunt; alii cum Kanti, daemones non esse personas, sed *ideale multitudine* autumant; quae narratur in N. T. de daemonicis omnia de epilepticis intelligenda praedicant. Hujus erroris incusat Origenes (5) medicos sui temporis, qui nullum esse spiritum immundum arbitantes, non illis, sed aliis materialibus causis similes effectus tribuebant. Alii demum vesano in Christum odio furentes, Satanam non malum esse, sed tanquam Deum colendum, publice blasphemant.

236. Est dogma fidei et prob. 1.^a Lateranense IV (6).

(1) Thes. XXVI, n. 208.—(2) 1. Q. 63, ar. 5.—(3) S. Isidorus Etymol. 1. 8, c. 11.—(4) Suarez, lib. VII, c. 1, n. 1, 2.—(5) Tric. 4, in Maith., Mign., t. III, op. Orig. p. 1266-7.—(6) cap. Firmiter.

«Diabolus et alii daemones a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali.» Concilium Bracaraense (ann. 560) can. 7. Jam praedefiniverat hanc veritatem, Waldensibus ab Innocentio III, profiteri indictum est: «Diabolum non per conditionem, sed per arbitrium malum esse factum credimus (1).»

2.^a In sacris Litteris casus regum Babylonis et Tyri casu Luciferi elucidantur (2). Isaias (3) de rege Babilonico: *Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer qui mane oriebaris?... qui dicebas in corde tuo: in caelum ascendam super astra Dei exaltabo, solum meum... similis ero Altissimo? Ezechiel (4) de principe Tyri audivit a Domino: Eo quod elevatum est cor tuum quasi cor Dei, idcirco ecce ego adducam super te alienos... Interficiet et detrahet te... Numquid dicas loqueris: Deus ego sum, coram interficientibus te... I et infra: In multitudinis negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate et peccasti; et ejeci te de monte Dei, et perdidisti te, o cherub protegens, de medio lapidum ignitorum. Et elevatum est cor tuum in dolore tuo. In libro Jobi (5): *Ece qui serebant ei non sunt stabiles et in Angelis suis reperit pravitatem.* Christus Jesus quaerentes eum interficere ita exprobrabat (6): *Vos es pater diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ubi initio, et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus.* Haec sufficiant, ne plura, in re aperta, cumulantur testimonia.*

3.^a Uno ore hanc veritatem Patres nos docuerunt, S. Leo M. (7): «Fides vera, quae est catholica... confitetur mali nullam esse naturam... Unde et diabolus bonus esset, si in eo, quod factus est, permaneret. Sed quia naturali excellentia male usus est, et in veritate non stetit (Joan. VIII, 44) non in contrarium transit substantiam, sed a summo bono, cui debuit adhaerere, descivit.» S. Augustinus (8): «Diabolus spiritus immundus est, et utique bonum quod spiritus, malum quod immundus; quoniam spiritus est natura, immundus est vitio; quorum duorum illud a Deo, hoc ab ipso.» S. Joann. Damas. (9): «Cum itaque ejusdem ac reliqui angeli naturae essent (daemones) electione propria mali facti sunt, suapte sponte a bono ad malum inflexi.»

237. 4.^a Certum est ex Sacra Scriptura et Patribus existere daemones seu Angelos malos. Atqui repugnat Deum Angelos creasse natura et voluntate malos (10). Ergo si non naturaliter, nec a Deo habent daemones voluntatem malam, propriae libertatis abusu seu peccato facti sunt mali.

(1) Prof. fidei pro Waldens.—(2) sup. n. 208.—(3) XIV, 12-14.—(4) XXVIII, 6, 9, 15, 16.—(5) IV, 18.—(6) Joan. VIII, 44.—(7) ad Turribium, c. 6.—(8) De nupt. et concup.—(9) De fid. 62, c. 4.—(10) Vol. 2, Disq. VI, Thes. VII, n. 36.

THESIS XXXII

Primum daemoniorum peccatum fuit superbiae. 238. Nota. Rebelles angelos superbia peccasse est sententia communis theologorum et certa, an vero superbia fuerit eorum primum peccatum, commississime docent affirmando theologi cum Angelico (1) contra Origenem et alios antiquos, qui censuerunt primum peccasse peccato luxuriae corporalis et contra Scotum Gabrielem volentes peccasse peccato luxuriae spiritualis, id est, inordinato sui amore amicitiae.

239. Prob. 1.^o Ex locis Isaiae et Ezechielis in probatione secunda praecedentis theses (n. 236) adductis: nam illud peccatum videtur fuisse primum angelorum, quod ut causa ruinae et motivum rebellionis proponitur. Atqui causa ruinae et rebellandi motivum fuit superbia: *similis ero Altissimo: Deus ego sum...* Ergo... Senior Tobias (2) monebat juniorem: *Superbiam nunquam in tuo sensu, nil in tuo verbo commolari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio*, Christus D. ut compereret suave gaudium: quod de subactis daemonibus captarunt discipuli (3) ait: *Fidebam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem* satis indicans, inde ruinam maximam Satanae incepisse quod superbiore et magnum se crederet. Probat etiam antiqui auctores ex illis verbis Dei ad Joabum (4): *Ipsa est rex super viticosos filios superbiae*. Vide dicta supra de Beemothz (n. 21. Obj. 2.^o). Potest vero hic locus diabolo accommodari cum alibi in Isaia XXVII, 1; Ps. 4. XXIII, 14; Leviathan, draco, tanquam symbolum inimicorum Dei exhibentur.

2.^o S. Athanasius (6): «Constat diabolum cecidisse propter superbiam.» S. Leo (5): «Inventor namque ille, auctorque peccati, primum superbus, ut caderet: deinde invidus, ut noceret.» S. Fulgentius (7): «Si initium peccati requiritur, nihil aliud nisi superbia invenitur. Dicit enim Scriptura: *initium omnis peccati... superbia* (Berli. X. 15.) Quae tunc initium sumpsit, cum angelus adversus Deum elatus est.»

240. 3.^o Probat Angelicus (8). «Secundum affectum vero illa solum peccata in malis angelis esse possunt ad quae contingit suffici spirituale naturam. Spiritualem enim naturam affecti non contingit nisi bona quae sunt propria corpori, sed ad ea quae in rebus spiritualibus inveniri possunt, nihil enim afficitur nisi ad id quod suae naturae potest esse quodam modo conveniens. In spiritualibus autem bonis non potest esse peccatum, dum aliquis

(1) i. Q. 63, ar. 2. — (2) IV, 14. — (3) Luc. X, 18. — (4) Job, XLI, 25. — (5) Q. 10 ad Astisch. — (6) Serm. 9. — (7) Lib. 1, ad Monim. — (8) i. Q. 63, ar. 2.

ad ea afficitur, nisi per hoc quod in tali affectu superioris regula non servatur; et hoc est peccatum superbiae, non subdi superiori in eo in quo debet. (Intellige ex appetitu boni et honoris indebiti, qui inobedientiae et rebellionis est causa). Unde peccatum primum Angeli non potest esse aliud quam superbia. Idem ex Scoti sententia eruitur; nam luxuria spiritualis, amor benevolentiae sui ipsius in Angelis, inordinatus tunc solum haberi potest, cum bona spiritualia modo indebito sibi appetunt. Sed amare sibi bona spiritualia modo indebito, peccatum est superbiae; cum talis amor originem ducat ab amore inordinato propriae excellentiae, quo superbia formaliter constituitur. Ergo.

241. Obj. 1.^o Lucifer, apud Ezechielem (1) erat ante peccatum *plenus scientia, perfectus decore... perfectus in elis, etc.* Sed pleni scientia, perfecti in viis, nequeunt peccare, nam isti errare non possunt, jam vero: *Errant qui operantur malam* (2): *Erravi sicut ovis quae perit* (3), nesciens qua pastorem inveniet; inde effatum: «omnis peccans, ignorans est.»

Resp. Duplex potest esse in mente ignorantia: una positiva, in actu positivo erroneo consistens; alia negativa consistens in carentia vel cognitionis alienius, quae si existisset peccatum impedisset, vel licet non sit simpliciter carentia cognitionis, saltem erit carentia majoris intensiois ejusdem cognitionis et vehementioris propositionis de illo bono. Communis valde sententia docet, non posse esse peccatum in voluntate nisi praecedente errore aliquo vel positivo vel negativo intellectus. Ita D. Thomas in hac quaestione (4) et alibi; idem Cajetanus, Ferrariensis, Vazquez, etc. (5). Verum quia defectus in intellectu potest esse varius, non omnes hujus sententiae auctores omnino conveniunt, et in plures ipsi, quas referre non vacat, scinduntur opiniones. Probabilis est igitur etiam sententia opposita Scoti, Molinae, Valentiae, Suarii, Arriagae aliorumque dicentium: non esse necessarium absolute, vel solum inconsiderationem peccatum praecedere: sufficit liberum arbitrium juxta illud Augustini (6): «Soepe quod agendum sit videmus, nec agimus. Praevolat intellectus et tarde sequitur, et aliquando non sequitur humanus atque infirmus affectus.» Re vera, cum voluntas, tunc sit libera, etiam in sententia D. Thomae ut probandum est disquis. III, cum positis omnibus praerequisitis ad operandum possit operari et non operari, sicut ad libere operandum v. g. ad actum amoris Dei eliciendum non requiritur defectus in intellectu.

(1) XXVIII, 12, 15. — (2) Proverb. XIV, 22. — (3) Ps. CXV II, 176. — (4) i. Q. 63, ar. 1, ad 4. — (5) Vid. Suarez, de angel. L VII, c. 4. — (6) Serm. 3 in Ps. CXVIII.

ita neque ad non operandum v. g. ad omittendum actum amoris Dei præceptum, quia prærequisita eadem sunt, sive pro operari, sive pro non operari libere.

Unicum quod ad omne peccatum debet antecedere est iudicium non re et intrinsecè, sed denominative et extrinsecè deficiens, quod occasio est a regula morum devianti. Non enim potest quis eligere malum, nisi iudicando aliud esse dignibile, sub aliquo ratione boni (v. g. fornicationem propter delectabilitatem); atque hoc iudicium moraliter imperfectum est quod ad peccandum allicit, quamvis in re non sit malum, sed potius perfectio intellectus, cum rei veritati concordet, et possit esse occasio meriti, si voluntas resistat, e contra ruinæ, si consentiat. His prælibatis, ad propositam difficultatem respondet:

1. Scotus, Valentia et alii, concedunt *major. Min.* rationem dist. ordinariæ et ut plurimum; conc. semper et necessario ut neque pro angelis malis fieri debeat exceptio; neg. Hanc exceptionem suadent verba Ezechielis, non cum rigore Iustitiæ Dei, qui nullum ex peccantibus angelis salvavit.

2.º D. Thomas, Suárezius, Arriaga et theologi communis, dist. *major.* Lucifer erat plenus scientia, quæ omnem etiam inconsiderationem excluderet; neg. quæ non excluderet; conced. Nam licet simpliciter non sit necessaria talis inconsideratio ad peccandum, moraliter tamen semper invenitur, neque est, in præsentia ratio sufficiens excusandi ab ea regula angelos; quia si habuissent tam intensam cognitionem peccatorum inferni, quam nunc habent, et serius considerasset, nihil gloriæ et excellentiæ peccato suo obtenturos, vix credibile est eos peccaturos esse.

242. Obj. 2.º Sacra Scriptura et Patres aliud a superbia assignant primum peccatum. Paterius ad Timotheum (1) ait: *Radix omnium malorum est cupiditas.* S. Cyprianus (2) et alii Patres dicunt invidiam.

Resp. Neg. assertum. Ad probationem ex sacra Scriptura explico sensum, *radix omnium malorum* in aliquo genere, inter homines et ut plurimum est cupiditas pecuniæ, de qua hic agit Apostolus; conc. *Nihil est iniquius quam amare pecuniam;* iubeat Sapiens (3) *hic enim et animam suam venalem habet.* In omni genere, subdistinguitur cupiditate generis pro quavis inordinata affectione ad bonum sibi indebitum vel inconveniens; conced. Sumpta specificè pro cupiditate divitiarum; neg. Ad Patres repono, vocant invidiam, quæ superbiam supponit; conced. quæ non supponat; neg. S. Augustinus (4): *Invidia sequitur superbiam; non præ-*

(1) 1. VI, 10. — (2) De *cat. d. h. n.* 3, 4. — (3) Eccli. XX, 10. — (4) De *Girnes.* ad litt. L, 11, c. 14.

cedit, non enim causa superbiendi est invidia, sed causa invidendi superbia est. Confer. D. Thomam (1).

SCHOLION I.

De objecto superbiæ angelicæ.

243. Ex Isaia c. XIV et Ezechiele c. XXVIII communiter docent auctores, Luciferi superbiam in eo sitam esse, quod voluerit esse sicut Deus. Major cum Scoto secundum æqualitatem naturæ. Reliqui omnes theologi et verius quidem per solam similitudinem. Nam cum sciret diabolus Deum æquare esse sibi impossibile, nec posse consistere cum perseverantia sui esse, non absolute et efficaciter, sed solum conditionate et inefficaciter, poterat illo affectu contra Deum superbire: affectus autem quo peccavit fuit absolutus et efficax, ut patet ex gravissima ejus summa et ex Scriptura (n. 236, 2.º) citatis: *concedendum; Deus ego sum.* et similia quæ affectum absolutum denotant.

Qua vero ratione divinam similitudinem appetiverit varie a variis explicatur Thomistæ plures cum S. Thoma (2) dicunt, inordinato affectu in suam perfectionem et naturalem beatitudinem respicisse beatitudinem supernaturalem, soli naturali contentum, gratiam Dei neglexisse et dominatum quasi absolutum in omnes creaturas ambiisse. Alii cum Catharino, Ricardo, Suario, Becano etc. addunt favente probabilius Sto. Bernardo (3) agente: *Peccatum Angeli fuisse invidiam Filii Dei.*

244. Superbiam diaboli fuisse sitam in eo, quod inordinate appetierit unionem hypostaticam, et venturo Deo-homini subjectionem recusaverit.

Probant: 1.º Superbia Luciferi exprimitur præcipue illis Scripturae verbis: *In caelum ascendam, super astra Dei exaltabo solum meum; similis ero Altissimo;* sed hæc verba sine ulla vi aut coactione, imo cum magna verborum proprietate accommodantur appetitioni Unionis Hypostaticæ; quæmodum enim nullus sine arrogantia et rapina prædicta verba cum proprietate proferre potuit, præter Christum: ita nullus affectus Luciferi melius per illa verba significatur, quam inordinatus appetitus dignitatis Christi per Unionem Hypostaticam. Confirmatur: Christus judæis vite suæ insidiantibus dixit (4): *Vox ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit.* Quid vero voluerunt judæi pericere nisi mortem Christi? ergo hoc ab initio desideravit diabolus, et ratione illius, jam ante quam Adam tentaret, dicitur fuisse homicida; doluit enim quod Christus constitueretur hæres universorum, et cupiens præcipue hæreditatem, illum odio prosequutus est. Inde profuit secundum assertum; nam si primum diaboli peccatum fuit desiderium simile desiderio judæorum occidendi Christum, sicut judæi nitentur

(1) 1, Q. 63, ar. 2. — (2) 1, Q. 63, ar. 3. — (3) Ser. 17 in cantic; Epist. 43. — (4) Ioan. VIII, 44.

supprimere dignitatem Christi: ita quoque Lucifer affectabat ejus suppressionem, ne supra se eerneret.

2.^o Christus Deus-Homo est Angelorum caput, eisque meruit gratiam et gloriam (1). Ergo verisimilimum est Angelis viatoribus revelasse Deum mysterium Incarnationis ut per gratiam et subjectionem in fide Christi salvarentur. Atqui hac admissa revelatione, pronum erat Luciferum sibi appetere illum Christi honorem ac subjectionem recusare, ubi praetermissam naturae suae dignitatem et electionem inferioris naturae humanae; ergo ita evenisse dicendum est.

245. Dices: simul ac novit Lucifer incarnationis mysterium, novit etiam ipsi de facto impossibilem esse Unionem Hypostaticam. Ergo non potuit eam sibi appetere.

Resp. Dist. *novit*, novit Unionem Hypostaticam ipsi esse impossibilem secundum hanc particularem suppositionem; conc. Secundum se, seu secundum omnem suppositionem; neg. Ideo doluit et rebellavit, quia potuisset eligi, sed non est electus ad supremam Unionis Hypostaticae gloriam.

SCHOLIUM II.

De communi peccato daemoniorum.

246. Luciferum primo peccasse, ejusque exemplo et suassione alios daemones ad peccatum induxisse, est Patrum certa sententia. Cyrillus Hierosolym. 2.^o in verba Lucae (c. X): *Videbam Salvatorem etc.* ait: «Iste cadens traxit ad ruinam multos.» Fundamentum sumitur ex Scriptura in qua saepe angeli mali sub uno eorum principe adversus sanctos Angelos et Deo electos pugnare exhibentur, imo unus tanquam rebellionis caput cum caeteris dambatur. Sed ordo est divinae justitiae: (3) ait Angelicus, ut cujus suggestioni aliquis consentit in culpa, ejus potestati subdatur in poena, secundum illud (4): *A quo quis superatus est, huic verus addictus est.* Ergo... Assertum primum habetur in Apocalypsi 5: *Michael et Angeli ejus praebatantur cum dracone, et draco pugnavit et angeli ejus.* Matthaei. 6: *Discedite a me maledicti, in ignem aeternum, qui parvulus est diabolus et angeli ejus.*

247. Ex dictis in Scholio I consequenter asseritur, alios a Luciferi daemones non sibi, sed eorum principi inordinate appetivisse Unionem Hypostaticam, ejusque exaltationem tanquam uniuscujusque propriam, et in singularum dignitatem redundantem rebellando intuentur. Sic facile intelligitur, Luciferum alios angelos ad peccandum traxisse sine erroris speculatione, nimium scilicet suam pulchritudinem et dignitatem naturae laudando, ad hoc ut caeteri cum ipso indigne ferrent naturae humanae aliquando subdi.

(1) Vol. II, Disquis. VII De Deo Incarnato Thes. LXXIII-LXXIV, nn. 297-298.—(2) *Catech.*, 2.—(3) D. Thom. 1. Q. 63 a. 8.—(4) 2. Petri. II, 19.—(5) XII, 7, 8.—(6) XXV, 41.

ARTICULUS II.

De poenis malorum angelorum.

248. Presemitendum. Per aliquam et equivalentem nostri temporis morulam viam Angelorum durasse supra nn. 210, 213; statimus. Eam praeterea exigunt verba Ezechielis *ambulasti perfectus in vis tuis a die conditionis tuae donec inuenta est iniquitas in te*, ubi *ambulasti a die et donec* indicant durationem plusquam instantaneam. Hoc tempore, daemones poenitentiam non egisse et «in ipsa sua aversione» invenisse «damnationis initium» ut ait S. Fulgentius (1) vel cum Damasceno (2): quod hominibus est mors, hoc angelis est lapsus est omnino certum. Sicut Deus hominem lapsum *convincit in Christo... ut ostenderet in saeculis supercentibus abundantes divitias gratiae suae* (3). *Ita angelis peccantibus non peperit, sed videntibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos* (4) ut poneret exemplum eorum, qui *impie acti sunt*. Severissimae hujus poenae, plures congruentias invenies apud Patres (5). Eleganter Goffridus (6) Ab. Vindocinensis (7) 1132: «Provida namque, et rationabili Dei dispensatione actum est, ut cujus gradus fuerat altior ejus casus fieret sgravior, et qui nullo alio nisi se ipso, suadente vel decipiente, nec carnem portabat humanam, de qua forsitan licet injuste, materium peccandi posset contrahere, sed sola iniquitate superbiae, suae perditionis factor fuit, et alterius culpae, dum in illo superbia cepit initium, ejus careret fine supplicium, nec nulla deinceps ratione ei liceret habere spem veniae, qui inventor, existit, et manet auctor tantae nequitiiae.»

An durante via poterant daemones poenitere. Scotus cum suis, Gabriel, Salmeron, Suarez et alii probabiliter affirmant; sed probabiliter negant S. Thomas cum suis, Bonaventura, Aegidius, Molina et alii communiter. Ratio est quod licet probabiliter non sint absolute et physice imo nec moraliter inconvertibiles, ut supra dictum est (7), cum tamen in tanta peccantium multitudine nullas ad Dominum conversus sit, verius videtur Deum eis denegasse gratiam sufficientem ad poenitentium sicut oportebat ad salutem.

(1) De fide ad Petrum.—(2) Lib. 2, de Fide, c. 4.—(3) Ad. Ephes. II, 6, 7.—(4) 2. Petri. II, 4.—(5) Vid. Petav. De angel. l. 3, n. 18.—(6) Ser. 1.^o de vtil. Dominii.—(7) Schol. IV, n. 126.

THESIS XXVIII.

Daemones post brevem viam moram ad inferni poenas aeternaliter damnati sunt.

249. Nota. Infernum esse, in eoque detentos poenis aeternis damni et sensus seu ignis corporei torqueri, in Disquis. VI de Novissimis tamquam in proprio loco dicitur. Nunc solum statimus factum damnationis aeternae daemondiorum ad illas poenas subeundas. Post antiquos originistas; socinianos et forte armenos, negant hodie aeternitatem poenarum spiritistae praesertim, quia Deo ajunt, summe boni infinita vindicta repugnat, igne adhuc non terri daemones, sed reservari usque in diem iudicii extremi vetus est opinio plurium Patrum antiquorum, Justini, Irenaei, Epiphani, etc., communiter a theologis post Florentinum rejecta.

250. Prob. 1.^a Synodus V. generalis adversus Origenem, can. 12, can. 16: «Si quis dixerit, quod vita mentium eodem erit eum priore, quando nondum descenderant, aut deciderant, ut principium sit idem cum fine, et finis mensura principii sit; anathema, sit. Lateranense IV.» cap Firmiter, «omnes (homines) resurgenti, ut recipiant secundum opera sua sive bona fuerint sive mala; illi cum diabolo poenam perpetuam, et isti cum Christo gloriam sempiternam.» Florentinum in decreto fidei, animas hominum in mortali peccato decedentes amox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas definit. Ergo et de daemionibus idem asserendum est, cum non minoris, sed majoris poenae digni sint, et nulla disparitatis ratio possit designari.

2.^a Ex Scriptura vide in praemittendo (n. 248) testimonium S. Petri; ei consonat S. Judas (epist. v. 6) scribens: *angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magis diei, vinculis aeternis sub caligine reservavit.* Sed qui post peccatum detrusi sunt in infernum cruciandi, qui vinculis aeternis sub caligine reservantur ad extremum iudicii diem, quo publica damnationis perpetuae sententia a Christo D. feriantur, iam sunt aeternaliter post suum peccatum ad inferni poenas damnati. Ergo mali angeli, viam tempore elapso damnati sunt, etc. Confirmat, ex S. Matthaeo (1): *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus. Et ibunt (nulli) in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam.* Etiam ex S. Lucae (2): *Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem.* Et alibi (3): *Mortuus est autem dives et se-*

(1) XXV, 41, 46.—(2) X, 18.—(3) XVI, 22.

pilius est in inferno. Ex quibus didicimus daemones in aeternum ad poenas inferni addictos esse et Deum statim post mortem, via finita, emeritas poenas infligere damnatis.

2.^a S. Cyprianus (1): «Ante hoc temporale initium (i. e. mundi creationem) ipse in principio ante hominis conditionem supervenientis diaboli ruinam vidit (Christus—Dei) et affectatae dominationis ambitionem, dejectionis ejus fuisse causam.» S. Augustinus (2): «Quis enim catholicus vel doctus vel inductus non vehementer exhorreat, cum haereticis dicere: «diabolum atque angelos ejus, quamvis post longissima tempora purgatos... regno Dei lucine restituit?» S. Fulgentius (3): «Iniqui semper arsurus cum diabolo.»

251. Ratione probatur analogica: Angeli sancti postquam meritum consummarunt, beata Dei visione in caelo donati sunt; ergo etiam mali post suum demeritum in infernum detrusi sunt. Quod non tantum fuerint visione Dei privati, sed etiam igne torquentur probat Saarius (4): «daemones statim ac peccarunt fuerunt damnati, et puniti poena damni perpetua; ergo simul fuerunt puniti poena sensus essentiali, quae secundum ordinem justitiae peccato debetur propter conversionem ad bonum commutabile; sed illa poena est aeque aeterna ac poena damni, ergo aeque inamissibilis est, continua et invariabilis.» Item «negari non potest, quin daemones existentes in inferno illam poenam patiantur; ergo etiam qui in aere versantur, illam pati debent, quia non debent esse melioris conditionis propter injustitiae aequalitatem.»

SCHOLIUM.

De loco poenali daemondium.

252. Locum poenalem daemondium esse infernum ex dictis iam patet, aliquid tamen eorum in aere ad hominum exereitationem Deo permittente versantur. Apostolus (5) ait: *Et eos... aliquando ambulantes... secundum principum potestatis aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiae, et infra quantum non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum horum, contra episcopalia nequitiarum, in coelestibus.* Patres communiter idem tradiderunt, S. Hieronymus (6): Haec omnium doctorum opinio est, quod aër iste qui coelum et terram medius dividens, inane appellatur, plenus est contrariis fortitudinibus.» Quotidie Ecclesia ex praescripto Leonis XIII orat: «Tuque, (S. Michael) Prin-

(1) Serm. de jejun. et tentat. Christi.—(2) De haeres. c. 43.—(3) De fid. ad Petrum.—(4) De angel. l. 8, c. 16, n. 33.—(5) Ephes. II, 2; VI, 12.—(6) In epist. ad Ephes.

«ceps militiae coelestis, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude.»

253. Suarez (1) cum S. Bonaventura, Richardo, et aliis ut probabilis docet; nullos daemones, nec perpetuo esse in inferno, nec perpetuo in hoc aëre, sed quasi per vices mutare locum juxta Luciferi praescriptum.

254. Dicit; si aliqui daemones sunt in hoc aëre non torquentur igne, juxta illud Matthaei (2) a daemonibus prolatum ut Christum arcerent; *venisti ante tempus torquere nos*, nec non verba Petri (3), quibus mali spiritus reservantur cruciandi in diem judicii. Ergo.

Resp. Propter hanc rationem Patres n. 249 citati (4) docuerunt, daemones non subituros ignis poenam nisi post judicium extremum, attamen eorum sententia minime continetur in prolatis Scripturae verbis. S. Matthaeus, non dicit daemones, non torqueri igne, sed ad summum implicite significat, quod ante judicium extremum daemonibus deturdi in infernum, ubi nocere hominibus non possunt, est illis, homini gloriam invidentibus, poena accidentalitas. Item S. Petrus, cum dicat, daemones jam esse traditos igni cruciandos, satis monet, illud reservari quod sequitur non ad ignem in die judicii, sed ad solum judicii diem in quo finalis et solennis omnium reproborum condemnatio habebitur referri, Patres igitur contrarium sentientes, nunc fide magis declarata relinquendi sunt.

THESIS XXXIV.

Daemonum voluntas adeo est in malo obstinata, ut neque veram poenitentiam de peccato commisso, nec ullum opus moraliter bonum elicere valeat.

255. Nota. Praeter exclusionem a gloria et tormentum ignis debent sustinere daemones, sicut omnes damnati cecitatem mentis et voluntatis obstinationem. Caecitas mentis a carentia omnis lucis supernaturalis constituitur, non per caritatem naturalis, quae speculative (5) saltem mansit integra. «Reprobos spiritus, ait S. Bernardus (6), destitutos esse participatione gratiae supernaturalis non tamen vivacitate industriae naturalis.» Voluntatis in malo obstinatio duplex est; una circa malum commissum, qua pravum erga illud affectum mutare non potest; altera circa malum futurum, qua non potest nisi male operari. Hanc adaequatam obstinationem asserimus de angelis damnatis. Prima pars si intelligitur de poenitentia solutari (7) est omnino certa et juxta

(1) De ang. lib. 8, c. 17. — (2) VIII, 19. — (3) 2. Petr. II, 4. — (4) Vid. A. I. p. id. in 2.º Petr. II, 4. — (5) Vid. n. 241. — (6) Epist. 77. — (7) Vid. Thea. XXXIII.

Suarium (1) veritas catholica: si vero de poenitentia quaecumque naturali est communis, Ultima pars est etiam communis et vera.

256. 1.ª Pars, non veram poenitentiam de peccato commisso, prob. 1.º Damnatis in aeternum, quibus impossibilis est beatitudo, non datur gratia ulla supernaturalis, quae ordinem dicit ad beatitudinem. Ergo daemonibus in aeternum damnatis, non dabitur gratia supernaturalis ad poenitendum, ac proinde non poterunt vere prout ad salutem oportet poenitere.

2.º Ex secunda parte constabit daemones bonum moraliter agere non posse. Ergo nec fructuosam poenitentiam.

3.º Sicut se habet voluntas beatorum ad bonum, ita voluntas damnatorum ad malum debet se habere. Sed beati a bona voluntate deficere non possunt. Ergo nec damnati a sua mala voluntate desistere.

257. II.ª Pars, nec ullum opus moraliter bonum, prob. 1.º S. Fulgentius (2); «Praevicariatores angeli nec malo possunt voluntate carere, nec poena, sed permanente in eis injustae aversionis malo, permanent etiam, justae retributionis aeterna damnatio.» Rationem dat: «Sicut beati nullas in se malae voluntatis reliquias habebunt, sic damnati nullam bonam habere poterunt voluntatem.» Innocentius III (3) ait: «Voluntas damnati licet amiserit potestatis effectum, semper habebit malignitatis affectum.»

2.º Cum Suario (4), si damnatus posset actum facere omni ex parte moraliter bonum, posset velle honestum opus facere, quia honestum est rectae rationi conforme. Sed damnatus nunquam potest ita operari; ergo nec actum moraliter bonum facere. Min. prob. a) veluti a priori, quia daemon semper habet suam voluntatem aversam a Deo et quasi formaliter adhaerentem pravo fini suo, cui repugnat intentio honesti, quia honestum est, b) a posteriori ab incommotis, quia consequenter etiam posset daemon odio habere peccatum suum, quatenus contra rationem est. Item posset aliquid propter Deum facere, ut velle servare aliquid praeceptum, vel etiam posset laudare Deum, aut aliquomodo amare quia bonus est. Sed absurdum est haec et similia in damnatis admittere, cum in Psalmo (VI, 6) dicatur: *Non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* et in Proverbis (XVIII, 3): *Impius cum in profundum venerit... contemnit.*

(1) L. 7, c. 7, n. 3, de Angel. — (2) De fid. ad Petr. c. 3. — (3) l. 3, de contemp. mundi. — (4) L. 7, c. 8, n. 7, De Angel.

SCHOLIUM.

De causa obstinationis.

258. In definienda obstinationis causa, theologi multum laborant (1). Alii eam reponunt in privatione cognitionis congruae. Vazquez; alii in privatione auxilii et negatione concursus ad bonum. Paludanus, Marsilius; alii causam positivam constituent in habitu ita inclinato ad male operandum, ut voluntas ei resistere non possit; alii in actu quodam a quo voluntas cessare non possit et eum quo actus moraliter bonus esse non possit, hunc actum dicunt esse odium Dei; alii, et est communis thomistarum opinio, in ipsa indole voluntatis daemoneum, quae naturaliter necessario et immobiliter electione semel facta, in aversione a Deo et conversione ad malum persistit. Hanc sententiam exposuimus supra n. 127; in contraria sententia probabilis et plurium, communius dicitur:

Obstinationis causam repetendam esse ex statu miserimo daemoneum tum interno, cum externo, in quo iuxta Dei iudicio inveniuntur, et ex quo, non quidem physica, sed moralis, mali agendi necessitas oritur.

259. Ita Toletus (2), Suarius (3), Platelli, etc. Dico ex miserimo damnatorum angelorum statu non oriri physicam peccandi necessitatem, quia vires eorum naturales integre manserunt post peccatum, cum Deus nihil ex naturalibus propter peccatum eis subtraxerit. Atqui ante peccatum, physicam et naturalem non peccandi habebant potestatem. Ergo et eandem potestatem adhuc retinent. Aliud dicendum de morali necessitate, nam: 1.° illam saltem erigunt verba S. Fulgentii et Innocentii III, n. 257 relata. S. Gregorius (4) in verba Job (X, 22): *ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*, ait: «Sanctus vir quanta sit confusio in damnatorum mente subiungit, quia ipsa quoque supplicia, quae per justitiam veniunt, ordinata procul dubio in corde damnatorum non sunt. Nam damnatus quisque, dum foris flamma succenditur, intus caecitatis igne devoratur, atque in dolore positus intus exteriusque confunditur, et infra corde in supplicio non erit, quia in eorum morte (in vise termino) atrocius ipsa confusio mentis saevit.» ubi omnem damnatorum inordinationem et confusionem ex poenali eorum status apprehensione oriri docet.

2.° Morali peccandi necessitas miserimum damnatorum statum subsequitur, ut ut nihil boni agere possint. Ergo alia physica non est adstruenda, sicut nec moralis in eorum statu non fundata. *Antec.* prob. Damnati in miserimo suo statu jugiter se vehementissime apprehendunt poenarum aternitatem, se a Deo vindice in perpetuum itali divinarum auxiliorum subtractione derelictos.

(1) Vid. Suar., lib. 7, de Angel, cc. 9-11.—(2) in 1, Q. 64, ar. 2.—(3) l. 7, de Ang. c. 11.—(4) Moral., l. 9, c. 33, al. 28.

quare Deum tantorum malorum auctorem sibi inimicissimum esse cognoscunt et experiuntur. Sed hac jugi consideratione et experientia acti damnati, impossibile est moraliter eos diligere Deum, imo et non odisse ac cessare a perversa voluntate ei in omnibus displicendi. Ergo moralis peccandi necessitas, etc.

260. Objic. 1.° Dives ille, qui sepultus est in inferno (1) rogabat Abraham ut mitteret Lazaram ad fratres suos *ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum*. Ergo non omnis bonus affectus exulatur a corde damnatorum.

Resp. 1.° Maldonatus (in. h. l.) cum aliis conc. *antec.* neg. *conseq.* nam pars historiae Lazari et divitis, in qua hic exhibetur sollicitus pro salute fratrum, non est realis, sed parabolica a Christo addita ut ostenderet majorem et certiorum esse Scripturae auctoritatem, quam revelationem cujusvis a morte resurgentis. Est probabilis solutio, sed communis.

Resp. 2.° Explico sensum, *ne et ipsi veniant...* intendens eorum salutem; neg. *ne crescant suae poenae*, conc. Orat. non pro fratrum salute, qua non tangitur reprobis, sed pro se, ne tormenta ipsis ex consorcio fratrum, quibus prava exempla reliquerat auferantur. Ita Beda (in h. l.) Gregorius (homil. 40, in Evang.).

261. Obj. 2.° Si daemones, sola necessitate morali male operantur; libere agunt et peccant; ergo semper argumentum poenae merentur et semper acerbius puniuntur, contra Scripturae assertum: *Si occiderit lignum ad austrum... ibi erit* (2).

Resp. 1.° Plurimi, conc. *antec.* neg. *conseq.* quia ad merendum poenae augmentum non sufficit peccare, sed requiritur ulterius esse in statu viae; nam mereri aut demereri sunt proprietates viatorum, non eorum, qui jam sunt in termino, divina ordinatione constituto, ad beatitudinem perpetuam merendam vel amittendam.

Resp. 2.° cum P. Toletus (3) dist. *antec.* Libere agunt, quantum non physice coguntur, ad peccandum, concedi. Libere agunt moraliter; neg. vel subd. libertate sufficienti ad imputationem peccati; nego, non sufficienti; conc. Audias ipsum Toletum: «Adverte, quod damnatus est in consideratione actuali omnium horum; et boni aeterni quo se privavit, sui cuius se incapax peccando fecit; et horribilis poenae, quam patitur; et peccatorum propter quae patitur, et Dei infligentis poenam. Quomodo ista resini vehementia, impellunt et cogunt intellectum ad actualem considerationem, et appetitum eisdem ad actus suos... sicut homo, qui donum aliquod magnum sua negligentia amisit, vix potest cogitationem ab eo avertere; *monachumque appetitum necessario sicut via motibus primo primis*. Rursus cum illa semper durent, et cogitatio semper durat; et hoc pertinet ad aeternitatem poenae; cessaret enim tunc labor, cum inconsideratio esset. Ex hac consideratione sequitur desperatio in voluntate, et ex hac, continua impatientia; nam patientia, vel minima, esset levamen poenae; et rursus sequitur intestinum Dei odium, in quibus semper perseverant ob praedictam causam objecti vehementissimi et Dei desertis. Adverte

(1) Luc. XVI, 28.—(2) Eccles. XI, 3.—(3) in 1, Q. 64, ar. 2.

quod quum sic habeant considerationem affixam et appetitum aversum a Deo, quidquid aliud cogitant, in illud ordinatur. Unde dicit, ut omnes eorum actus vitientur et fiant mali, vel quia malo sine faciunt, vel mala circumstantia... Unde etiam bona ipsa non bene faciendo in malos actus convertuntur.

ARTICULUS III.

De ministeriis malorum angelorum.

THESIS XLIV.

Præcipuum daemonum ministerium est homines tentare, peccandi tamen necessitatem non inducunt.

262. Nota. I. «Tentare, ait D. Thomas (1), est proprie experimentum sumere de aliquo. Experimentum autem sumitur de aliquo ut sciatur aliquid circa ipsum; et ideo proximus finis ejuslibet tentantis est scientia. Sed quandoque ex scientia quaeritur aliquis alius finis vel bonus, vel malus.» Si finis est bonus, habetur tentatio probationis, quia fit ad experiendum, vel manifestandum quid in homine sit, vel lateat, ad virtutem ejus probandam patefacendamque. *Quia acceptus eras Deo*, dicebat S. Raphael Tobiae (2); *necece facti ut tentatio probaret te*. Si finis est malus tentatio dicitur seductionis, quia tendit ad inducendum hominem in peccatum. De hoc tentationum genere proprie est sermo in thesi, quamvis praefertendum non sit, unam eandemque tentationem posse respectu diversorum utramque rationem induere, ut tentatio Job, quae fuit probationis respectu Dei, et seductionis respectu diaboli. Ad rem S. Ambrosius (3): «Alius Deus tentat, aliter diabolus. Diabolus tentat ut subriat; Deus tentat ut coronet.»

II. Tentatio passiva est motivum aliquod humanum menti occurrens; a bono quod facere debemus avertens; vel incentivum aliquod voluntatis, quo ad sciendum malum inducimur. Hinc licet tentatio quae inclinat ad peccatum grave, dici possit gravis; sicut levis, quae ad leve; melius tamen, juxta Suarezium (4): «tentatio levis» dicitur, quae vel ex parte intellectus parvam vel inefficacem, habet suasionem; vel ex parte appetitus debilem inclinationem, vel... quae ad momentum seu brevissimo tempore durat, quamvis aliqui intensâ seu vehemens videatur, gravis autem dicitur quae «pertinaciter susudet multo tempore, constanter ac moleste, poteritque hoc titulo gravis censerî, etiamsi pro singulis temporibus non

(1) 1. Q. 114, ar. 2, b. — (2) Tob. XII, 13. — (3) Lib. 1, Abrah. c. 8. — (4) De grat. l. 1, c. 23, n. 2.

esset admodum vehemens, dummodo aut sumisio sit per se magna, aut eum passione aliqua et inclinatione sit conjuncta.»

III. Tentationum modi varii sunt; communiter ad tria genera reducuntur, quae a tribus animae inimicis proveniunt, carne, mundo et daemone. Tentatio carnis est veluti ab intrinseco et quasi connaturalis; nascitur enim ex complexione et appetitu hominis, mediis sensibilibus et imaginabilibus objectis, quae vitare non possumus. Aliae tentationes mundi et daemonis sunt extrinsecae, primae juxta naturam, nam proveniunt ex consortio aliorum hominum per mala consilia vel prava exempla; alterae praeter naturam, quia bellum cum daemonibus non est mere naturale, sed ex altiori providentiâ, aut permissione divina introductum.

IV. In daemone tentatore, duplex est discriminanda potestas; altera physica ei connaturalis, qua potest hominibus immittere pravas cogitationes, vel interius phantasmata immutando, vel exterius objecta sensibilia incitantia ad malum offerendo, vel etiam aliquando exterius sub diversis figuris apparendo vel loquendo; altera quasi moralis, qua Deus ob justissimos fines in probatione declarandos, non intente quidem, sed permissive tantum se habens, sinit daemones homines tentare, ad malum provocare. Haec potestas moralis, non se extendit quantum physica, «nam si tantum posset nocere diabolus quantum vult, non aliquis justorum «removeret,» arguebat S. Augustinus (1).

263. I. Pars, est fide certa, Prob. 1.^a In sacris Scripturis, daemon respectu hominum, solam exhibetur ut auctor eorum ruinae, quam insidiosè, constanter, avidissimeque omni tempore procurat. Ergo præcipuum daemonis ministerium, etc. *Antec. prob. Joann.* (2). *Jesus judaeis dicebat: Vos ex patre diaboli estis... ille homicida erat ab initio.* Paulus ad Corinthios (3): *Timeo autem se sicut serpens Hebraeorum sedavit ostium sua, ita corrumpantur sensus vestri.* Et infra (4) hortatur fideles ne mirentur esse pseudo-apostolos, quia: *ipse enim Satanâs transfiguratur se in angelum lucis.* Apud Matthaeum (5) quasi ontomastice diabolus tentator, dicitur: *et accedens tentator, etc.* Compendio, diaboli officium describit S. Petrus (6): *Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quaerens quem devoret, cui resistite fortes in fide.*

2.^a Patres tam frequenter hanc veritatem tradiderunt ut inutile videatur eorum testimonia referre; pauca tamen ex gr. delibabimus. Tertullianus (7): «Operatio daemonum est hominum ever-sio.» S. Cyprianus (8): «Sex millia hominum jam plene com-

(1) In Pa. LXI. — (2) VIII, 44. — (3) 2. XI, 3. — (4) Ibid. v. 14. — (5) IV, 3. — (6) 1. V, 8, 9. — (7) Apolog. c. 22. — (8) Eshort. ad Martyr. Praefat.

plentur, ex quo diabolus homines impugnat. Omnia genera tentandi, et artes, atque insidias deijcendi usu ipso vetustatis edidicisti, si imparatum invenerit militem Christi, si non sollicitum, ac toto corde vigilantem, circumvenit nescium, fallit incautum, deicipit imperitum.» S. Augustinus ait «universum genus humanum diaboli insidiis sine cessatione tentari [1].»

264. 3.^a Ratio proprie est divina voluntas, quae hunc rerum ordinem in quo homines a diabolo tentantur liberrime, absque ullius injuria sapienter elegit. Hoc ut probent Patres, plures congerunt rationes, praecipuas afferit P. Suarius [2], quas brevitati consulentes summam indicabimus. Ex parte Dei—*a*) ut excellentia divinae gratiae, qua fortissimos hostes prosternimus, illustrior feret.—*b*) ut ipsius gratiae virtus ad homines post lapsum reparandos clarior eluceret. «Magis ad potentissimam bonitatem suam pertinere judicavit, ex malis majora bona facere, quam nulla mala esse permittere.» Objebat doctor gratiae Augustinus [3].—*c*) ut pateret magnam gratiae donum, una cum misericordia et aequitate Dei. Magnitudo donum, dum alii gratia Dei adjuti tentationi resistentes, alii eadem consentientes, certum esset illos gratia Dei stetitisse, hos non oblata, a Deo uberiori gratia, justa permissione cecidisse. *Te autem fide stas*, redarguebat Paulus Romanos [4], *noli altum sapere, sed time, Si enim Deus naturalibus nominis t. e. Judaeis, non pepercit, ne forte hoc tibi t. e. gentilibus non credenti pareat*. Misericordia, quia Interdum praeventit ne tentemur, saepe moderatur tentationem, ne superemur. *Fidelis autem Deus est, qui non potestur vos tentari supra id quod potestis* [5]. Aequitas, quia omnibus, etiam finaliter perituris, dat gratiam sufficientem ad libere resistendum tentationibus. «In nobis est, dicit Bernardus [6], si vinci volumus, et nemo nostrum in hoc certamine deijcitur invitus.» Ex parte hominis:—*d*) quia est juxta Augustinum [7], epulma gloriosior non consensisse tentatum, quam non potuisse tentari.—*e*) ut homines continentur in humilitate et timore, saepeque imbecillitatis cognitione. *Itaque quibus existimat stare, videat ne cadat, monebat Apostolus* [8].—*f*) ut necessitatem divinae gratiae practice agnoscerent. *Recordatus est Petrus, temere propriae virtuti in horto confidens, verbi Jesu quod dixerat: Prius quam gallus caulet ter me negabis. Et cyprius, foras flexit amuro* [9].—*g*) ut ad orandum cum humilitate excitaremur, *et de nos inducat in tentationem* [10]. Ex parte diaboli:—*h*) ut dia-

(1) Genes. ad litt. L. 12, c. 6.—(2) De angel. L. 3, c. 18, nu. 19-25.—(3) Eucher. c. 100.—(4) Rom. XI, 20, 21.—(5) 1. Corinth. X, 12.—(6) Serm. 3, Quadrages.—(7) Genes. ad litt. Lib. 11, c. 6.—(8) 1. Corinth. X, 12.—(9) Matthae. XXVI, 74.—(10) Matthae. VI, 13.

bolus, qui primum hominem gratia ornatum perdidit, vinceretur ab homine lapsa, gratia Christi roborato, ac totus confunderetur. *Apparuit Filius Dei ut dissolveret opera diaboli* [1]. *Resistite autem diabolo et fugiet a vobis* [2].

265. II.^a Pars. Nota. I. Daemon cum tentat non ligat, vel omnino impedit usum rationis; id experientia testatur et praeterea quamvis absoluta sua potentia v. g. cerebrum perturbando, possit id facere; a Deo, qui ordinem universi invertere [n. 184] ei non permittit, ordinario cohibetur. Adde, usu rationis ablato, impossibile esse peccare ac proinde nulla vel non nisi impropria esset tentatio.

II. Dicimus peccandi necessitatem, inevitabilem peccandi determinationem, quoties arbitrium, advertente ratione ad bonum vel malum, operatur. Itaque haec peccandi necessitas fert secum duo, et potestatem peccandi et impotentiam abstinenti a peccato. Nam si una cum potestate peccandi adesset potestas non peccandi, abesset omnino peccandi necessitas. Quare huius necessitati opponitur non peccandi potestas. Potestas non peccandi alia est antecedens, quae continet vires sufficientes ad non peccandum, licet ob ingentem non peccandi difficultatem non sit destituta a peccato. Alia consequens, quae non solum viribus ad non peccandum sufficientibus praedita est, sed talibus quibus ornatus homo interdum recedit vel recedat a peccato. Priori potestati opponitur impotentia et necessitas physica peccandi; posteriori vero solum potentia et necessitas moralia in ingente difficultate moraliter insuperabili consistens.

III. Antiqui quidam haeretici dixerunt, daemones sola sua virtute sine nobis, posse in nobis causare peccatum; quod, quantum sit absurdum patet, cum sine libertate neque subsistat peccatum. Bajus et sui voluerunt; naturam humanam post lapsum, incurrisse omnimodam necessitatem peccandi, qua non possit seclusa gratia Dei, nisi peccare, necessitate omnino antecedente, potestati physicae non peccandi, prorsus opposita. Unde consequenter vocaverunt fures et latrones eos qui docent: tentationi ulli, sine gratiae ipsius (Christi) adjutorio, resistere hominem posse, sic ut in eam non inducatur aut ab ea non superetur.» Propos. 29 et 30, damnatae a Pio V et Gregorio XIII. in Bulla. «Provisionis nostrae.»

266. Prob. 1.^a Vitam et mortem oblinere aeternam, reliquit Deus hominum voluntati. Atqui independenter ab eorum voluntate condemnarentur, si daemones tentationes physicas et inevitabiles peccandi necessitatem inferret. Ergo... *Maj*, est expressa in sacr. Litteris [3]: *Deus ab initio constituit hominem reliquit in manu con-*

(1) S. Joann. III, 8.—(2) Jacob. IV, 7.—(3) Eccli. XV, 14, 18.

sitii sui. Ante hominem vita et mors. bonum et malum, quod placuerit ei dabitur illi. Quod si hoc in Lege Veteri verum erat, a fortiori in Lege Nova tenendum postquam Christus: *alligaverit forlem* (1). i. e. diabolum et apparuerit ut *dissolveret opera ejus*. (supra n. 264 h.). Ideo, saepe hortantur fideles in sacr. Scriptura, ut cum fiducia diabolo resistant; recteque libere utantur arbitrio: *Fidelis est Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis; sed faciet etiam cum temptatione provehantur ut possitis sustinere*. Huc conferunt verba SS. Pauli, Petri et Jacobi (n. 263, 264 h.) antea relata.

2.° Tertullianus (2); *Ita diaboli opus vnum est tentare quod in te est an valis*. S. Joan. n. Damas (3); *Suggerere quidem homini permisi sunt (diaboli), cogere autem aliquem non possunt. In nostra enim potestate est non admittere suggestionem*. Notissima denique sunt verba S. Augustini (4); *Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem; non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit*.

267. 3.° Angelus naturaliter ac proinde daemon nequit immutare physice hominis voluntatem. Ergo cum perturbare hominis rationem non permittatur (5), non nisi moraliter seu suadendo poterit hominis voluntatem in peccatum inducere. Antec. a) est certum et probatur a D. Thoma (6); *Operatio voluntatis est inclinatio quaedam volentis in volitum. Hanc autem inclinationem solus ille immutare potest qui virtutem volendi creaturae contulit, sicut et naturalem inclinationem solum illud agens potest mutare quod potest dare virtutem, quam consequitur inclinatio naturalis. Solus namque Deus est qui potentiam volendi tribuit creaturae, quia ipse solus est auctor intellectualis naturae. Unde Angelus voluntatem alterius movere non potest*. Hujus argumenti minorem confirmat Suarez (7) quia: *sicut motus naturalis ut naturalis, est actus solum ab intrinseco naturae impetu, vel ab eo qui dedit naturam; ita motus voluntatis actus, et ex parte causae efficientis solum est ab ipsa voluntate, et ab ejus auctore in suo genere, praesertim cum motus voluntatis sit vitalis, qui nequit esse omnino ab extrinseco motore*.—b) Angelus non potest naturaliter formas substantiales transmutare, nec qualitates materiales per se producere (8). Ergo nec poterit efficere actus intellectus et voluntatis alterius, qui magis intrinsece a spiritali suo subiecto pendent. Confirm. Potentiae intellectus et voluntatis tum Angelis, cum hominibus a Deo datae sunt, ut per ipsas unusquisque eorum per

semetipsum; non per alios intelligat aut velit. Ergo extra sphaeram activitatis Angelorum est vel partialiter causare in alio intellectus et voluntatis actum.

268. Obj. 1.° *Non est aequa conditio pugnae, ut infirmus contra fortem, ignarus contra astutum exponatur ad bellum. Sed homines sunt infirmi et ignari, daemones autem potentes et astuti. Non est ergo permittendum a Deo, qui est omnis justitiae auctor, ut homines a daemonibus impingantur*.

Resp. *Ad hoc quod non sit inaequalis pugnae conditio, fit ex parte hominis recompensatio principaliter quidem per auxilium gratiae divinae, secundario autem per custodiam Angelorum. Unde (1) Elisaeus dixit ad ministrum suum: Noli timere: plures enim nobiscum sunt quam cum illis (2). Et aperuit Dominus oculos pueri, et vidit: et ecce mons plenus equorum, et currum igneorum, (i. e. Angelorum) in circuitu Elisaei*.

Obj. 2.° *Tentare est ignorantis. Sed daemones sciunt quid circa homines agatur. Ergo daemones non tentant*.

Resp. *Quod daemones sciunt ea quae exterius aguntur circa homines; sed interiorum hominis conditionem solus Deus novit, qui est spirituum ponderator; ex qua aliqui sunt magis prout ad unum vitium quam ad aliud. Et ideo diabolus tentat explorando interiorum conditionem hominis, ut de illo vitio tentet ad quod homo magis pronus est (3).*

269. Obj. 3.° S. Cyprianus (4) tenet, diabolum non posse in lege gratiae hominem jam baptizatum tentare. S. Anselmus (5) ait, affirmantes tentationes esse a diabolo et non a concupiscentia, coarguendos esse Christi verbis: *De corde exierunt cogitationes malae, etc.* (6).

Resp. Ex dictis in prima parte (7) constare, S. Cyprianum impugnationem daemonum etiam pro fidelibus baptizatis admittere; quare in loco objecto, non absolute, sed respective loquitur, i. e. in baptizatos non tantum saevire daemones, quantum in infideles, praesertim quoad corporum obsessiones. S. Anselmus facile explicatur, solum vult volitiones et cogitationes malas, quia tales, a voluntate quae dat consensum fieri, non autem negat daemones suggestionem.

Nota. Possent, objectionibus annumerari, quaedam S. Augustini sententiae, quibus vindicant necessitatem gratiae Christi ut homo a potestate et tyrannide diaboli eruat: sed quoniam de gratia ad vincendas tentationes necessarii alibi agendum est, solum noto

(1) Matt. XII, 29.—(2) Exhort. ad castit. init.—(3) L. 2, de fide, c. 4.—(4) Serm. de tempor. 197.—(5) Supr. n. 265, not. I.—(6) 1, QQ. 106, et 113, ar. 2.—(7) De angel. I. 6, c. 16, n. 26.—(8) n. 178-81.

(1) 4, Reg. VI, 16, 17.—(2) D. Thoma, 1, Q. 114, ar. 1.—(3) Ibid. ar. 2.—(4) Epist. 77, al. 76.—(5) In Matthae, c. XV.—(6) Matthae, XV, 19.—(7) n. 265, 2.°

S. Augustinum disserrere, non de libertate naturali physice saltem sufficiente ad non cedendum tentationi, sed de libertate salutari et conferente in vitam aeternam, quam pelagiani solis naturae viribus haberi posse contendebant.

SCHOLION I.

Utrum omnes tentationes ex actione diaboli procedant.

270. Si de possibili sumitur interrogatio, erroneum esset negare in homine potestatem peccandi absque tentatione daemonis, homo per se potest libere eligere, et bene eligere, et male eligere si velit, etiamsi ab alio non tentetur, nec indicatur. Imo quamvis necessaria supponatur aliqua praecedens tentatio, non opus est daemone tentatore, docente Joanne (1): *omne quod est in mundo, concupiscentiae carnis est, et concupiscentiae oculorum, et superbia vitae*, quae satis per se homines ad malum excitare possunt.

271. Si quid accidit de facto, respondendum est, duae sunt probabiles et oppositae opiniones: prima docet omnes tentationes esse a daemone, et favent nonnullae Scripturae et Patrum loquutiones (2); secunda, cui non minus ahaerebat D. Thomas (4): sicut eum aliquod agens causans aliquam dispositionem ad aliquem effectum, dicitur esse occasionaliter et indirecte causa illius effectus... hoc modo dicendum est, quod diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum, quia instigavit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato consequuta est in toto genere humano quaedam pronitas ad omnia peccata... Directe autem dicitur esse aliquod causa aliqua quod operatur directe ad illud; et hoc modo diabolus non est causa omnis peccati.

Suaris (1. c.) propositis utriusque sententiae momentis, eas nititur conciliare dicens; non esse necessarium actionem vel causalitatem daemoneis ut homines tententur sufficerent et peccent; et nihilominus non esse incredibile daemoneis ex superabundanti malitia et sollicitudine sua ad omnes tentationes omniaque peccata hominum aliquo modo propinquo concurrere, adjuvando, urgendo tentationem, quod intendunt auctores prioris sententiae, et satis indicant verba S. Petri: *adversarius vester diabolus*, etc.

SCHOLION II.

An singuli hominum habeant designatum daemoneis tentatorem.

272. Verisimile est et communiter receptum a scholasticis post Magistrum sententiarum (5); unumquemque hominum proprium habere daemoneis impugnatores, sicut habet Angelum custodem.

(1) 1.º II, 16.—(2) Suar., de Aug., l. 8, c. 19, nn. 14-16.—(3) Ibid., nn. 18, 19.—(4) I, 114, ar. 3.—(5) 2.º Dist. 6 et 11.

1.º Quia aliqui ex Patribus ita tradiderunt, Origenes, homil. 35 in Lucam et lib. 3, Periarch. c. 2, Gregorius Nyssen (1): *»Oculior quaedam traditio et verus sermo ad nos usque descendit, Angelorum aliquem in adminiculum cuique constitutum fuisse; naturaeque nostrae corruptorem, in omnibus contra animantem, pravum aliquem atque maleficum daemoneis ad male vivendum homines impellentem, ad singulos destinare.»*

2.º Id ipsum videtur confirmari ex illo Apostoli (2): *Datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanae...* et S. Petri: *Adversarius vester*, etc.

3.º Idem ratione suadet, nam Lucifer aemulatur divinitatem, et cum Deo super salutem hominum continuum bellum gerit. Ergo sicut Deus singulis hominibus, singulos Angelos custodes designavit, ita etiam daemoneis, si potest, singulis hominibus singulos deputabit impugnatores. Quod vero possit ambigendum non est: cum neque deest militum i. e. daemoneis sufficiens copia saltem pro singulis hominibus hic et nunc viventibus; neque permissio Dei, cum eadem sit ratio pro hac permissione speciali ac pro generali impugnandi homines, quam omnes sapienter esse concessam fatentur.

SCHOLION III.

De subordinacione et distributione tentationum daemoneis.

273. Magister sententiarum (3) et D. Thomas (4) cum scholasticis agnoscunt in daemoneis proportionatam, gradibus hierarchiae a qua excederunt, subordinacionem, qua se Lucifero Principi voluntarie submiserunt. Id fecerunt daemones odio acti in humanum genus, non secus ac latrones simul furantes astutiores inter eos principatum sustinent. De huiusmodi subordinacione fit mentio apud S. Matthaem (5): *Et si Satanas Satanae regnum cuncti, adversus se dicitur est; quomodo ergo stabili regnum cuncti?* Et apud S. Paulum (6). De hac daemoneis subordinacione loquuti sunt etiam sancti Patres. S. Hieronymus ait: *Sicut Ecclesiae et omnis viri Christus est caput, ita cunctorum daemoneis qui in saeculo debacchantur, caput est Beelzebub princeps daemoneis.* Non est igitur negandum, inter daemones quemdam esse subordinacionis ordinem per suos gradus constitutum.

THESIS XXVII.

Daemones hominum corpora aliquando obsiderent, certum est.

274. Nota. I. Non uno solum modo, tentando scilicet, homines vexat diabolus, sed etiam duplici alio per obsessionem nempe et magiam. Obsessio generatim sumpta est potestas daemoneis infe-

(1) De vit. Moysi, aut. med.—(2) 2.º Corinth., XII, 8.—(3) 2.º D. 6.—(4) 1.º Q. 109.—(5) XII, 26.—(6) Ephes., VI, 12.—(7) In Habac., c. 3.

rendi hominibus documenta tam negativa impediendo usum facultatum sensibilium, tum positiva dolores causando, vehementer ad malum impellendo, etc. Triplex est obsessionis gradus; *circumsessio* quando corpus hominis non invadit, forinsecus tamen impugnat, gravibusque tentationibus exagitat, quemadmodum patientissimus Job. S. Antonius alique sancti probati fuerunt. *Obsessio* stricto sumpta cum jam corpus invadit et illo pro aliquibus actionibus tanquam proprio utitur, membra, sensus perturbans, insolitas praebens vires, etc., quod si daemon ita corpus occupat ut penitus vel fere non relinquat actioni liberae humanae locum, habebitur tertius gradus seu *possessio*. Hos gradus, praesertim secundum et tertium, recentiores sequentes, sub uno obsessionis vocabulo comprehendimus, nam ut recte notavit Estius (1). «Scriptura neutrum habet vocabulum (obsessum, possessum). Patres autem utrobique indifferenter utuntur. Iidem vocantur etiam graeco vocabulo *energumeni* quasi *inoperati*, id est ab inoperata spiritu, acti.»

II. Concedendum est, non omnia, quae de energumenis passim circumferuntur, indiscriminatim admittenda esse, monente Ecclesia (2). Exorcistam: «ne facile credat aliquem a daemone obsessum esse, sed nota habeat ea signa, quibus obsessus dignoscitur ab illa, qui atra bile vel morbo aliquo laborant. Signa autem obsidentis daemones sunt, ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere; distantia et occulta patefacere, vires supra aetatis seu conditionis naturam ostendere et id genus alia, quae saepe plura occurrunt, majora sunt indicia...» Ex opposito omnia negare procedit juxta D. Thomam (3): «ex radice infidelitatis, quia non credunt esse daemones nisi in aestimatione vulgi stantur.» Protestantes recentiores, multoque magis hodierni rationalistae et materialistae, negant veram dari obsessionem, quibus haec in re morem gessit inter catholicos Jann (4) statuens, daemones sphaerae Scripturae non nisi aegrotos melancholia, epilepsia, amentia aliove morbo affectos fuisse. Quam erronea sit hujusmodi opinatio, probationes patefacient.

275. Prob. 1.^a Ex professione Ecclesiae in conciliis antiquissimis. *Eliberitanum*, ann. 395, c. 29, statuit: «Energumenum, qui ab eremitico spiritu exagritur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendum ut sua manu in Ecclesia ministret.» *Antiochenum*, ann. 341, can. 10: «constituatur a (Chorepiscopi) lectores, hypodiaconos, exorcistas...» Sed constitutio exorcistarum supponit daemones aliquando posse, vel de

(1) In 2, D. 3, § 11. — (2) Rit. Rom. tit. de exorcis. — (3) 4. D. 34, q. 1, ar. 3. — (4) *Archaeolog. bibl.* 6, § 194.

facto dari. Ergo... *Toletanum* XI, ann. 675, can. 13, de Sacerdotibus ait: «bene quidem majorum regulis definitum est, ut adaemoniis, aliisque passionibus irretitis, mysteria sacra tractare non liceat.» Ad vicina tempora devenientes concil. Tridentinum. (1) docuit: «ab ipso Ecclesiae initio sequentium ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistae... in usu fuisse cognoscuntur...» Hanc tandem Ecclesiae veritatem confirmant libri rituales in quibus exorcismi ad pellendos daemones continentur.

2.^o Sacrae Scripturae testimonia tot sunt, tam clara, aliumque sensum excludentia, ut vix capiatur quomodo vir catholicus ausus fuerit aliter interpretari. Marcus (2): *Et curavit multos, qui vexabantur curis languentibus et daemonia multa eiciebat, et non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. Et ante (3): Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, et exclamavit, dicens: Quid nobis et tibi, Jesu Nazarene, venisti perdere nos? scio qui sis. Sanctus Dei. Et comminatus est ei dicens: Obmutescet et exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, et exclamans voce magna, exiit ab eo. Matthaeus (4): *Daemones rogabant eum, dicientes: si ejectionis nos hinc mille nos in gregem porcorum. Et ait illis ille. At illi exeuntes abierunt in porcos... Actus (5) apostolici narrat: Factum est autem, cantibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythoneum obviare nobis... Dolens autem Paulus et conversus spiritui dicit: Praecipio tibi in nomine Jesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora, etc. Plura adhuc sunt testimonia, sed ex allatis jam satis constat, a non idem esse infirmitate aliquo laborare, et a daemone vexari; aperte enim sacri scriptores daemones ab aegria secerunt, potestatem ejectionis daemones a virtute sanandi distinguunt, b) agi de reallibus et intelligentibus spiritibus, qui interrogantur et respondent, eis praecipitur et compelluntur obedire; ingrediuntur et ejectionitur. Atqui haec dici metaphorice de morbis non modo absurdum est, sed etiam ridiculum. Ergo veros esse daemones ex sacra Scriptura tenendum est.**

276. 3.^o Luculenter hanc veritatem antiquissimis Patrum ostendunt. S. Justinus (6): «plurimos esse, dixit, daemones agitato in toto orbe, et in urbe multos ex christianis, cum per nomen Christi sub Pontio Pilato erefixi adjugarent, ab illis adjuratoribus, incantatoribus ac veneficis non sanatos, sanavisse; atque etiamnum sanare, fractis et ejectionis daemones homines detinentibus.» S. Irenaeus (7): Tertullianus (8). S. Cyprianus ad Demetrium (9): «O si audire eos velles (dae-

(1) Ses. XXIII, c. 11. — (2) L. 34. — (3) Ibid. 23-26. — (4) VIII, 31. — (5) XVI, 16, 18. — (6) *Apolog.* 2, n. 6. — (7) *Adver. haeres.* l. 2, c. 32, n. 4. — (8) *Apolog.* c. 25. — (9) l. c. 15.

mones) et videre, quando a nobis adjurantur et torquentur spiritalibus flammis, et verberum tormentis de obsessis corporibus rejiciuntur... S. Joan. Chrysostom (1). «Quid igitur, ait, si invocet aliquis nomen latronis, vel alterius cujusvis crucifixi, daemon ne forte timebit et fugiet? Nequaquam, quin imo ridebit. «Si vero Jesum addideris nazarenum, velut ab igne repente diffugiet. S. Hieronymus. Vigilantium reliquiarum cultum tridentem ita impetit (2). «Spiritus iste immundus, qui haec te cogit scribere, sepe hoc vilissimo tortus est pulvere immo hodie torquetur, etiam in te plagas dissimulat in ceteris conficitur. Nisi forte, in morem gentilium impiorumque Porphirit et Eunomii, has praestigias daemorum esse confugas, et non vere clamare daemones et sua simulare tormenta. Do consilium: ingrediere basilicas martyrum, et aliquando purgaberis, invenies ibi multos socios tuos, nequaquam ceteris martyrum, qui sibi displicent, sed flammis invisibilibus combureris et tunc fateberis quod nunc negas.»

277. 4.^a Ratio propria, divina est voluntas, quae sicut sapienter et sancte propter justissimos fines tentationes ut vidimus permittit, ita et has daemorum infestationes evenire aliquando sinit. sive, ait S. Bonaventura (3), ad gloriae suae ostensionem, sive ad peccati punitionem, sive ad peccatis correctionem, sive ad nostram credulionem.»

278. Obj. 1.^a Aperte Christus D. (4) de tempore legis evangelice pronuntiavit: *nunc judicium est mundi; nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*. Ergo nulla remanet diabolo in homines potestas.

Resp. Explicis *ante*, *ejicietur foras* absolute; neg. relative i. e. minuetur ejus potestas, non ei permittetur sicut antea nocere hominibus; *conr.* Hunc esse sensum, ex aliis verbis Jesu Christi, suae Ecclesiae potestatem (Matth. X. 1) ejiciendi daemones concedentis, satis clucet. Item declarat eventus, nam ante Christi mortem, diabolus sub suo dominio et principatu fere universum mundum exercendo idolorum cultu detinebat; a tam lugenda et misera servitute Christus sua morte mundum eripuit, ut post breve tempus Paulus de evangelica doctrina scriberet Romanis (5): *In omnem terram exiit sonus eorum*.

279. Obj. 2.^a Juxta Evangelistarum narrationem, in daemoneis, qui plus diabolo obsideri videbantur et dicebantur. Marc. IX. 15; Matthae. VIII. 28; nullum occurrit indicium, quod medici non animadvertant in melancholicis epilepticis, furiosis et amentibus. Ergo non re erant daemonei, sed vulgi falsa opinione cui se Christus prudenti oeconomia attemperavit.

(1) Hom. 4. de Laud. S. Pauli. — (2) Contr. Vigilantium, n. 10. — (3) 2. D. 8, p. 3, ar. 1. — (4) 1. cor. XII, 31. — (5) X. 18.

Resp. Neg. *ante*, vel dist. Si una vel altera tantum facti circumstantia consideretur; trans, si omnes et simul; neg. Certe actiones quaedam v. g. se in terra volutare, ex ore spumam emittere, fremere, viatores impetere etc. etiam in laborantibus epilepsi, atrabill, amentia etc. conspici possunt, sed non eodem modo; ideo Ecclesia ne detur illusioni locus jubet, ut notavimus, caute procedere. An apud Marcum (1. c.), si solum de morbo naturaliter contracto esset sermo, Jesus spiritum imundum comminatus esset eique praecepisset exire, docuisset Apostolos (1): *Hoc genus (daemoniorum) in nullo potest exire, nisi in oratione et jejunio?* An apud Matthaeum, ut ex loco parallelo Marci (2) constat, naturale erat neminem posse daemonicam catenis ligare, *quoniam saepe compedibus et catenis vinculus dirupisset catenas, et compedes comminisset, et nemo poterat eum domare?* Nemo qui veritati credat Scripturarum audebit affirmare, nisi eas prout libuerit exponat, vel contingat.

Nego etiam *conseq.* primam partem, nam praeterquam quod nihil impedit daemorem, Deo permittente, causare morbum naturalem; adhuc restat pro catholico inductibile Christi D. testimonium, quo clarius edicere non poterat homines illos a daemone vexari. Ideo multo magis secundam nego partem, Christi D. veritati injuriosam et contrariam; non enim vulgari opinioni tantum se accommodasset, sed illam tamquam veram confirmasset; quod de Christo, qui veritas est aeterna, lux mundi, quique passim errores et vitia pharisaeorum, cum insequentium, redarguebat, exprobrabat, asserere, est et absurdum et impium.

SCHOLION I.

An solum per angelos malos Deus homines puniat.

280. Poenae hujus vitae, quaedam ex pura Dei justitia vindictiva proveniunt, et simpliciter poenae vel supplicia dici possunt; aliae vero sunt poenae medicinales, quas misericorditer immittit Deus ad homines corrigendos, probandos, perficiendosque. Priores, quia ministerium inferendi poenae a iudice reis decretas, solet per vilissimas personas exerceri, ordinarie per angelos malos infinguntur, ut tradunt S. Augustinus Lib. 5, *conr. Julianum* c. 3, et S. Hieronymus in *Isoiam*, c. 13.

Dixi ordinarie, quia nonnunquam etiam per Angelos bonos Deus punit peccatores; nam juxta veteres expositiones, saeculi erant Angel missi ad subvertendam Sodomam, et sanctus erit Angelus, qui extendit manum super Jerusalem, cum Deus propter peccatum Davidis afflixit civitatem.

(1) Marc. IX, 27. — (2) V, 3, 4.
THEROL.—TOM. IV.—P. I.

Et contra poenae medicinales cum sint opus misericordiae, praesertim si de justo vel praedestinato agatur, credibile est eas ordinarie infligi ad Angelis custodiendis, quibus tanquam paedagogis animae hominum sunt commendatae.

SCHOLION II.

De Magia.

281. Magia in genere defini potest, professio aliquorum hominum, qui mira et inscita communem reliquorum hominum expectationem superantia patrare solent. Si haec mira ideo operantur quia ipsi cognoscunt usum virium naturalium aliis ignotarum, vel quia notis artificiosae utuntur, magia respective dicitur naturalis vel artificialis. Si vero illa faciunt vi pacti expliciti vel impliciti cum diabolo habetur magia nigra, quae striete appellatur *magia*, voce ut plurimum in malam partem sumpta. Pactum implicitum tunc adest, cum sine invocatione daemonis, aliquis serio agens per meliorem partem et de se inutili, certo sperat effectum mirum consequitur. Quod si sperat cognoscere futura hominibus naturaliter impervia est *divinatio*, si vero aliquid insolitum supra vires naturae corporales efficere est magia strictiori sensu accepta. Nos sumimus in sensu stricto cum non sit formalis differentia inter divinacionem et magiam strictiorem, divinatio enim unum est inter plura factum mirum. Varios divinandi modos vide apud A.A. Theologiae moralis.

282. Magiam nigram proprie dari nonnulli catholicorum vehementer inficiati sunt (1), immo aliqui ipsam negarunt possibilitatem. A factis magicis, quae ab historiographis, narrantur, levi negotio se expediunt, omnia tribuunt ignorantiae scientiarum naturalium, vel nequitiae perditorum hominum, vel phantasie illusionibus, vel ignaviae populorum credulitati a qua nec sapientes pique viri poterunt se subtrahere. Quantum haec sententia arri-serit incredulis, qui ex patre diabolo suat, non est ponderandum. Profecto, praesertim in hac re, antiquum factum examinatur, potius incredulum quam credulum esse: est de ipsa quaestione propositum recte Perrone (2) aut sententiam affirmantem, spectatis ipsis fundamentis, certam videri ita ut absque aliqua temeritate nota eam in dubium revocare nefas sit. Suaric (3) tam certa est communis sententia, ut sine errore in fide negari non possit, nam satis expresse habetur in Scriptura.

283. Communis sententiae fundamenta sunt: a) Ex sacris Scripturis certum est magos existere et puniendos esse. Exodus (4) nobis praebet mirandas Aegypti plagas, quarum aliquas imitati sunt sapientes et malefici per incantaciones aegyptiacas et arcanos

quaedam. Sa ul responsum non accipiens a Domino, quaevisit (1); mulierem habentem pythonem. In Actibus apostolorum (2) gentes de Simone mago dicebant: *Hic est virtus Dei, quae vacat magna*. Paulus (3) obviam habuit puellam... habentem spiritum pythonem... quae quaestum magnum praebat dominis suis divinando. Hujusmodi generis homines non consulere sed punire praecipit Deus in Levitico (4); Deuteronom. XIX, 10 14. Jam vero magorum opera non modo diabolica seu mala, sed a diabolo specialiter cooperante facta esse, ipsa testatur Sacra Scriptura. *Negabite* quidem quia in ea haec omnia falsa esse et mera hominum praestigia nullibi docetur; quemadmodum si vera esset adversariorum sententia, docuissent, immo debuissent docere, Moyses et Prophetas, Christus summa veritas ejusque legati Apostoli, ne plebs christiana in re tanti momenti misere erraret.— Quid vero Prophetas? Quid Christus? Quid Apostoli? Per libros Regum (5) scimus pseudo-prophetas decepsisse Ahab regem, quia illis daemon mendacium suggillavit. *Egredietur, dixit spiritus nequam Domino, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et dixit Dominus: decipies et praevalebis, egredere et fac ita*. Christus D. (6) monet: *Surgent... pseudochristi, et pseudoprophetas, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi*. Num Deus infundet ignotam scientiam, insolitis praebit vires, ut homines ad peccandum sollicitentur? Clarissime tandem Paulus dolens (7) propter puellam habentem spiritum pythonem... spiritui dicit: *Præcipio tibi in nomine Jesu Christi exiri ab ea. Et exiit eadem hora*. Non solum igitur negative, sed etiam positive docemur magorum incantationibus daemones interesse.

b) Eadem assertio traditione catholica firmatur. Concil. Ancyranum (ann. 314) cap. 23, n. 24. «Qui divinacionis expetunt, et morem gentilium subsequuntur, vel in domos suas hujusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquenni jaceant, etc.» Concil. Roman. sub Gregorio I, can. 12. «Si quis arctos, aruspices, vel incantatores observaverit, aut phylacteris usus fuerit, anathema sit.» S. Cyprianus (8): «Nequissimi spiritus afflatu suo vatium spectora inspirant... et falluntur et fallunt.» et in alio libro (9) ipsi attribuit: «Qui magicis artibus utuntur, tacite Christianum abnegant, dum cum daemonibus habent foedus.» Tertulianus (10): «Magi ad sua opera habent daemonum sibi assistentem potentiam.» S. Augustinus (11): «Omnes igitur artes hujusmodi, vel nigratoriae, vel noxae superstitionis, ex quodam pestifera societate hominum et daemonum, quasi pacta infidelis et dolosae amicitiae constituta, penitus sunt repudianda et fugienda christiano.» Alia concilia, alios Patres et summos Pontifices magiam ut a diabolo inventam, tacite vel expresse damnantes, invenies in Jure Canonico.

(1) 1, Reg. XXVIII, 7.—(2) VIII, 8-11.—(3) XVI, 16.—(4) XX, 27; XIX, 31.—(5) III, Reg. XXII, 19-25.—(6) Mattheae. XXIV, 24.—(7) Act. XVI, 18.—(8) De idol. vanit.—(9) De dupl. marty. n. 12.—(10) Apolog. c. 25.—(11) L. 2, de doct. christian. c. 23.

(1) Bergier. Lexic. theolog. Jansens Hermeneut. sacre n. 65.—(2) De Deo creatore. p. 1, c. 5, n. 112.—(3) De Relig. trac. 3, L. 2, c. 14, n. 7.—(4) cc. VII, VIII.

co. Decr. c. XXVI. q. 1-5. Suorum prædecessorum vestigia prosequuti sunt Innocentius VIII. an. 1484. Gregorius XV et ante eum Sixtus V. qui constitutione «Coeli et terrae creator» eos reprobat, qui «sortilegis et superstitionibus non sine »daemone saltem occulta societate aut tacita pactione operam »dare non verentur.» Bari ergo facta magica opè daemone patrata, in dubium revocari nequit.

c) Exod. ec. VII. VIII. magi quaedam Moysis vera miracula ita *similiter* imitati sunt, ut fere saltem ab otempisset, immo si secernerentur, aliter Pharaó Moysen non contempsisset, immo si aliqua arte naturali illud fecissent non dissimulasset Moyses, fraudem detegisset. Opera, ergo, illa supra vires fuisse humanas, dicendum est, sicut et sunt, incognita hominibus prædicere, aliaque hujus generis, quae a magis fieri veridicè historiae narrent. Atqui haec opera, daemone additenda sunt, cum nec Deus, nec angeli sancti eorum auctores esse possint; nihil enim in eis est, quod Deum et sanctos deceat, nihil quod pietatem promoveat; nec aliunde animabus damnatis tribuere fas sit, tum quia probabiliter non plus possunt extra, quam intra corpus; tum quia in infernum de trusae nullum habeant cum hoc mundo commercium. Hæstat ergo ut dicamus magicorum operum auctorem esse diabolum.

284. Obj. Si daemones possent cum magis pacisci de effectu aliquo miro certe præstando; a) supponeretur in eis fidelitatis virtus, b) agnosceretur, eos quodam potiri rerum dominio, ad ipsum naturae ordinem subvertendum.

Resp. Neg. utramque rationem seu sequelam; primam, quia non amore virtutis sunt promissis, nec semper ea adimplent. Sunt: «potestates aëreæ, ait Augustinus (1), superbae atque fallaces et si aliquando vera dicunt, mira faciunt, id agunt ut: »fideles Dei si »possent, ad sua falsa traderent.» Secundam pariter jam supra (2) rejecimus, cum demonstravimus acquire daemones ordinem naturae subvertere, non enim quantum possunt eis permittitur agere, sed indigent pro singulis casibus dispensatione permissiva Dei, qui per Filium suum (3) fortem seu daemone strictius alligavit in Nova Lege.

285. Dubium. Effectus, quos magi opè daemone faciunt possunt esse reales aut apparentes tantum, hinc quaeritur quomodo fiant, an realiter, an apparenter tantum, perturbante daemone hominum phantasiam?

Patres de plagis Aegypti disserentes non unius sententiae; affirmant alii veras, ranae, vere sanguineam aquam protulisse; magos; negantibus alii, ut Justinus Tertullianus Gregor. Nyssenus aliique, qui meram sensuum illusionem fuisse autumant, sic tamen ut peculiarem diaboli interventum minime cum modernis excludant. Sit in exemplum S. Justinus (4): «Quae »ab incantatoribus (aegyptiacis) facta sunt, opera daemoneum facta »sunt, qui spectantium oculis eas praestigias offuderunt, ut qui serpens non esset, eum viderent quasi serpentem.» Apposite. Exi-

(1) De Trinit. L. 4. c. 25.—(2) n. 184. 3.^a—(3) Matthae. XII. 29.—(4) Resp. ad. orthodoxos, q. 26.

mius (1) de magicis operibus aegyptiorum notat, esse: «considerandum, non esse de fide res illas, quae exterius fiebant vel »apparebant, revera fuisse tales quales apparebant; esse tamen de »fide, tales apparuisse et visas esse... Et hoc satis est ut dicamus »necessario ibi intervenisse operationem daemone... quia non potest »homo tanta velocitate applicare corpora, ut illae res vel imagines »rerum fiant; nam etiam tales imagines fieri non possunt sine »magna rerum mutatione tam subita, ut humanam industriam »superent.»

His elucidatis ad questionem in genere propositam, melior est inter duas extremas responsiones, media communis doctorum, quam Suarius (2) dicit veram, scilicet, effectus magicos non semper esse veros, nec semper falsos, sed interdum uno modo, interdum alio fieri a diabolo. Haec fuit jam Augustini (3) sententia, eamque tradit Angelicus (4) dicens «quandoque magos vera mira efficere, non semper. Haec denuo rationabilis sententia est, quae magis rerum eventu comprobatur; nam licet constet aliquando hujusmodi effectus, in sola phantasia extitisse, non minori certitudine etiam comprobatur est, aliquando reales fuisse, ita ut de ipsa sagarum translatione dicat Abulensis (5) non posse sine impudentia negari, cum mille testes occurrant, qui harum rerum consci sunt. Tannerus (6) de eadem re affirmat: «variis aliorum (a sagis) experimentis et oculari inspectione, »quibus fides sine temeritate denegari non potest.» constare. S. Augustinus tandem (7) postquam duo facta magica, unum reale, alterum phantasticum narraverit, subiungit: «Haec ad »nos non quibuscumque, qualibus credere putarem indignum, »sed eis referentibus pervenerunt, quos nobis non existimarem »fuisse mentitos.»

286. Obj. Cap. Episc. 5. caus. 26. ubi opera magica illusiones esse phantasiae definitur videtur. En verba: «Quapropter Sacerdotes »per ecclesias sibi commissas, populo Dei omni instantia praedicare debent, ut noverint, haec omnia falsa esse, et non a divino, sed a maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. »Siquidem ipse Satanas... transformatur se in diversas species personarum, atque similitudines; et mentem, quam captivam tenet in »sonantibus detundens... per devia quaeque deducit, et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore »eventu opinatur.»

Resp. Aliqui cum Delrio (8) hunc canonem nullius esse auctoritatis contendunt; sed admissa cum pluribus et communi sententia (9) ejus authentica; dist. Decernit opera magica esse phantastica tantum, plerumque et pro circumstantiis casus de quo agebatur; conc. semper et pro omnibus; neg. Sermo ibi erit de quibusdam

(1) De Relig. tr. 3. L. 2. c. 14. n. 7.—(2) De Relig. tr. 3. L. 2. c. 16. n. 11.—(3) De Trinit. L. 3. c. 7. et seqq.—(4) 1.^a P. Q. 114. ar. 4.—(5) In c. IV. Matthae. c. 47.—(6) D. 5. de Angel. Q. 5. dub. 3. n. 9.—(7) De civit. L. 18. c. 18.—(8) L. 5. Disq. mag. sec. 6 et 16.—(9) Suar. De Relig. tr. 3. L. 2. c. 16. n. 26.

maliereulis profitentibus se nocturnis horis, «cum Diana dea paganorum, vel cum Herodide et innumera multitudo mulierum, sequitur super quasdam bestias, et multarum terrarum spatia instempestae noctis silentio pertransire, ejusque jussionibus obedire, sicut domine; et certis noctibus ad ejus servitium evocari.» Jam vero cum Dianae inservire, cumque Herodiade esse etiam ope daemones impossibile sit, hinc canon decernit haec nonnisi phantasiae illusionibus contingere posse; de ipso vero realis translationis facto, vel possibilitate praescindit, nec affirmans, nec negans (1).

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

SCHOLIUM III.

De Magnetismo Hypnotismo et Spiritismo.

§ I.

Quae sint illorum phaenomena.

287. **Magnetismus** seu Mesmerismus ortum duxit ab A. Mesmer medico Vindobonensi, qui an. 1773, se invenire putavit in animantibus singulare fluidum magneticum, quod voluntatis nutu alteri communicatum, mira polleret ad morbos curandos virtute. Initio, hoc fluidum patienti ingerebatur ope alicujus instrumenti, postea notatum est, solos magnetizantis tactus, vel intuitus sufficere; imo satis esse, si patientes jam pluries fuerint magnetizati, eis dicere dormi, volo ut dormias; et quod magis mirandum, neque imperio externo opus esse, sed solo interno ad magnetizandos sive absentes, sive praesentes. Eadem facilitate, qua status magneticus excitatur dissolvitur; et vel uno verbo, aut solo intuitu, soliusque voluntatis nutu avigilare cogatur magnetizatus.

Magnetismi effectus duplices sunt gradus. In priore: 1.^o Excitantur convulsiones, 2.^o inducitur paralysis, rigiditas membrorum, 3.^o sensibilitas patiens voluntate agentis augetur vel minuitur, 4.^o immittitur somnus et catalepsis adeo profunda ut patiens fiat prorsus insensibilis ac reddatur pro agentis voluntate immobilis. In posteriore, qui est somnambulismi status seu ulterior somni magnetici gradus de vigilla et somno participans, effectus pro nutu agentis sunt: 1.^o Experiri rerum, quae praesentes non sunt sensationes v. g. aviculae cantum, floris odorem, depictae tabulae pulchritudinem, etc. 2.^o Clare intueri etiam oculis clausis, quae sunt v. g. in sereno observato, vel multum distantia, 3.^o Sensus transferri v. g. visum ad occiput, auditum ad pedes, etc. 4.^o Etiam rudes litteras nescientes, legere; acquirere scientias praesertim medicam, qua de interno organismo, morborum natura deque remediis applicandis apte judicant. 5.^o Communicare cum

(1) Vid. Tann, de Ang. Disq. V, q. 5; dub. 3.

personis absentibus, earumque affectiones tum physicas, tum morales, oblati personae absentis circinno vel quavis alia re agnoscere. 6.^o Divinare futura contingentia, extases pati in quibus inter harmonicos concentus videntur sancti et defunctorum animae apparere. Evigilatus tandem patiens, nullum in memoria vestigium eorum retinet, quae sub magnetismi influxu dixit aut egit (1).

288. **Hypnotismus** a medico anglo Jacobo Braïd (2) primo exercitus, nomen trahit ab ὕπνος; somnus, estque ars inducendi ejusmodi somni statum in quo patiens ad suggestiones inducentes plura et mira sentit ac operatur. Media praecipua hujusmodi somni generandi sunt; obtutus fixus patientis in corpus lucidum; auditio strepitus v. g. magni tympani (bombo), intuitus immobilis agentis in oculos patientis cum imperio dormi, volo ut dormias; sola intuitio cum compressione pollicis vel brachialium, etc. Sicut ad immittendum hunc somnum levis sufficit causa, ita etiam ad expellendum satis erit v. g. frontis perfricatio, suavis hypnotizantis ex ore flatus.

Medici (3) tres in eo distinguunt gradus. Primus est lethargi, secundus cataleptico, postremus somnambulismi. In lethargo omnes sensus sopiuntur, membra sunt inactiva, si patientis brachium v. g. sublevarur, iterum sibi relictum cadit. In catalepsi totaliter aut partim sensibilitas cum motu amittitur; membrorum rigiditas est virgae ferreae inflexibilitati similis, si brachium ejus erigitur, erectum; si extenditur, extensum manet. Hunc gradum subsequitur somnambulismus, cum patiens veluti propria destitutus persona, merum hypnotizantis instrumentum efficitur ad modum, aut receptus auctor (4), quo unus tibicen fistula alterius luderet. Hi gradus non necessario nec regulariter sibi succedunt, quare nota praecipua status hypnotici est suggestionibus agentis obedire.

Consistit suggestio in impulsu hypnotizantis patientem etiam reluctantem obligante ad id sentiendum efficiendumque, quod ipse hypnotizans vult. Ratione modi est interna vel externa, ratione executionis, hypnotica vel post-hypnotica: Externa cum impulsus datur tradendo patienti, aliquod instrumentum, inflectendo ejus membra, solum verba pronuntiando; v. g. das ei umbellam, imaginatur plucere inflectis ejus manus in modum precantis, orat; claudis unam manum, irascitur, pugno ferri contendit; si extendis ad modum salutantis, saluta; dexteram aperis, sinistram claudis, una manu adstantibus gratulatur, altera eos pugno contudere minatur (5), dicis ei bibe, manu vas tenes (quamvis non habeat) plenum vino, melle, cathartico quodam, etc., et effectus vini, mellis, cathartici, etc., persentit. Suggestio est interna si impulsus, solo intus concepto voluntatis imperio, datur. Hanc suggestionem dari nonnulli inficiati sunt, sed eam pluries evenire, post experimenta medicorum, tum clare et perspicue in casibus omnis suspicionis fraude alienis constat, ut negare temerarium sit (6). Inter

(1) Perrone, De relig. et vitis opp. nn. 410-439. — (2) Neurologia. London, 1843. — (3) Picher, La grande Hysterie. — (4) Boniot, S. J. Etudes religieuses. Deciem, 1839, Ener. 1890. — (5) Elie Blanch, L' Hypnotisme. Controver, Avril, 1887. — Franco S. J. L' Hypnotisme tornato in moda c. 13. — (6) Boniot S. J. Le miracle et ses contrefaçons, c. 6, § 6.

casus ab auctoribus in notis citatis prolato unum proferam ita ab ipso medico, qui cuidam hystericae puellae hypnotismo mēdebat, narratum. «Ut omnem, ait, de sufficientia suggestionis internae timorem fraudis removerem, puellae praecipui indefinite dormire usque dum ei surgendi monitum darem. Ad locum praefiscor e domo puellae distantem kilometris septem, ibique constitutus hora secunda post meridiem, mente jubeo infirmam evigilare. Regressor domum puellae et cum sciscitor ab ejus parentibus, quos monerem ut notarem horam qua eorum filia evigilaret respondit hora secunda. Hoc experimentum pluries repeti nunquam adversus exitus selesit me.»

Suggestio hypnotica est quae pro tempore somni hypnotici iungitur. Post hypnotica, quae post somnum ad autum agentis durat, vel post, etiam plurimis interjectis diebus, necessario a patiente exequenda est. Exempla, suggeritur alicui: non recordaberis amplius patris tui, in hac charta (nullam vel diversam continentem) intueberis effigiem fratris tui, elapsis diebus quatuor sumas scopulorum et explode in matrem tuam; expergefactus patiens non amplius recordatur patris sui, in charta intuetur imaginem fratris sui tam perfecte ut inter mille aequales chartas permixtam, eam nullo negotio secerat, elapsis quatuor diebus quamvis multis aliis rebus distentis, inopinatio quin astra criminis praecipui recordaretur, scopulum quaerit inventoque ad illud explodendum in personam designatam procedit (1).

Phaenomenis usque huc recensitis adde effectus miros seu transcendentes, ut vocant, somnambulismi magnetici (2), quare non mirum si aliqui auctores tam paritate, utriusque somni magnetici et hypnotici geneses, cum similitudine effectuum et pari rerum in somno gestarum oblivione moti, hypnotismum a magnetismo non distinguunt eodemque iudicio vel condemnant vel probant (3).

289. Spiritismus, qui latentibus ejus sectatoribus (4), in magnetismo in tota sua extensione spectato jam continebatur propriam induxit formam ann. 1848 in pago Hydesvillensi status Neo-eboracensis. Degebat ibi familia religione methodistica, cognomine Fox quatuor numeras personas patrem, matrem ac duas nobiles filias. Nocte quadam, cum omnes, propter auditos sine causa rumores ictusque, in cubiculum puellarum convenissent, casu accidit juniorum digitos suos crepitare facere et illico quendam agnem invisibilem eundem sonum imitari. Rei eventum stultuli mirantes, puella ejusque mater plurius interrogationibus invisibilem respondentem tentant, da, inquit puella, ictus sex, mater vero, quot habeo filios; quot vivunt, quae singulorum aetas, es ne spiritus; si pro aliis personis te interrogamus respondebis? Cum his omnibus eo numero ictuum, qui veritati quaesitarum rerum accommodabatur non visus agens responderet, caeperunt mater et

puella sese aliis personis offerre ut tanquam mediatrices (nunc media dicimus) obtinerent a spiritibus responsa, quae illae scire desiderarent. Exinde spiritismus per Americam et Europam propagatus est.

Sessioannum modus duabus plerique saecularibus partibus, in prima, invitati, adstante inter eos *medio*, sibi mutuo manus dando, mensae imponendo, efformant circutum, post extinguuntur lampades, atque in media hac plenaque obscuritate percipiuntur soni, videntur subiti luminis splendores, sibilantes vel, tonitrua, concertus musici... verbo strepitus infernales audientur. In secunda *medium* se recipit in cubiculum vel similem locum aulae sessionum configitur eujus janna aperta sit, sed velo ab spectatoriibus separatum. Tunc pulsu musici instrumenti *medium* somno sopitur eoque durante velum aperitur atque sub diversis formis spiritus qui volunt vel qui ab assistentibus ope *medii* evocati fuerunt apparent (1). Praeter haec, alia quoque phaenomena in his sessionibus eveniunt. Dividi possunt in physica et pneumatologica. Inter physica accidunt, corpora magni ponderis ut quocumq; mensa attolli et in aere suspendi, adstantium sensationum mire sine apparenti causa variari ut cum motus membrorum auferunt, rigiditas cadaverica inducitur, nunc calor nunc frigus experitur. Inter pneumatologica praecipue numerantur responsiones etiam ad res praeteritas, absentes vel contingenter futuras, a mensa aliqua spontaneis pulsibus, vel litteris in alphabeto designatis, datas; aut scriptura manu *medii*, vel manu aerea vel solo stilo lapideo exarata, traditas; colloquutiones tandem apparentium spirituum sub persona necessariorum defunctorum, sanctorum, etiam interdum Christi Domini, etc., cum adstantibus. Suis responsionibus dum morem gerunt audientibus plura docent falsa veris mixta de religione, praesertim de animarum futura sorte. «Spiritismus ut unus est eis sequentibus (2), scientia est progressiva, ejus motum est spirituum revelatio una cum scrupulosa factorum analysi.» Hujus diabolicae revelationis artificiali juxta eundem auctorem sunt inter alios: a) Unum esse Deum summe bonum, summe justum, omnium rerum omnipotentem creatorem. b) Animam hominis esse immortalem, a Deo longe ante corpus creatam, libero suo arbitrio successivis cum subtiliori materia incarnationibus indefinite perfectibilem. c) Non esse coelum, nec infernum; crimina novis incarnationibus expiri, hinc «crudelitatis monstra quallia fieri Neco et Caligula possunt ac debent futuris temporibus sublimem charitatis gradum «S. Vincentii a Paulo attingere.» Ex quibus satis intelligitur, spiritismum pluribus erroribus foedatum, omnibus vitiis habenas laxare.

(1) Breton O. P. Controver. Mart. 1887.—(2) Delanne, L' Spiritisme. Controver. Jun. 1885.

(1) Franco, S. J. op. cit. cc. 10, 11.—Boniot S. J. op. cit. P. 2, c. 6, § 2.—(2) Franco, S. J. op. cit. c. 14; c. 30, § 2.—(3) Ribet, La Mystiq. divine Tom. 3, c. 37, Elie Meric; Le Merveilleux P. c. 5, etc.—(4) Perrone S. J. De v. Relig. de quē vit. op. n. 666.

§ II.

De magnetismi, hypnotismi et spiritismi causa.

290. Nota. Miranda magnetismi, hypnotismi et spiritismi phaenomena paragrpho praecedenti enarrata vera esse et realitate historica donata, ambigi nequit. Quoad magnetismi facta constat authentica academiae medicae parisiensis informatione per quinquennium 1826-31, diligenti factorum examinatione suscepta et probata (1). Quoad hypnotismi praesertim D. Charcot Parisiis (La Salpêtrière) Bernabéi (2) in xenodochio naneyensi ignorat. Quis pariter nescit Romae Zanardelli, Taurini Donatum non in abdito domus cubiculo, sed in publico theatro coram conferta omni aetatis et conditionis multitudine effectus etiam transcendentes hypnotismi obtinuisse? De eo, tanquam de re certa theologici et philosophi, medici et advocati disserunt. Idem die de spiritismo, quem vere et realiter dari sacerdotes, magistratus, universitatum professores nulla ad fraudem vitandam ommissa cautione, comprobant imo cum antea nollet credere factorum realitati cesserunt (3).

291. Dico I. Spiritismi facta, necnon quaedam phaenomena magnetismi et hypnotismi diabolum habent auctorem.

Prob. Propria spiritismi facta (sup. n. 289) tum physica, tum pneumatologica, somnambulismi magnetici effectus, quorum plures sunt hypnotismo communes (sup. nn. 287, 288), suggestiones pure internae et post-hypnoticae sunt effectus magiae nigrae. Atqui magiae nigrae (sup. nn. 282-283) unus auctor est daemon. Ergo spiritismi facta etc. *Maj.* prob. Effectus sunt magiae nigrae cum per medium ineptum et de se inutile effectum mirum obtinere sperat quis. Atqui enumerati spiritismi, somnambulismi magnetici ac hypnoticorum suggestionum effectus, mediis ineptis ac inutilibus percipiuntur. Ergo...

Min. a) *de effectibus pneumatologicis spiritismi*, qui in evocatione martirum ope medi seu pythonis fundantur, est certa ex Sacra Scriptura, ut ex dictis de magia constat. Confirm. praeterea auctoritate S. Augustini (4): «defuncti per naturam propriam vivorum rebus interesse non possunt.» — b) *De effectibus physicis spiritismi et miris somnambulismi magnetici* vix prudens philosophus et expertus physicus dubitare possunt, nam sola manuum concatenatio, levis contactus vel nullus, solum externum voluntatis imperium medi prorsus inepta sunt ut mensae quavis ponderosae circum se rapide volvant, in aera extollantur, ut soni sine pul-

(1) Mirville. *Quaest. des esprits*, p. i. c. 2. — (2) Hic librum scrip. De la suggestion. — (3) Praeter cit. auctor. vid. Pailloux. *Le Magnetisme, et Le spiritisme*, Bignonard. *Les rapports avec le demon*, etc. Benito. *La Magie dissacrée*, etc. — (4) *De cura pro mortuis ad Paulus*, c. 16.

sante aut visibili causa oriuntur, ut objecta oculis clausis vel post parietem videantur, ut sensationes auditionis et visionis absque suis organis per sensuum translationem habeantur, ut scientiae et ignotae linguae subito sine magistro et nonnisi pro tempore somni acquirantur, ut cum personis longe distantibus intime communicetur, futura contingentia praesententur; haec enim vel contra corporum gravitatem et inertiam, vel supra vires animae humanae, quae non sentit sine organo, nec in distans agit, nec ideas parit, sed eas aut studio aut auditu sibi comparat, manifesto sunt. Quare irrationabiliter et vane haec conantur aliqui explicare sive per fluidum materiale, quod leges internae non transcendit, sive per transmissionem idearum unius in alium ope fluidi, quod oscillaciones cerebri unius in cerebro alterius reproducat, cum hoc sit contra modum naturalem colloquendi homines per signa sensibilia: aliunde quaedam sunt ideae, ut quae pertinent ad subitam scientiarum cognitionem, futurorum divinationem humanam intelligentiam ut sic superantes (1). — c) Iisdem argumentis probatur *suggestionem pure mentalem* ineptam esse ad idearum communicationem.

De *suggestionibus post-hypnoticis* quamvis aliqui (2) iudicent eas naturales esse, puto contrarium esse certum: nam: a) In statu vigiliae si sensus sani sint, objecta propria naturaliter et necessario percipiunt si adsunt, non percipiunt si absunt. Atqui in suggestionibus post-hypnoticis v. g. non amplius videbis Petrum, in hac charta (integre alba) intueberis effigiem fratris tui, sensus sani in statu vigiliae objectum proprium praesens non advertunt, absens vident. Ergo... Repones, ideam ab hypnotizato praekonceptam efficere ut objectum praesens non advertat, absens videat; vel relate ab objectum suggestionis fuisse sensorium nervum paralyti corruptum; vel subiectum adhuc esse partim in statu somni; uti modus agendi hypnotizati, qui nec recordatur ideae suggestae; monitus Petrum ullesse, quamvis velit, non potest videre; qui perfecte alia objecta similia videt et discernit; qui nullum amentiam, phantasiae excitationis sui morbi signum praebet; omnes objectas hypotheseas evertit. Facultates sensitivae, demmodo non sine defectu in medio aut organo, objecta propria necessario sine discrimine percipiunt, non secus ac cyrabela, a quocumque pulsantur, sonant. b) Quod si haec ita se habeant a fortiori, diequid est, simplicem medicum nutum in somno hypnotico significatum ac postea a memoria plene excisum insufficientem et inutilem esse ad hoc ut hypnotizatus in statu vigiliae etiam post multos dies, subito, die, hora et modo praefixo infallibiliter, nulla vel debilissima arbitrii libertate quasi naturaliter et ex se, mandatum exequatur. Recte moderatus auctor (3): «Nulla enim causa naturalis tum mae virtutis esse potest, ut intellectum et voluntatem hominis in machinam huiusmodi convertat, tunc solum et tunc praecise sonantem, quum consonare debeat, atque illo exactissime modo sonantem, qui jam apud eum ex intrinsecus injectus est.»

(1) Mendive. *Cosmol.* lat. nn. 171, 172. — (2) Emeric. *Le merveilleux et la science*. Boniot. S. J. *Les miracles et ses contrefaçons*. — (3) Mendive. S. J. *Cosmol.* lat. n. 177, 6.º

Confirm. 1.^o Ex Patribus qui magos sui temporis vanis ineptisque mediis similia operantes a diabolo adjuvari pronuntiarunt. Tertullianus (1) de magis: «Si multa miracula circularioris praestigii ludunt... si et somnia immittunt, habentes... daemonum assistentem potestatem per quos et caprae et mensae divinare consueverunt.» Justinus M. (2) item: «Contendant summopere, ut vos servos et ministros habeant; ac nos omnes capiunt somniorum visa, nunc per magicas praestigias eos omnes capiunt qui de sua salute nihil laborant.» Origenes (3): «Quid autem discendum est de his etiam quos divinos appellant, a quibus per simulationem daemonum eorum, qui eis praesunt, versibus arte modulatis responsa proferuntur? Sed et hi quos magos vel maleficos dicunt, aliquoties daemonibus invocatis supra pueros adhuc parvae aetatis, versa eos dicere poemata admiranda omnibus et stupenda fecerunt.» Huc etiam conferunt Patres supra n. 283. b) citati. Alios vide apud Perrone S. J. (4).

2.^o Ex confessione vel coacta vel spontanea spirituum et magorum, qui haec mira faciunt. Olim monebat Tertullianus (5) non vere animas defunctorum arte magica apparere, sed daemones fingere esse animas. Nostris temporibus ad conspectum reliquiae alicujus sancti, B. Virginis rosarii, ad aspersionem aquae benedictae spiritus non responderunt, fugerunt, aut etiam post violentissimas commotiones mensas contraxerunt, nec veritas est daemon aliquando fateri se esse *Luchterum* appellarique *odium* nempe Dei et hominum (6). Ne tamen credas, haec solum spirituum uttingere, D. Touy Dunant (7) medicus, qui per plures annos maguetismo vacavit, refert, se pluries a suo magistro D. Thouvery exire postulasse, qua arte gravissimos morbos uno verbo curaret, atque hoc tulisse responsum: «Nocte quadam dum lectum peterem hominem vidi apparere procerissimum, qui cubiculum meum quamvis portae et fenestrae clausae essent, ingressus praecepit ut assumptis charta et calamo praesto essem ad excribendum quae ipse dicitasset. Obedi... en quae scripsi.» Tunc scivit D. Dunant magistrum suum Thouvery electum esse apostolum novi evangelii, quo papatus an. 1875 vertendus erat; ultima hujus scripturae clausula ita se habebat: «Ex nunc ero tecum, solis verbis et amantium impositione infirmos sanabis. Potestatem quam quaeudo, haec retinebis conditione, si nunquam a sacerdote catholico te benedici patiaris.» Promissionis veritatem rei comprobavit eventus, nam post annum D. Thouvery videns factus non potuit ob resistantiam a se delectae sponsae iterum nubere quin invitatus a sacerdote catholico benediceretur, et illico mirabilem curandi virtutem amisit. Alia testimonia vid. ap. Boufot. S. J. (8).

3.^o A Jebat Tertullianus (9): «Operatio eorum (daemoniorum) est hominis eversio» et paulo infra: «illis accuratio pascha

vesta avertere hominem a cogitatu verae divinitatis... praestigis falsae divinationis.» Atqui Spiritismus, et etiam magnetismus et hypnotismus generatim inspecti cum ad effectus miros perveniunt causant hominis eversionem eumque a cogitatu verae divinitatis seu verae catholicae religionis avertunt. Ergo opera sunt diaboli spiritismus etc.

Mia. probare operosum non est, a) ex falsis ac immoralibus doctrinis, quas tum spiritus tum spiritistae praesertim circa finem aetatis vitae passim tradunt ut n. 289 notatum est. b) Ex natura actuum tam spiritistarum quam magnetistarum et hypnotistarum cum plerumque sint leves, inanes, ad jocum adhibiti, tullius frugis, ad quodcumque crimen inhonestatis, coedis, rapinae, secretum aperendi etiam confessionis, falsum dicendi in judicio etc. hominem pertrahentes. Morborum curationes, quae a factoribus hodierni hypnotismi passim praesertim continuata gravissimas nervorum aegritudines ipsamque amentiam causant (1), quare ipsi hypnologii communem usum hypnotismi prohibendum esse autumant.—c) Ex affectibus pravis quos in animo gignunt irae, avaritiae, obscenitatis, etc. Spiritistae divortium licitum praedicant, hypnotizati et hypnotizantes saepe ad mutuum turpemque amorem vehementer incitantur. (v. Perrone S. J. *De aer. Relig.* n. 903, not. 2.)

292. Dico II. Aliorum phenomenorum magnetismi et hypnotismi causam esse diabolium praesumendum videtur.

Est contra rationalistas et catholicorum aliquos, qui ea reputant mere naturalia, Prob. 1.^o Dubium saltem est, si non certum contrarium, simplex mandatum, levem attentum, solum unius in alterum intulionem posse naturaliter illum vel generare vel abigere statum somni in quo profundus lethargus, catalepsia ferrea, anaesthesia completa immittitur; et nihilominus potest agens subiectum sibi patientem solo verbo ad quodlibet imaginandum, sentiendum, faciendumque pertrahere. Certum vero est, in hoc statu levi causa inducto, quosdam operari effectus diabolicos. Sed cum ex una apparenti causa aliqui sequantur effectus diabolici, omnes etiam effectus naturales dubii praesumendi sunt diabolici; nulla enim est ratio dicendi causam posteriorum non esse causam priorum sed potius affirmandi contrarium, nam de intervetu diaboli certo constat, de efficacia vero naturae solum dubitatur. Ergo...

Maj. 2.^o pars est probata Dic. 1.^o Prima pars si de solo dubio agitur videtur certa, haec unica instituta comparatione exhibitae causae generatricis cum multitudine, varietate et magnitudine effectuum, illi toti pendant ab uno hypnotizantis verbulo; natura vero non subito, sed per gradus nec sine causa magnitudinis effectus proportionata operatur. Explicent ergo hypnotistae quo pacto

(1) Apolog. c. 23.—(2) Apolog. t. n. 14.—(3) De princip. lib. 3, c. 5, n. 3.—(4) De virt. Relig. des. vitios opp. n. 836.—(5) De anim. c. 57.—(6) De Royo, *La vérité sur l'espritisme*, c. 13; Mirville *Questions sur les esprits*.—(7) *Une croquis en Philosophie*.—(8) *Les miracles et les contrefaçons*, p. 2, c. 5, § 2.—(9) Apolog. c. 22.

(1) Richer. *La grande Hysterie. La Controverse April.* 1887, p. 583, not.—Franco. S. J. *L'Hypnotisme*, c. 4.—Allan Kardec. *L. 2, de los espir.*—A. Kardec. *Evang. Espritisme*, c. 22.

unum verbum abque vel levi subjecti dispositione tam varios intensosque producat effectus quin ullum sui vestigium remaneat? Cur nonnisi per verbum ab hypnotizante prolatum? Si enim, ut sat communiter nunc docent hypnographi, verbum v. g. *laetare* ab hypnotizante prolatum excitat in patientis imaginatione laetitiam, cur idem verbum, quamvis elatissima voce ab alio prolatum, nihil efficiat? Repouunt, quia alium non audit nisi hypnotizantem, sed et hoc valde mirum est, quomodo organum auditus, quod si laesum non est, necessario exercit suos actus, sola voce hypnotizantis ab illa quacumque materialiter tantum diversa vel aperitur, vel obscuratur. Brevi, edisserant nobis quomodo facultates sensitivae patientis contra naturalem a proprio subjecto dependentiam, ita factae sint hypnotizantis propriae ut id tantum eo ordine et modo persentiscant quod hypnotizans uno verbo indicaverit. Quod si ita de simplicioribus effectibus iudicandum est, a fortiori de gravioribus ut sunt gustare in aqua vini saporem ejusque haustu inebriari, sanguinem exsudare, maculas sanguineas in membris apparere etc.

2.^o Illa doctrina habenda est ut suspecta falsitatis, quae incredulis et verae Religionis hostibus non parum fauet. Sed doctrina, quae mere naturalia reputat facta hypnotismi de quibus agimus multum placet incredulis veraeque Religionis hostibus, qui ea inixti, miracula D. N. Jesu Christi, B. Mariae V. et sanctorum elidunt, ut videre est in operibus hypnotistarum (1). Ergo.

3.^o Ut in num. praec. confir. 3.^o—b)—c) cum plures effectus pravi maxime incitatio ad turpia ex sola externa suggestione etiam oriuntur.

COROLLARIA.

293. I. Spiritismus cum totus sit diabolicus et haereticus a fidelibus christianis omnino abhorrendus ac fugiendus est.

II. Magnetismus et hypnotismus, cum effectus producant certo praeternaturales, manifeste sunt diabolici ac proinde illis uti ad aliquod bonum, v. g. valetudinem, mediis his effectibus obtinendum nunquam licebit.

Brutur ex cunctis S. B. U. Inquisitionis 4 Augusti 1856 data. In ea de magnetismo quatenus ad illicita et praeter naturalia se pretendebat docernitur. «In hisce omnibus, quaecumque demum utantur arte vel illusionis, cum ordinentur media physica ad effectus non naturales, reperitur deceptio omnino illicita et haereticalis, et scandalum contra honestatem morum.» Jam ante, feria IV, 21 April. 1841 eadem Congregatio responderat: «Usus magnetismi, prout exponitur i. e. cum miris effectibus, non licere.» Anno vero 1847, 28 Julii per modum regulae statuerat: «Remoto omni

(1) Ch. Richer. *Les démoniaques d'aujourd'hui*; Bernheim. *Hypnotisme, suggestion, Psychotherapie.*

errore, sortilegio, explicita aut implicita daemones invocatione, usus magnetismi, nempe merus actus adhibendi media physica aliunde licita, non est moraliter vitiosus, dummodo non tendat ad finem illicitum aut quomodolibet pravam. Applicatio autem medicorum pure physicorum ad res et effectus vere supernaturales, ut physice explicentur, non est nisi deceptio omnino illicita et haereticalis.» Ast quia adeo creverat hominum malitia, ut neglecto illicito studio scientiae... ariolandi, divinandi que principium quoddam se nactos esse gloriabantur (1) expresse et universaliter an. 1856 talem magnetismum proscribendum censuit. Hypnotismum aequiparandum esse magnetismo, si idem cum eo non est, satis claret ex dictis.

294. III. Quando effectus hypnotismi non sunt certo diabolici, sed ita praesumuntur esse ut forte sint naturales, ejus usus est evidenter graviter illicitus si abque ulla causa adhibeatur.

Ratio est quia nemini concessum est abque proportionato motivo se rationis usu etiam ad tempus privare. Haec ratio eo arguet magis in hypnotismo quam in inebriatione, usu opii etc. quo hypnotizatus voluntati alterius ad quodcumque sive honestum, sive turpe patrandum plene subjiciatur.

IV. Quando adest causa rationalis v. g. cum obtruditur gravem morbum aliter curari non posse, adhuc hypnotismi usus propter vehementem et positivam interventus diabolici suspicionem illicitus dicendus est, Ita sentiunt Excel. D. C. M. Saucha Episc. Matrit. nunc Archiepisc. Valent. Excel. D. J. Catalá Episc. Barcin. (2); praecleari scriptores Civilitatis Catholicae (3), auctor Casus conscientiae (4), aliique.

Non desunt tamen catholici (5) qui existimantes effectus suggestionis externaе etiam post-hypnoticae esse pure naturales, ejus usum therapeuticum permittant dummodo ad evitanda pericula tum animae cum corporis cautio adhibeatur. Si nempe tam agens quam patiens bona fide censent hypnotismum esse remedium naturale ac gravem esse causam illum adhibendi, si medico probatae fidei et honestatis coram testibus infirmus se committat, nihilque interveniat quod modestiae ac bonis moribus adversetur, si denique cuivis diaboli interventioni protestando renuntietur. Sed tanta est connectio inter phenomena simplicia et transcendentalia hypnotismi, tam exigua ne dicam nulla ad morbos curandos per annos quin-

(1) Litt. Inquis. 1856.—(2) Exhortacion Pastor. 19 et 5 Mart. 1888. Vid. et Op. P. Fr. Vila O. P. *El espiritismo y el hypnotismo.*—(3) Ser. XIII, v. 4.—(4) Para. 3.^o sec. 2.^o p. 3, p. 299. V. *El hipnot. y la sugest.* por E. Aragón med. asturice.—(5) Elias Merlo. *Le Merveilleux e la science.* Lehmkühl I. 1, §. v. 1, n. 994, not. Dr. D. Donadiu. Discurs. sobre la tes. X. congr. de Zaragoza.

quaginta experta virtus, tam denique ejus praxis omnium malorum fecunda occasio, ut arduum sit ei, qui simul haec consideret de origine ejus diabolica haesitare oppositaeque sententiae probabilitatem aliquam tribuere. Quare practice loquendo arcendi sunt fideles ab omni hypnotismi usu. Si tamen aliquis, addam cum praevidente auctore Casus conscientiae, monitus de malitia hypnotismi «bona fide pergat existimare ex causa naturali oriri effectus illos inferioris ordinis, quos solos producere intendat... non quidem ejus agentis ratio positive probanda est, sed in pace dimitti poterit et non obligari sub mortali culpa ad abstinendum ab illius usu, dummodo cum omnibus supra expositis cautelis, et scandalo secluso, tales hypnoticas operationes peragere intendat.»

Satis jam de daemonibus ejusque operibus. Deus nos ab eorum laqueis expeditos sanctorum Angelorum societate in aeternum jubet gaudere.

DISQUISITIO II.

De primaevio statu hominis et lapsu.

PROOEMIUM.

1. Inter opera hujus mundi adspectabilis, quae a Deo condita sunt, et perfectione et dignitate naturae, homo praexcellit, quare post tractationem de Angelis agendum est de homine, qui princeps et caput est visibilium creaturarum, quique eas omnes ad Deum finaliter refert.

2. Questiones de origine rerum mundanarum ne opus nimium excrecat consulto praetermittimus. Gannunt quidem moderni rationalistae progressus Astronomiae, Geologiae, Palaeontologiae falsitatis convincere Moysis cosmogoniam primo Geneseos capite narratam, aut aërem verberant. «Inanis, docuit Vaticanum concil. (1), hujus contradictionis species inde potissimum aritur, quod vel fidei dogmata ad mentem Ecclesiae intellecta et exposita non fuerint, vel opinionum commenta pro rationis effatis habeantur.» Quapropter, prosequitur infra, tantum abest, ut Ecclesia humanarum artium et disciplinarum culturae subsistat, ut hanc multis modis juvet atque promoveat... Nec sane ipsa vetat, ne hujusmodi disciplinae in suo quaque ambitu propriis utantur principiis et propria methodo; sed justam hanc libertatem agnoscat, id sedulo cavet, ne divinae doctrinae repugnando errores in se suscipiant, aut fines proprios transgressae, ea quae sunt fidei, occupent et perturbent. Modum servandi aequum hinc inter fidem et rationem olim tradidit S. Augustinus (2): «Hoc indubitanter tenendum est, ut quidquid sapientes hujus mundi de natura rerum *reaciter* demonstrare poterint, ostendamus nostris litteris non esse contrarium: quidquid autem illi in suis voluminibus *contrarium* sacris litteris docent, sine ulla dubitatione credimus id falsissimum esse, atque ita teneamus fidem Domini Nostri, ut neque falsae philosophiae loquacitate seducamur, neque simulatae religionis superstitione terreamur.» Idem monet S. Thomas (3) «Cum Scriptura divina, ait, mal-

(1) Const. Dei Filii, c. 4. — (2) De Genes. ad lit. l. 1, c. 21. — (3) 1, Q. 68, art. 1.

quaginta experta virtus, tam denique ejus praxis omnium malorum fecunda occasio, ut arduum sit ei, qui simul haec consideret de origine ejus diabolica haesitare oppositaeque sententiae probabilitatem aliquam tribuere. Quare practice loquendo arcendi sunt fideles ab omni hypnotismi usu. Si tamen aliquis, addam cum praevidente auctore Casus conscientiae, monitus de malitia hypnotismi «bona fide pergat existimare ex causa naturali oriri effectus illos inferioris ordinis, quos solos producere intendat... non quidem ejus agendi ratio positive probanda est, sed in pace dimitti poterit et non obligari sub mortali culpa ad abstinendum ab illius usu, dummodo cum omnibus supra expositis cautelis, et scandalo secluso, tales hypnoticas operationes peragere intendat.»

Satis jam de daemonibus ejusque operibus. Deus nos ab eorum laqueis expeditos sanctorum Angelorum societate in aeternum jubet gaudere.

DISQUISITIO II.

De primaevio statu hominis et lapsu.

PROOEMIUM.

1. Inter opera hujus mundi adspectabilis, quae a Deo condita sunt, et perfectione et dignitate naturae, homo praexcellit, quare post tractationem de Angelis agendum est de homine, qui princeps et caput est visibilium creaturarum, quique eas omnes ad Deum finaliter refert.

2. Questiones de origine rerum mundanarum ne opus nimium excresecat consulto praetermittimus. Gannunt quidem moderni rationalistae progressus Astronomiae, Geologiae, Palaeontologiae falsitatis convincere Moysis cosmogoniam primo Geneseos capite narratam, aut aërem verberant. «Inanis, docuit Vaticanum concil. (1), hujus contradictionis species inde potissimum aritur, quod vel fidei dogmata ad mentem Ecclesiae intellecta et exposita non fuerint, vel opinionum commenta pro rationis effatis habeantur.» Quapropter, prosequitur infra, tantum abest, ut Ecclesia humanarum artium et disciplinarum culturae obsistat, ut hanc multis modis juvet atque promoveat... Nec sane ipsa vetat, ne hujusmodi disciplinae in suo quaque ambitu propriis utantur principiis et propria methodo; sed justam hanc libertatem agnoscaus, id sedulo cavet, ne divinae doctrinae repugnando errores in se suscipiant, aut fines proprios transgressae, ea quae sunt fidei, occupent et perturbent. Modum servandi aequum hinc inter fidem et rationem olim tradidit S. Augustinus (2): «Hoc indubitanter tenendum est, ut quidquid sapientes hujus mundi de natura rerum *reaciter* demonstrare poterint, ostendamus nostris litteris non esse contrarium: quidquid autem illi in suis voluminibus *contrarium* sacris litteris docent, sine ulla dubitatione credimus id falsissimum esse, atque ita teneamus fidem Domini Nostri, ut neque falsae philosophiae loquacitate seducamur, neque simulatae religionis superstitione terreamur.» Idem monet S. Thomas (3) «Cum Scriptura divina, ait, mal-

(1) Const. Dei Filii, c. 4. — (2) De Genes. ad lit. l. 1, c. 21. — (3) 1, Q. 68, art. 1.

«multipliciter exponi possit, quod nulli expositioni aliquis ita praece-
«inhaerent, ut si certa ratione constituerit hoc esse falsum quod
«aliquis sensum Scripturae esse crederet, id nihilominus asserere
«praesumat; ne Scripturae ex hoc ab infidelibus derideatur, et ne
«eis via erudendi praecedatur.»

Jam vero juxta haec regulam, mundum esse a Deo ex nihilo in
tempore creatum certissime primo Genesios capite edocemur (1),
haec igitur veritas absque ulla haesitatione firmissime tenenda est.
An dies creationis sint dies viginti quatuor horarum vel epochae
longissimae durationis in utramque partem opinari licet. Praeci-
puae sententiae, quae hodie circumsferantur sunt: 1.^a Quae mythice
interpretatur vocem diem, omnia vult suo temporis puncto condita
a Deo fuisse ita ut vox dies nullam temporis mensuram importet.
Princeps hujus sententiae patronus est S. Augustinus (2),
qui per diem cognitionem mentis angelicae intelligit, primus dies
est cognitio primi divini operis, secundus dies cognitio secundi
operis, etc. Sic dies distinguuntur ut notat D. Thomas (3)
«secundum naturalem ordinem rerum cognitarum, non secundum
«successionem productionis rerum.» Ante Augustinum do-
cuerunt res omnes simul creatas fuisse S. Athanasius apud
Lamy in Genes. c. I. Origenes (4) Clemens Al. (5)
et post eum S. Isidorus Hispal. (6). Inter doctores catho-
licos eam propugnarunt S. Albertus M., Norisius Car-
din. Bertl. etc. Ecclesia nulla censura eam notavit, S. Tho-
mas (7) aequae probabilem ac vulgarem dierum 24 horarum in
Summa habuit, in libris vero sententiarum (8) oppositae praeferat.
Verum sicut aetate D. Thomae haec sententia commu-
niter rejiciebatur nunc quoque a scholis amandari solet, quia sen-
sum valde metaphoricum, in historia sacra praesertim vitandum,
verbis Scripturae sine necessitate tribuit.

2.^a Sententia propugnat dies genesiacos epochas esse longissi-
mae durationis, est sive ortis sive tantum probabilibus scientia-
rum naturalium affirmationibus abunde sit satis, quare est inter
recentiores communior. Quod si ejus assertoribus objicitur dies
primevos (cap. I. Genes.) cum suo *vespere* et suo *mane* dies esse
vulgares consuetae durationis, probabiliter saltem respondent:
a) Id non esse certum, exemplo freti Sti. Augustini illor-
umque auctorum primae sententiae, quam Ecclesia nunquam
reprobavit. b) Vocem *dies* multiplici sensu donari in Sacra Scri-

(1) V. 2. Disq. VI, De Deo Creatore. Theol. I-III. — (2) De Gen. ad litt. l. 4.
c. 26. — (3) I. Q. 74. art. 2.^o — (4) De princ. 4. 16. — (5) Stromat. 6. 16. — (6) De
summo bono. 1. etiam Cassiodorus, de divin. institution. 1. 22. — (7) I. Q. 74.
art. 2. — (8) 4. Dist. 12. art. 2.

ptura, significat lucem diurnam. Genes. I. 5; diem civilem,
ibid. VIII. 4; tempus indefinitum, ibid. II. 4. 5; et pluribus aliis
locis tam veteris, quam novi Testamenti. Nihil ergo prohibet, dies
creationis indefinitas temporum periodos interpretari, si id scienti-
ae naturales exigunt. Immo c) de hac sententia potiori jure,
quam de sententia S. Augustini dici potest cum D. Thoma
cum magis ab irrisione infidelium Scripturam defendere, nam
opera lux, firmamentum, plantae, luminaria caelestia, reptilia aqua-
tica et aves, animalia terrestria ac tandem homo sex creationis
diebus successive attributa in sacra Scriptura adeo respondent sex
statibus per quos terra successive transit juxta geologos ut eorum
consonantiam miratus Amper, dixerit (1), sicut Moyses non
«minis ac nos instructus erat scientiis naturalibus, aut fuit inspi-
«ratus.» Si aliquis adhuc instat *vespere* et *mane* restringere sensum
vocis diei ad diem naturalem, vel petit cur ergo Moyses epo-
chas saeculares tanquam dies sex unius hebdomadae descripsit?
Bene respondent, Moysen illis verbis *vespere* et *mane* usum
uisse ad significandum partibus diei naturalis *initium* et *foem*
effecti operis (2), epochas vero diebus naturalibus expressisse, quia
ex instinctu divino scopus ejus erat praebere in prima creationis
hebdomada exemplar vulgaris hebdomadae ad legem sabbati com-
mendandam. Constat id clarissime ex ipso Moysa (3): *Sex die-*
bus, ait, operaberis et facies omnia opera tua: septimo autem die
sabbatum Domini tui est; non facies omne opus in eo... Sed enim
diebus fecit Dominus caelum et terram, et mare et omnia, quae in eis
sunt, et requiecit in die septimo: ideo benedixit Dominus diei sab-
bati et sanctificavit eum. Potest quis igitur, salva fide, opinari dies
mosaicos esse epochas indeterminatas.

3.^a Sententia tenacius haeret obvio et plano Sacrae Scripturae
sensui ac contendit hexameron Moysis sex diebus naturalibus
claudi, quia ita exigunt: a) perspicuitas ipsius textus, qui non
sine violentia ad designandas epochas trahitur; b) usque ad recentiora
tempora consensus fere communis Patrum et doctorum in
haec sententiam a qua proinde absque gravissima ratione non est
recedendum. Non sunt autem sufficiens dissentendi ratio suppu-
tationes incertae aetatum geologicarum et principii potius hypo-
theticeis quam veris a geologis deductae, ut ipsi ingenue fatentur.
In praesenti statu scientiae, ait Lyell (4) hujusmodi suppu-
tationes non possunt considerari nisi ut quaedam tentamina,
quorum effectus seu conclusiones majori adhuc observationum et

(1) *Theorie de la Terre Rev. de deux mondes*, Jul. 1831. — (2) S. August. De
Genes. contr. Manich. 1. 1. c. 14. — (3) Exod. XX. 9. 11. — (4) *The Geological Evi-*
dences.

argumentorum pondere confirmari oportet.» Et Bischof professor Chimiae Bonni asserit (1) «geologiam in suis essentialibus futuram esse semper hypotheticam.» Praeterea supponunt, sed non probant causas naturales eadem lege ac uniformiter ut nunc suos effectus produxisse, ac tandem nimis facile ex minima parte orbis terrae explorata, nempe ex decies millesima terrae habitabilis, ad intimam structuram et genesis totius orbis explicandam procedunt (2). Non ergo improbabilius, ut aliqui volunt, adhuc pro avita sententia suffragium ferunt Fabre d'Envieu, Bosizio S. J., Gotti, Laurent cappucinus, Sorignuet profes. theolog. Parrisiis, Emin. Card. Mazella et alii (3).

3. Ex hac brevi sententiarum expositione clare elucet secundam fidei non adversari. An vero tertiae preferenda sit, pendet ab evidenti vel probabiliori factorum geologicorum ratione, quam obrem ne rebus pure physicis a scopo nostro retardemur, statim quaestionem de hominis origine aggredimur, ubi «falsi nominis scientiam» proscribere habemus «ne quis decipiat per philosophiam et inanem fallaciam (4).»

CAPUT I.

De hominis origine.

ARTICULUS I.

De primi hominis creatione.

THESIS I.

Primus homo a Deo conditus est.

4. Nota. Impugnant hanc thesim pantheistae ac materialistae hodierni, qui non secus ac antiqui putant «hominem in omnibus terris et agris tamquam fungos esse generatos (5).»

5. Thesis est de fide catholica, et prob. 1.º Concil. Vaticanum (6) ut doctrinam, quam «Catholica Apostolica Romana Ec-

(1) Apud Rensch. *La Bible et la nature*. Lec. 4.—(2) Rensch. *La Bible et la nature*.—(3) Conf. Mazella *De Deo creatore*; P. Mendive. *La Religion vindiquée*; P. Mir *La Creacion*, etc., etc.—(4) Vatic. *De fide*, c. 1.—(5) Lact. *Divin. instit.* L. 7, c. 4.—(6) *Const. de Fide*, c. 1.

clesia credit et confitetur» tradit «solus verus Deus... simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.» Eandem veritatem praedefiniverat Concil. Lateranense IV, c. *Firmiter*.

2.º Ex Sacra Scriptura, Genes. (1). *Et creavit Deus hominem ad imaginem suam... Formavit igitur Dominus Deus hominem de limbo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem... Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et aedificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem; et addidit eam ad Adam. Ad hanc hominis formationem alludit Job. (2). Similiter David (3). Breviter Ecclesiasticus (4). *Deus creavit de terra hominem; et secundam imaginem quam fecit illum. Dubitari ergo nequit primum hominem a Deo creatum esse.**

6. 3.º Patres hanc veritatem uno ore testati sunt. S. Hieronymus (5). «Credidit quispiam in conditorem Deum? Non potest credere, nisi prius crederit de sanctis ejus, vera esse quae scripta sunt: Adam a Deo plasmatum, Evam ex costa illius et latere fabricatam...» S. Augustinus (6). «De terrae pulvere Deus finxit hominem: eadem terra, omnisque terrena materia omnino de nihilo est, animamque de nihilo factam dedit corpori, cum factus est homo.» Lactantius (7), qui praeterea notat etiam gentiles quamvis obscure primum ab alio hominis formationem cognovisse: «Tum fecit Deus post creationem aliarum rerum ipsi sibi simulacrum sensibile, atque intelligens, id est, ad imaginis sui formam, qua nihil potest esse perfectius: hominem figuravit ex limbo terrae, unde homo nuncupatus est, quod sit factus ex humo... De hac hominis fictione poetae quoque, quamvis corrupte, tamen non aliter tradiderunt: namque hominem de limbo Prometheo factum esse dixerunt. Res eos non fecellit, sed nomen artificis (8).»

7. 4.º Ratio dicitur, effectum non superare naturaliter virtutem suae causae ac quotidiana experientia demonstrat lapidem non gignere plantam, plantam non edere animal, hominesque non nisi ex hominibus nasci; ergo nisi omnibus, constantibus et universalibus naturae effectibus vis manifestandi suam causam admittatur, vel irrationabiliter aliquis effectus admittatur virtutem suae causae

(1) L. 27, II, 7, 21, 22.—(2) X. 8, 9.—(3) Ps. CII, 14.—(4) XVII, 1.—(5) *In ep. ad Philonem*.—(6) *Li. 14 de civit. Dei*, c. 11.—(7) *L. 7, Div. inst.* l. 2, c. 11.—(8) Conf. Mir J. *La Creacion* dia 6, c. 11.

argumentorum pondere confirmari oportet.» Et Bischof professor Chimiae Bonni asserit (1) «geologiam in suis essentialibus futuram esse semper hypotheticam.» Praeterea supponunt, sed non probant causas naturales eadem lege ac uniformiter ut nunc suos effectus produxisse, ac tandem nimis facile ex minima parte orbis terrae explorata, nempe ex decies millesima terrae habitabilis, ad intimam structuram et genesis totius orbis explicandam procedunt (2). Non ergo improbabilius, ut aliqui volunt, adhuc pro avita sententia suffragium ferunt Fabre d'Envieu, Bosizio S. J., Gotti, Laurent cappucinus, Sorignuet profes. theolog. Parrisiis, Emin. Card. Mazella et alii (3).

3. Ex hac brevi sententiarum expositione clare elucet secundam fidei non adversari. An vero tertiae preferenda sit, pendet ab evidenti vel probabiliori factorum geologicorum ratione, quam obrem ne rebus pure physicis a scopo nostro retardemur, statim quaestionem de hominis origine aggredimur, ubi «falsi nominis scientiam» proscribere habemus «ne quis decipiat per philosophiam et inanem fallaciam (4).»

CAPUT I.

De hominis origine.

ARTICULUS I.

De primi hominis creatione.

THESIS I.

Primus homo a Deo conditus est.

4. Nota. Impugnant hanc thesim pantheistae ac materialistae hodierni, qui non secus ac antiqui putant «hominem in omnibus terris et agris tamquam fungos esse generatos (5).»

5. Thesis est de fide catholica, et prob. 1.º Concil. Vaticanum (6) ut doctrinam, quam «Catholica Apostolica Romana Ec-

(1) Apud Rensch. *La Bible et la nature*. Lec. 4.—(2) Rensch. *La Bible et la nature*.—(3) Conf. Mazella *De Deo creatore*; P. Mendive. *La Religion vindiquée*; P. Mir *La Creacion*, etc., etc.—(4) Vatic. *De fide*, c. 1.—(5) Lact. *Divin. instit.* L. 7, c. 4.—(6) *Const. de Fide*, c. 1.

clesia credit et confitetur» tradit «solus verus Deus... simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.» Eandem veritatem praedefiniverat Concil. Lateranense IV, c. *Firmiter*.

2.º Ex Sacra Scriptura, Genes. (1). *Et creavit Deus hominem ad imaginem suam... Formavit igitur Dominus Deus hominem de limbo terrae, et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem... Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et aedificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem; et addidit eam ad Adam. Ad hanc hominis formationem alludit Job. (2). Similiter David (3). Breviter Ecclesiasticus (4). *Deus creavit de terra hominem; et secundam imaginem quam fecit illum. Dubitari ergo nequit primum hominem a Deo creatum esse.**

6. 3.º Patres hanc veritatem uno ore testati sunt. S. Hieronymus (5). «Credidit quispiam in conditorem Deum? Non potest credere, nisi prius crederit de sanctis ejus, vera esse quae scripta sunt: Adam a Deo plasmatum, Evam ex costa illius et latere fabricatam...» S. Augustinus (6). «De terrae pulvere Deus finxit hominem: eadem terra, omnisque terrena materia omnino de nihilo est, animamque de nihilo factam dedit corpori, cum factus est homo.» Lactantius (7), qui praeterea notat etiam gentiles quamvis obscure primum ab alio hominis formationem cognovisse: «Tum fecit Deus post creationem aliarum rerum ipsi sibi simulacrum sensibile, atque intelligens, id est, ad imaginis sui formam, qua nihil potest esse perfectius: hominem figuravit ex limbo terrae, unde homo nuncupatus est, quod sit factus ex humo... De hac hominis fictione poetae quoque, quamvis corrupte, tamen non aliter tradiderunt: namque hominem de limbo Prometheo factum esse dixerunt. Res eos non fecellit, sed nomen artificis (8).»

7. 4.º Ratio dicit, effectum non superare naturaliter virtutem suae causae ac quotidiana experientia demonstrat lapidem non gignere plantam, plantam non edere animal, hominesque non nisi ex hominibus nasci; ergo nisi omnibus, constantibus et universalibus naturae effectibus vis manifestandi suam causam admittatur, vel irrationabiliter aliquis effectus admittatur virtutem suae causae

(1) L. 27, II, 7, 21, 22.—(2) X. 8, 9.—(3) Ps. CII, 14.—(4) XVII, 1.—(5) *In ep. ad Philonem*.—(6) *Li. 14 de civit. Dei*, c. 11.—(7) *L. 7, Div. inst.* l. 2, c. 11.—(8) Conf. Mir J. *La Creacion* dia 6, c. 11.

excedens, deveniendum est ad primum aliquem hominem ab auctore naturae seu Deo creatum. *Catech.* prob. Series infinita causarum productarum est impossibilis (1). Ergo primus homo non potest esse ab alio homine. Atqui si non potest esse ab alio homine est à Deo, cum homo sit ens supremum hujus mundi corporei et virtus Angeli non se extendat (2) ad substantiam corpoream efficiendam ne multa minus ad animam creandam (3). Ergo restat, primum hominem hominis à Deo naturaliter creati potuisse.

VALERE FLAMMAM
VERITATIS

THESIS II.

Protoparentum corpora immediate a Deo formata sunt.

8. Nota. I. Circa res mundanas multiplex Dei actio considerari potest; creatio, qua res ex nihilo sui et subjecti factae sunt; conservatio, qua res in suo esse perseverant; concursus, quo Deus omnes creaturarum effectus etiam ipse operatur; ac praeter has specialis alia, qua Deus ex praesenti materia per se immediate et directe aliquid novum efficere valet. Haec ultima et speciali actione divinis, corpora protoparentum facta esse docemus.

II. Antiquitas corpus Adae solo Deo immediate productum esse negarunt cheritini et manichaei. Philo(n)em (4) sequuti, qui affirmavit Deum habuisse Angelos cooperatores, et ad eos loquutum fuisse, cum dixit: *Fecimus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Cajetanus corpus Evae (5) fuisse formatum ex costa Adae auctus est negare, ideoque verba Scripturae metaphorice interpretatur. Hodie impugnant hanc thesım rationalistae anthropogoniam Moysis purum mythum esse vocitantes una cum transformistis et evolutionistis, qui ex mutationibus successivis et naturalibus unius primae formae imperfectae vel plurium in alios et alias perfectiores corpus humanum prodidisse, asserere non verentur.

III. Thesis nihilominus quamvis non sit expresse ab Ecclesia definita est de fide. Ita Valentia (6), Suarez (7); Arriaga e haec sententia quatenus excludit ministerium miraculosum Angelorum solum est communior (8), quatenus importat formationem corporis Adae ex limo et corporis Evae ex costa Adamı est fide certa (9) sicut illis doctoribus. Non secus recentiores theologi

(1) V. II. Disq. IV. De Deo mo. Thes. II.—(2) Disq. I. nn. 178-180.—(3) V. II. Disq. VI. Thes. II.—(4) *L. de op. mundi.*—(5) Sup. Genes.—(6) T. I. D. 7. Q. 1. punct. 1.—(7) *De op. sex dierum*, L. 3. c. 1. n. 4; c. 2. n. 5.—(8) *De op. sex dierum*, D. 34. nn. 5, 22.—(9) *Ibid.*, n. 16.

Perrone (1) Rmın. Mazella (2), qui opportunissime monet, subjectionem fidei divinae actu praestandam, limitandam non esse, ut bonae memoriae S. P. Pius IX tradidit: «ad ea quae expressis oecumenicorum Conciliorum aut Romanorum Pontificum hujusque Apostolicae Sedis decretis definita sunt, sed ad ea quae extendenda, quae ordinario totius Ecclesiae per orbem dispersae magisterio, tamquam divinitus revelata traduntur, ideoque universali et constanti consensu a catholicis theologis ad fidem pertinere retinentur (3)». Si igitur in hanc thesım affirmandam doctores theologi post Scripturam et Patros quasi inuito consilio conspirant, non licebit catholicis, tuto et absque periculo deviandi a vera fide, eam negare.

9. Prob. 1.^a Textus sacrae Scripturae, praesertim Genes. II. 7. 21. 22; (sup. n. 5. prob. 2.^a), qui probant thesım praecedentem hanc etiam evidenter evincunt. Sunt enim haec in re verba Scripturae plane historica, quae non licet in metaphoris detorque, quin tota sacra Scriptura in dubium vertatur. Ergo cum expresse legimus Deum in inito consilio (4): *Fecimus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, ad opus effingendi corpora protoparentum se accinxisse (5): *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem. Invenit ergo Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit eam pro ea. Et edificavit Dominus Deus costam, quam laterat de Adam, in mulierem; et adduxit eam ad Adam, Deum ipsum ut legimus efformasse corpora protoparentum credere debemus. Confirm. Nisi verba haec Scripturae litteraliter suscipiantur, sicut enim antecedentibus neque eum his coherent, quae sequuntur. Nam quomodo potuisset Moyses scribere. *Adam in inito solo spiraculo vitae factum esse in animam viventem* si corpus ab aliis animalibus suscepisset? Qua veritate Adam a somno expergefactus diceret (6): *Hoc nunc os est ossibus meis, et caro de carne mea; haec vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est.* Nulla certe nisi alienissimae allegorias fingendo. Consonat dictis, gentium Apostolus, qui sensu litterali haec intellegit. Ad Thimothaeum (7) scribit: *Adam enim primus formatus est, deinde Eva.* Et ad Corinth. (8). *Primus homo de terra terrenus; secundus homo de caelo caelestis. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro; electa non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.* Merito igitur concilium*

(1) De Deo creatore P. 3. c. 1.—(2) De Deo creatore, n. 513.—(3) *Litt. ad Archiep. Monach.* 21. Dec. 1863.—(4) Genes. I. 26.—(5) *Ibid.* II. 7.—(6) Genes. II. 23.—(7) 1.^a II. 15.—(8) 1.^a XV. 47; XI. 7-9.

provinciale *Coloniense* (1) a Sancta Sede recognitum docuit: «Itaque Scripturae Sacrae fideique plane adversantem illorum declaramus sententiam, qui asserere non verentur, spontanea naturae imperfectioris in perfectiorem continuo ultimoque humanam hanc immutatione hominem, si corpus quidem spectes, produisse.»

10. 2.^a Patres dum asserunt (sup. n. 6) Deum hominem condidisse, protoparentum corpora ipsum immediate plasmasse etiam inculcant. Ut eorum tamen in hanc veritatem conspiratio clarior effulgeat, audi: S. Irenaeum (2): «Non Angeli fecerunt nos nec nos plasmaverunt, nec Angeli potuerunt imaginem Dei facere, nec alius quis, praeter verbum Domini.» S. Augustinum (3): «Dormit Adam, ut fiat Eva; moritur Christus, ut fiat Ecclesia. Dormienti Aedae fit Eva de latere; mortuo Christo lancea percussit latus, ut profluant sacramenta, quibus formetur Ecclesia.» Innocentium III (4) damnantem polygamiam: «Verum absouum hoc videtur et inimicum fidei christianae, cum ab initio una costa in unam feminam sit conversa.» Clementem V. (5) videntem Christum lancea perforatum: ut «exinde profluentibus undis aquae et sanguinis, formaretur unica et immaculata, ac virgo sancta Mater Ecclesia, conjux Christi, sicut de latere primi hominis soporati, Eva sibi in conjugium est formata: aut sic certae figurae primi et veteris Aedae (qui secundum Apostolum *Rom. v.* est forma futuri, in nostro novissimo Adam, xi. e. Christo veritas responderet.) Huic seriei Patrum, quibus plures adhuc addere possemus, finem imponant suavissima Tertulliani verba (6), «ideo magna res agebatur, quae ista materia (corporis humani) extruebatur. Itaque totiens honoratur, quotiens manus Dei patitur; dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur dum effingitur. Recogita totum illi Deum occupatum ac seductum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, providentia, et ipsa in primis adfectione, quae lineamenta ducebat. Quodcumque enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus... ita limus ille, jam tunc imaginem induens Christi futuri in carne, non tantum Dei opus erat, sed et pignus.»

11. 3.^a Non esse in rerum natura causam efficiendi protoparentum corporis aptam, sed recurrendum esse ad divinam Omnipotentiam, argumentum (sup. n. 7.) rationis pro, thesi praecedenti factum, certo demonstrat. Atqui si nulla causa naturalis propria virtute sufficiens est ad producenda corpora nostrorum primorum

parentum, Deum omnium creatorem ea immediate fecisse dicendum est, cum miracula ex sola eorum possibilitate, vel sine necessitate, vel sine eorum existentiae idoneis testibus non sint adstruenda. Ergo Deus est, qui immediate corpora protoparentum nostrorum fecit (1). Cur autem non creato, sed ex materia praefacti fecerit virum ex limo terrae, mulierem ex costa Aedae ab ejus divina sapientia repetendum est, quae omnia ad suos fines certa providentia ordinat.

Formavit primum hominem ex limo, ut homo sciens vilissimam materiam sui corporis humiliaretur et contra Deum suum in cuius manu quasi *lutum figuli* est (2) non extolleretur, sed divinam agnosceret Omnipotentiam summum obsequium praestaret.

Mulierem ex viro convenienter formavit ait D. Thomas (3): a) «ut quaedam dignitas primo homini servaretur; ut secundum Dei similitudinem esset et ipse principium totius universi.» Unde et Paulus dicit (4) *quod Deus fecit ex uno omne genus humanum.*—b) «ut vir magis diligeret mulierem, et ei inseparabilis adhereret, dum cognosceret eam ex se esse productam. Unde dicitur (5): *De viro sumpta est. Quomolrem relinquit homo patrem et matrem et adheret uxori suae.* Et hoc maxime necessarium fuit in specie humana, in qua mas et femina commanent per totam vitam: quod non contingit in aliis animalibus.»—c) quia vir et femina non solum propter necessitatem generationis, ut in aliis animalibus, sed etiam propter domesticam vitam... in qua vir est caput mulieris conjunguntur, unde convenienter ex viro formata est femina sicut ex suo principio.—d) propter sacramentum «figuratur enim per hoc quod Ecclesia a Christo sumit principium.» Unde Apostolus dicit (6): *Sacramentum hoc inagnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia.*—e) et recte ex costa (7): «Primo quidem ad significandum quod inter virum et mulierem debet esse specialis conjunctio; neque enim mulier debet dominari in virum; et ideo non est formata de capite; neque debet a viro despici, tamquam serviliter subjecta; et ideo non est formata de pedibus. Secundo propter sacramentum; quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta, i. e. sanguis et aqua, quibus est Ecclesia instituta.»

12. Obj. 1.^a Corpus humanum a solo Deo non est factum: legimus enim Deum dixisse (8): *Faciamus hominem*, etc. Ergo socios habuit.

(1) An. 1860. Tit. 4. c. 14. Coll. Lac. l. 5, p. 292.—(2) *Haer.* l. 4, c. 10.—(3) *Tract.* 9 in Joann. v. 10.—(4) *C. Gaudens De divortio.*—(5) *De sum. Trinit.* cap. univ.—(6) *De Resurre. carnis*, c. 6.

(1) I. Q. 92, ar. 4.—(2) *Eccl.* XXXIII, 13.—(3) I. Q. 92, ar. 2.—(4) *Act.* XVII, 26.—(5) *Gen.* II, 23.—(6) *Ephes.* V, 32.—(7) I. Q. 92, ar. 3.—(8) *Gen.* I, 26.

Resp. D. Thomas (1). «Non est intelligendum, Deum Angelis dixisse: *Faciatis hominem*, ut quidam perverse intellexerunt. Sed hoc dicitur ad significandam pluralitatem divinarum personarum, quarum imago expressius invenitur in homine.»

Inst. Non repugnabat Angelos cooperari Deo in formatione corporis humani; ergo verisimiliter affirmari potest, ita factum esse.

Resp. Dist. *ante*. In formatione corporis mediata et remota; conced. Immediata et apta ad animam suscipiendam, subdiat. Naturaliter; neg. Miraculose conced. Possunt, ait Suarez (2) duo in formatione corporis Adae considerari. Unum est localis congregatio terrae in locum aptum ad disponendum corpus illud; alterum est organisatio et dispositio illius materiae formae humanae convenientis. Primum istorum facile potuit Angelorum ministerio fieri ut docet D. Thomas (3) in exemplum adducens ministerium, quod in ultima resurrectione Angeli exhibebunt, cineres humanos colligendo. Hoc autem ministerium non sufficit ut Angeli dicantur effectores corporis humani. Alterum, scilicet organisationem et dispositionem corporis ad recipiendam animam preparati impossibile est fieri naturaliter ab Angelo, cum illa organisatio et dispositio corporis naturali virtute a generante ejusdem rationis, quod non est Angelus, fiat. Restat ultimum distinctionis extremum, quod licet concedamus possibile, nullo modo affirmari potest, ita esse factum, quia opus miraculosum sine fundamento asserendum non est.

13. Obj. 2.^o Cum Cajetano, quod jam olim sibi proposuerat solvendum D. Angelicus (4); in operibus primo creatis non fuit aliquod superfluum. Costa ergo Adae fuit de perfectione corporis ejus. Ergo et subtracta, remansit imperfectum, quod videtur inconveniens.»

Resp. D. Thomas et cum eo plurimi: assumptum conced. Primum *conseq.* dist. Costa ex qua formata est Eva fuit de perfectione corporis Adae ut hic erat individuum, neg. Ut erat principium speciei, conc. Dicendum quod costa illa fuit de perfectione Adae, non prout erat individuum quoddam, sed prout erat principium speciei, sicut semen est de perfectione generantis... Unde multo magis virtute divina corpus mulieris potuit de costa viri formari absque dolore.» Haec ultima verba absque dolore addit ut constet virtute divina costam separatam esse ab Adamo quin dolorem sentiret ac a somno excitaretur. Nihilominus sententia D. Thomae quamvis bona et probabilis non optima visa est aliis doctoribus, quibus intra ipsum miraculorum ordinem

(1) 1. Q. 91. ar. 4. — (2) *De Op. sex dier.* l. 3, c. 1, n. 6. — (3) 1. Q. 91. ar. 3. ad 1. — (4) 1. Q. 92. ar. 3.

semper minus naturale ac magis prodigiosum fuit Evam efformari ex costa indebita homini ut sic, quam ex debita; ideoque hanc partem praefertant ac asserunt, costam ex qua formata fuit Eva unam fuisse e numero illarum, quae corpori humano necessariae sunt. Haec solutio praeterea congruentissima est fini propter quem Deus mulierem ex costa viri formavit. Voluit siquidem Deus arctissimam conjunctionem inter virum et uxorem significare, jam vero hoc melius significatur si formatio Evae ex costa maxime propria et necessaria, quam si ex superflua, et quasi adventitia, et solum ad tempus data, facta fuit. Juxta hanc solutionem:

Inst. Ergo re vera, ut vult Cajetanus, creata Eva Adam fuit imperfecta siquidem pro costa *Dea... replevit corpus* (1).

Resp. Neg. *conseq.* Nam sicut nomine costae, cum dicitur ablata, caro aliqua subintelligitur, ita e contrario sub nomine carnis intelligitur etiam costa cui adhaerebat, aliqua caro.

14. Obj. 3.^o Costa Adae non erat sufficiens materia nisi ad minimam partem corporis Evae formandam. Ergo corpus Evae quoad maximam sui partem ex alia materia fuit factum. Atqui si quoad maximam sui partem ex alia materia, superflua costa assumpta est, et incongruenter dicitur formatum ex ea, cum sit pars minima. Ergo non ex costa, etc.

Resp. Conc. *anteq.* ejusque consecrarium. *Mia.* dist. Si costa sumpta fuerit ut materia communis; conc. Si ut materia praecipua singulariter apta ad significandam unionem viri et mulieris; neg. Costa ait Suarez (2) fuit tamquam fundamentalis materia, ex qua Deus formationem illam inchoavit, sicut segetes ex grano seminato fiunt, vel sicut Christus ex quinque panibus quinque millia hominum pavit, cum illi panes quasi semina erant, non quidem terrae mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata ut Augustinus (tract. 24 in Joann.) dixit. Haec est etiam solutio D. Thomae (3) in prima parte Summae, si legis cum codicibus Alcan. Camer. ac editis plurimis: «necesse est ponere additionem materiae vel per creationem, vel (quod probabilius est) per conversionem.» Ita vero legendum esse constat ex eadem Summa parte tertia (4).

THESIS III.

Animae hominum sunt a Deo per creationem.

15. Nota. I. De veritate hujus assertionis nonnulli Patres olim dubitarunt ac judicarunt originem animae humanae nos latere, ne-

(1) Genes. II, ar. — (2) *De op. sex dier.* l. 3, c. 2, n. 13. — (3) 1. Q. 92. ar. 3. ad 1. — (4) Q. 14. ar. 4. ad 4.

que esse aliquid temere definiendum. Tertullianus (1) et post eum Appollinaris asserunt, animas non minus a parentibus trahi quam corpora, ideo S. Hieronymus (2) his et illis motus, exaggeratione quadam oratoria scripsit: «Tertullianus, » Apollinaris et maxima pars occidentalium autumant, ut quomodo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima. » Errores thesion oppugnantium ad tria capita reducuntur, pantheistiarum nempe traducianistarum et cretistianistarum. Primi volunt animas esse particulas substantiae Dei, alteri animas a parentibus traduci vel semine corporali vel semine spiritali ut modernis temporibus propugnavit Klee; postremi animas ex nihilo esse fatentur, sed contendunt cum Erroschamer (3) eas ab ipsis parentibus, vi a Deo naturaliter indito creari.

II. Thesis nihilominus universalis et infallibili Ecclesiae magisterio jamdiu constat, adeo ut contrarium asserere non sit tutum. Nam post Augustini tempora praeter testimonia Patrum, qui eum praecesserunt, habemus aiebat Bellarminus (4); rescriptum S. Leonis L. decretum Leonis X in concil. Lateranensi, consensus theologorum omnium, qui his quingentis annis floruerunt, denique rationes egregias a theologis excogitatas; quibus argumentis S. Augustinus caruit.

16. Prob. 1.^a Sacrae Litterae (5) docent de Deo. *Ego Dominus et non motor*, item apud Deum: *non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*, Concilia (6) eodem modo loquuntur, quare Deum esse omnino immutabilem ambigi nequit. Non potest ergo anima humana, quae mutabilis et violabilis est portio esse incommutabilis substantiae. Etiam sacrae litterae animam hominis, quam spiritualem esse tradunt (7); et revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum, immediate a Deo corpori e limo facto inspiratum asserunt: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem eius spiritum vitalem*, et factus est homo in animam viventem (8). Atqui si Deus primo homini immediate infudit animam, et haec est spiritalis, tam anima primi hominis quam reliquae sunt a Deo per creationem. Ergo... *Min.* prob. Quoad primam partem claret, nam anima Adami utpote prima si non ex materia neque e substantia divina producta erat apta, restat ut ex nihilo creando, tam inspiraret Deus; quoad secundam, manifestum est animas spirituales semi-

(1) De anim. c. 19.—(2) Epist. ad Marcell. et Anapolytianos.—(3) Damus. 2. s. th. Pio IX. ann. 1862. *Gravissimas inter acerbissimas*, brev. ad Archiep. Monac. Fring.—(4) De amic. gratiae. L. IV. c. 11.—(5) Malack. III. 6; Jac. I. 7.—(6) Leter. sub. Martino I. Vatic. c. Dei Filius, c. 1.—(7) Eccles. XII, 7; vid. Math. XXV; Joan. XIX; Tob. III; etc.—(8) Genes. II, 7.

ne corporeo, quod materiale est, propagari non posse, neque semine spiritali, quod repugnat ab ente spiritali, toto in se existente, simplici et indivisibili, decidere; quoad tertiam, nempe animas creati a Deo, eo quod actio creativa sit solius Dei (1), satis demonstratur.

2.^a Ecclesiastica traditio eadem veritas firmatur tum damnatione errorum, cum thesion positiva affirmatione. Concil. Bracarense (2): «Si quis animas humanas vel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichaei et Priscillianistae docent, anathema sit.» Concil. Vatican. (3) «Si quis dixerit, res finitae tum corporeae, tum spirituales, aut saltem spirituales e divina substantia emanasse... anathema sit.» S. Leo PP. (4) «Catholica fides constanter praedicat atque veraciter, quod animae hominum priusquam suis inspirarentur corporibus non fuere, nec ab ullo incorporentur, nisi ab opifice Deo, qui et ipsarum est creator et corporum.» S. Augustinus (5): «Si esset anima pars Dei, nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius; nec aliquid in semetipsa inciperet habere quod non habebat, quantum ad ejus affectiones pertinet. Quam vero aliter se habeat, non est opus extrinseco testimonio; quisquis semetipsum advertit, cognoscit.» S. Hieronymus (6) opponens sententiam catholicam erroribus haereticorum pronuntiat: «ecclesiasticum dogma esse, ut Deus quotidie animas fabricetur.» Claudat hanc, quae multum posset crescere, seriem S. Joan. Chrysa. (7) «Anima nec generat, nec generatur, nec ullum agnoscit patrem praeter eum, cujus voluntate creata est.»

17. 3.^a Cum D. Angelico (8); a) «Impossibile est virtutem activam, quae est in materia, extendere suam actionem ad producendum immaterialem effectum. Manifestum est autem quod principium intellectivum in homine est principium transcendens materiam; habet enim operationem in qua non communicat corpus. Et ideo impossibile est quod virtus, quae est in semine, sit productiva intellectivi principii.» b) «Anima intellectiva, cum habeat operationem vitae sine corpore, est subsistens... et ita sibi debetur esse et fieri; et cum sit immaterialis substantia, non potest causari per generationem, sed solum per creationem a Deo. Ponere ergo animam intellectivam a generante causari, nihil est aliud quam ponere eam non subsistentem, et per consequens corrumpi eam cum corpore. Et ideo haereticum est dicere, quod anima intellectiva traducatur cum semine.»

(1) Vol. II, Disq. VI, n. 16.—(2) Can. 5. ann. 561.—(3) De fide et rat. c. 4.—(4) Ad Turib. c. 10.—(5) Epist. 166, 3. 4.—(6) Epist. ad Pammach.—(7) In Martine. Bomil 23.—(8) I, Q. 118 art. 2.

18. Obj. 1.^o Genes. XLVI. 26 legitur: *Cunctae animae, quae... egressae sunt de femore illius* (Jacob)... *sexaginta sex*. Ergo animae e corporali semine trahuntur.

Resp. Explico sensum. *cunctae animae* i. e. omnes filii, quorum parens fuit Jacob; *conc.* Ipsae animae e femore prodierunt; *neg.* Est figura synecdoches, qua pars ponitur pro toto, id est anima pro toto homine.

19. Obj. 2.^o Si perfectus sit homo debet generare sibi simile secundum suam speciem. Alibi non potest generare sibi simile secundum speciem suam, nisi animam rationalem quae speciem humanam constituit. Propria virtute generet aut creet. Ergo...

Resp. Dist. *neg.* Actione cooperativa ad totum efficiendum; *conc.* actione effectiva omnis partis totius: *neg.* *Mis.* etiam dist. nisi animam rationalem propria virtute generet aut creet physice et realiter; *neg.* moraliter et attributive ratione dispositionis corporis, quae naturaliter exigit animam rationalem a Deo creari quoties per semen corporalem materia est sufficienter disposita; *conc.* «Homo generat sibi simile, sicut Angelicus (1), in quantum per virtutem seminis ejus disponitur materia ad susceptionem talis formae».

Obj. 3.^o Si animae humanae crearentur a Deo, Deus cooperaretur adulteris et fornicariis, cum de illicita illorum commercio proles generantur. Sed repugnat Deum rei illicitae cooperari. Ergo...

Resp. Dist. *neg.* Deus cooperaretur actioni bonae naturae, *conced.* Eius inordinationi, quae tota est a prava hominum voluntate, *neg.* S. Hieronymus (libr. 3. apol. contra Rufin. elegantiissime et S. Augustinus dicit, Epist. 28. ad Hieronymum) scribit, non magis absurdum esse, Deum adulterinis conceptibus inspirare animas, quam terram gremio suo confovere seminibus, quae sator furto sustulerit vel immunda profecerit manu.

THESIS IV.

Animae humanae tunc creantur cum corporibus infunduntur.

20. Nota. Origenes (2) sequens Platonem opinabatur animas hominum simul cum angelis esse creatas ac deinde fastidio affectas hominum illorum spiritualium, quibus in caelo fruiebantur, amare crepisse res terrenas, atque idcirco a Deo in corpora tantquam in carcenas detrueri. Hunc errorem reboxerunt nostris temporibus Kant et Schelling. Catholicorum aliqui, teste S. Hieronymo (3), assertum Origenis emollientes, crede-

(1) Ep. ad Titum, c. 2. ad 4 et ad 3.—(2) De princ. l. 1, c. 7.—(3) Ep. ad Macell. et Anabysch. 27. ep. S. Augustini.

bant animas humanas simul cum Angelis initio conditas fuisse, ac deinde, modo unam, modo aliam ad corpus mitti. Hanc sententiam vocat S. Hieronymus (l. c.) stultam persuasionem et S. Leo (1) docet, omnem animarum praexistentiam fidei catholicae esse oppositam.

21. Prob. 1.^o a) Animam primi hominis (ac proinde similiter de reliquis sentiendum) non fuisse simul cum Angelis creatam, sed simul cum corporis fictione, ipsa historia sacra (2) clare demonstrat: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae* i. e. infudit de novo creatam, ut sensus obvius per se exigit et certo eruitur ex primo capite (3) ubi totus homo praecipue quoad animam creandam et creatam a Deo exhibetur. *Faciemus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*; (quae in anima residet) *et praesit* (quod non nisi ratione est possibile) *piscibus maris et volatilibus caeli, et bestiis, universaeque terrae, omniaque reptilia, quod movetur in terra. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum, masculum et feminam creavit eos*. Quibus verbis etiam Origenis error expellitur. Quo pacto enim, de anima peccatrici, dum corporis curere damnatur, dicere verum erit (4) *can* esse valde bonam? b) Uterius assertit Scriptura homines cum nondum nati sunt quidquam boni aut mali agere; morte etiam illos puniri, qui actualiter ut Adam non peccaverit; non nisi de his, quae cum corpore bene vel male egerunt iudicandos esse. Atqui haec omnia supponunt animam tantum dum est in corpore operari et non autem cum esse sit propter operari. Ergo... *Mof.* est D. Pauli: *Cum enim nondum mali fuissent* (Esau et Jacob) *aut aliquid boni egissent aut mali...* (5) *Requiescit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem praecaricationis Adae* (6). *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum.*

2.^o Non minori certitudine haec veritas Conciliorum et Patrum doctrina stabilitur. Vide supra (n. 16, prob. 2.^o) S. Leonem Theodoretum et Hieronymum quibus addes Concil. oecumen. Constantinop. II. can. 1. «Si quis fabulosam animarum praexistentiam, et quae ex illa consequitur, monstruosam restitutionem asseruerit, anathema sit» Concil. Lateran. V. sub Leone X damnavit et reprobavit negantes animam intellectivam corporis esse formam et docet quod sit immortalis, et pro corporum quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabi-

(1) Ep. ad Titum.—(2) Genes. II, 7.—(3) vv. 26, 27.—(4) v. 35.—(5) Rom. IX, 11.—(6) Ibid. V, 14.

alis, et multiplicata et multiplicanda sit.» S. Gregorius Nazian. (1) «Times ne quis stultam sententiam amplectatur, quasi anima prius jam quodam in loco vixerit et postea in corpus tanquam in carcerem coniecta fuerit... haec sententia vesana est et ecclesiasticae traditioni repugnat.»

22. 3.^a Auctoritate et rationibus S. Thomae, qui adversus Origenem arguit: a) «Poena enim bono naturae adversatur, et ex hoc dicitur mala. Si igitur unio animae et corporis est quoddam poenale non est bonum naturae, quod est impossibile; est enim intentum per naturam, nam ad hoc naturalis generatio terminatur (2) b) «Ex malo non provenit bonum nisi per accidens. Si igitur propter peccatum animae separatae, hoc constitutum est quod anima corpori uniat, quum hoc sit quoddam bonum, per accidens erit casuale igitur fuit quod homo fieret; quod derogat divinae Sapientiae, de qua dicitur: *Omnis in mensura, et numero, et pondere dispensasti*» (Sap. XI. 21) (3) c) «Contra omnes ponentes animas simul a principio cum Angelis creatas ita: «Sed haec opinio falsa est: si primo quidem quantum ad radicem; si enim accidentaliter conveniret animae corpori uniri, sequeretur quod homo, qui ex ista unione constituitur, esset ens per accidens; vel quod anima esset homo: quod falsum est.» (4) «Si animae naturale est corpori uniri, esse sine corpore est sibi contra naturam, et sine corpore existens non habet suae naturae perfectionem. Non fuit autem conveniens ut Deus ab imperfectis suum opus inchoaret, et ab his, quae sunt praeter naturam; non enim fecit hominem sine manu, aut sine pede, quae sunt partes naturales hominis; multo igitur minus fecit animam sine corpore.» (5) «Si vero... non est naturale animae corpori uniri... oportet... dicere quod aut hoc sit effectum ex ejus voluntate, aut ex alia causa. Si ex ejus voluntate, videtur hoc esse inconveniens... quia haec voluntas irrationabilis esset si non indigeret corpore, et vellet ei uniri; si enim eo indigeret naturale ei esset quod corpori uniretur, quia natura non deficit in necessariis... Si autem praeter voluntatem ipsius corpori unitur, et praeter ejus naturam, oportet quod hoc sit ex causa violentiam inferente; et sic erit poenale et triste; quod est secundum errorem Originis... (4)»

28. Obj. I.^o David (5) Deum precabatur: *Edoc de custodia animam meam*. Ergo anima est in corpore tanquam in carcere.

Resp. Neg. *conseq.* verba enim sacra *anteq.* ad litteram significant speluncam in qua latebat David ob Saulis insectationem.

(1) Or. 37, c. 13.—(2) *S. cont. gent.* l. 2, c. 83.—(3) *Ibid.*—(4) 1, Q. 118, ar. 3.—(5) Ps. CXXI, 4.

ac non nisi spiritualiter sumpta applicari possunt corpori, quod post peccatum adversus spiritum rebellat et Apostolum adigebat ingemiscere: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* (1), quibus vocibus non cupiebat absolute a corpore liberari, sed a corpore *mortis hujus* i. e. mortali.

2.^o Genes. II. 2. *Requievit Deus ab omni opere quod pararat.* Atqui vere non quievit si perenniter novas animas creat. Ergo...

Resp. Explico sensum *maj.* Requievit a condendis novis rerum generibus et speciebus; conc. A condendis novis individuis juxta naturalem specierum exigentiam; neg. Ad rem Angelicus (2) «Deus dicitur cessasse die septimo, non quidem ab omni opere; acum dicitur (3): *Pater meus usque modo operatur*, sed a novis rerum generibus et speciebus condendis, quae in operibus primis non aliquo modo praexistunt. Sic enim animae, quae nunc aereantur, praexistunt secundum similitudinem speciei in primis operibus in quibus anima Adae creata fuit.»

COROLLARIUM.

Ut catholicae doctrinae repugnans, rejicienda est sententia tum transformistarum, cum evolutionistarum, qui primi corporis humani effectiorem spontaneae, naturali ac continuatae evolutioni viventium imperfectorum in perfectiora, tribuunt.

24. Nota. I. Species logice est universale unam eandemque naturam completam pluribus individuis communem representans, seu quod sub se non nisi individua complectitur. Docet experientia individua, quae a similibus v. g. equi ab equis, canes a canibus, etc. gignuntur esse indefinita fecunda, et individua, quae ab affinis, ut mulus, procreantur esse infecunda; hinc convenit inter scientiarum naturalium cultores, viventium species collectiones esse individuum similia, quae ex uno communi et simili stipite indefinita ac fecunda generatione propagantur. His est de modo, quo haec species ortum habuerint. Transformistae, doctores Darwin negant singulas species ab uno tantum proprio et simili stipite procedere, ac contendunt a paucis formis primitivis universam quam videmus specierum plantarum et animalium diversitatem ortam esse. Natura hanc transformationem consequi esset si illos audis: a) *Conata instinctio* viventium se perficiendi ac suo appetitui satisfaciendi, quo organa usu et exercitio perficerentur

(1) Rom. VI, 21.—(2) 1, Q. 118, ar. 3, ad. 1.—(3) Joann. V, 17.
Theol.—Tom. IV.—P. I.

ac nova inducerentur. Sic vesperilioni, conata venandi cinipides per aera, extensa esset pellis in tenues membranas ad modum alarum. b) *Naturali defectu* quo ipsa vivit, instinctu perfectivo naturae mota, soletem animalium vel plantarum educatorem imitarentur, qui seligendo ad procreandum meliora individua inter varias stirpes v. g. equorum, columbarum, etc., inutilibus et minus perfectis posthabitis, nullissimas varietates consequitur. c) Ad hunc naturalem defectum juvaret *pugna pro existentia instilata*. Pingunt enim terram non posse capere: nec alere tot individua quot a successivis generationibus oriuntur, ac mirum in modum multiplicarentur; hinc ubi inciperent nimium multiplicari, unumquodque bellum aliis indideret, in pugna meliora ac robustiora individua, quae perfectiorem prolem gignerent victoria potirentur. Proles etiam nimis aetate iterum inter se eodem exitu decerent, atque ita per longissima intervalla quietis et belli gradatim inferioris ordinis viventia superiores gradus ascenderent novaque species prioribus dissimiles constituerent. d) Eadem effectui prospiceretur *electioe sexuali*, virtutis femellae (!!) non nisi masculo robore, forma, colore aliisque qualitatibus praestantes ad procreandum eligere.

Evolutionistae dicti gratuitas has hypotheses restringunt ad quaedam viventium genera, quin tamen primi corporis humani effectiorem excipiunt.

II. Systema hoc, quod hactenus nullo facto, nullâ historiâ etiam ad additissima fossilia tempora confugiendo corroborari potuit, quod illustriores naturalistae rejiciunt (1); quod Agassiz (2), ut unum vel alterum proferam, dicit, *a priori conceptum*, ac minime esse legitimam factorum explicationem ab hodierna sententia acquisitorum; quod Pfaff (3) ideo credit summis laudibus a pluribus acceptum, quia materialistis ansam praebet referendi omnium eorum mundanorum ortum fortuito atomorum concursui: certe sensui naturali obvio et plaso Sacrae Scripturae, cum solo de plantis et animalibus agit non congruit. Ait enim Moyses in Genesi (4): *Germinet terra herbas viventes et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et protulit terra herbas viventes, et facientem semen juxta genus suum, signumque faciens fructum et habens unumquodque sementem secundum speciem suam*. Hebraice גִּרְמִינֵת אֶרֶץ עֵשֶׂב חַיִּים וְיֵשֶׁבֶת וְעֵץ פְּרִי וְהָיָה זָרְעוֹ כְּגֵזְרֵהוּ וְהָאֲרֶזֶת תֵּלֵם עַל הָאֲדָמָה. Et quod semen ejus in eo sit, secundum speciem, etc. Jam vero haec verba, nisi ad alienum et inusitatum loquendi modum ea detorqueas exprimiendi nempè tanquam primam

(1) Civiltà Catol. T. 9, ser. 10, p. 160, 1879.—(2) Ibid. p. 558.—(3) Ibid. p. 569.—(4) L. 11, 12, 21, 24, 25.

plantarum effectiorem, quae re fuerit ultima, satis ostendunt primitus singulas species plantarum jussu Dei terram protulisse, item de animalibus esto judicium (1): *Creatit Deus... omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerunt aquae in species suas, et omne volubile sociandum genus suum, et infra: producat terra animam viventem in genere suo jumenta, et reptilia, et bestias terrae secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terrae juxta species suas, et jumenta et omne reptile terrae in genere suo*. Hoc inquam systema, aliquos catholicos non pudet ad primi corporis humani existentiam naturaliter enodandam, applicare. Putant fieri satis Sacrae Scripturae et catholicae traditioni si credant animam hominis immediate a Deo esse creatam, primum vero corpus mediate animalium progressiva evolutione (2). Quam vero contrariae doctrinae catholicae ipsique rationi patet.

25. Prob. 1.^o Ex thesi II, n. 8, quae licet de fide definita non sit, eam certam esse juxta doctrinam catholicam, Scriptura et traditione probavimus.

2.^o Repugnat catholicae doctrinae, qui verba Sacrae Scripturae cum formationem primae mulieris enarrant, non ut sonant intelligit. Ergo a pari, imo a fortiori, qui aliter interpretatur verba sacra, quae respiciunt creationem primi viri, cum iste sit mulieris caput. (Vid. Thes. II.)

26. 3.^o Ut fabulosa transformistarum assertio rationabilis esset, supponendum foret simias anthropomorphideas posse naturaliter fetum adeo perfectum concipere, qui naturaliter exigeret infusionem animae spiritualis. Secus in ipsa fetus conceptione admittendus esset extraordinarius Dei interventus seu miraculum, quod isti auctores, quos nunc refutamus, quantum possunt cavent. Atqui conceptus simiarum sive cujuscumque bruti animalis exigere infusionem animae spiritualis, non minus est absurdum quam contumeliosum dignitati naturae humanae, quae ratione intelligentiae cui organa corpora inserviunt, corpus postulat singulari perfectione ornatum a quovis alio brutorum pure sentientium diversum. Ergo corpus hominis non est a brutis animalibus generabile. Confr. *ibid.* a) Ex hoc principio, quod corpus hominis debet esse aptum rationi eique subjectam, explicabant Patres cur animalia licet in aliquibus singularibus superent hominem, non tamen absolute et quoad totum. En disertissima Lactantii verba (3), de generatione belluarum et hominis, agentis: «Hominem autem ratione concessa, et virtute sentiendi atque eloquendi data, eorum quae

(1) Gene. I, 21, 24, 25.—(2) Cardin. Gonzales eam theologice non audeat damnare, licet philosophice pronuntiet inadmissibilem parumque probabilem. *La Biblia y la cien.* T. 1.^o c. 14.—(3) *De officiis Dei*, c. 2.

«ceteris animantibus attributa sunt, fecit expertem, quia sapientia reddere poterat quae illi naturae conditio denegasset; statuit nudum et inermem, quia et ingenio poterat armari, et ratione vestiri.»
 b) Auctoritate D. Thomae (1): «Deus unicuique rei naturali dedit optimam dispositionem. non quidem simpliciter sed secundum ordinem ad proprium finem... Finis autem proximus hominioni corporis est anima rationalis, et operationes ipsius. Materia enim est propter formam, et instrumenta propter actiones agentis.»
 «Dico ergo quod Deus instituit corpus humanum in optima dispositione secundum convenientiam ad talem formam et ad tales operationes.» c) Iterum ex D. Angeliō. (2): «Inest unicuique naturale desiderium ad conservandum suum esse, quod non conservaretur si transmutaretur in alteram naturam. Unde nulla res, quae est in inferiori gradu naturae, potest appetere superioris naturae gradum, sicut asinus non appetit esse equus, quia si transferretur in gradum superioris naturae, iam ipsa non esset.» Non convenit ergo ulli bruto animali appetere esse hominem proindeque nec hominem generare.

4. Licet transformistarum systema probabilitate aliqua quoad plantas et animalia donaretur, licet existimaretur possibile quoad primum corporis humani formationem, adhuc tamen a catholico ad hanc explicandam tamquam contrarium expressae, clarae et obviae Genesios litterae SS. Patribus eodem sensu unanimiter declaratae rejiciendum esset, nisi mallet adversarii proles esse brutorum, quam opus manuum divinarum et adimplere in se verba Psalmi xixiii, 21. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.*

27. Obj. 1.^o S. Augustinus, qui omnia simul, uno instanti facta esse opinatus est, docuit hominem quoad corpus, primitus factum esse secundum causalem rationem ex qua illud fieri necesse erat. Atqui quoad substantiam nihil aliud asserunt transformistae de primo corpore humano et bestis sumpto. Ergo similis est eorum sententia, sententiae Augustini, quae a catholica minime est. *Mof. prob. S. Augustinus* (3) ait: «Verumtamen sic factus est homo, quemadmodum illae primae causae habebant ut fieret primus homo, quem non ex parentibus nasci, qui nulli praecesserant, sed de limo formari oportebat, secundum causalem rationem, in qua primitus factus fuerat.» Et infra (4): «Ibi in causalibus rationibus enim erat non solum ut ita fieri posset, verum etiam ut ita eum fieri necesse esset.»

Resp. 1.^o S. Augustinum alibi (v. nn. 6, 10) sententiam

(1) 1. Q. 91, ar. 3.—(2) 1. Q. 63, ar. 3.—(3) Genes. ad litter. l. 6, c. 13.—(4) Gen. ad litter. l. 6, c. 18.

catholicam aperte tradere, nec in locis objectis ei contradicere, cum limum non metaphoricum, sed realem intelligat. Quaerit (1): «Utrum homo ista jam specie, qua in sua natura vivit... aut et ipse in occulto sicut foenum agri antequam exortum est, ut hoc ei post esset accessu temporis exoriri, quod de pulvere factus est?» respondet (2): «Non est dubium hoc quod homo de limo terrae factus est, neque formata uxor ex latere, jam non ad conditionem, qua simul omnia facta sunt, pertinere, quibus perfectis requievit Deus: sed ad eam operationem, quae fit jam per volumina saeculorum, qua usque nunc operatur.» Sed monet (3) lectorem ne male intelligat suam sententiam: «Redeat ergo ad Scripturam, inveniet sexto die omnia simul creando Deus hominem factum ad imaginem Dei (4), factos autem masculum et feminam. Idem quaeret quando facta sit femina, inveniet extra illos sex dies... Tunc in initio, sexto die autem factus est homo et masculus et foemina: ergo et tunc et postea... Quaeret ex me quomodo. Respondebo, postea visibiliter, sicut species humanae constitutionis nota nobis est; non tamen parentibus generantibus, sed ille de limo, illa de costa ejus. Quaeret tunc quomodo. Respondebo invisibiliter, potentialiter, causaliter, quomodo sunt futura non facta. Hic forte non intelligit. Subtrahuntur enim rei cunctae, quae novit, usque ad ipsam seminum corpulentiam. Neque enim vel tale aliquid homo jam erat, cum in prima illa sex dierum conditione factus erat... Quid ergo faciam, nisi quantum possum, salubriter moneam, ut Scripturae Dei credat et tunc factum hominem, quando Deus cum factus est dies, fecit caelum et terram et tunc quando jam non simul, sed quaeque temporibus creans, finxit eum de limo terrae, et ex ejus osse mulierem, nam nec isto modo eos illo sexto die factos, nec tamen eos illo sexto die non factos intelligere Scriptura permittit.»

28. Obj. 2.^o Homo quoad corpus valde similis est quibusdam simiis uti dicunt anthropomorphis Orang-outang Chimpanze et Gorilla. Ergo una eademque est quoad corpus communis origo.

Resp. 1.^o Trans. *anteq. neg. conseq.* Ex sola similitudine non arguitur communitas originis primae, cum Deus aequè potuerit in prima rerum conditione eas naturali evolutioni (si possibilis foret) permittere, aut immediate singulas species cum similitudine creare.

Resp. 2.^o Dist. *anteq.* Homo quoad corpus est valde similis quibusdam simiis; genericè conc. Specificè, neg. Tanta est differentia ut etiam materialistae et athei, qui animam spirituales nesciunt atque a scientia ablegant, non audeant, in suis animalium distribu-

(1) Ibid. c. 1.—(2) Ibid. c. 3.—(3) Ibid. c. VI.—(4) Genes. I, 27.

tionibus hominem inter simias collocare. Inveni fatentur inter species tum viventes, tum fossiles nullam reperiri simiam, quae verisimiliter potuerit hominum et simiarum communem esse matrem (1). Praecipuae differentiae sunt: a) Hominis cerebrum proportionaliter ad corporis molem magis ponderosum ac majus esse, pluribus ditatum circumvolutionibus, quae contrarie iis, quae in cerebro simiarum sunt, evolvuntur. b) Hominis vultum animi sensus ac intelligentiae signa viraci oculorum expressione manifestare. c) Organa vocalia hominis labium, lingua, larynx ad loquendum et concinendum aptissima sunt. Simiae nec ut psittaci vocem hominis imitantur. d) Manus hominis variis digitorum mobilitate et flexibilitate non tantum rebus capiendis, sed innumeris aliis usibus accommodatissimae sunt. e) Homo tandem bipes est, atque ejus caput ita constitutum ut statio ac incessio erecta, simiis violenta, homini sit summe naturalis. Quam convenientis fuerit homini statura recta probat D. Thomas (2): «Primo... quia sensus sunt dati homini non solum ad vitae necessaria procuranda, sicut aliis animalibus, sed etiam ad cognoscendum. Unde cum cetera animalia non delectentur in sensibilibus nisi per ordinem ad cibos et venerea, solus homo delectatur in ipsa palchritudine sensibillum secundum seipsam. Et ideo quia sensus praecipue vigent in facie, alia animalia habent faciem pronam ad terram, quasi ad cibum quaerendum et providendum sibi de victu; homo vero habet faciem erectam, ut per sensus, et praecipue per visum, qui est subtilior, et plures differentias rerum ostendit. Libere possit ex omni parte sensibilia cognoscere et caelestia et terrena ut ex omnibus intelligibilem colligat veritatem. Secundo ut interiores vires liberius suas operationes habeant; dum cerebrum in quo quodam modo perfectiuntur non est depressum, sed super omnes partes corporis elevatum. Tertio quia oporteret si homo haberet pronam staturam, quod uteretur manibus loco anteriorum pedum; et sic utilitas manuum ad diversa opera perficienda cessaret. Quarto quia si haberet pronam staturam, et uteretur manibus loco anteriorum pedum, oporteret quod cibum caperet ore; et ita haberet os oblongum, et labia dura, et grossa, et linguam etiam duram, ne ab exterioribus lederetur aut patet in animalibus; et talis dispositio omnino impediret loquationem, quod est proprium opus rationis.» Haec D. Thomas, cum aliis scientiae naturales in cunabulis erant (3).

Obj. 3.° Sunt in homine vestigia organorum perfectorum v. g. coxyx, caudae; pili haec illae sparsi, corporis pilosi: etc. Ergo cor-

(1) M. Gaspari, ap. Vigouroux Man. bibliq. tom. 1, n. 296. — (2) I. Q. 91, ar. 1. — (3) Confer. P. M.: S. J. *La Graciosa* cc. 39-41.

pus humanum originaliter erat cauda terminatum ac pilis tectum. Resp. Neg. suppos. *autem*, quod deberet probari non supponi. Quae obtruduntur ut vestigia organorum perfectorum sunt verae partes corporis ad ejus ornamentum et complementum spectantes. Consequens ab antecedenti non fluere perspicuum est, aequo et forte meliori jure, alii transformistae dicerent prorsus contrarie illa non esse vestigia, sed principia novorum organorum.

ARTICULUS II.

De humani generis propagatione.

THESIS V.

Adam primus hominum fuit atque ex eo totum genus humanum propagatum est.

29. Nota. I. Intra eandem viventium speciem (n. 24) quaedam sunt individuorum varietates, quae constanter generatione transmittuntur: sicut v. g. equus arabs ab anglo seceratur, canis perdicum accipit a molosso etc. Hae varietates stirpes (razas) constituunt. Quot sint in humana specie stirpes non convenit inter naturalistas; sunt qui tot numerent quot gentes, alii solum duas, communior divisio variat inter tres et duodecim. Fundamentales stirpes reputantur caucasica seu alba, mongolica seu flava, aethiopica seu nigra ex quibus aliae derivantur.

II. Infimica Ecclesiae rationalistarum mens, quae in articulo praecedenti diversarum specierum convenientias exaggerando e progressiva viventium evolutione hominem ortum statuabat, in praesenti accidentales stirpium differentias ponderando, vel paleontologorum placitis de hominis antiquitate fidens, omnes homines ab uno communi stirpe provenire potuisse negat. Qui hunc errorem sectantur vocantur polygenistae eo quod plures ad invicem independentes humani generis origines astringant. Alii sicut praedumtaxat, qui ante Adamum homines existisse volunt. Alii coadamistae, praeter Adam et Evam alios in diversis locis humani generis protoparentes admittentes. Praedamitarum inventor fuit recentioribus temporibus (1655) gallus Isaac de la Peyrere secta calvinista (1), qui sub Alexandro VII. errorem suum abjuravit et religionem catholicam professus est. E cineribus sepultum errorem excitant quidam foederatorum statuum americani (2)

(1) *Systema theologic. ex praedamitarum hypothesis*. — (2) A. Winchel, *Pseudamites, or a demonstration of the existence of men before Adam*. (Chicago, 1880.)

arbitrantes, aliter non posse sacram. Scripturam a palaeontologorum telis satis defendi. Antiquum errorem aborigenum seu antochthonum, eorum scilicet hominum, qui habebantur tempam primo nati in diversis orbis terrarum partibus renovarunt modernis rationalistae galli, germani, praesertim americani septentrionales, quorum summa aversio in nigritas non parum influxit ut hoc falsum systema amplecterentur.

30. Thésis utpote connexa cum dogmate de peccato originali est de fide et prob.

1.^o Ex concil. Lateranense IV. cap. *Firmiter* decernit totam hujus mundi rerum universitatem Deum creavisse «sua omnipotentis virtute simul ab initio temporis... creaturam spirituales et corporalem, angelicam videlicet et mundanam ac deinde humanam, quasi communem ex spirite et corpore constitutam.» Ergo ante hanc nostram creaturam humanam alia non fuit; de nostra enim loquatur concilium cum inter res «simul ab initio temporis» a Deo creatas naturam humanam collocabat. Alia concilia cum de peccato originali agunt, illud propagari asserunt quia omnes ab Adam primo homine generatione procedunt. Milevitanum H. can. II; «Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut diei in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavaero expietur, anathema sit.» Idem statuit Arausiacum II. can. II, ac tandem solemniter decrevit concil. Trident. (1). «Si quis Adae praevaricationem sibi soli et non ejus propagini, asserit nocuisse... aut inquina tum illum per inobedientiae peccatum, mortem et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem et peccatum, quod mors est animae; anathema sit; cum contradicat Apostolo dicenti: *Per unum hominem, etc.*»

2.^o Ex sacris litteris: in Veteri Testamento constat Adam de quo est sermo in II. Genes., esse primum hominem: et homo non erat qui operaretur terram (2). Adae vero non inveniebatur adjutor similis ejus. Non est bonum esse hominem solam: faciamus ei adjutorium, simile sibi (3). Ex eo et Eva cunctos viventes prodidit: Et vocavit Adam nomen uxoris suae Eva: eo quod mater esset cunctorum viventium (4) ac tandem illis ut primo, masculo et feminae benedixit Deum cum dixit (5): *Crescite et multiplicamini et replete terram et subjicite eam.* Compendio Sapiens (6) hanc veritatem docuit: *Haec sapientia illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus custodivit.* Etiam Novo Te-

(1) Ses. V. Decr. de pecc. orig. can. 2.—(2) Genes. II. 5.—(3) Ibid. 18, 21.—(4) Ibid. III, 20.—(5) Genes. I, 27.—(6) Sap. X, 1.

stamento firmatur thesis, Christus D. (1), restituens matrimonio pristinam perfectionem ait: *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos; et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae; et erant duo in carne una* ubi Christus una conjugans, quae de Adam et Eva cap. I. n. Genes., narrantur, unum fuisse primum par ex quo ceteri homines orientatur testatur. Non secus Apostolus uti vidimus prob. 1.^o et brevius in Act. (2): *Fecit (Deus) ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae.* Rectissime igitur concil. prov. Coloniense (1860) a S. Sede recognitum statuit (3): «Adamum primum fuisse hominem ex eodemque totum genus humanum suam ducere originem, sacrae Litterae testantur, et S. Paulus in Aepago disserens docet. Illi igitur, qui vel nesciri ajunt, unde genus humanum ortum acceperit, vel totum genus humanum ab Adamo propagatum esse negant, «Scripturae sacrae plane et aperte adversantur.»

31. 3.^o Patres utrem indubium ac fundamentalem catholicae fidei, assertum probant. Caelestinus I. (431) (4): «In praevaricatione Adae omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse.» Adam vero fuisse primum hominem infra Innocentii I. verbis, declarat (5): «Adverte tandem o pravissimum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa deceptit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur, sin praevaricationem praesumptione conderit.» S. Joan. Chrys. (6). «Cum enim Deus unum efformasset hominem, ex illo jussit omnes oriri, ut omnes mutuo quasi unum esse reputemus, et in charitate mutua degere studeamus.» S. Ambrosius (7). «Nec illud otiosum, quod non de eadem terra de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius costa facta sit mulier, ut sciremus, unam sin viro et muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani.» S. Augustinus (8): «In ipso exordio Adam et Eva parentes omnium gentium erant, non tantummodo judaeorum.» Lactantius (9) refutans antiquos philosophos, refert eos verbis condendae originem atque causam non unam intulisse; sed alii eos homines, qui sint ex terra primitus nati, cum per silvas et campos erraticam degerent vitam, bestialis et fortioribus animalibus praedae fuisse commemorant. Tam eos, qui aut leniati effugerant, aut leniari proximos viderant... ad alios homines decurrerunt, praesidium implorasse, et primo notibus voluntatem suam significasse; deinde sermonis initia tentasse, ac singu-

(1) Matth. XI, 44.—(2) XVII, 26.—(3) Titul IV, c. 14.—(4) Epist. 21, de errorib. semipel, c. 4.—(5) Ibid. c. 7.—(6) Homil., de perfect. charit.—(7) De Paradis. 48.—(8) Tract. in Joan. 9.—(9) Inst. L. 6, c. 10.

his quibusque rebus nomina imprimendo, paulatim loquendi perfectissimum rationem... O ingenia hominibus indigna, quae has inaptas protulerunt!... Haec alii deliria visa sunt... dixeruntque, non ferarum laevitatis causam fuisse confundi, sed ipsam potius humanitatem... sed utramque nullo modo verum est; quia non per hominem terram nati sunt homines et terra, sed unus homo a Deo factus est, ab eoque uno omnis terra humano genere completa est... Nulla igitur in principio facta est huiusmodi congregatio; nec unquam fuisse homines in terra qui praeter infantiam non loquerentur, intelligit cui ratio non deest. Plura solito Lactantii verba exaripsi ut lector perspiciat nonnullos, qui venditantur modernae scientiae progressus, errores esse gentilium jam diu ratione et fide a Patribus confutatos.

32. 4.° Rationibus. a) Praeclavis ab inspiratione divina ea historia originis et propagationis generis humani vera dicenda ac ceteris praefenda, quae ut ait Lenormant (1), antiquior est, nec fabulosis mythis quomodocumque ceterae deturpata, — quam hebraei diligenti custodia a corruptionibus praeservarunt, — quae sua sinceritate ac simplicitate studioso historiae filium praebet, quo in labyrintho antiquarum ac plerumque incongruarum primorum populorum traditionum secure regatur. Ergo cum talis sit historia sacra Geneseos si aliis gentilium comparatur ab ea non est recedendum. Confirm. Eo magis ita iudicandum est, quo aliarum gentium historiae fundamentaliter cum sacra concordent evidensque sit iudicium non habet, quae fabulis et falsis dogmatibus caret, sed illas, quae polytheismum et evidentiter ficta miscet esse corruptas. Fundamentaliter conformitas: ex Sanchuniatone apud Eusebium (2), qui refert juxta aegyptios spiritu vocis Dei creatos esse Konein et Protopgonon, Adam nempé et Evam ex quibus hominum reliqui genti sunt; ex Beroso chaldaeorum historiographo, qui plane concordat, ait Lenormant (3), cum Moysae excepto polytheismo. Similes protulerunt historiae poetae tam graeci (4), quam latini (5), nec americani ab hoc communi historiae profanae suffragio alieni sunt. Peruvianum primum hominem (6) a divina omnipotentia creatum fatentur eumque vocant Apu camasca i. e. terram vivam. Inter tribus Americae septentrionalis Mandant ereditur Magnum Spiritum duo fluxisse corpora argillea, quae hausta oris sui exsiccarit ac vivificavit, unum erat corpus primi hominis, alterum ejus sociae. — b) Nota characteristica unitatis speciei (n. 24) est indefinita fecunditas commixtionis

(1) Histoire ancienne de l' Orient, c. 1. — (2) *Ersep. evang.* L. 1, c. 10. — (3) *Op. cit.* c. 2. — (4) Orpheus. *Hymn.* 1. etc. — (5) Ovid. *Metamorph.* lib. 1, v. 75. — (6) Lenormant. l. c. c. 2.

individuum, quae apparent dissimilia, ad prolem generandam. Atqui experientia teste omnes conjugumque stirpis homines possunt aliis alterius stirpis conjugio copulari sine ullo fecunditatis detrimento. Ergo... Adde, inter varias hominum stirpes, praecelsis ab anima rationali, quae potissima est differentia specifica, notis corporales vere in aliis animalibus distinguentes, quae corporis structuram anatomicam, medium vitae tempus, corporis calorem, pulsuum venarum numerum, partus leges, easdem omnino esse.

c) Characteres, quibus polygenistae genus humanum in plures species dividi contendunt, ut sunt statura, color pellis, membrorum proportio, calvariae forma longe dissimiles intra animalium species v. g. in una canina inveniuntur. Ergo nullo in rerum natura fundamento, sed prorsus gratuito asserunt polygenistae a se enumeratos characteres substantialem specificam differentiam proderere. Si duos extremos typos, ait Quatrefages (1), album et nigrum physicis considerat plus difficultatis in discriminibus statuendis, quam in convenientis adnotandis experietur. Quare non mirum si cum ab extrema regione v. g. ubi nigritie ad aliam extremam ubi albi degunt per mediam imus, tam facilis, suavis ac pene insensibilis sit transitus unius hominum classis in aliam ut nunquam assignare terminum detur, quo una desinat altera incipiat. Hoc factum veluti digito nobis demonstrat stirpium differentias, non diversae naturae specificae homini, qui cosmopolita est et cuilibet medio ambienti sese accomodat, sed causis pure localibus et accidentalibus debet. d) Meritissimi tandem in scientia anthropologica viri solis rationibus naturalibus ducti thesım nostram approbant ut Buffon, Cuvier, Linné, Blumenbach, Alex. Humboldt, Müller, etc. (2).

33. Obj. 1.° Genes. IV. 2. *Fuit autem Abel pastor ovium et Cain agricola.* Sed ars agriculturae supponit alios extitisse homines agricolaria instrumenta conficientes, et officium pastorium fures a quibus greges custodirentur. Ergo cum Cain et Abel fuerint primi filij Adami et Evae, ante hos alij fuerunt homines.

Resp. Conc. *major.* *Mia.* primam partem dist. Ars agriculturae perfecta supponit, etc.; conc. Rudis et incipiens, praesertim cum terra adhuc virgini fertiliior erat, nec ingenti cultura opus erat ut victui necessaria rodderet; neg. Secundam partem nego, greges etiam custodiuntur a feris et ne dissipentur.

Obj. 2.° In eodem cap. Genes. v. 7 legimus: *Novae si bene egeris recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum aderit!*

(1) Rapport sur les progrès de l' Anthropologie. — (2) Conf. Mir S. J. *La Création*, c. 46.

et v. 14. *Omnia igitur qui invenerit me occidet me.* Atqui si praeter Adamam et Evam alii non erant homines, nec fores intelliguntur, quae portae sunt civitatis ubi orientales judicia exercebant, et timor Caini inanis. cum nullus praeter Adamam et Evam potuisset eum invenire. Ergo...

Resp. Neg. *min.* primam partem. Hebraica littera habet: *Nonne nisi bene feceris elevari et si non bene feceris ad ostium peccatum cubans?* ex quibus et ex contextu v. 6. *cur concidit facies tuas eruitur* fores sumi metaphorice pro facie et conscientiae remorsu ut sensus sit: *Nonne si bene feceris erecto capite incedes? si vero male egeris in facie tua manifestabitur peccatum.* quod tamquam canis cubans fores animae obsidet. Canis hic est vermis conscientiae, mentis turbatio et indignatio, ira Dei, omnesque aeternae praesentes et aeternae, quibus Deus peccata punit. Ad secundam partem respondet S. Ambrosius (1): *«Potuisse Cain, et parentes (Adam et Evam) parricidas timere, qui docuerat parricidium posse committi, potuerunt enim et parentes de filio discere, quod didicerant posteri de parente.»* Potuit ulterius et de facto timere mortem a fratribus et nepotibus suis infligendam. Intra centum triginta annos, quibus Adam tunc vixerat (Gen. V. 3), cum pro Abele datum est ei Seth (Genes. IV. 25) homines profecto multiplicari potuerunt. Alios non admittere homines praeterquam quos Scriptura commemorat hoc loco, eorum est, ait S. Augustinus (2), qui *«parum considerant non omnes homines, qui tunc esse potuerunt, scriptorem sacrae hujus historiae necesse habuisse nominare, sed eos solos, quos operis suscepti ratio postulabat. Propositum quippe scriptoris illius fuit... per successiones saecularum generationum ex uno homine propagatorum pervenire ad Abraham, ac deinde ex ejus semine ad populum Dei.»*

Obj. 3. Iterum Genes. IV. 17 dicitur: *Cognovit autem Cain uxorem suam, quae concepit et peperit Henoch, et edificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Henoch.* Sed non videtur possibile Cainum duxisse uxorem, nec tot congregari homines ad civitatem condendam nisi alii protoparentes ab Adamo et Eva concedantur. Ergo...

Resp. Dist. *minor.* Si alii non praesupponuntur homines praeter recensitos in Scriptura; conc. Si alii non recensiti quidem, sed orti ab Adam et Eva praesupponuntur ut debeat, neg. Et quidem Adam non tantum genuisse filios sed et filias ipsa sacra Scriptura testatur (3): *Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octid-*

(1) De Cain et Abel L. 2, c. 9.—(2) De civit. Dei L. 15, c. 8.—(3) Genes. V. 4.

genti anni; genuitque filios et filias. Duxit igitur Cain uxorem, sororem aliquam suam prout in ortu generis humani necessarium erat, cum tunc, ait S. Augustinus (1) non essent ulli homines, nisi qui ex illis duobus (Adam et Eva) nati fuissent, viri sorores suas conjuges acceperunt quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius Religione prohibente. Alios filios praeter Cainum et Abelem ante Seth genuisse Adam jam supra dicit Augustinus asserimus, unde circulo centum triginta annorum et amplius, sufficiens temporis spatium erat ut a filiis et nepotibus Cain civitas constitueretur, quae aliunde non nostris similis, sed solis Iuguris constans confingenda est.

34. Obj. 4. S. Paulus (2) ait v. 12. *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors penetravit in quo omnes peccaverunt.* v. 13. *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur cum lex non esset.* v. 14. *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem peccationis Adae.* Unde sic: ruina Adami ejusque generis ex eo provenit quod ei imputaretur peccatum. Sed peccatum aliquando *cum lex non esset* i. e. nec naturalis vel saltem non sufficienter cognita *non imputabatur.* Ergo ante Adamum alii homines valde rudes, animalibus similes extiterunt, quibus peccata non imputarentur.

Resp. Neg. *min.* quae in falsa sacri textus expositione nititur. Quamvis enim verba Scripturae *Usque ad legem enim* etc. sint valde obscura et varie a Patribus exponantur (3), certum est tamen sermonem esse de hominibus ab Adam descendentibus unanimi Patrum consensu et litterae contextu: *Sed regnavit mors ab Adamo usque ad Moysen,* nam illo declarantur quinam fuerint illi homines morti obnoxii licet eis peccatum transgressionis legis non imputaretur. Vult Paulus a verbis *usque ad legem...* ut particula causalis enim indicet, probare quod nuper asseruerat i. e. transiitione peccati Adae mortem in omnes homines pertransiisse. Usque ad legem, ait, *peccatum erat in mundo* i. e. toto tempore quod inter Adamum et legem scriptam interfuit homines peccabant. *Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset,* i. e. peccatores autem ordinaria providentia Dei non puniebantur aliqua lege morte temporali, quemadmodum postea lege a Moyse divinitus lata puniti sunt. Nihilominus *regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos,*

(1) De civit. L. 15, c. 16.—(2) Rom. V. 12—14.—(3) Vid. Toletum in epis. ad Rom.

qui non peccaverunt actu ut parvuli, in similitudinem praeracinationis Adae, qui actu peccavit.

35. Obj. 5.^o S. Augustinus De civit. Dei (1) negavit antipodas esse, quia non intelligebat, quo pacto ab Adamo provenire potuissent. Zacharias R. P. (2) Virgillii cujusdam sententiam antipodas existere affirmantis, simili ratione sententiam esse «perversam et iniquam doctrinam» statuit. Ergo cum jam certo constet antipodas esse, necesse est eos ab alio quam ab Adamo ortos esse.

Resp. Dist. *ante.* S. Augustinus et Zacharias P. P. rejiciunt ac damnant antipodum existentiam, prout tunc asserbatur oppositae ad dogma catholicum de unitate originis generis humani; conc. prout nunc, absque hac oppositione, nego. Loquebatur hypothetice, non absolute. S. Augustinus ideo respuebat quia «aliquos ex hac in illum partem oceani immensitate trajecta, navigare ac pervenire potuissent, ut etiam illic ex uno illo primo homine genus insisteretur humanum» absurdum ei videbatur. Zacharias, eo quod juxta Virgillum «alius mundus et alii homines sub terra sint; seu sol et luna.» Sed has rationes nihili hodie faciendas esse ex statim subjungendis constat.

Obj. 6.^o Americae incolae ab Adamo descendere haud possunt, cum eorum regio ab aliis mundi partibus inmensis maribus sejuncta sit. Ergo americani etc.

Resp. Neg. *ante.* ejusque ration. Hodie omnes geographi norunt fretum Behring; per quod facilis est transitus ex Asia ubi incunabula fuerunt generis nostri in Americam septentrionalem. Etiam certum est fluentem aquae frigidae quod inde ab Oceano septentrionali per fretum Behring in Oceanum pacificum labitur, errantes naves ad littora americana deferre. D. Bancroft (3) testatur ab anno 1852 ad 1875 collectas esse in California 28 naves asiaticas. De origine tandem asiatica americanorum constat: a) ex indigenarum Americae physica constitutione, quae multa cum asiaticis communia habet. b) Ex idiomatum affinitate. c) Ex traditionibus et ritibus apud Americanos inventis v. g. creationis primi parentis, diluvii, circumcissionis, sabbati, anni jubilaei etc.

36. Obj. 7.^o Tanta diversitas in colore una cum varia cranii forma qualis inter aethiopes et europeos cernitur, non una et communis origine explicari valet. Ergo.

Resp. Dist. *ante.* Non una et communi origine immediata; conc. mediata et remota. cum genus humanum per orbem dispersum medii ambientis influxum subit; neg. Hoc argumentum n. 32. ratio-

(1) Lib. 16, c. 9.—(2) Epist. ad Bonif.—(3) The native races of the Pacific states of North America.

ne c), praenoccupavimus, nunc juvat addere ex clarissimo Ubal-di (1) «color africanorum ex climate evidenter ortus est, crescit senim vel minuitur pro varia distantia a linea aequatoriali, et mutatis adjunctis et regione, sensim sine sensu imminuitur... color niger oritur ex materia colorante seu pigmento, quod pervadit cellulas *reticuli Malpighiani*, quae materia aliquando absorberi potest et tunc nigredo minuitur vel cessat, ut dicitur factum esse in pluribus nigris in Guyana degentibus; et viceversa color niger in albis produci potest vel ex morbo, praesertim in illo, quem medici ideo *medanosim* appellant, vel ex climatis ardore ut observatum est de Lusitanis in variis locis indiarum orientalium, et de Judaeis in Malabar... Cerebrum nigritarum tum forma tum volumine non differt a cerebro aliorum hominum, et etiam cranium non ita ingens discrimen praesertim imo aliquando inter ipsos europaeos reperiuntur crania prorsus similia craniis nigritarum.» Polygenista Morton, refert Vigonroux (2) dimensus est 1,256 crania; minima stirpis albae capacitas numero 75 representabatur, maxima nigritarum numero 94. Hae sunt praecipuae differentiae inter europaeum et aethiopes; inter alias stirpes longe minores sunt, quare evidens est nullum esse solidum fundamentum ad distinguendas specificae hominum stirpes.

37. Obj. 8.^o Licet anthropologiae gentium quoad hominis formationem plus minusve revelationi divinae concordent, certum est tamen plures antiquitatis populos tamquam aborigenes, autochthonas et solo, quem incolebant, ortos habitos esse. Ergo...

Resp. Id credidisse traditione primitiva obscurata ratione polytheismi ac emanatismi rerum evolutivi; conc. Traditione bene fundata aut vel a longe nostrae comparabili; neg. Antiqui populi; docet Perrone (3); sinuata quadam gloriolae cupidine ducti cooperunt inter se de antiquitate decertare; decrant documenta veterum Deum, revelationem de creatione hominis ignorabunt unde coneretur, a quibus primum in calis regio quaelibet habitari coepisset. Hinc factum est, ut appellari coeperint indiginae, seu inde nati vel autochthonae, etc., perinde ac si non aliunde originem straxissent. Quibus accesserunt poetae, qui mythis suis hanc opinionem amplificaverunt. Caeterum nationalis haec seu provincialis gloria minime obfuit, quominus gentes omnes vestigia servarent primaevae traditionis circa originem hominis. Ut in thesi vidimus.

(1) Introd. in Sacr. Scrip. P. 1. Thes. 38, p. 2.—(2) Manuel bibliq. tom. 1, n. 306.—(3) De Deo creatore, not. n. 252.

SCHOLIION.

De hominis antiquitate.

38. Hoc scholio, alius modernorum error profligandus est. Aliqui scientiarum naturalium cultores originem hominis siminam veteram supponentes, vel à revelata hominis creatione sive praescindentes, sive eam parum considerantes affirmant primam hominis in mundo apparitionem pluribus annorum myriadibus epocham à Moysè assignatam supersare. Fabulantur ossa hominis ejusque industriae vestigia, instrumenta scilicet, lapidea, aenea, ferrea in antiquissimis stratis quaternariis dictis, ab imis ad superiora procedendo successive reperta, clare manifestare hominem initio sylvestrem et barbarum fuisse, ita capite et corpore configuratum ut vix à simiis discerneretur, lege tamen progressus actum tres percurrisse aetates lapideam, qua metallorum usum ignoravit, aeneam, qua arma aenea sibi fabricare coepit, ferream tandem qua ferri usum adhibuit. Inde arguunt, admittendum esse hominem *prae-historicorum* aliquem longè ante Adamum existisse, vel Bibliam falli cum generi humano non ultra 8,000 vel 10,000 ann. aetatis concedit. Sunt inter catholicos (1), qui existimant haec cum revelata conciliari posse, si dicamus hominem quaternarium nihil habuisse cum Adamo commune atque ad speciem pertinuisse omnino extinctam: credo eos falli ex probatis in. 30, 31: Cardinalis Gonzales (2) ait, theologicè est exposita periculis et difficultatibus; philosophicè est praematura et periculosa.

Dico: Primi hominis creationem non posse extra limites chronologiae mosaicae collocari.

39. Nota. Chronologia sacra illa est, quae ex libris sacrae Scripturae eruitur. Prout ab Abraham ad Christum extenditur, licet in nonnullis obscura sit, differentiae tamen communem summam non multum aut augent aut minuit. Contrarium evenit in chronologia mosaica, quae ex V. XI. Genes. textur et tempora complectitur, quae inter Adamum et Abraham fluxerunt. Textus enim hebraicus, quem sequitur Vulgata, LXX interpretum et Samaritanis non concordant tum in numero annorum, tum in numero patriarcharum. Ecclesia occidentalis dum in Vulgata non descendit ab Hebraea littera et numerat à creatione hominis ad Christum 4,000 annos, in Martyrologio partim versionem LXX interpretum, partim alios textus sequens annos computat 5119. Hanc summam adaugent orientales aedasiae, Constantinopolitana vult in eadem periodo annos effluxisse 5,569. Nota minus variant auctores chronologi. S. Hieronymus computavit summam omnium minimam 3,941 annos, Clemens omnium maximam 6,621 ita ut differen-

tia ad annos 2,680 pertingat. Inter haec extrema vel similia addendo annos, qui à Christo ad nos lapsi sunt, collocari debent primam hominis creationem, contendimus. Non enim fas putamus, cum Lamy (1) ex hac opinione diversitate concludere, nullam dari chronologiam biblicam... licitum esse uniuersum supponere tot pro libitu saecula, aut tot in textu generationes esse omissas quot necessariae ipsi videntur ut concordia ineat inter chronologiam mosaicam, aut arbitrarías geologorum supputationes... aliqua omisio gratuito supponi nequit, requiritur aliquid omissionis indicium. Imo omisio alicujus nominis difficile supponeretur in genealogia antediluviana... hoc quippe modo digesta est: *Adam natus annos centum triginta genuit Seth: Seth natus annos centum quinquaginta quinque genuit Enos...* etc. Ubi manifestum est nullam ingeri posse generationem sive inter Adamum et Seth, sive inter Seth et Enos, nisi dicatur textum hujus genealogiae esse corruptum.

40. Prob. 1.º Ex ratione a) n. 32, historia à Moysè conscripta etiam praecisive ab inspiratione divina ut vera tenenda est. Ergo creatio primi hominis intra limites temporis à Moysè praefixos continenda est.

Confr. Homo à caeteris animantibus secernitur facultate ore tradendi litterisque consignandi transactionum temporum historiam. Ergo primario et principaliter non ex geologia, sed ex historia sive tradita sive scripta humani generis primordia enucleanda sunt. Statuere hominem primo creatum fere animal fuisse et pedetentim ex ultima barbarie ad civilem culturam conversum esse, praeterquam quod repugnat fidei (inf. c. III), adversatur historiae quae testatur (2): nullam hominum tribum sibi relictam à barbarie in civilitatem devenisse, dum plura in contrarium transitus scilicet polifloris culturae in barbariem exempla offert. Asia olim magna cultura florens, hodie fere barbara est: Graecis et Roma, quae no-bis suam civilitatem dederunt, acceptam habebant ex Aegypto et Chaldaea, quarum regionum populi primo civilitate donati sunt, ut proximiores locis quibus homo hanc lucem asperit.

2.º Tunc deberet primi hominis creatio extra limites chronologiae mosaicae reperiri, si in contrarium validè proferrentur argumenta. Atqui nec geologi, nec historiographi haecenus proferre poterunt. Ergo...

41. Non geologi, nam a) Hi generatim incertis hypothesebus, gratis affirmationibus, labilibus conjecturis nituntur, quae firmum et omni alio iudicio probatum, verum Moysis testimonium non elidunt, b) Speciatim aetates lapidis, aenei ac ferri se mutuo excepisse, signumque esse diversae culturae gradus, mentiuntur. Dum graeci et romani omnis generis metalla affabre elaborabant, scythae, germani alique populi lapideis ossisque instrumentis utebantur. Tacitus (3) de moribus germanorum ait: «sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant.» Hebraei quoque

(1) Favre d'Envieu. Les origines de la terre et de l'homme; Palmieri S. J. De Deo creando, thes. 27.—(2) La Biblia y la ciencia, Tom. 2.º c. 3, p. 164.

(1) In Genes, V, 25.—(2) Vigouroux. Man. bibliq. n. 299.—(3) XL, XLVI.

lapidibus utebantur cum jam metalla conflare scirent. Exod. (1): *Talit Ulico Sephora acutissimam petram et circumcidit praeprium filii sui. Josue dictum est (2): Fac tibi cultros lapideos, et circumcides secundo filios Israel.* Hos cultros detexit in sepulchro Josue anno 1871 Praesbyter Richard comprobavitque veritatem versionis LXX interpretum, qui textui hebraico Josue. Cap. 24. v. 30 addiderunt: *Ibi posuerunt cum eo in monumento in quo repellerunt eum, ibi cultros petros, in quibus circumcidit filios Israel in Galgalis; cum eduxit eos de Aegypto, sicut constitit eis. Dominus et ibi sunt usque in hodiernum diem.* Jam vero hi lapides ita similes sunt ut qui intra viscera terrae comperiuntur ut nisi locus inventionis, certa historia prohiberent, eos fuisse hominum rudium et antiquissimorum palaeontologi omnes dicerent. Nec opus est ad historias antiquas recurrere, adhuc hodie inter indigenas Africae, Australiae, Americae Septentrionalis lapidis usus viget, non licet igitur e rusticitate instrumenti ad antiquitatem utentis arguere. Totum denique geologorum hac in re assertum falsum probant celebres excavationes Doctoris Schlieman, qui ruinas antiquae Trojae effoditae in superioribus stratis solum instrumenta scilicet invenit, in inferioribus et profundioribus (16 metra) cultellos aliaque utensilia lapidea una cum pretiosa suppellectili ex auro, argento, aereque confecta. Aderant quoque vasa signillae artis elegantissimae formae, figuris ornata varioque colore depicta, quae certe populo rudi minimeque exulto tribu nequeunt. c) Pariter supponunt, non probant ossa humana, artis instrumenta antiquitate donari stratorum in quibus reperuntur, ac strata in sua formatione plura et plura saecula impendisse. Primum constat, quia in stratis minime repelsa uti sunt quaternaria ex lapillis, arena lutoque confectis facile est pluviarum copia, aquarum fluxus impetu, inundationum stragibus solum emolliri ac removeri resque ponderosae superficie in ima strata descendere, et non e contra ex imis superiora ascendere. Secundum, hoc uno facto demonstratur, sedimentorum Nili exploratores repererunt prope Memphim statuum colossalem regis Rameses, cuius basis fere decem pedes anglicae alte septula jacebat. Credentes, verius dices fugientes, sedimenta Nili palatam ad uniformiter alia aliis superponi, asserebant unoquoque saeculo tres pollices cum dimidio acquirere altitudinis, aliis abas incrementa leges statuere. Inde fuerunt, qui statum dedecit 12,000 ann., qui 16,000, qui 20,000 ann. Omnium horum audaciam fregit linguamque compressit Dr. Ostborne (3) producto testimonio scriptoris arabis Abdallatif, qui saeculo XIII describebat inventum statuum ab omni sedimenta liberam. d) Nec juvat confutere ad ossa humana in speluncis quibusdam una cum ossibus animalium jam tunc pecinis extimatorum v. g. Elephantis primigenii, ursi spelaei etc. permixta, nam identitas loci non proliit, ut vidimus, temporis simultaneitatem, nec certum est animalia illa esse praetiqua ita ut ultra 8,000 ann. progredi necessum sit.

(1) IV. 25.—(2) Jos. V. 2.—(3) Ap. Ubaldis Introd. in Sacram Scripturam.

Elephantis primigenius forte inter nives Septemtrionis adhuc latitat. Imo licet daremus animalia illa in sua origine esse vetustissima, quid prohiberet dicere hominem in terris exstitisse cum ursi spelaei genus v. g. ad interitum vergebat? Si addis speluncas fuisse olim ab hominibus inhabitatas Job. XXX. 6; 1 Reg. XXII. XXIV; 1 Machab. II etc. ad sepelienda cadavera quaesitas apud hebraeos Genes XXXIII. in Italia apud Etruscos etc. inanitas argumenti manifestior erit. Idem dictio proportione servata de habitantibus lucustibus Helvetiae et tumulis conchyliorum Daniae, quorum remotissima aetas nonnisi ex instrumentis lapideis probatur, nam quod addunt de lenta elevatione littoris maris Daniae supponunt, cum demonstrare non valeant adversarii semper constanti lege factam esse. Anno 1538 littus puteclanum viginti pedes supra mare nocte una elevatum est. a) Nec prodest craniorum forma. De Quatrefages (1), nobis hac in re contrarius, ossa et crania hominis in stratis et speluncis reperta in sex distinctis familiis. Earum quinque suis characteribus et votis homines designabant minime nunc viventibus intelligentia inferiores; una dumtaxat *Constadii* dicta propter cranium longum et planum, mentumque valde prominens, ossa larga aliaque indicia hominem primitos fuisse prorsus sylvestrem et barbarum revelabat. Ast crania hujus familiae inventa sunt etiam in sepulchris medii aevi, nec desunt exemplaria in recentioribus Europae coemeteriis, quare dicendum est haec crania esse respective ad alia defectuosa in sui configuratione, esse vero signum rusticitatis et antiquitatis omnino negandum (2) Cranium typicum hujus familiae est iuxta ipsum De Quatrefages cranium in specu Neanderthal ad Rhenum prope Dusseldorf inventum. Opinatur (3) D. Fuhrrott aetatem habere decentiorum millium annorum. Bruner-Bey in eo antiquum celtam. D. Mayer hominem Cosseum, anno 1814 interfectum agnoscent, ex quibus quam dubia mendosa et futilla sint argumenta palaeontologorum claret.

42. Non historiographi, qui ex chronologis aegyptiorum chaldaeorum, indorum et sineusium plures annorum myriades conerant, nam: a) Testimonium Moysis, ut jam saepe diximus, omnibus certitudinis criteriis falciatur, fides igitur ipsi deneiganda non est, etiamsi alii libri non ita certi, et contradicant, Juae, quibus scribebat Moyses Aegypti ubi degerat, Chaldaee unde originem non ignorabant traditiones, impossibile ergo erat Moysi eis recentem ortum persuadere, nisi hic certe constantique traditione probaretur. b) Quia sicut antiqui sapientes ut fabulosa reputant hujusmodi annorum computationes v. g. Cicero (4) qui ait: «Chaldaei quadragesima septuaginta millia annorum monumentis se habere delectant, in quo quae non posse argui putabant, liberum sibi crediderunt mentiri» Busebius (5): «Complura volumina veterum historiarum perlegi sive quae apud chaldaeos, assyriosque narrantur, sive quas, minute aegyptii praescribunt, sive denique quas graeci referunt... Porro et aegyptiorum multae

(1) L'espèce humaine.—(2) Moigno. Les splendeurs de la foi. L. 2, c. 3. —(3) Hamard. Controverse 1881.—(4) L. 1. de divin.—(5) L. 1. Cronie.

«feruntur insanæ historiae, itemque chaldaeorum. Et quidem hi plusquam quadraginta annorum myriades temporibus suis continere se putant. Aegyptii autem deorum, semi-deorum, praeterea-que manium et mortalium aliorum regum multas delirantium fabulas nectunt. Non secus hodierni et prudentiores chronologi veluti fictas rejiciunt, omniaque populorum fastos intra tempora biblica contineri putant. De indicis M. Lassen (1) testatur: «Ante annum 1.200 (a. c.) omnem indorum historiam esse incunctamentum» Klaproth (2); «tabulas astronomicas incunctamentum aetiam antiquissimas saeculo VII aerae nostrae fuisse confectas et in tempora anteriora relatas per computa astronomicam.» Idem esto iudicium de tabulis astronomicis chaldaeorum, quas ostendit La Place (3), octingentis annis non excedere aerae christianam, neque antiquiorem esse astronomiam aegyptiorum. De his ultimis monuit olim Eusebius (l. c.): «Reputandum sedulo est plures, forsitan aegyptiorum reges una eademque aetate extitisse; namque et thinitas regnavisse ajunt et Memphis et Soitas et Aethiopes eodemque tempore alios; videntur quoque alii alibi imperium tenuisse atque hae dynastiae suo quaeque in nomo se continuasse, sicut ut singuli reges haud successivam potestatem acceperint, sed salius alio loco eadem aetate regnaverit.» Deest proinde basis chronologiae aegyptiacae ut mira modernorum varietas ostendit. Initium primi regis Menes contigit juxta Henne de Saganus ann. 6467 (a. c.) juxta Palmer, qui proxime accedunt alii tres auctores ann. 2.224 (a. c.) (4). Veram sinensium historiam nullus est, qui eam 2.400 an. (a. c.) vetustiorum faciat, nec ad majorem antiquitatem quidquam valent tabulae astronomicae ut de chaldaicis et indicis dictum est (5).

Finem imponamus huic capiti verbis S. Augustini (6), qui postquam ostenderit non fideam dandam cuidam epistolae Alexandri M. prosequitur: «quanto minus credendum est illis litteris, quae multa milia annorum praeteritis temporibus adscribunt, quae plenas fabulosis velut antiquitatibus proferre voluerint (al. voluerunt) contra auctoritatem notissimorum divinorumque librorum, quae totum orbem sibi credituram esse praedixit, et cui totus orbis, sicut ab ea praedictum est, credidit; quae vera se narrasse praeterita, ex his quae futura praeventiavit, cum tanta veritate simpliciter ostendit.» Et infra de historiis Aegyptiorum (7): «Frustra itaque vanissima praesumptione garrunt quidam dicentes, ex quo rationem siderum comprehendit Aegyptus, amplius quam saeculorum annorum milia numerari... Cum enim ab ipso primo homine, qui est appellatus Adam, nonnumquam sex milia annorum compleantur, quomodo non isti ridendi potius, quam refellendi sunt, qui de spatio temporum tam diversa, et huic exploratae veritati tam contraria persuadere conantur? Cui enim melius narrati praeterita credimus, quam qui etiam futura praedixit, quae praesentia jam videmus?»

(1) Indische alrethums Kunde. t. 1. — (2) Mem. rel. de l'Asie. — (3) Expos. du sept. du monde. — (4) Vid. VIGOROUS. Mân. bibliq. in GENÈS. — (5) Vid. MÉR. S. J. La Création ec. 44, 45. — (6) De Civit. Dei, l. 12, c. 10. — (7) Ibid. l. 18, c. 40. De Civit. Dei.

CAPUT II.

De natura hominis.

De essentiali hominis constitutione seu natura, multa tradunt philosophi sola ratione ducti; nos illa supponentes, ea solum breviter attingemus quae theologica roborantur confirmatione, quaeque sunt veluti fundamentum ut Deum nostrum esse finem ultimam agnoscamus.

ARTICULUS I.

De esse compositi humani.

THESIS VI.

Homo est substantiale compositum ex corpore et anima spirituali.

Praeter materialistas negant hodie hanc thesim spiritistae, unionem inter corpus et animam mere accidentalem, quae mediat inter instrumentum et artificem asserentes; physiologi nonnulli affirmantes hominem aliaque animantia non esse nisi turm ordinatam cellularum viventium quarum unaquaeque propriam animulam habeat, unde homo non esset unum vivens per se, sed exercitum ordinatum plurium viventium.

43. Thesis est de fide. Prob. 1.^o Conc. Vaticanum (1) innovat definitionem Concil. Lateranensis IV (2). «Firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus... (qui) utramque de nihilo condidit creaturam, spirituales et corporales; angelicam videlicet et mundanam; ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.» Atqui natura humana abusive dicitur constitui ex spiritu et corpore si unio esset solum accidentalis, quae rem supponit constitutam. Ergo unio inter corpus et spiritum est substantialis ac substantiale compositum parit. In symbolo S. Athanasii profitemur Christi D. unitatem exemplo assumpto ab unitate composita naturae humanae: «Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus.»

2.^o Ubi in Sacra Scriptura sermo est de hominis natura constan-

(1) Const. Dei Filius, c. 3. — (2) C. Firmiter.

«ferunt insanæ historiae, itemque chaldaeorum. Et quidem hi plusquam quadraginta annorum myriades temporibus suis continere se putant. Aegyptii autem deorum, semi-deorum, praeterea-que manum et mortalium aliorum regum multas delirantium fabulas nectunt. Non secus hodierni et prudentiores chronologi veluti fictas rejiciunt, omniaque populorum fastos intra tempora biblica contineri putant. De Indis M. Lassen (1) testatur: «Ante annum 1.200 (a. c.) omnem indorum historiam esse incunctamentum» Klaproth (2); «tabulas astronomicas indorum aetiam antiquissimas saeculo VII aerae nostrae fuisse confectas et in tempora anteriora relatas per computa astronomicam.» Idem esto iudicium de tabulis astronomicis chaldaeorum, quas ostendit La Place (3), octingentis annis non excedere aerae christianam, neque antiquiorem esse astronomiam aegyptiorum. De his ultimis monuit olim Eusebius (l. c.): «Reputandum sedulo est plures, forsitan aegyptiorum reges una eademque aetate extitisse; namque et thinitas regnavisse ajunt et Memphis et Soitas et Aethiopes eodemque tempore alios; videntur quoque alii alibi imperium tenuisse atque hae dynastiae suo quaeque in nomo se continuasse, sicut ut singuli reges haud successivam potestatem acceperint, sed salius alio loco eadem aetate regnaverit.» Deest proinde basis chronologiae aegyptiaca ut mira modernorum varietas ostendit. Initium primi regis Menes contigit juxta Henne de Sagan ann. 6467 (a. c.) juxta Palmer, qui proxime accedunt alii tres auctores ann. 2.224 (a. c.) (4). Veram sinensium historiam nullus est, qui eam 2.400 an. (a. c.) vetustiorum faciat, nec ad majorem antiquitatem quidquam valent tabulae astronomicae ut de chaldaicis et indicis dictum est (5).

Finem imponamus huic capiti verbis S. Augustini (6), qui postquam ostenderit non fideam dandam cuidam epistolae Alexandri M. prosequitur: «quanto minus credendum est illis litteris, quae multa milia annorum praeteritis temporibus adscribunt, quae plenas fabulosis velut antiquitatibus proferre voluerint (al. voluerunt) contra auctoritatem notissimorum divinorumque librorum, quae totum orbem sibi credituram esse praedixit, et cui totus orbis, sicut ab ea praedictum est, credidit; quae vera se narrasse praeterita, ex his quae futura praeventiavit, cum tanta veritate simpliciter ostendit.» Et infra de historiis Aegyptiorum (7): «Frustra itaque vanissima praesumptione garrunt quidam dicentes, ex quo rationem siderum comprehendit Aegyptus, amplius quam saeculorum annorum milia numerari... Cum enim ab ipso primo homine, qui est appellatus Adam, nonnumquam sex milia annorum compleantur, quomodo non isti ridendi potius, quam refellendi sunt, qui de spatio temporum tam diversa, et huic exploratae veritati tam contraria persuadere conantur? Cui enim melius narrati praeterita credimus, quam qui etiam futura praedixit, quae praesentia jam videmus?»

(1) Indische alrethums Kunde. t. 1. — (2) Mem. rel. de l'Asie. — (3) Expos. du sept. du monde. — (4) Vid. VIGOROUS. Mân. bibliq. in GENÈS. — (5) Vid. MÉR. S. J. La Création ec. 44, 45. — (6) De Civit. Dei, l. 12, c. 10. — (7) Ibid. l. 18, c. 40. De Civit. Dei.

CAPUT II.

De natura hominis.

De essentiali hominis constitutione seu natura, multa tradunt philosophi sola ratione ducti; nos illa supponentes, ea solum breviter attingemus quae theologica roborantur confirmatione, quaeque sunt veluti fundamentum ut Deum nostrum esse finem ultimum agnoscamus.

ARTICULUS I.

De esse compositi humani.

THESIS VI.

Homo est substantiale compositum ex corpore et anima spirituali.

Praeter materialistas negant hodie hanc thesim spiritistae, unionem inter corpus et animam mere accidentalem, quae mediat inter instrumentum et artificem asserentes; physiologi nonnulli affirmantes hominem aliaque animantia non esse nisi turm ordinatam cellularum viventium quarum unaquaeque propriam animulam habeat, unde homo non esset unum vivens per se, sed exercitum ordinatum plurium viventium.

43. Thesis est de fide. Prob. 1.^o Conc. Vaticanum (1) innovat definitionem Concil. Lateranensis IV (2). «Firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus... (qui) utramque de nihilo condidit creaturam, spirituales et corporales; angelicam videlicet et mundanam; ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.» Atqui natura humana abusive dicitur constitui ex spiritu et corpore si unio esset solum accidentalis, quae rem supponit constitutam. Ergo unio inter corpus et spiritum est substantialis ac substantiale compositum parit. In symbolo S. Athanasii profitemur Christi D. unitatem exemplo assumpto ab unitate composita naturae humanae: «Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus.»

2.^o Ubi in Sacra Scriptura sermo est de hominis natura constan-

(1) Const. Dei Filius, c. 3. — (2) C. Firmiter.

ter describitur homo tamquam unum esse vivens corpore et anima spiritali conflatum. In ipsa ejus creatione (1): *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiritum vitæ, et factus est homo in animam viventem.* Limus terrae corpus, spiraculum vitæ (2) animam spirituales exprimit, quarum unione fit homo unum esse vivens seu substantiale compositum. Senex Tobias (3) juniori commendabat: *Cum acciperit Deus animam meam, corpus meum sepeli.* Ecclesiastes (4) consulti: *Memento creatoris tui in diebus juventutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis... Antequam rumpatur funiculus argenteus... et recedat pulvis in terram quam aude erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Christus D. hortatur discipulos suos (5): *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timeo eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.* Cum suscitavit Jesus puellam Jaira filiam (6): *Ipsa autem tenuit manum ejus clamans et dicens: Puella surge. Et reversus est spiritus ejus, et surrexit continuo.* Alia possent adhuc afferri testimonia, sed allata sufficiunt at constet e Sacra Scriptura hominem «ex corpore et spiritu» esse constitutum.

44. 3.^o Ex SS. Patribus, Episcopi concil. Constantinopol. II. can. IV. decreverunt admittendam esse unionem Dei Verbi *ἁπλοῦς ὁμοῦ ὑποφωτιστῶν ἑκείνῳ λόγῳ, καὶ ὡσπερ* ad carnem animatam anima rationali et intelligenti. Cyrillus Alex (7): *Quid enim est aliud humanitatis natura, nisi *σὰρξ ὑποφωτιστῶν ὑποφωτισμένη* S. Irenæus (8): «Substantia nostra I. e. animæ et carnis adunatio. S. Augustinus (9): «Nihil est in homine, quod ad ejus substantiam pertinet et naturam præter corpus et animam.» De hac vero docet (10): «Natura animæ, præstantior est quam natura corporis; excellit multum, res spiritalis est, res incorporea est, vicina est substantiæ Dei.» Joannes Maxentius monachus scyta (11): «Anima, quæ non est corpus, sed spiritus, carni secundum compositionem unita, nullam contractionem in minori, nullam extensionem in majori patitur membro.» S. Vincentius Lirinensis (12): «In homine aliud caro, aliud anima; sed unus videmque homo anima et caro.»*

45. 4.^o Ratione. Ubi unum est operationis principium ibi una est natura. Atque in homine ex corpore et spiritu unum fit operandi principium. Ergo... *Mis. prob.* In homine teste sensu intimo idem principium quod intelligit, alias elicit operationes sentiendi.

(1) Genes. II, 7.—(2) Supr. n. 16.—(3) IV, 3.—(4) XII, 1, 6, 7.—(5) Matth. X, 28.—(6) Luc. VIII, 54, 55.—(7) Epist. 2 ad Nether.—(8) Haer. 3, c. 8.—(9) De verb. Apost. ser. 150.—(10) In P. s. CXLV.—(11) L. 2 dial. cont. Nest.—(12) Comment. 1, c. 13.

nutriendi, movendi, quæ ex corpore et anima tamquam ab uno principio fluunt. Ergo in homine ex corpore et spiritu unum fit operandi principium. Ad rem Dr. Angelicus contra gentes (1). «Impossibile est, quod eorum quæ sunt diversa secundum esse sit operatio una: dico autem operationem unam, non ex parte ejus in quod terminatur actio, sed secundum quod egreditur ab agente... Quamvis autem animæ sit aliqua operatio propria, in aqua non communicat corpus, sicut intelligere; sunt tamen aliquæ operationes communes sibi et corpori, ut timere, irasci et sentire, et hujusmodi. Hæc enim accidunt secundum aliquam transmutationem alicujus determinatæ partis corporis. Ex quo patet quod simul sunt animæ et corporis operationes. Oportet igitur ex anima et corpore unum fieri, et quod non sint secundum esse diversa.»

46. Obj. 1.^o Paulum dicentem (2): *Licet is, qui fortis est, noster homo corrumpatur; tamen is qui intus est, renovatur de die in diem,* ubi anima homo vocatur.

Resp. Dist. Homo anima vocatur tropice; conc. Realiter; neg. «Illud potissime, vit S. Thomas (3), videtur esse unumquodque, quod est principale in ipso; sicut quod fuit rector civitatis, dicitur civitas facere. Et hoc modo aliquando quod est principale in homine, dicitur homo; aliquando quidem pars intellectiva secundum rei veritatem, quæ dicitur homo interior; aliquando vero pars sensitiva cum corpore secundum aestimationem quorundam, qui solum circa sensibilia detinentur. Et hic dicitur homo exterior.»

Obj. 2.^o Patres dicunt corpus esse instrumentum animæ. Ergo unio corporis et animæ non videtur substantialis.

Resp. Dist. *ante.* Dicunt esse instrumentum substantialiter conjunctum; conc. Accidentaliter; neg.

47. Obj. 3.^o S. Lucas (4) narrat divitem Epulonem seu animam ejus ex inferno rogasse Abraham: *Mitte Lazarum, ut intingat extremitatem digiti tui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hoc humero.* Atque aqua refrigerari, igne cruciari non potest nisi res corporea. Ergo...

Resp. Explico *maj.* Ita scripsit Lucas metaphorice loquendo, ut horribiles inferni cruciatus quasi ante oculos poneret; conc. Realiter, quasi anima haberet oculos, linguam, etc.; neg. Sicut locutio inter Abraham et divitem corporalis esse non potuit, magnum enim chaos inter illos interjacebat, nec poterat unus alterius sensibilem vocem corporalem audire, ita de aliis lingua, digito,

(1) L. 2, c. 57.—(2) 1. Corinth. IV, 16.—(3) Q. 75, ar. 4.—(4) XVI, 24.

aqua sententiam est. Verum ignem esse in inferno aliunde constat. Ad *mit.* dist. Naturaliter; conc. Supernaturaliter ut instrumenta Dei elevata; neg. De his fusiis Disquis. VI.

Obj. 4.^o Tertullianus (1) asserit et defendit animam esse corpus. Ergo...

Resp. Id non mirum esse in eo auctore, qui si non propugnavit, vocabit saltem Deum corporeum, i. e. realem (2); attamen notandum quod fieri animam dissimilem esse aliis corporibus, immortalem, augmenti et diminutionis incapacem (3); «ne etiam decre-scere substantia (animæ) dicatur, atque ita et defectura credatur.» Quo pacto autem sine augmento sui per totum corpus extendatur, explicat (Ibid.) similitudine parvæ massæ argenteæ vel aureæ, quæ in laminam laxatur. Hanc doctrinam reprobat et contradictoriam demonstrat Augustinus (4). «Quomodo, inquam, implevit carnem. Quam vivificat nisi tanto rarior fuerit, quanto grandius quod anima verit? Timuit videlicet, ne deficeret etiam minuendo, si cresceret, et non timuit ne deficeret rarendo, cum cresceret.»

48. Corollarium. Anima humana est natura sua immortalis.

Sequitur ex ejus spiritualitate ad eum modum, quo de Angelis supra (5) eadem veritas probata est, scilicet, si Deus se attemperat naturæ et exigentiæ animæ humanæ, hæc cum sit natura sua incorruptibilis ac a materia independens in æternum durabit.

49. Est simul veritas catholica tradita; 1.^o a Concil. Later. V, sub Leone X. «Cum diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit, et aliquid temere philosophantes, secundum solum philosophiam veram esse asseverant: sacro approbante concilio, damnamus ac reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse. Cum illa non solum, vivere per se, et essentialiter humani corporis forma existat, verum immortalis.»

2.^o A Sacra Scriptura (6), quæ licet non dicat expresse, nihilominus tam generaliter, et indifferenter tribuitur (Vid. n. 43. Prob. 2.^o) omni animæ humanæ per separationem a corpore, non perire, sed manere ac vivere separatam, ut non per miraculum, nec per specialem gratiam id accipere, sed ex intrinseca conditione suæ naturæ id habere, satis aperte præ se fert. Sic, v. g. Eccle. (7): *Revelatur pulvis in terram suam, unde erat et spiritus rediet ad Deum, qui dedit illum.* Sapiens (8) inter errores impiorum re-

(1) De Anim. cc. 6, 7.—(2) V. II. Disq. De Dro Theol. VIII.—(3) De Anim. cc. 6, 37.—(4) De Gen. ad lit. L. 10, c. 36.—(5) Disq. I. Theol. VI, n. 36.—(6) Suar. De Anim. L. 1, c. 10, n. 9.—(7) XII, 7.—(8) Sapiens. II, 1, 2.

censet: *Eriguum et cum lætæ est tempus vitæ nostræ, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis. Quia ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquam non fuerimus, etc.*

3.^o A Patribus, qui jam notarunt, philosophos gentiles solo rationis lumine hanc veritatem probasse. S. Gregorius Neocæsar. (1): «Cum anima corpore careat, simplex est, consequens autem mihi videtur, ut quod est simplex sit immortale.» S. Gregorius Nyss. (2): «Mors non attingit animam. Quomodo enim dissolvi potest, quod non est compositum?» Origenes (3): «Persuasum habent non solum christiani et judæi, sed etiam multi, tam græci quam barbari, quod supervit et quod vivat post discessum a corpore humana anima.» Alios auctores vide apud Suarium De anima, lib. 1, c. 10, un. 11, 14.

50. Dices: legimus in Ecclesiaste (4): *Unus interitus est hominis et jumentorum, et æqua utriusque conditio. Sicut moritur homo et illa moritur. Similiter spiritali emanat, et nihil habet homo jumento amplius: cuncta subjacent vanitati; et omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt, et in terram pariter revertuntur. Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum? Ergo juxta sac. Scripturam dubium saltem est an anima hominis sit immortalis.*

Resp. Priores loquutiones; *unus interitus est hominis et jumentorum; nihil habet homo jumento amplius* et similes intelliguntur quoad corporis qualitatem; conc. Quoad animam; neg. De hac enim expresse infra (5) docet, eam redire ad Deum, qui fecit illam; nec si anima esset mortalis, timendum foret Deus, qui juxta ipsum Ecclesiastem (6) *cuncta quæ fiunt adæcet in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.* Altera phrasis: *Quis novit, etc.*, non est hominis sceptici dubitantis, sed rei difficultatem ponderantis, nam homines carnales et sensuales ita vivunt ac si pecudes essent, non considerantes animam eorum sursum ad Deum ascensuram. Sensus igitur est, quinam considerant vel æquivalenter: pauci cogitant, spiritum filiorum hominum ascendere sursum ad Deum judicem, spiritum autem bestiarum descendere ad terram. Confirmatur ex textu hebraico, qui ad litteram vertitur: *Quis attendit, spiritum filiorum hominis ascendentem sursum, spiritum autem bestiarum descendentem, subter terram?* Ratio est, quia verbum \uparrow non raro vim habet attendendi, curandi v. g. Proverb. IX, 13; XXVII, 23; Job. XXXV, 13, etc., et participia \uparrow (ascendens) \downarrow (descendens) præfixum habent \uparrow articulum non \uparrow interrogativum.

(1) De Anima.—(2) Or. catechet., c. 8.—(3) Contr. Cel. 1, 7.—(4) III, 19, 21.—(5) XII, 7.—(6) Ibid. 14.

THESIS VII

In substantiali hominis composito praeter animam spirituales alia non datur, seu unica est anima in homine.

51. Nota. Hae thesi rejicimus tum antiquos, cum modernos inducentes trichotomiam seu divisionem compositi hominis in tres partes substantiales. Manichaei duas in unoquoque homine animas inveniebant, bonam alteram a principio bono, malam alteram a principio malo. Appollinaris hominem constare spiritu, anima et corpore dicebat. Nostra aetate ita loquuntur plures protestantes et ex catholicis Gunthera, qui adstruxit duas animas in homine rationalem animam unam, seu melius spiritum, sensitivam alteram, quae proprie corpus vivificat unam cum eo efformans naturam ita ut hominis synthésis ex spiritu et natura coalescat. His autem modo accedunt, qui praeter animam rationalem plures cellularum animas rationales subordinatas statuunt.

52. Thesis est de fide et prob. 1.º Concil. Constantinop. IV, eos damnat qui: «Vetere et Novo Testamento unam animam rationalem et intellectualem habere hominem docente et omnibus deo loquis Patribus et magistris Ecclesiae eandem opinionem asseverantibus; in tantum impietatis... devenerunt ut duas (hominem) habere animas impudenter dogmatizare et quibusdam irrationalibus constitibus per sapientiam, quae stulta facta est, propriam haeresim confirmare perperent. Itaque sancta haec et universalis synodus veluti quoddam pessimum zizanium nunc germinantem aequam opinionem evellere festinans... talis impietatis inventores et patratores et his similia sentientes magna voce anathematizat et definit atque promulgat, neminem prorsus habere vel servare quoque modo statuta hujus impietatis auctorum. Si autem quis contraria ferere praesumpserit huic sanctae et magnae synodo, anathema sit et a fide atque cultura christianorum alienus.» Concil. Viennens. (1) declaravit: Dei Filium partes nostrae naturae simul unitas, ex quibus in se verus Deus existens fieret verus homo, humanum videlicet corpus passibile et animam intellectivam seu rationalem, ipsum corpus vere per se et essentialiter informantem assumpsisse, quibus verbis alia, praeter rationalem, non admittit anima. Pius IX (2), adversus Guntheri libros: «Nosceimus hisdem libris laedi catholicam sententiam ac do-

(1) Cap. unic. Clement. de Sum. Trinit. — (2) Ad Cardin. Coloniens. 15 Jun. 1857.

ctrinam de homine, qui corpore et anima ita absolvatur, ut anima aeque rationalis sit vera per se atque immediata corporis forma.»

2.º Probatur Scriptura hisdem locis, quibus supra (n. 43, prob. 2.º), confirmavimus hominem componi substantialiter corpore et anima spirituali. Cum enim in descriptione formationis hominis, ejus destructionis ac resurrectionis solum duae enumerentur partes corpus et anima spiritualis, quae illud vivificat, dicendum est, juxta sacram Scripturam praeter animam rationalem, aliam non esse in homine, seu unicam esse ejus animam.

53. 3.º Pariter ex SS. Patribus, qui supra (n. 44, prob. 3.º) alias non agnoscunt hominis partes praeter animam spirituales et corpus. Placeat addere S. Irenaeum (1): «Non enim fortius est corpus quam anima, quod quidem ab illa spiratur et vivificatur et augetur et articulatur, sed anima possidet et principatur corpori... (Anima) non auferit in totum suas virtutes, sed quasi vitam participans corpori, ipsa vivere non cessat.» S. Ephraemum (2): «Anima ita est in corpore, ut physicum vinculum solutū difficile... In omnibus operatur velut dominatrix in corpore. Ita vitam in carne operatur, ut naturali vinculo detenta. Non est alia anima in sensibilibus agens, alia in intelligibilibus; cum corpore condita est sed propriam habet substantiam, etc.» Cavendum igitur ait Concil. prov. Coloniense an. 1860 (3): «a sententiis eorum, qui a sana doctrina aberrantes praeter animam rationalem in homine aliud quoddam fingunt vitae corporalis principium, quod animam sentientem vel somaticam vocant, sive hoc vitae corporalis principium psychicum seu vegetativum etiam a corpore distinguant, sive unam eandemque cum illo substantiam esse affirmant.»

54. 4.º Ratione cum D. Thoma (4): a) «Quia animal non esset simpliciter unum, cujus essent animae plures; nihil enim est simpliciter unum nisi per formam unam, per quam habet res esse... Si igitur homo ab alia forma haberet quod sit vivum, scilicet ab anima vegetabili, et ab alia forma quod sit animal, scilicet ab anima sensibili, et ab alia quod sit homo, scilicet ab anima rationali, sequeretur quod homo non esset unum simpliciter, quemadmodum sensus intimus testatur, idem enim qui sentit, idem active intelligit ac nutritur. Nec potest dici, quod uniantur per corporis unitatem; quia magis anima continet corpus et facit ipsum esse unum, quam e converso.» b) «Una operatio animae (5), cum fuerit intensa, impedit aliam; quod nullo modo contingeret.

(1) L. 2, c. 33, n. 4, al. c. 64. — (2) Th. IV, c. XIV. — (3) l. Q. 76, art. 3. — (4) Ibid.

«nisi principium actionum esset per essentiam unum.» Hanc rationem optimam pronuntiat Eximius (1): «quae evidentius in homine conspicitur, sumiturque ex subordinatione et dependentia omnium humanarum virium ac facultatum; nam ex attentione nimia ad actionem unius facultatis, v. g. intellectivae, impeditur operatio sensus, imo et ipsa nutritio: et ex operatione unius potentiae v. g. operatione phantasiae movetur cor et excitantur aliae facultates naturales.»

55. Obj. 1.^a Apostolus ad Thess. (2) scribit: *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima et corpus vire quiescat in adventu Domini Nostri Jesu Christi secretetur.* Ergo spiritus in homine ab anima distinguitur.

Resp. Explico *ante*, in Scriptura anima et spiritus, ut in loco citato S. Pauli, distinguuntur materia et officio; conc. Substantia; neg. Itaque olim exposuit S. Hieronymus (3) asserens non tot esse substantias quot nomina. Praecatur Apostolus Deum ut Thessalonicenses immunes servet ab omni peccato quod vel sola voluntate intellectiva, vel sensibus et corpore committi potest; enumerat peccandi modos, quibus homo inquinari potest, non dividit nec multiplicat animam, quam prout est spiritualis et spiritualiter operatur, vocat spiritum; prout vero sentit et informat corpus, animam simpliciter.

Obj. 2.^a Interius experimur inclinationes ad actus contrarios. Atqui haec non videntur esse posse ab uno eodemque principio. Ergo.

Resp. Dist. *maj.* Experimur inclinationes ad actus contrarios cum dependentia ab uno eodemque principio, quod sollicitur ad opposita agenda propter duplicis generis bona, rationis et sensus, quae homo prosequi valet; conc. sine dependentia; neg. *Min.* contradist. Hae inclinationes non possunt esse ab uno eodemque principio, si mutis et plena independentia habentur seu experiantur inter se; conc., sensus; neg. Sufficit ad interiorum pugnam explicandam, unam hominis animam diversam et opposita bona appetere posse ac pluribus facultatibus intelligendi et sentiendi esse instructam.

Obj. 3.^a Si ope microscopii ossium textura introspicitur, invenitur composita pluribus cellulis, quarum unaquaeque nutrit se, movetur, ac reproducitur non secus ac individua viventia unicellularia microscopio reperta. Atqui istorum singula propriam animam habent. Ergo et illae. Idem cernere est, et quidem majori cum independentia in globulis sanguineis.

Resp. 1.^a In organis praecipuus motus et sensationis, scilicet, nervis et musculis cellulae independentes non inveniuntur, quare

(1) Metaphys. D. XV, sec. X, n. 22.—(2) V. 23, ep. 1.^a—(3) *Ad Hebr.* c. 12.

possime ex sola ossium et sanguinis compositione argueretur, hominem nihil esse aliud quam turmas animalium infusorium animae rationali subordinatas, vel pluribus unâ, formaliter donari animabus. Ad summum posset dici ossa ad fulerum, sanguinem ad nutrimentum corporis humani intrinsece ordinari, non tamen ei vitaliter uniri, nec ad ejus integritatem primariam sed secundariam spectare, ut de sanguine aliisque humoribus olim docere auctores atque cum D. Thoma (1). Discrimen esset quod antiqui reputabant sanguinem inanimum, moderni vero viventem faterentur propter animalculi in eo contenta. Ast quia durum est sustinere ossa non vivere hominis vita, cum ejus sanguine nutrantur, nec satis tutum videatur, post *Viennense* concilium aliam animam a rationali etiam materialiter admittere, multo melius:

Resp. 2.^a *Obj.* et *min.* conc., *conseq.* neg. Quia abest paritas, infusoria sunt individua completa, cellulae partes integrantes unius individui, cujus esse participant, ideoque anima spiritalis formaliter una, virtualiter multiplex potest se sola praestare, quidquid aliae animae in diversis viventium gradibus. Certe plus cellulis differunt inter se, cum structura tum operandi virtute, sensus v. g. auditus et visus, nemo tamen animas pro sensibus multiplicat. Nec dubitandum videtur de unitate animae modernis physiologis, quibus pro certo est, ex una cellula fecundata totum individuum omni et varia textorum organorumque suppellectili instructum procedere. Cur unica anima ab initio conceptionis, usque ad completam individui perfectionem non sufficeret, praesertim in homine, cujus anima aliarum virtutes eminenter continet?

Instabis. Adhuc post mortem hominis, hujusmodi cellulae sicut antea vivere ex ejus motibus comprobatur. Ergo dum erant in homine non anima rationali, saltem tantum, informabantur.

Resp. Forte illi motus, cum per breve tempus durent, non sunt vitales, sed mere physici ex impulsu antea in materia organorum impresso provenientes. Ulterius dist. Comprobatur sicut antea vivere, vi ejusdem animae; neg. Vi alterius corruptione hominis genitae; conc. Non sunt enim multiplicanda entia ubique necessitate, jam vero fides et ratio pari consensu docent, animam rationalem una cum corpore vegetandi vi esse praeditam, potest igitur anima rationalis hunc infimum vitae gradum cellulis impartiri sine adminiculo aliarum animarum, quae proinde non modo ut contrariae substantiali hominis unitati, sed etiam ut inutilites, ab animato humano ablegandae erunt (2).

(1) 4. D. 44, q. 1, art. 2.—(2) Vid. *Civ. cathol.* I compositi cellulae, è l'individual, animal. Ser. XII, v. 11, 12-1885.

SCHOLION

Quando anima rationalis corpori infundatur.

§ I.

Status quaestionis.

57. I. Inter hodierna physiologiae mira inventa, tamquam certum computatur, illud esse humanae conceptionis initium passivum, quo foemineum maturum ovulum a virili semine physice attingitur et penetratur; cum ovulum sic fecundatum statim vitae vegetativae saltem actiones, nutritionis et augmentationis exerceat.

H. Quaeritur, quandoam anima rationalis infundatur corpori, an primo conceptionis instanti vel post cum foetus rudi licet figura hominem se prodit? Plerique, qui responderent animam rationalem non advenire corpori nisi postquam foetus ederetur. eos reprobovit Innocentius XI damnata propositione 35.* Videatur probabile omnem foetum, quamdiu in utero est, carere anima rationali, et tunc primum incipere eandem habere cum paritur, ac proinde dicendum erit in nullo abortu homicidium committi. Inter Patres alii praesertim occidentalia, animam non infundi donec corpus esset satis formatum tenuerunt, alii maxime orientales contra in primo instanti inmitti voluerunt. Doctores scholastici omnes consentiebant Patribus occidentalibus, disputabant vero an daretur in embryone successio animarum vegetativae, sensitivae et rationalis se mutuo destruentium. Hoc ultimum affirmabat D. Thomas (1) cum eius schola, aliis contradicentibus. Hodie post physiologiae progressus, pauci sunt qui speculative sententiam D. Thomae propugnent; nam practicae, cum agitur de baptizandis abortivis omnes contrariae communissimae adhaerent; et sicut P. Goudin O. S. B. († 1696), jam olim recessit haerere a S. Thoma, ita nostris diebus Em. Card. Gonzalez (2) idem existimavit faciendum, Em. Zigliara concedit, sententiam oppositam Divo Thomae esse recentioribus communem, putat tamen et quidem jure, rem non adhuc esse decisam, unde, ait (3), utraque opinio suam habet probabilitatem, sed probabilitatis limites non excedit. Et libenter propter auctoritatem D. Thomae adhaeret, quare utriusque partis rationis dabo (4).

DIRECCIÓN GENERAL DE

(1) I. Q. 118 a. 3, ad 2.—(2) Philos. elem. Psychol. sect. 2, c. 3, n. 1, schol. in nota.—(3) Sum. Philosophica, Psychol. L. 2, c. 2, art. 3, X.—(4) Defendunt sententiam D. Thomae ex nostra Societate P. P. Liberatore et Corradi in suis operibus philosophicis nec non alii.

§ II.

Rationes intendentes animam rationalem non infundi in primo instanti conceptionis.

58. I.^a Auctoritas philosophi (1): «Non simul fit animal et homo; sed prius fit animal habens animam sensitivam.»

II. Praesupposito fundamento operationum vitalium in embryone, ita ratiocinatur D. Thomas (2): «Ad secundum dicendum, quod aliqui dixerunt quod operationes vitae quae apparent in embryone, non sunt ab anima ejus, sed ab anima matris, vel a virtute formativa quae est in semine.»

«Quorum utrumque falsum est. Opera enim vitae non possunt esse a principio extrinseco, sicut sentire, nutrizi et augeri; et ideo dicendum est quod anima praexistit in embryone; a principio quidem nutritiva, postmodum autem sensitiva, et tandem intellectiva.»

«Dicunt ergo quidam, quod supra animam vegetabilem, quae primo inerat, supervenit alia anima, quae est sensitiva; supra illam alteram alia quae est intellectiva.»

«Et sic sunt in homine tres animae, quarum una est in potentia ad aliam; quod supra improbatum est, quaest. 76, art. 3.»

«Et ideo alii dicunt, quod illa eadem anima quae primo fuit vegetativa tantum, postmodum per actionem virtutis quae est in semine, perducitur ad hoc ut ipsa eadem fiat sensitiva, et tandem ad hoc ut ipsa eadem fiat intellectiva, non quidem per virtutem activam seminis, sed per virtutem superioris agentis, scilicet Dei de foris illustrantis.»

«Sed hoc stare non potest: primo quidem, quia nulla forma substantialis recipit magis et minus; sed superadditio majoris perfectionis facit aliam speciem, sicut additio unitatis facit aliam speciem in numeris. Non est autem possibile ut una et eadem forma numero sit diversarum specierum...»

«Et ideo dicendum est, quod, cum generatio unius semper sit corruptio alterius, necesse est dicere quod tam in homine quam in animalibus aliis, quando perfectior forma advenit, fit corruptio prioris; ita tamen quod sequens forma habet quicquid habebat prima, et adhuc amplius; et sic per multas generationes et corruptiones pervenitur ad ultimam formam substantialem tam in homine quam in aliis animalibus... Sic igitur dicendum est, quod anima intellectiva creatur a Deo in fine generationis humanae, quae simul est et sensitiva et nutritiva, corruptis formis praexistentibus.»

59. III. Ratio fundamentalis, quae eruitur ex D. Thoma est: forma naturaliter non infunditur, nisi cum materia est sufficienter disposita ad eam suscipiendam. Sed foetus primis conceptionis diebus tam ex sui configuratione quam ex suis operationibus non apparet ut materia sufficienter disposita ad animam rationalem susci-

(1) L. 2. Gener. animal. c. 3.—(2) I. Q. 118, a. 2, ad 2.

piendam. Ergo ea in primo conceptionis instanti non infunditur, sed post aliquot dies cum corpus est sufficienter formatum.

Minor quamvis probabiliter, ut videbimus, possit negari, non tamen evidenter, cum re vera ad explicandos motus vitales, qui cernuntur in foetu sufficit anima vegetativa vel sensitiva, nam foetus nonnisi post aliquod tempus habet formam humanam.

§ III.

Rationes intendentes animam rationalem infundi in primo instanti conceptionis.

60. 1.^a Auctoritate et ratione: a) S. Maximi Ab. (662), qui orientales et occidentales ecclesias perillustravit, atque graecorum theologus eximios philosophos nuncupatur. Hic ait (1): «Si enim id quod... in generationis humanae materia ponitur inanimatum omnino est, sequitur necessario ut etiam vitalis nimirum potestatis, etiam sit expertus. Nam quod anima... caret, id omni vitali privatum est virtute. Quod si animae ejusque vitalis potestatis et virtutis plane expertus est, mortuum esse manifestum est, verum si mortuum esse statuitur, neque dicitur, neque crescit, neque ullo modo subsistere poterit, aut indissipatum et indiffusum manere. Jam vero si embryon anima praedictum esse a veritate coacti statutis, qua et quali ista, et quomodo observata aut appellata convenienter sequitur ut doceatis. Atque si solum illud nutriendi et saugendi animam habere affirmatis, plantae alicujus profecto, non hominis, hac ratione secundum vos corpus illud, quod nutritur et augetur erit. Et quomodo plantae pater homo sit, intelligere, a quoquo consideratione vertor, equidem non habeo, cum de homine planta existentiam secundum naturam prorsus non habeat. Si contra sensualem solum in embryone esse animam asseveratis, aequi plane vel bovus vel alterius alicujus animalium terrestrium aut volatillum animam habere embryon de conceptione manifestabitur, ac secundum naturam hominis per vos homo pater non erit in prima coagmentatione, sed plantae alienae, uti dicebam, vel animalium terrestrium alicujus. Et quid hoc absurditas aut amentius?» b) S. Gregorii Nyssen 2). «Ut in homine, qui aetatem ad integram pervenit, et inter grandiores censetur, actiones animi jam manifesto apparent, sic ortus nostri initio, prout tum res postulatur, ita sese convenienter actiones animi declarant, in eo quod ipse sibi de materia in alvo matris deposita domicilium antissimum naturae suae fabricat.»

II.^a Quia Ecclesia in statuendis excommunicationis poenis, antiquum jus, quod inter foetum animatum et inanimatum distinguebat, corripuit, et sententiam sine exceptione tulit in: «Procuran-

(1) De var. diffic. loc. SS. Dionys. et Gregor. Mign. Patr. graec. t. 91 col. 1335.—(2) De homin. opific. c. 28.

tes abortum effectu sequuto (1),» quod minime videtur factura, si non esset valde probabile foetum ab ipsa conceptione verum esse hominem, cum mens ejus fuerit limitare censuras.

61. III.^a Si ut certum habetur; quasilibet formam tunc infundi cum ejus subjectum est dispositum, etiam certum est omne animal generare sibi simile; quare homo debet generare hominem. Atqui homo non generaret hominem, si anima rationalis non infunderetur statim ac conceptio parentum generatione perficeret; nam propria anima hominis est anima rationalis, non mere vegetativa, nec mere sensitiva, quae ex se non ad concipiendum nec vivificandum corpus humanum, sed vel plantam, vel brutum tendunt. Ergo... Si aliqua ratio daretur cur anima rationalis non posset statim momento conceptionis uniri corpori, esset quia hoc non est aptum animae ad ratiocinandum vel quia anima rationalis nequit illos vitae vegetativae et sensitivae gradus tribuere. Sed primum nimis probat, nam neque in nativitate corpus est aptum animae ad ratiocinandum; secundum est falsum. (Thes. praeced.) Ergo 2)...

62. Dices: a) Anima utpote forma est terminus generationis non principium. Atqui si in primo instanti conceptionis infunderetur non esset terminus, sed principium generationis humanae. Ergo...

b) Anima est actus corporis physici organici. Atqui in momento conceptionis non adhuc est corpus physicum organicum. Ergo...

Resp. ad a) Dist. *Major*. Est terminus generationis, non principium quoad id quod est simpliciter esse aliquid, v. g. homo: conc. Quoad id quod est perfecte esse tale; neg. vel subdist. In inanimatis; conc. In viventibus, quae se perficere vi propria et intrinseca animae possunt; neg.

Resp. ad b) Dist. *Major*. Anima est actus corporis physici organici ad aliquam saltem vitae operationem apti; conc. Ad omnem subdist. Actu; neg. Virtute evolutiva ipsius animae; conc. et contradistincta *minore*, nego *conseq.* In ovulo fecundato est sufficiens organisatio ut anima rationalis vires suas vegetativas exeret, et inde corpus sibi perficiat ad sentiendum ratiocinandumque aptum, eo quod, aiebat supra S. Gregorius, Nyssen, ipsa sibi de materie in alvo matris deposita domicilium aptissimum naturae suae fabricat.»

(1) Apostolicae Sedis. Excom. lat. sent. Episcop. reser. II.—(2) Nonnihil videtur confirmari posse haec sententia ex mysterio Incarnationis, nam ea admittit statim intelligitur: a) Quomodo non prius sit assumptum corpus quam anima, b) Cur B. Virgo Maria in primo instanti praegnationis vere conceperit Filium Dei, et vere fuerit Mater Dei. c) Cur per novem menses cum in utero gestaverit. Alias necesse est multiplicare miracula supra miraculum conceptionis sine semine, quod unice ab Scriptura et Symbolis fidei statuitur. Vid. Suar. De myst. V. Cti. D. 11, sect. 2.

ARTICULUS II.

De unione animae ad corpus.

THESIS VIII.

Anima unitur corpori ut forma substantialis. In articulo praecedenti de natura et unitate animae humanae disseruimus. in hoc, quae sit ejus habitudo ad corpus definiendum est.

63. **Nota.** Forma, sensu quem adhibent Concilia ex catholicis doctoribus accepto, dicitur *actum*, qui rem constituit in aliquo esse determinato, et dividitur contra potentiam, quae rationem habet determinabilis ad aliquod esse. «Quia forma, sicut Angelicus (1) facit esse in actu ideo dicitur, quod forma est actus; quod autem facit esse actu substantiale, dicitur forma substantialis, et quod facit actu esse accidentale dicitur forma accidentalis.» Forma substantialis alia est *subsistens*, quae nec est in subjecto, nec ordinem dicit ad aliquod subjectum, ut est Angelus; alia informans, quae subjectum postulat in quo recipiatur. Haec sunt causalitatem exercet immediata suae entitatis communicatione, qua suum subjectum ad esse hoc unum specificè determinat. Igitur cum asserimus animam uniri corpori tamquam formam substantialem significamus eam *essentia sua* seu intrinsece, *per se* non per accidens, *immediate* i. e. se ipsa, non mediâ alia anima saltem, ordinari ad constituendum cum corpore hoc vivens quod est homo. Contrarium nequit sine errore in fide propugnari. Est tum contra antiquos, qui animam solum assistentem, gubernantem, moventem corpus statebant, tum adversus modernos Guntherum et Baltzerum, qui aliud ab anima principium vitae corporis admittebant.

Prob. I.^a Concil. Viennens. ita definivit nostram thesî (2): «Porro doctrinam omnem, seu positionem tenere asserentem, aut vertentem in dubium, quod substantia animae rationalis, seu intellectivae, vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam ac veritati catholicae inimicam fidei, praedicto sacro approbante concilio reprobamus; definientes, ut cuius actus nota sit fidei sinceræ veritas ac praecelatur universis erroribus aditus, ne subintrent, quod quisque deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter praesumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per

(1) Opusc. De princip. natur.—(2) Clement. De sum. Trinit. et cathol. fide.

se et essentialiter, tamquam haereticus sit censendus.» Renovavit Lateranense V. sub Leone X. his verbis: «Hoc sacro approbante concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in sanctis hominibus et haec in dubium vertentes; cum illa non solum vere, per se et essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone felices recordationis Clementis PP. V. praedecessoris nostri, in generali Viennensi Concilio edito continetur... verum et immortalis...» Pius IX (1) adversus errores Guntheri decrevit: hujus doctrinis «laedi catholicam sententiam ac doctrinam de homine, qui corpore et anima ita absolvitur, ut anima eaque rationalis, sit vera, per se, atque immediate corporis forma.» Baltzerum vehementer improbat (2) considerando: «sententiam quae unum in homine ponit vitae principium, animam scilicet rationalem, a qua corpus quoque et motum et vitam omnem et sensum accipiat, in Dei Ecclesiae esse communissimam, atque doctoribus plerisque, et probatissimis quidem maximis, cum Ecclesiae dogmate ita videri conjunctam, ut hujus sit legitima solaque vera interpretatio, nec proinde sine errore in fide possit negari.»

2.^a Ex Scripturis, a) In verbo divino, homini multa tribuuntur, quae non nisi ratione intellectivi principii ei conveniunt, nec per illud principium possent ei communicari, nisi aliqua substantialis unio inter illud principium et suum subjectum seu corpus interveniret, quae non potest esse nisi unio formae substantialis cum suo subjecto; nullum enim aliud genus unionis substantialis in casu excogitare est. Assumptum prob. ex gr. Genes (3): *Pacificus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et praesit piscibus maris, et volatilibus caeli...* Paulus ad Corinth (4): *Omnis enim vos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum, sive malum.* b) Post inspirationem animae rationalis in corpus limosum Adae statim addit Scriptura (5): *Et factus est homo in animam viventem* i. e. sicut Susarius (6): «vivificatam formaliter. Fieri enim in animam viventem, nihil aliud est, quam constitui viventem per illud spiraculum tamquam per animam dantem vitam corpori de limo formato; illam autem vitam non fuisse tantum animale, sed etiam rationalem, ostendunt sequentia. Nam statim dicitur: «Deus praeceptum homini dedisse, ejus non est capax nisi qua-

(1) Litter. apost. ad Archiepisc. Coloniens. 1857.—(2) Ad episcop. Wratislaviae. 1860.—(3) I, 26.—(4) II. V, 10.—(5) Genes. II, 7.—(6) De Anim. L. 1, c. 12, n. 5.

stentis ratione utitur; et adiungitur hominem impostuisse nomina caeteris animantibus, quod etiam est opus rationis et maximae sapientiae.»

64. 3.^o Idem eruitur ex Patribus, animas rationali vitam corporis unanimiter tribuentibus. S. Gregorius M. (1). «Homo quia ex carne consistit, quasi ex robore et infirmitate compositus est: robur ergo est hominis anima rationalis» et infra: «Ex rationali quippe anima habet homo, ut in perpetuum vivat.» S. Athanasius (2): «Non est anima, quae moritur, sed ob ejus discessum corpus moritur.» Prosper. (3): «Substantia duplex conjungitur, inque unam coeunt contraria vitam.» Damascenus (4): dicit animam organici instructo uti corpore: «cui vitam, incrementum, sensum, et gignendi vim tribuat, non aliam a se junctam mentem habens...» Alios Patres vide n. 53.

65. 4.^o Ratione. a) Idem homo est, qui opera vitae exercet, et elicit in tribus gradibus nutriendi, sentiendi et intelligendi: ergo omnia illa opera sunt ab intrinseca forma substantiali constituenta hominem essentialiter in omnibus illis gradibus: ergo anima rationalis hominis est hujusmodi forma ejus. *Antecedens* propria experientia est evidens, unusquisque enim experitur, its se ratiocinari, et discurrere, sicut experitur se sentire, aut nutrir. Et qui hoc non experitur aut conficitur, necesse est ut se brutum quoddam esse, et tanquam unum ex jumentis insipientibus factum esse fateatur. *Consequentia* est manifesta, nam tanta identitas subjecti operationes tam diversas efficientis, nisi ab uno eodemque principio ad illas redderetur potens et constitutum, maneret inexplicabilis: insuper idem confirmatur ex dependentia ipsius operationis intellectivae a phantasia, ut testantur tum pueritia, cum amentia in quibus ex defectu vel laesione phantasiae usus rationis impeditur. Nam si principium illud esset substantia spiritualis omnino separata substantialiter a corpore, non esset cur a corpore in intelligendo penderet, imo intelligeret modo angelico et perfecto, quod est ab anima in praesenti vitae statu alienum. b) Supposito anteriori argumento ulterius arguitur; necesse est hominem constitui in substantiali essentia hominis per aliquam substantialem formam ipsi propriam, et a formis brutorum distinctam, quae sit forma specifica hominis. Sed haec necessario est anima rationalis. Ergo... *Mia*. prob. Hominis forma specifica vel est ipsum intelligendi principium seu anima rationalis, vel aliud; si primum conceditur, habemus intentum; si negatur, ex secundo membro haec

(1) Moral. L. 14, c. 7.—(2) Orat. contr. idola.—(3) Carmin. de Proc. corp. et unum.—(4) De fid. orthod. I. 2, c. 12.

profundat absurda: primum, hominem atpote constitutum forma irrationali esse brutum quoddam et male definir, animal rationale; secundum, non esse hominem, qui intelligit, discurret, et alia propria opera hominis facit, sed aliam substantiam separatam, accidentaliter homini unitam; tertium denique, hominem non esse liberi arbitrii, quum libertas rationem supponat, ac proinde non posse hominem bene agere, peccare, quod certe absurdissimum est. Vide D. Thomam (1).

66. Objic. 1.^a Inter actum et potentiam debet inveniri proportio. Sed inter spiritum et materiam non est, cum ille sit inextensus, haec extensa, etc. Ergo...

Resp. Dist. *autec*. Debet inveniri proportio entitativa; neg. habitudinis; conc. Ad haec sufficit mutua unibilitas, vi cujus possint in unam convenire naturam compositam, ac se mutuo juvare in operando: haec autem inter corpus et spiritum ex nullo capite repugnat: et aliunde probatur existens per experientiam, qua simul novimus nostrum esse et sentire, et intelligere, corporeamque operationem ad spirituales deservire.

Obj. 2.^a Anima non dat corpori esse rationale: ergo non se illi ut forma communicat.

Resp. Cum Suario (2): «formam non dare esse materiae, sed composito nimirum homini, qui essentialiter rationalis est; materiae vero eatenus dicitur dare esse, quatenus illam in suo esse conservat: neque est necessarium ut homo ratiocinetur per corpus, sed satis est ut corpus modo aliquo deserviat ratiocinationi.»

Obj. 3.^a Si anima humana est essentialiter forma corporis, essentialiter ac proinde pereuniter exiget unionem cum corpore. Atqui non exigit, nam in morte separatur, imo *naturaliter* post breve unionis tempus in aeternum maneret separata. Ergo...

Resp. Dist. *Major*. Perenniter exigit uniri corpori aptitudinaliter: conc. Actu; neg. Ratio est, quia anima hominis non solum est id, quo aliud est, sed etiam id, quod est, cum sit subsistens, ideo non tantum habet pro fine informare, sed etiam esse atque intelligere: quia ergo separata potest intelligere non frustratur undique suo fine, sed ex parte tantum, quare pergit in existendo, cum aptitudine tamen ad corpus informandum. Vide S. Thomam (3), qui ait convenire animae corpori uniri, sicut secundum se convenit corpori levi esse sursum. Unde colliges, quod sicut corpus leve, dum non est in aere suspensum non patitur violentiam proprie, ita animam separatam ex defectu unionis cum corpore minime esse proprie et realiter in statu violento, sed tantum interpretative et

(1) I. Q. 76, ar. 1.—(2) De Anim. Lib. 1, c. 12, n. 18.—(3) I. Q. 76, ar. 1 ad 6.

improprè, propter dictam ad corpus inclinationem, cui tamen Deus sapientia et virtute sua provisum voluit in universali omnium hominum resurrectione.

SCHOLIUM I.

Utrum in homine sit alia forma propter animam rationalem.

67. Nota. In eodem subjecto plures formae concipi possunt, vel invicem subordinatae quarum alicae aliis deserviant, subjectumque disponant ad unius primariae formae receptionem; vel non subordinatae seu invicem independentes, quarum unaquaeque sine adminiculo alterius subjectum perfecte et ultimo complectet in aliquo esse perfecto v. g. si in eodem subjecto formas auri et argenti congereres. Quaestio facta procedit in primo sensu, nam in secundo sensu communiter negant scholastici doctores, possibile esse.

Angelicus doctor (1) respondet negativè hoc nervoso fisis argumento: «Unius rei est unum esse substantiale. Sed forma substantialis dat esse substantiale. Ergo unius rei est una tantum forma substantialis. Anima autem est forma substantialis hominis. Ergo impossibile est, quod in homine sit aliqua alia forma substantialis quam anima intellectiva. Ad cuius evidentiam, addit, «considerandum est quod forma substantialis in hoc a forma accidentali differt, quia forma accidentalis non dat esse simpliciter, sed esse tale; sicut calor facit suum subjectum non simpliciter esse, sed esse calidum. Forma autem substantialis dat esse simpliciter; et ideo per ejus adventum dicitur aliquid simpliciter generari; et per ejus recessum simpliciter corrumpi. Si igitur ita esset quod praeter animam intellectivam praecisteret quaecumque alia forma substantialis in materia, per quam subjectum animae esset ens actu; sequeretur quod anima non daret esse simpliciter, et per consequens quod non esset forma substantialis, et quod per adventum animae non esset generatio simpliciter, neque per ejus recessum corruptio simpliciter, sed solum secundum quid; quae sunt manifeste falsa. Unde dicendum est quod nulla alia forma substantialis est in homine nisi sola anima intellectiva, et quod ipsa, sicut virtute continet animam sensitivam et nutritivam, ita virtute continet omnes inferiores formas, et facit ipsa sola quidquid imperfectiores formae in aliis faciunt.»

Consequenter ad hanc doctrinam cum moritur homo nova inducitur forma nempe cadaverica, quae corpus mortuum substantialiter informat ac complect, S. Th. Thomae opinionem et rationes praeter thomistas probant Suarez (2); Lugo; Valentia pluresque alii valde communiter.

68. Scotistae et alii auctores catholici hujus et superioris saeculi affirmative respondent, hac duplici et percellenti oculos ratione praecipue moti: a) Os et caro in homine substantialiter diffe-

runt; sed non differunt ratione materiae nec ratione animae, quae est forma principalis; ergo ratione formarum secundum ordinem. b) Si oculis fidendum est, materia corporea embryonis non mutatur adveniente anima; sed elevatur ad esse vivum; sicut mortuo homine nullius novae formae signum videre licet, praeter absentiam animae; imò si nova admitteretur forma sequeretur aliam esse carnem, alia ossa, aliud corpus, utpote aliis constituta formis. Principi argumento contrariae sententiae reponunt, formam supervenientem enti in actu, quatenus in actu est, esse accidentalem, non vero quatenus est in potentia ad alium actum substantialem. Unde caro hominis, quatenus caro seu formaliter, non est subjectum animae, sed pars integralis hominis; est autem subjectum animae materialiter, seu inadaequate.

Ex dictis perspicies, S. Thomam demonstrantem animam rationalem continere virtute inferiores formas corporeas sicut continet de facto animas sensitivam et nutritivam, argumentum primum Scotistarum praecocipasse. Secundum eliditur etiam, nam esto sensibilibus adveniente anima embryoni, recedente a corpore per mortem, non appareat accidentium mutatio, realiter vero nullam esse mutationem imò nec apparere si omnia accidentia conjunctim sumantur, affirmabit nemo. Ultima sequela parum valet, nam sufficit habitudo moralis hujus corporis mortui ad suum possessorem dum viveret ut dicamus esse corpus mortuum illius, quia hoc corpus mortuum nonnisi ex illo vivo, cujus similitudinem imò identitatem in materia et pluribus accidentibus servat, oriri poterat (1).

Sententia igitur D. Thomae videtur praeferenda, tum quia conformior verbis conciliorum, tum quia melius unitatem substantialem hominis tuetur. Contraria tamen non est improbabilis, facilem pandit viam ad quaestiones quasdam theologicas evadendas de corpore Christi post mortem et in Eucharistia existentis. Tot enim hisce in rebus in opposita opinione exurgunt difficultates, ut quo pacto solvi possint ipsi Suarez (2) difficile videntur. Eam habet Lossada (3) sine dubio valde probabilem et gravibus nixam fundamentis, quamvis non adeo solidis ut solvi non possint.

SCHOLIUM II.

De imagine Dei in homine.

69. «Imago dicitur, ait S. Thomas (4), ex eo quod aliquid agitur ad imitationem alterius; unde ovum, quantumcumque sit alteri ovo simile et aequale, quia tamen non est expressum ex illo, non dicitur imago ejus; aequalitas autem non est de ratione imaginis... ut patet in imagine alicujus in speculo relucente. Est tamen de ratione perfectae imaginis; nam in perfecta imagine non

(1) Vid. D. Thom. 3, Q. 25, ar. 6, ad 3.—(2) De Myt. vit. Christi D. 38, s. 3.^a; De Euchar. D. 53, sec. 1.—(3) De princip. corp. D. N. c. 1, n. 6.—(4) 1, Q. 93, ar. 1.

(1) 1. Q. 76, ar. 4.—(2) Metaphys. Dis. 13, L. 3; Disp. 15, sec. 10.

«deest aliquid imagini, quod insit illi de quo expressa est.» Hinc imago semper rationem similitudinis importat, non e contra similitudo, imaginis rationem. Similitudo autem duplex est, una secundum essentiam sine qua perit similitudinis ratio, altera secundum qualitates, quae priori adveniunt. «Sic, notat Petavius (1), hominem hominis, id est genitoris genitum, ob id praecise imaginem vocari, adeoque filium, quod humana sit natura praeditus, iametsi, dissimilis sit in caeteris, ut statura, colore, totaque conformatione membrorum, necnon moribus et animi indole. Quorum si in filio similitudo non desit, non eo fit nativa illa et propria imago perfectior; neque magis propterea filius est, sed adventitius quidam ad eum camulus accedit. Ad hanc ergo formulam Dei in homine similitudo et imago referatur, duplicem ejus rationem investigare possumus; unam quae maxime propria sit hominis, et naturae hujus insita, nec ab eo separabilis; alteram velut consecrariam et secundam.» De prima, hoc scholio praecipue agimus.

Dico I. Homo natura sua ad imaginem Dei conditus est; non ratione corporis, sed ratione animae.

70. **Nota.** Secundam partem impugnant antiquitus haeretici anthropomorphitae, qui Deum corporeum fluxerunt; alii non multi cogitantes hominem factum ad imaginem Verbi Dei incarnati; modernis temporibus alii pauci, ut Oleaster, qui proprio Marte Deum ad creandum hominem, visibilem hominis formam assumpsisse invexerunt.

71. I.^a Pars prob. Est aperta ex Scripturis, quae hominem ut ens naturale est, imaginem Dei esse, praedicant. Genes. (2) *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et praesit piscibus maris et volatilibus caeli, et bestiis universaeque terrae, omnique reptili, quod movetur in terra. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum; masculum et feminam creavit eos.* Et alibi (3) *Quicumque effuderit humanam sanguinem, fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo.* Apostolus (4) *Vir quidem non debet velare caput suum; quoniam imago et gloria Dei est.* S. Jacobus (5) *In ipsa lingua benedictimus Deum et Patrem; et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.*

Notabis Scripturam nunquam indicare hominem fuisse creatum ad imaginem Dei ut hominis, sed Dei simpliciter, quo nomine significatur Deus ipse, ut Deus est, praesertim in Veteri Testamento, vel ubicumque ex adjunctis alia non datur interpretandi ratio. Patrem colloquendo ad alias sanctissimae Trinitatis personas dixisse: *Faciamus ad imaginem et similitudinem nostram*, non *tuam* ut postulabat oratio si de Filio fuisset sermo. Homo ergo factus est ad imaginem Dei secundum aliquid commune tribus personis: *secundum imaginem ejus*, ait D. Paulus (6), *qui creavit illum.*

(1) De offic. i. 2, c. 3.—(2) I. 26, 27.—(3) IX, 6.—(4) 1.^a Corinth. XI, 7.—(5) III, 9.—(6) Colos. III, 10.

nampe solus Deus sine humanitate assumpta; quare imago Dei corpori in homine ut absurda rejicienda est, imago Dei incarnati ut conficta respicienda, nisi per accommodationem de Christo-homine praedicentur, quae soli Deo sensu litterali Scriptura attribuit.

72. II.^a Pars. Prob. I.^a Quia ita declarant Patres communiter S. Ambrosius (1): «Non ergo caro potest esse ad imaginem Dei, sed anima nostra, quae libera est, diffusis cogitationibus atque consiliis huc atque illuc vibrata, quae considerando expectat omnia.» S. Augustinus (2): «Cum in homine Deus fecerit id quod interius est, et id, quod exterius est, non fecit eum ad imaginem suam, nisi secundum id, quod interius est, non solum incorporeum, verum etiam rationale, quod pecoribus non inest.» Joannes Damasc. (3): «Quod ad imaginem factum in homine dicitur, intelligens significat, et liberum ac sui juris.» Si aliquando etiam in corpore imaginem Dei esse affirmant, eam in illis rebus et operationibus adumbrant in quibus tamquam in signo mens reluctet. Ita idem Augustinus (4): «Recte igitur secundum hoc quod interius et principale hominis est, i. e. secundum mentem accipitur: *Faciamus* etc... Ex illo enim quod in homine principatum tenet, quod eum disjungit a belluis; totus est homo aestimandus. Cetera in eo quamvis in suo genere pulchra sint, tamen eum pecoribus communis sunt, ac per hoc in homine parvi pendenda. Nisi forte quod ad intuentium caelum figura humani corporis erecta est, valet aliquid etiam ut corpus ipsam ad similitudinem Dei factum credatur.»

73. 2.^a Imago alterius est id quod fit ad illius expressionem. Atqui solum anima hominis fit a Deo ipsamque exprimit. Ergo... *Ima*, prob. Prima pars constat ex thesi III (supr. n. 15); secunda est manifesta, quia solum ratione animae habet homo propriam quandam similitudinem cum Deo in eo gradu, in quo proprie et formaliter Deus existit, nempe in gradu vitae intellectualis. Ergo solum ratione animae habet homo esse ad imaginem Dei. Placet confirmare doctrina et auctoritate S. Thomae (5): «Requiritur autem ad rationem imaginis quod sit similitudo secundum speciem, sicut imago regis est in filio suo; vel ad minus secundum aliquod accidens proprium speciei, et praecipue secundum figuram, sicut hominis imago dicitur esse in cupro.» Manifestum est autem quod similitudo speciei attenditur secundum ultimam differentiam. Assimilantur autem aliqua Deo, primo quidem, et maxime communiter, in quantum sunt; secundo in quantum vivunt; tertio vero in quantum sapiunt vel intelligunt; quae ut Augustinus dicit (6): ita sunt Deo similitudine proxima ut in creaturis nihil sit propinquius. Sic ergo patet quod solae intellectuales creature, proprie loquendo sunt ad imaginem Dei.»

Dico II. Imaginis divinae essentia, ipsa natura hominis intellectuali constituitur, completur vero et consummatur potentia et actibus tum naturalibus, cum supernaturalibus.

(1) Exoem. 1, 6, c. 8.—(2) L. contr. Faust, 24, c. 2.—(3) Lib. 2.^o de Fide.—(4) Genes. lib. imperfect. 16.—(5) 1. Q. 93, ar. 2.—(6) Lib. 88. QQ. q. 51.

74. Educitur haec affirmatio ex variis modis, quibus SS. Patres divinam imaginem in homine declarant. «Alii enim, ut compendio tradit P. Hurter (1), eam constituunt in simplicitate vel spiritualitate, vel immortalitate; alii in intelligendi vi, alii in libertate... alii distinguentes inter imaginem et similitudinem, illam reponunt in praerogativis naturalibus, haec in gratia; alii imaginis dignitatem cernunt in dominio... alii collocant in virtutum exercitio, quo Deum imitatur eique similes reddimur.» Ast in tota hac sentiendi varietate unum est fundamentum commune, natura nempe hominis intellectualis quo sublato omnes sententiae corruunt, quo posito omnes subsistunt sive naturali consequentia ut virtus intelligendi, sive perfectionis superadditione v. g. scientia, gratia, etc. Ad rem S. Augustinus (2) «Non distas a peccatore nisi intellectu, Noli aliunde gloriaris. De viribus praesumis? a bestis vincis: de velocitate praesumis? a muscis viacris; de pulchritudine praesumis? quanta pulchritudo est in pennis pavonis? Unde ergo melior es? ex imagine Dei. Ubi imago Dei? in mente, in intellectu.» Demonstrat Bellarminus (3) exemplo, et distinctione: «Sciendum est imaginem Dei tribus modis considerari posse; secundum naturam, secundum habitum et secundum actum, ex quibus secundus et tertius modus nihil aliud sunt, quam perfectiones imaginis primo modo consideratae. Nam quemadmodum imago depicta, si solum sit lineis adumbrata, vera erit imago sed rudis; si addantur colores reddetur perfectior: si exprimantur venae, muscoli et minutissimae quoque partes, perfectissima iudicabitur: sic etiam substantia animae rationalis imago Dei est, sed addito habitu gratiae et sapientiae perficitur et ornatur: cum vero actu cognoscit et diligit, perfectissima et ornatissima est.» Consonat Angelicus docens (4): «Unde imago Dei tripliciter potest considerari in homine: uno quidem modo secundum quod homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum et amandum Deum; et haec aptitudo consistit in ipsa natura mentis, quae est communis omnibus hominibus; alio modo, secundum quod homo actu vel habitu Deum cognoscit et amat, sed tamen imperfecte; et haec est imago per conformitatem gratiae; tertio modo secundum quod homo Deum actu cognoscit et amat perfecte; et sic attenditur imago secundum similitudinem gloriae... Prima ergo imago invenitur in omnibus hominibus: secunda in iustis tantum; tertia vero in beatis.»

COROLLARIA.

75. I. Duplex ergo est imago Dei in homine, naturalis et supernaturalis; haec peccato amittitur illa perseverat utpote cum ipsa natura hominis identificata.

(1) Theolog. special. P. 1.^a n. 225. — (2) Trac. 3. in Joann. n. 4. — (3) De amicis, grat. et stat. pecc. L. 5; c. 5, n. 25. — (4) 1. Q. 95, ar. 4.

II. Etiam Angeli cum naturae sint intellectualis creati sunt ad imaginem Dei.

Negavit Theodoretus (1) sed perperam contra alios Patres, qui ex natura spirituali Angeli et ex ipsa Scriptura oppositum affirmarunt. S. Gregorius M. (2): «Angelus dicitur (ap. Ezeq. XXVIII) signaculum similitudinis, quia in eo similitudo divinae imaginis magis insinuat expressa.» S. Isidorus (3): «Quantum enim subtilior est ejus (angeli) natura, tanto plenius existit ad similitudinem divinae veritatis expressa.»

III. Etiam sanctissimae Trinitatis imago expressa est in homine.

Sequitur ex eo quod dictum sit: *Faciamus... ad imaginem nostram* non unius tantum personae, sed omnium trium divinarum personarum. «Per hoc, ait S. Hilarius (4), quod homo dicitur ad imaginem Dei factus, ostendit pluralitatem divinarum personarum.» Quomodo ostendat facile est invenire supposita notitia mysterii sanctissimae Trinitatis, nam dantur in una anima humana tres potentiae intellectus, memoria et voluntas. Uterius sicut Pater per intellectum se cognoscens generat Verbum seu Filium, et Pater et Verbum se amando producent Spiritum sanctum: ita homo se ipsum cognoscens propria sua vi intellectiva generat in suo intellectu suam ipsius cognitionem, sibi utique omnino similem, quae recte vocatur verbum intellectuale. Ex hac autem cognitione procedit amor in voluntate, et sic homo in anima sua repraesentat augustissimam Trinitatem.

76. Obj. 1.^a Docet Apostolus (5) *Vir est imago Dei, mulier autem est imago viri*. Ergo non natura sua, quae eadem est in viris ac mulieribus, est homo imago Dei.

Resp. Expono *ante*. Mulier est imago viri et non Dei; neg. Est imago viri et Dei quamvis non tam perfecte ut vir; conc. «Dicendum, ait Angelicus (6), quod tam in viro, quam in muliere invenitur Dei imago quantum ad id in quo principaliter ratio imaginis consistit, scilicet quantum ad intellectuales naturam... Sed quantum ad aliquid secundarium imago Dei invenitur in viro, secundum quod non invenitur in muliere. Nam vir est principium mulieris et finis, sicut Deus est principium et finis totius creaturae: Non enim, subjungit Paulus verbis objectis, *vir est ex muliere, sed mulier ex viro; et vir non est creatus propter mulierem, sed mulier propter virum.*»

(1) Q. 20 in Genes. — (2) Homil. 34 in Evang. — (3) De am. bene lib. 1, c. 10. — (4) Lib. 4 de Trinit. in med. — (5) 1.^a Corinth. XI, 7. — (6) 1. Q. 95, ar. 4 ad 1.

Obj. 2.^o Apostolus ad Romanos (1) scribit: quos (Deus) praecipit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Ergo etiam imago Filii est in hominibus.

Resp. Dist. *consey*. Ergo etiam imago Filii qua Filii tantum, est in hominibus per naturam; neg. Est per gratiam, quae reddit hominem filium adoptivum Dei ad exemplar naturalis filiationis Christi; conc. Ita hunc locum commentatur Toletus (2): «Ut essent conformes Christo filio suo, qui imago est Patris, ut sint filii sicut et ipse est filius ac habeant filiorum haereditatem sicut et ipse habet; non quidem secundum aequalitatem, nam Christus filius est naturalis, non adoptivus.»

Obj. 3.^o S. Epiphanius, lib. 2. *haeres.* 70, tandem concludit: «decerni non posse; in qua parte hominis locatum sit id, quod est secundum imaginem.» Ergo...

Resp. Explico assertam, si agitur de imagine ejusque perfectione simul; conc. Si de imagine simpliciter; neg. Eodem loco impugnat eos, qui in corpore constituunt; praeterea notat Suarez (3): «Epiphanius excessisse, nam videtur ita voluisse Dei imaginem in homine invenire, ut in nullo sit dissimilis Deo, quod impossibile est, quia solus Filius Dei naturalis est perfecta imago Patris: homo autem est imago, sed deficiens...»

77. Quaeseres an idem sit creari ad imaginem ac creari ad similitudinem Dei?

Resp. Textus hebraicus prae se fert responsum affirmativam, non enim legit «ad imaginem et similitudinem nostram» sed in imagine nostra secundum similitudinem nostram, *בְּצַלְמֵנוּ כְּדִמְיוֹנֵנוּ* bezalmenu kidmionenu. Ast lectio LXX interpretum, quos sequuta est vulgata, fecit ut non pauci Patres tam graeci quam latini discernent imaginem a similitudine, imaginem ad naturam, similitudinem ad virtutem et gratiam referentes.

Probabilior sententia negat distingui, quia saepe Scriptura de hac re loquens promissive hisce verbis utitur, aliquando utrumque vocabulum conjungens ut Genes. V, 3, aliquando solo altero contenta Genes. V, 1; IX, 6; Ad Colos. III, 10, quo agendi modo satis indicatur, eandem rem utroque vocabulo significari.

Quaestionem dirimit Suarez (4): «Existimo priorem (sententiam negativam distinctionem) esse maxime litteralem et primarium sensum continere, hanc vero posteriorem (affirmantem distinctionem) esse magis spiritualem, vel ad summum ad secundarium sensum pertinere, vel certe esse quasi explicationem prio-

(1) VIII, 29.—(2) In epist. ad Rom.—(3) De op. sex dier. L. 3, c. 8, n. 15.—(4) De op. sex dier. L. 3, c. 8, nu. 32, 33.

aris, nam Deus ita fecit hominem ad imaginem suam, ut similitudinem quam habebat innatam, valeret per sua dona perficere.» Hoc sensu docent Patres hominem eo magis similem Deo fieri, quo plus in sanctitate crescit et tunc esse imaginem consummam quando similes ei erimus quoniam videmus eum sicuti est (1).

CAPUT III.

De statu supernaturali primi hominis.

Quaestiones de natura hominis tractatio de statu supernaturali primi parentis optissime sequitur, quum ea sit veluti fundamentum eorum omnium, quae de hominis lapsu, originalis culpae transfusio, ejusque sequels sunt dicenda.

ARTICULUS I.

De gratia et donis Protoparentum.

THESIS IX.

Primi parentes habuerunt sanctitatem originalem.

78. Nota. Sanctitas originalis est gratia sanctificans collata Adamo ante peccatum; dicitur originalis, quia non tantum pro se acceperat, sed pro omnibus hominibus, qui ex eo orituri erant, nisi peccasset. Negarunt hanc thesim saeculo v pelagiani, saeculo XVI sociniani, saeculo XVII Arminiani et nostro eam inficiantur rationalistae omnes cum prioribus asserentes, hominem talem modo nasci, qualem Deus creaverat sine gratia ac sine peccato.

79. Thesis ad fidem catholicam spectat et prob. 1.^o Concil. Tridentinum in decreto de peccato originali (2) definit: «Si quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem et justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse... anathema sit.» Arausicanum II, cap. 19, (an. 529) adversus semi-pelagianos, ait: «Nunc reparat natura humana per gratiam, sanctitatem quam perdidit, in qua condita fuerat et poterat creatore adjuvante, permanere.»

2.^o Ex Scriptura probatur praesertim ex illis locis, quibus docemur per gratiam Christi nos *renovari* in pristinam dignitatem.

(1) I. Joan. III, 2.—(2) Ses. V, can. 1, 2.

Obj. 2.^o Apostolus ad Romanos (1) scribit: quos (Deus) praecipit et praedestinavit conformari fieri imaginis Filii sui. Ergo etiam imago Filii est in hominibus.

Resp. Dist. *consey*. Ergo etiam imago Filii qua Filii tantum, est in hominibus per naturam; neg. Est per gratiam, quae reddit hominem filium adoptivum Dei ad exemplar naturalis filiationis Christi; conc. Ita hunc locum commentatur Toletus (2): «Ut essent conformes Christo filio suo, qui imago est Patris, ut sint filii sicut et ipse est filius ac habeant filiorum haereditatem sicut et ipse habet; non quidem secundum aequalitatem, nam Christus filius est naturalis, non adoptivus.»

Obj. 3.^o S. Epiphanius, lib. 2. *haeres.* 70, tandem concludit: «decerni non posse: in qua parte hominis locatum sit id, quod est secundum imaginem.» Ergo...

Resp. Explico assertam, si agitur de imagine ejusque perfectione simul; conc. Si de imagine simpliciter; neg. Eodem loco impugnat eos, qui in corpore constituunt; praeterea notat Suarez (3): «Epiphanius excessisse, nam videtur ita voluisse Dei imaginem in homine invenire, ut in nullo sit dissimilis Deo, quod impossibile est, quia solus Filius Dei naturalis est perfecta imago Patris: homo autem est imago, sed deficiens...»

77. Quaesitum an idem sit creari ad imaginem ac creari ad similitudinem Dei?

Resp. Textus hebraicus prae se fert responsum affirmativam, non enim legit «ad imaginem et similitudinem nostram» sed in imagine nostra secundum similitudinem nostram, *בְּצַלְמֵנוּ כְּדִמְיוֹנֵנוּ* bezalmenu kidmionenu. Ast lectio LXX interpretum, quos sequuta est vulgata, fecit ut non pauci Patres tam graeci quam latini discernent imaginem a similitudine, imaginem ad naturam, similitudinem ad virtutem et gratiam referentes.

Probabilior sententia negat distingui, quia saepe Scriptura de hac re loquens promissive hisce verbis utitur, aliquando utrumque vocabulum conjungens ut Genes. V, 3, aliquando solo altero contenta Genes. V, 1; IX, 6; Ad Colos. III, 10, quo agendi modo satis indicatur, eandem rem utroque vocabulo significari.

Quaestionem dirimit Suarez (4): «Existimo priorem (sententiam negativam distinctionem) esse maxime litteralem et primarium sensum continere, hanc vero posteriorem (affirmantem distinctionem) esse magis spiritualem, vel ad summum ad secundarium sensum pertinere, vel certe esse quasi explicationem prio-

(1) VIII, 29.—(2) In epist. ad Rom.—(3) De op. sex dier. L. 3, c. 8, n. 15.—(4) De op. sex dier. L. 3, c. 8, nu. 32, 33.

aris, nam Deus ita fecit hominem ad imaginem suam, ut similitudinem quam habebat innatam, valeret per sua dona perficere.» Hoc sensu docent Patres hominem eo magis similem Deo fieri, quo plus in sanctitate crescit et tunc esse imaginem consuevissent quando similes ei erimus quoniam videmus eum sicuti est (1).

CAPUT III.

De statu supernaturali primi hominis.

Quaestiones de natura hominis tractatio de statu supernaturali primi parentis optissime sequitur, quum ea sit veluti fundamentum eorum omnium, quae de hominis lapsu, originalis culpae transfusio, ejusque sequela sunt dicenda.

ARTICULUS I.

De gratia et donis Protoparentum.

THESIS IX.

Primi parentes habuerunt sanctitatem originalem.

78. Nota. Sanctitas originalis est gratia sanctificans collata Adamo ante peccatum; dicitur originalis, quia non tantum pro se accepit, sed pro omnibus hominibus, qui ex eo orituri erant, nisi peccasset. Negarunt hanc thesim saeculo v pelagiani, saeculo xvi sociniani, saeculo xvii Arminiani et nostro eam inficiantur rationalistae omnes cum prioribus asserentes, hominem talem modo nasci, qualem Deus creaverat sine gratia ac sine peccato.

79. Thesis ad fidem catholicam spectat et prob. 1.^o Concil. Tridentinum in decreto de peccato originali (2) definit: «Si quis non constituit, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem et justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse... anathema sit.» Arausicanum II, cap. 19, (an. 529) adversus semi-pelagianos, ait: «Nunc reparat natura humana per gratiam, sanctitatem quam perdidit, in qua condita fuerat et poterat creatore adjuvante, permanere.»

2.^o Ex Scriptura probatur praesertim ex illis locis, quibus docemur per gratiam Christi nos *renovari* in pristinam dignitatem.

(1) I. Joan. III, 2.—(2) Ses. V, can. 1, 2.

Paulus hortatur Colossenses (1) et Ephesios (2): *Renocamini autem spiritus mentis vestrae, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, et sanctitate veritatis.* Quod si aliquis verba sacra: *hominem, qui secundum Deum creatus est*, vellet referre immediate ad Christum, non ad Adamum ut sensus obvius exigit, non ideo vim argumenti elideret, cum *renovatio* proprie non detur nisi iterum acquirendo quod amissum fuerat.

80. 3.^o Ex Patribus, quorum aliqui ut nos ex verbo Dei argumentantur, Gregorius Nazianzenus (3): «Mysterium Christi omnium eorum hoc caput atque unus hic scopus, nimirum mea perfectio et instauratio atque ad primum illum Adamum reditus.» Gregorius Nyss. (4): «Age igitur, revertamur omnes ad illam divinam gratiam, qua rerum initio Deus hominem creatum ornavit, cum diceret: *Faciamus hominem...*» Augustinus (5): «Nam si et interim animaliter vixit (homo), non possumus dici ad hoc ipsum renovari. Quibus enim dicitur: *Renocamini spiritus mentis vestrae*, hoc eis dicitur, ut spirituales fiant. Quod si ille in ipsa nec mente fuit, quomodo nos renovamur ad id, quod homo nunquam fuit?» Basilius (6): «Per Spiritum sanctum datur in paradisu restitutio, ad regnum caelorum ascensus, in adoptionem filiorum reditus.»

THESIS X.

Praeter sanctitatem originalem habuerunt primi parentes dona integritatis, congruentis scientiae, immortalitatis ac impassibilitatis.

81. 1.^a Pars. Donum integritatis erat perfecta subjectio appetitus sensitivi rationi ita ut caro adversus spiritum non rebellaret. Est de fide et prob. 1.^o Tridentinum decreto de peccato originali (7) ait: «Manere post remissionem peccati originalis in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, haec sancta Synodus fatetur, et sentit, quae cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet; quinimo qui legitime certaverit, coronabitur.» Quibus verbis declarat, Baptismum ex effectibus peccati originalis relinquere concupiscentiam; ergo haec ante originale peccatum non erant in homine.

2.^a Sacra Geneseos historia fert, protoparentes ante peccatum non fuisse, post vero peccatum fuisse ratione peccati obnoxios

(1) III, 9, 10.—(2) IV, 23, 24.—(3) Orat. 38, n. 23.—(4) De opific. homin. c. 30.—(5) De Genes. ad tit. l. 6. c. 28, n. 39.—(6) De Spiritu Sancto, c. 15, n. 36.—(7) Sess. V, can. 5.

concupiscentiae. Ergo ante peccatum integritatis dono ornabantur. Antec. prob. Genes (1): *Erant autem uterque nudus. Adam scilicet et uxor ejus, et non erubescerant, ita ante peccatum, sed post: aperti sunt oculi amborum; cumque cognovissent se esse nudos, consueverunt folia ficus et fecerunt sibi perizonia.* Deus autem corripuit Adamum: *Quis induerit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo praeceperam tibi ne comederes, comidisti?* Hoc argumento delectabantur Patres adversus Pelagianos.

82. 3.^o Ex Patribus. S. Augustinus (2): «Gratia Dei magna ibi erat, ubi terrenum et animale corpus bestialium libidinem non habebat.» S. Ephraemus (3) antiquorum et modernorum incredulorum evasionem occludens ait: «Non erubescerant, non quod pudorem nescirent. Nam si pueri fuissent, ut quidam extranei dicunt, Scriptura non dixisset illos nudos fuisse et non erubuisse, neque dixisset Adam et uxor ejus nisi puberes fuissent.» Sed et nomina ab Adamo animalibus imposita sal superque nobis ejus scientiam persuadent. Verba etiam, ut operaretur et custodiret illum (paradisum) Adam robustum fuisse ostendunt. Lex autem utrique imposita testatur eos corpore et aetate perfectos fuisse. Praecepti autem transgressio eorum superbiam accusat. Gloria igitur qua induti erant causa erat cur non erubescerant, quae post praecipi transgressionem sublata, eruberunt.»

83. 4.^o Rationes hujus veritatis, juxta Suarezium (4), ex divina providentia, et liberalitate erga naturam humanam potissimum sumendae sunt. Nam cum homo natura sua per appetitum inferiorem ad sensibilia et corporalia: per appetitum autem superiorem ad spiritualia et rationi consentanea inclinatur, inde pugnam experitur, nec valet pure naturaliter, expedite et sine contrario honestum operari. Voluit igitur clementissimus Deus hanc naturali fragilitati in statu justitiae originalis congruentissime subvenire; a) ut proprium ejus opus esset perfectum, et pro capacitate hominis viatoris consummatum, b) Ut facili negotio posset homo vitare omnia peccata, si vellet, c) Ut in quodam felici statu viveret, nam sine dubio ex pugna appetituum et inordinatis motibus multum minueretur primaeivi illius status felicitas et perfectio.

84. II. Pars. Nota. Nomine *congruentis scientiae* tantam intelligimus quanta conveniebat sanctae et integrae primi hominis conditioni, nempe rerum tum naturalium quam supernaturalium non vulgarem, sed excellentem cognitionem (5). Hanc scientiam ha-

(1) II, 25; III, 7; V, 31.—(2) L. 4, contr. Julian. c. ult. n. 82.—(3) In Genes. II, 25.—(4) De op. sex. dier. L. 3, c. 12, n. 9.—(5) Vid. Suz. De op. sex. dier. L. 3, cc. 9, 10, 18.

buisse Adamum sacrae paginae, Patres et Ecclesiae doctores testantur, quare errare puto non tantum rationalistas, qui omnem scientiam primò homini negant, sed etiam modernos aliquos catholicos, qui nonnisi rudem et imperfectam ad instar infantium tribuant.

Prob. 1.^o In Ecclesiastico (1) providentia Dei erga pro- parentes nostros describitur: *Disciplina intellectus replevit illos; creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit eos illorum: et mala et bona ostendit illis. Posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum.* Et Genesi (2) specimen prae- clarae scientiae Adami exhibetur: *Formatis igitur Dominus Deus de humo caelestibus animantibus terrae et universis volatilibus caeli, adduxit eos ad Adam, ut videret, quid vocaret ea: omne enim quod vocavit Adam animae viventis, ipsum est nomen ejus, Appellavitque Adam nominibus suis exacta animantia, et universa volatilia caeli et omnes bestias terrae.* Hinc pòderat Augustinus (3) Adami sapientiam ex Pythagorae «a quo Philosophiae nomen exortum est» et quem «dixisse fectur, illum fuisse omnium sapientissimum, qui vocabula primis indidit rebus.»

85. 2.^o S. Joan. Chrys. (4): «Quod magna sapientia praeditus fuerit (Adam), discite ex his, quae nunc fiunt. Et adduxit illa (animantia)... fecit hoc Deus demonstraturus nobis magnam illius sapientiam.» S. Augustinus (l. c.): «Quis dubitet christianus, eos, qui in hoc saeculo... ingeniosissimi apparent... si illius (Adam) ingenio comparentur, distare longe amplius quam celeritate a volucribus testudines distant?» Ita modernis aliquibus exceptis, senserunt communiter doctores catholici, et non mirum, quia ut commentatus est Pererius (5): «supervacanea sunt argumenta, ubi tam aperta sunt divinae Scripturae (num. praeced.) verba.»

86. Hujus divinae providentiae congruentes rationes sunt: a) ex D. Thoma (6): «Homo potest esse principium alterius, non solum per generationem corporalem, sed etiam per instructionem et gubernationem. Et ideo sicut primus homo institutus est in statu perfecto quantum ad corpus, ut statim posset generare, ita etiam institutus est in statu perfecto quantum ad animam, ut statim posset alios instruere et gubernare. Non potest aliquis instrui, nisi habeat scientiam.» Sed Adami posterì instruendi erant in naturalibus et supernaturalibus rebus. Ergo... b) Ex Suarío (7): «Si homo ignorans crearetur, ut ipse scientiam sibi

(1) XVII, 6.—(2) II, 19.—(3) *Oper. imperf.* l. 5, c. 1.—(4) Homil. 14 in Genes.—(5) Lib. V, in Genes.—(6) 1. Q. 94 ar. 5.—(7) *De oper. sex dier.* L. 3, c. 9, n. 4.

«acquireret, necessarium esset longo tempore in magna ignorantia versari. Quia humana scientia longo tempore et magno labore acquiritur, adeo ut ad unam scientiam perfecte acquirendam «vix longum vitae tempus sufficiat, nedum ad omnes. Praesertim acum esset sola inventio, et sine disciplina addiscenda et acquirenda, quod longe difficiliss est.» c) Ex eodem Suarío (ibid): Quia impossibile est homini solis naturae viribus scientiam veritatum etiam naturalium, puram et sine admixtione multorum errorum, inquirendo lavenire.

Corollarium. Fuit igitur scientia Adami insignis tum cognitione rerum naturalium, cum cognitione supernaturalium. Mysteria Incarnationis et SSmae Trinitatis fuerunt ei, juxta communem sententiam, revelata.

87. III. Pars. Donum immortalitatis illud est, quo primi parentes a morte homini possibili et naturali, infallibili Dei providentia liberarentur si non peccavissent. Immortalitas Adae concessa, ait Suarius (1), «intrinsecam capacitatem mortis non excludit, sed solum confert, ut illa potentia in actum non reducatur. Quia vero hoc erat infallibile ex promissione divina, ideo theologicè loquendo... potestas non moriendi immortalitas quaedam vocari potest: et e contrario Adam dicitur factus mortalis peccando, quia illud privilegium propter peccatum amisit.»

Est de fide contra pelagianos et prob. L.^o Concil. Milevitani- um II, ann. 418 constituit (2): «Ut quicumque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret moreretur in corpore, hoc est de corpore exire, non peccati merito, sed necessitate naturae, anathema sit.» Etiam Arausicanum H. can. 2. Tridentinum in decreto de peccato originali (3): «Si quis non confiteretur, primum hominem Adam, acum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus... incurrisse... per offensam praevaricationis... mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus... anathema sit.» Vide etiam can. II.

88. 2.^o Divinae litterae causam mortis esse peccatum saepe et clare docent. Arausicanum II supra, doctrinam suam firmat verbis Apostoli: Rom. V, 12, *Per peccatum mors in omnes homines pertransiit.* Illud imitatur Tridentinum (l. c. can. 2) et (can. 1) addit, *Deus mortem comminatum fuisse Adamo ut patet ex Genesi (4) ad quem alludit: In quocumque die comederis (de fructu prohibito) morte morieris.* Et deinde (5): *Quia audisti vocem vocis tuae et comedisti de ligno... in sudore vultus tui vesceris pa-*

(1) *De op. sex dier.* L. 3, c. 15, n. 8.—(2) Can. 1.—(3) Ses. V, c. 1.—(4) II, 17.—(5) III, 17.

ne, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es et in pulverem revertaris. Sapientia II, 23: Deus creavit hominem inextinguibilem et ad imaginem similitudinis suae fecit illum. Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.

89. 3.^o Non secus Patres. S. Ambrosius (1): «Deus mortem non fecit, sed postquam homo lapsus in flagitium est, praeverificationis et fraudis sententiam tulit, ut terra in terram suam remearet. S. Augustinus (2): «Constat, inter christianos, veraciter catholicam tenentes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem... merito inflictam esse peccati.»

90. 4.^o Hoc immortalitatis donum rationabiliter esse homini datum probat D. Thomas (3), quia «anima rationalis excedit proportionem corporalis materiae, ut supra dictum est. (Q. 78, ar. I nempe in principio ei virtus daretur, per quam corpus conservare posset supra naturam corporalis materiae.» Id enim addam cum Suarezio. (4) ad perfectum rectitudinem illius status pertinebat, ut corpus animam non aggravaret, nec molestias, vel defectus mortalitatis sentiret, quando in sua innocentia permansisset.»

91. IV. Pars. Dono impassibilitatis intelligimus immunitatem ab aliis a morte vitae miseris. Assertio generatim inspecta est de fide; omnes vero poenas et aerumnas huius vitae ex peccato ortum duxisse, saltem doctrinae catholicae est et proxima fides:

Prob. 1.^o Tridentinum concil. (5) definiit: «Si quis non constituitur... totum... Adam per illam (originalem) praeverificationis offensam, secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisse, anathema sit.» Atqui in deterius commutari est ex felici in tristem devenire conditionem huius vitae malis subjectam. Ergo... Idem praedefiniverat Arausicanum II. can. I. adversus semipelagianos ann. 529.

2.^o Clare sacra Scriptura, dum connaturales partui mulierum hominumque labori poenalititer peccato tribuit, thesini nostram demonstrat. Genes. (6): *Mulieri quoque dixit: Multiplicabo aerumnas tuas et conceptus tuos: in dolore paries filios, et sub viri potestate eris et ipse dominabitur tui. Adae vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tuae, et comediisti de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea: cunctis diebus vitae tuae. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbas terrae. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es.* Ergo si ab iis ordinariis molestiis fuisset

(1) II, 15.—(2) P. 4, De orat. domin. petiitio 4, n. 7.—(3) De civit. Dei, l. 1, c. 26.—(4) De oper. sex dier. l. 3, c. 14, n. 5.—(5) Ses. V. decret. de pecc. orig. can. 1. (6) III, 16-19.

homo liber, si non peccasset, a fortiori ab extraordinariis famis, sitis, infirmitatum etc. redderetur immunis. Praeterea expresse affirmat Scriptura, Adam si non peccasset vitam felicem ducturum. Genes (1): *Iulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur et custodiret illum.* «Verum, ut explicat Catechism. Tridentini. (2), nulla ei opera molesta, nullum officii munus non jucundam fuisset; tulisset ille perpetuo suavissimos fructus ex cultura felicium hortorum, nec eum unquam opera aut spes fessisset.»

92. 3.^o Patrum consensu. Unum exempli causa proferam testimonium S. Augustinum (3): «Vivebat itaque homo in paradiso sicut volebat, quando hoc volebat, quod Deus jusserat; vivebat astraens Deo, ex quo bono erat bonus; vivebat sine ulla egestate, ita semper vivere habens in potestate. Cibum aderat, ne esuriret; potus, ne sitiret; lignum vitae, ne illum senecta dissolveret. Nihil corruptionis in corpore, vel ex corpore ulla molestias ullis ejus sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus letus metastebatur extrinsecus, Summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas... Haec tandem catholicoorum doctrina, omnium eum firmator annalibus, qui aetatem quandam auream, nostram aerumnosam praecessisse consignat.

93. Obje. 1.^o Donum integritatis vel esset aliquis habitus infusus homini, vel aliquid aliud. Sed hoc secundum nequit intelligi, primus esset inutilis et insufficientis. Ergo... *Min.* secunda pars prob. Ille habitus sive in potentis intellectivis, sive in sensitivis collocaretur, adhuc posset praeveneri occursu objecti sensitivi, quod naturaliter et necessario immutaret appetitum inferiorem contra voluntatem rationalem. Ergo...

Resp. Minime necessum esse ut donum integritatis sit aliquis specialis habitus; sufficient omnes virtutes seu habitus voluntatis, qui hominem perficiunt in omni materia virtutis, cum divina manutenzione et protectione, ne unquam in illo statu appetitus inferior superior praeveneret. Sic Suarezius (4).

94. Obje. 2.^o Mortalitas naturalis est corpori humano secundum ejus naturam spectato. Sed corpus Adae naturale fuit etiam ante peccatum. Ergo et mortale.

Resp. Conc. *Maj.*; Dist. *min.* Naturale fuit, sed speciali Dei tutela protectum ne moreretur; conc. Sine speciali Dei tutela; neg. Duobus modis potest homo mori, naturaliter et violentor. Naturalis mors impediatur, ut supra (n. 92) nos docuit Augustinus

(1) II, 15.—(2) P. 4, De orat. domin. petiitio 4, n. 7.—(3) De civit. Dei, l. 1, c. 26.—(4) De oper. sex dier. l. 3, c. 14, n. 21.

quia Deus homini providit de cibo «ne esuriret,» de potu «ne siti-
ret,» de ligno vitae «ne senecta illum dissolveret.»

Quo pacto, hoc praestaret lignum vitae, nullus melius Doctore
Angélico expressit. «Non tamen, ait (1), (lignum vitae) simpli-
citer immortalitatem causabat, quia neque virtus, quae inerat ani-
mae ad conservandum corpus, causabatur ex ligno vitae; neque
poterat immortalitas dispositionem corpori praestare, ut
numquam dissolvi posset; quod ex hoc patet quod virtus ejuscum-
que corporis est finita. Unde non poterat virtus ligni vitae ad hoc
se extendere ut daret corpori virtutem durandi tempore infinito,
sed usque ad determinatum tempus. Manifestum est autem quod
quanto aliqua virtus est major, tanto imprimi durabiliorem effe-
ctum. Unde cum virtus ligni esset finita, semel sumptum praeser-
vabat a corruptione usque ad determinatum tempus; quo finito, vel
homo translatus fuisset ad spirituales vitam, vel indiguisset ite-
rum sumere de ligno vitae.» A morte autem violenta immunitas erat
juxta eundem Angelicum (2) «partim quidem per propriam
rationem, per quam poterat nociva vitare; partim etiam per divi-
nam providentiam, quae sic ipsum tuebatur, ut nihil ei occurreret
ex improviso, à quo laederetur.» Hanc solutionem breviter complex-
us est Augustinus (3) dicens de primo homine: «Mortalis
erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio Con-
sistoris.»

SCHOLIUM I.

*Adam statim in ipsa creatione originalem sanctitatem
cum caeteris donis habuit.*

95. Nota. Aliqui antiquiores theologi, ut Scotus, dixerunt
Adam non fuisse creatum in gratia, sed aliquando post ejus crea-
tionem ante peccatum accepisse. Noluit concil. Tridentinum (4) hanc
diffinire controversiam ac supremo judicio definire, nihilominus sententia affirmans, quae est D. Thomae (5) est
hodie communis inter theologos.

Probatur haec ultima sententia 1.º Ex iisdem conciliorum, sa-
crae Scripturae et Patrum testimoniis, quibus supra (nn. 79, 80)
Theol. IX fuit firmata. Nam quamvis signate et explicitè non di-
cant, hominem in primo suae creationis instanti ornatum fuisse
gratia; attamen implicitè eum docent, primum hominem ante pec-
catum fuisse justum, indefinite et sine limitatione loquendo, satis
indicant in toto illo priori tempore fuisse justum ac proinde a pri-
mo instanti.

(1) l. Q. 97, ar. 4.—(2) Ibid. ar. 2, ad 4.—(3) De Gen. ad litter. 1, 6, c. 25;
n. 36.—(4) Pallavicini. Hist. concil. Trident. 1, 7, c. 9.—(5) l. Q. 95, ar. 1.

2.º SS. Patrum aliqui hanc sententiam tenuerunt. S. Augu-
stinus aequiparat hac in causa (1) hominem et Angelos, ac de
his dicit (2): «Quod Deus simul erat in illis condens naturam et
largiens gratiam.» S. Cyrillus Alex. (3): «Simul enim
et vitam creaturae Spiritus immisit et characterem suum ut Deum
deceat impressit, et sic fuit in paradiso quousque gradum Creatoris
«Spiritu sancto inhabitante servavit.» Alios Patres vide apud Suar-
rium (4).

3.º Congruentis. a) Ex his, quae de creatione hominis tradidimus
constat creatum esse perfectum in ordine naturali; ergo multo magis
credendum est, creatum esse perfectum in ordine supernatura-
li, propter quem Deus illum creabat. b) Si Adam non peccasset,
filii ejus nascerentur in gratia; ergo multo magis tenendum est
ipsum protoparentem creatum fuisse in gratia, ne a filiis hoc privi-
legio superaretur. Ant. prob. In ordine actualis providentiae infan-
tes ab instanti conceptionis incipiunt esse in peccato, quia carent
gratia, quam habere debent; ergo e contrario, si Adam non pec-
casset, statim reciperent gratiam, quam habere debebant.

96. Obj. 1.º S. Cyprianus (5) ait: «Non per manus im-
positionem quis nascitur, quando accipit Spiritum sanctum, sed in
Baptismo, ut Spiritum jam natus accipiat sicut in primo homine
Adam factum est. Ante enim Deus eum plasmavit, et tunc in-
sufflavit in faciem ejus flatum vitae; neque enim potest accipi
spiritus, nisi prius fuerit, qui accipiat.» Ergo sicut inter Baptis-
mum et Confirmationem necessario interest tempus ita inter crea-
tionem hominis ejusque sanctificationem interfuit; nam S. Cy-
prianus creationem et sanctificationem hominis tanquam
exemplum adducit ad probandum Confirmationem subsequi debe-
re Baptismum. Confr. ratione quam addit: «neque enim potest ac-
cipi spiritus, nisi prius fuerit, qui accipiat.»

Resp. Neg. conseq. Hujus probationem dist. Adducit tanquam
exemplum ad probandum Confirmationem subsequi debere Bap-
tismum, quoad necessariam praecedentiam Baptismi; conc. Quoad
temporaneam praecedentiam; neg. Verba S. Cypriani sunt
indefinita et nihil cogit ea interpretari de prioritare temporis, cum
ad intentum sufficiat prioritatis naturae. Confirmationem pariter
dist. Nisi prius fuerit, qui accipiat saltem prioritare naturae; conc.
Necessario prioritare temporis; neg.

Simili ratione explicabis Gregorium Nyss. (6) eum do-
cet Adamum prius esse factum ad imaginem Dei secundum natu-
ralia, quam fieret ad similitudinem secundum supernaturalia.

Obj. 2.º S. Augustinus a) asserit (7) Adamum factum esse
«in animam viventem» id est accepisse vitam rationalem, non autem
«in spiritum vivificantem» seu evectum ad vitam gratiae. b) ait (8)
Adamum non «fuisse effectum spirituales» seu gratiae orna-

(1) De corp. et grat. cc. 10, 11.—(2) De civit. Dei, lib. 12, c. 9.—(3) In Joann.
1, 2, c. 3.—(4) De oper. sex dier. 1, 3, c. 17, nn. 11-14.—(5) Epist. 74 ad Pomp. n. 7.
—(6) Orat. 1.º—(7) De civit. Dei, lib. 13, c. 24.—(8) De Genes. cont. Manich. l. 2,
c. 8, n. 10.

tum nisi eum in paradiso, hoc est in beata vita constitutus, praeceptum etiam perfectionis accepit ut verbo Dei consummaretur. c) censet (1) vitam Angelorum et hominum ita fuisse a Deo ordinatam ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium deinde quid posset suae gratiae beneficium.»

Resp. Ad a) Explico, dicit accepisse vitam rationalem non gratiae per solam animae infusionem; conc. dicit tantum, excludendo aliam actionem divinam, qua simul homo sanctificaretur; neg. Solum vult ostendere animam viventem in Genesi non significare Spiritum sanctum et exponere quomodo «spiritu vivificante» non intelligatur gratia sanctificans, sed. conditio corporis immortalis et gloriosi.

Ad b) Dist. nisi in paradiso quoad perfectam et omnimodam felicitatem illius status; conc. quoad infusionem ipsius gratiae; neg.

Ad c) Dist. Quid posset libertatis, quod vocat «gratiae beneficium»; conc. Liberum enim arbitrium non potuisset sine gratia praeceptum divinum observare.

SCHOLION II.

De constitutivo iustitiae originalis.

97. Disputant theologi an iustitia originalis fuerit aliqua simplex forma, seu unus peculiaris habitus distinctus ab omnibus virtutibus, vel fuerit potius unus ex illis particularis et simplex; vel fuerit solum collectio florum; vel non tantum illorum, sed etiam aliorum beneficiorum, vel privilegiorum homini in illo statu concessorum?

Ita proponit quaestionem D. Eximius (2), qui recensitis quinque theologorum sententiis respondet (3): «Ultima vero sententia, quam verissimam iudico, docet imprimis, iustitiam originalem absolutam, et simpliciter dictam non esse unum peculiarem habitum, vel donum, sed esse collectionem plurium habituum, et beneficiorum Dei. Deinde docet... iustitiam originalem in illa donorum collectione includere gratiam, virtutes, dona, quae per se ipsam gratiam comitantur, et virtutes etiam morales, vel etiam intellectuales, quae per actus humanos moraliter acquiri possunt et in creatione per accidens infusae sunt sicut Adamo. Unde addit tertio, non solos habitus, sed etiam actualia Dei auxilia, et «plura extrinseca beneficia Dei in originali iustitia, seu in illa collectione bonorum, quam requirebat comprehensa fuisse. Et hinc quarto adiungit rectissime dici, gratiam fuisse fundamentum et radicem, reliquorum donorum, quae ad complementum talis iustitiae requirebantur.»

98. Iustitiam originalem non esse unum donum, sed plurium

collectionem prob.; a) Iustitia originalis iuxta omnes importat rectitudinem quandam totius hominis tum secundum animam, quam secundum corpus. Sed iustitia adeo universalis et tot habens effectus non potest esse una simplex qualitas vel forma: est ergo plurium collectio. *Mis.* prob. Rectitudo illius iustitiae, ut Angelicus docet (1), in tribus praecipue consistebat, videlicet in debita subordinatione animae ad Deum per habitus et dona intellectum et voluntatem ordinantia ad Deum; in debita subordinatione appetitus sensitivi ad voluntatem per integritatis donum; in debita subordinatione corporis ad animam quoad indolentiam, impossibilitatem et immortalitatem. Sed haec omnia manifeste includunt plurium donorum collectionem. Ergo iustitia originalis in huiusmodi collectione posita erat. b) Gratia Adae, et nostra non fuerunt diversae speciei, sed ejusdem naturae et essentiae: tum quia concil. Tridentinum (2), dicit Adam amisisse sibi et nobis sanctitatem, et addit (3) nos gratiam accipere, seu primam stolam pro illa quam Adam nobis perdidit: tum etiam quia peccatum originale non privat illa gratis, quam habuissemus in statu innocentiae, si ille non peccasset. Sed gratia nostra non fert secum alios effectus iustitiae originalis. Ergo praeter gratiam sanctificantem, etc. Dicere gratiam sanctificantem elevatione quadam suae naturae illos effectus praestitisse est gratis loqui ac sine fundamento magnum miraculum obtrudere.

99. Iustitiam originalem includere secundum et tertium constat ex thesibus vel directe vel consequenter quatenus virtutes, auxilia particularia, necessaria sunt ad illa dona perfecte habenda. Quartum tandem probatur: a) In collectione donorum, quae constituebant iustitiam originalem aliquis erat ordo; nam quae a Deo sunt ordinata sunt. Sed in illo ordine primum locum, tamquam principium et fundamentum aliorum donorum, sibi vindicabat gratia sanctificans. Ergo... *Mis.* prob. Optimus ordo postulat, ut quando multa in unum conveniunt, inferiora superioribus subordinata sint, et quod in eis est supremum, sit quasi caput et fundamentum aliorum. Sed in illa collectione gratia, quae hominem immediate ad Deum ordinabat, fuit certe principalis forma. Ergo illa censenda est quasi essentialis in illa iustitia, reliqua vero omnia tanquam proprietates ejus, vel tanquam auxilia et ornamenta illi adjuncta ad perfectius vivendum, et operandum secundum iustitiam et sine defectu. b) Ex thesibus IX et X satis constat, rectitudinem appetitus sensitivi seu integritatem, ac rectitudinem corporis sui impassibilitatem et immortalitatem, tamdiu durare debuisse quamdiu rectitudo hominis ad Deum seu gratia perseverasset. Ergo signum est gratiam sanctificantem fuisse fundamentum totius rectitudinis illius felicissimi status.

(1) 1. Q. 95, ar. 1.—(2) Ses. V, de cr. pecc. orig. can. 1, 2.—(3) Ses. VI, cap. 7.

(1) *De corr. et grat.* c. 10, n. 27.—(2) *De Op. sex dier.* L. 3, c. 20, n. 1.—(3) *Ibid.* n. 9.

ARTICULUS II.

De supernaturalitate status justitiae originalis.

THESIS XI.

Justitia originalis in qua Adam fuit conditus erat supernaturalis seu indebita et gratiosa.

100. Nota. I. Naturale multipliciter dicitur, secundum plures vocis naturae significationes. 1.^o Naturale dicitur, quod nativitate seu origine comparatur. Ita sumunt nonnumquam Augustinus (1) et Prosper. (2). 2.^o Dicitur naturale, quod rei cujuscumque essentiae, vel naturae consentaneum est, ut fluiditas aquae, inhærentia accidenti. Ita sumit Augustinus (3) aliquando. 3.^o Naturale etiam vocatur, quicquid fieri solet juxta obedientiam, qua res creatæ Summæ Naturæ Dei subjiciuntur. Ita ait Augustinus (4): «Deus creator et conditor omnium naturarum, nihil contra naturam facit. Id enim erit unicuique rei naturali, quod ipse fecerit.» 4.^o Naturale appellatur, quod operi miraculoso opponitur, et in mundo assuetum est. 5.^o Etiam habetur ut naturale, quod non est liberum vel violentum. Sic dicitur quod actus charitatis in caelo erit naturalis. 6.^o Sumitur naturale pro eo, quod convenit supposito ratione naturæ, non hypostasis. Ita Damascenus sæpe (5). 7.^o Denique theologice naturale dicitur, quod absolute et simpliciter supernaturalia non est et intra naturæ vires et exigentiam continetur.

II. Supernaturale est duplex: simpliciter et secundum quid: primum, quod excedit supra universam naturam; ut visio beatifica (6); secundum, quod unam aut alteram tantum naturam excedit, ut angelus hominem, homo lapidem. Supernaturale aliud est quoad substantiam, aliud quoad modum; quoad substantiam est id, cujus entitas vel substantia excedit omnem continentiam et exigentiam naturæ v. g. gratia sanctificans: quoad modum, quod secundum entitatem continetur intra vires aut exigentiam naturæ, secundum vero modum quo producitur, excedit, v. g. scientia rerum naturalium repente acquisita. Hoc ultimum vocant aliqui *praeter naturale*, quia ex una parte vires naturæ non se porrigunt ad illud eo modo præstandum; ex alio cum datur, perficit naturam intra am-

(1) De moribus manichæorum. l. 2, c. 2.—(2) Contr. collator. c. 18.—(3) De spir. et litter. c. 27.—(4) Contr. Faust. l. 26, c. 3.—(5) Lib. 3, de fide.—(6) Vol. II. Disquis. IV. Thes. XVI.

bitum sui ordinis, quin eam elevet ad superiorem. Eadem ratione dona integritatis, immortalitatis et impassibilitatis erunt praeternaturalia auctoribus istis.

III. Militat thesis contra lutheranos, calvinistas et jansenistas, qui ex adverso pelagianorum profitebantur hominem conditum quidem fuisse in justitia originali, quam tamen non ex dono Dei, sed ex debito naturæ haberet. Catholicorum sententia media incedit, docet protoparentes justitia originali ornatos fuisse, sed supernaturali, non naturali et debita. Est doctrina catholica, fidei proxima ut videtur posse inferri ex repetita damnatione contrarii erroris, illorum haeticorum.

101. Prob. 1.^o Quoad sanctitatem. a) Inter sententias quas S. Pius V. (1) stricto coram nobis examine ponderatas, quamvis nonnullae aliquo pacto sustineri possent, (2) in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento haereticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, et in pias aures offensivam immitentes respectivè damnavit, sunt propositiones Baffii 21.^a «Humanæ naturæ sublimatio et exaltatio in consortium divinae naturæ debita fuit integritati primæ conditionis, et proinde naturalis dicenda est, et non supernaturalis.» 24.^a «A vanis et otiosis hominibus, secundum insipientiam philosophorum, exco-gitata est sententia, quæ ad pelagianismum rejicienda est, hominem ab initio sic constitutum, ut per dona naturæ superaddita fuerit largitate conditoris sublimatus et in Dei filium adoptatus.» Vide etiam 23.^{am}. Eadem ratione Clemens XI (3) damnavit propositiones Quæsnellii 35.^{am} et 37.^{am}. b) Eiusdem speciei fuit gratia Adami cum nostra (nn. 79, 2.^o; 80, 98, b). Atqui nostra est supernaturalis. Ergo et gratia Adami supernaturalis fuit. Min. in disquisitione de gratia latius probanda est, nunc sufficiat ex Scriptura: *Per quem (Christum), maxima et pretiosa nobis promissa donavit ut per hæc efficiamini divinae consortes naturæ* (4). *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus* (5). Ex Patribus, S. Augustinus (6): «Homo ad Dei similitudinem factus est; tamen, quia non est unius ejusdemque substantiæ, non est verus filius, et ideo fit gratiæ filius, qui non est naturalis.» c) Eatenus posset affirmari gratiam sanctificantem esse homini naturalem, quatenus visio beatifica ad quam gratia ordinatur esset homini naturalis, vel sola hominis creatio jam impor-

(1) Bulla: «Ex omnib. afflictionibus.»—(2) Hoc est comma Pianum, quod haereticis ut evaderent Pontificis damnationem post vocabulum sequens intento collocabant.—(3) Bulla «Unigenitus.»—(4) 1 Petri l. 4.—(5) 1 Joann. III, 1.—(6) Retract. l. 1, c. 9, n. 6.

taret hominem esse *consortem divinae naturae, filium Dei* quemadmodum gratia praestat. Sed visio beatifica est supernaturalis (1) et creatio hominis per se solum dicit relationem facientis et facti seu domini id est domini ad servum, non patris ad filium. Ergo gratia sanctificans non est homini naturalis. «Creatura cum serva sit, ait Cyrillus Alex. (2), nutu solum et voluntate Patris ad supernaturalia elevatur.»

102. 2.^o Quoad donum integritatis. a) Ex propositione Baji 26.^a damnata: «Integritas primae conditionis non fuit indebita naturae humanae exaltatio, sed naturalis ejus conditio.»

b) Patres, supra n. 82, gratiae adscribunt donum integritatis; ergo non est ex debito naturae. S. Joannes Chrys. (3) clare affirmat: «Concupiscentiae radix habet a natura principium, concupiscere enim naturale.»

c) Motus partis sensitivae naturaliter praevire debent rationis usum. Nam nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. Atqui posita apprehensione sensus, appetitus sensitivus naturaliter moveri debet, cum adequatum objectum habeat et ex se sit necessarius. Ergo appetitus sensitivus naturaliter praevient usum rationis. Nec enim quietum reddent praecipua honestatis, quae apprehendit ratio, quia illa appetitum sensitivum directe non afficiunt.

103. 3.^o Quoad alia dona scientiae, immortalitatis et impassibilitatis.

a) Insignem rerum naturalium et supernaturalium scientiam (n. 84) sine studio habere non est homini naturale, qui incipiendo a sensu et pedetentim ratione progrediendo scientias solum naturales acquirit. Non aliquando debere mori, nec ullas pati hujus vitae molestias, naturae humanae, quae corpore constans, componitur ex intrinsecis principiis jugiter adversum se colloquentibus, quae subjicitur continuo passioni et reactioni cibi et potus, quae tandem alterabilis est ab extrinsecis causis, prorsus indebitum est; nam recensitae causae necessario infirmitates et tandem mortem adducunt.

b) Ad hoc caput pertinent propositiones Baji damnatae: 72.^a «Omnes omnino iustorum adflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum, unde Job et Martyres, quae passi sunt, propter sua peccata passi sunt.» 73.^a et 78.^a «Immortalitas primi hominis non erat aegritudinis beneficium, sed naturalis conditio.» Vide Pium VI (4).

c) Idem efficiunt ponderationes scientiae Adami a Patribus factae (n. 84) quae scientiae naturaliter acquisitae convenire non possunt. De immortalitate expresse Augustinus (supr. n. 34 in

(1) Vol. II. Disquis. IV. Thea. XVI.—(2) In Jo an. I. 1, c. 13.—(3) Homil. 19, ad pop. Antioch.—(4) Const. Auctor. fidei, Prop. 17.

fin.) dixit: «Adam mortalis erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris.» Fere uno verbo omnia usque huc dicta Athanasius (1) complexus est. «Praecepti transgressio illos (protoparentes) ad propriae naturae conditionem revocavit.»

104. 4.^o Ratione generatim. a) Deus ordinaria lege suae providentiae non punit peccata tollendo proprietates naturales. Sed post peccatum originale manent in hominibus mortalitas, passibilitas, ignorantia et concupiscentia. Ergo hae proprietates sunt connaturales hominibus. Major est S. Dionysii (2): «Nec vero quidquam eorum, quae sunt interit, quatenus essentia est natura... neque dicimus angelicas dotes, quas acceperant, penitus inquam fuisse immutatas, sed etiam nunc integras esse planeque conspicuas» et communiter recepta ab schola adeo ut veluti principium assumatur, ab auctoribus. Ita pluries S. Thomas, speciatim in his quaestionibus (3). Conf. In praesenti providentia ob peccatum actuale non amittuntur dona naturalia. Ergo a fortiori ob originale non privabitur his donis universum genus humanum, ad quod minus spectat originale peccatum quam actuale ad singulos hominum. b) Si dona justitiae originalis essent debita naturae humanae innocenti et nunc tantum ratione indignitatis nostrae debita et supernaturalia, hae indignitate sublata per Baptismum, jam iterum fierent debita et consequenter naturalia. Sed hoc sine errore affirmari nequit. Ergo neque olim fuerunt debita et naturalia.

105. Obj. 1.^o Aransianum II (4) docet: «Injustitiam dare Deo;» Carthaginense (5) cum Augustino (6) non recte sentire eos, qui putant mortem non esse poenam peccati, inflictam esse lege naturae non merito peccati. Atqui hae loquutiones supponunt immortalitatem debitam esse naturae. Ergo...

Resp. Hae Patrum et conciliorum loquutiones fundantur in solo debito naturae; neg. In divina infallibili ac gratuita Dei promissione sub qua de facto homo veluti naturaliter non debebat mori nec pati: conc. (Vid. n. 87).

Obj. 2.^o Patres et apologetae religionis christianae ex aerumnis hujus vitae, praesertim innocentium puerorum, existentiam peccati originalis comprobant. Sed hujus argumenti consequentia nulla esset, si natura humana seum ferret mortem aliasque vitae praesentis molestias. Ergo...

Resp. Dist. *modus*. Si consequentia fundaretur in sola exigentia naturae; conc. Si in exigentia naturae elevatae, prout haec, ut ferunt traditio christiana et communis persuasio populorum, fuit a Deo

(1) De incarnat. n. 4.—(2) De divin. nomin. c. 4.—(3) 1. Q. 95, ar. 1.—(4) Can. 2.—(5) Can. 1.—(6) De civit. 1, 13, c. 15.

felicissima condita, (nn. 90-92); neg. Patres, ut ex thesi claret, maxime S. Augustinus, cui plurimum fidunt adversarii, dona justitiae originalis esse ex gratia et liberalitate Dei primo homini concessa, indubie tenent. (Vid. D. Thom. *Contr. gentes* l. 4, c. 52.)

THESIS XII.

Status naturae purae est possibilis.

106. Nota. I. Status in iure civili significare solet conditionem personae, prout est sui juris vel alieni, servus vel ingenuus. In iure autem ecclesiastico significat rationem aliquam vivendi cum obligatione aliqua vel immobilitate, sicut appellatur status matrimonii vel religionis, aut episcopatus. In praesenti vero, non his modis proprie sumitur, sed ut dicit conditionem seu modum se habendi totius humanae naturae in ordine ad ultimum finem, secundum divinae providentiae ordinem. Sic definit Scotus (1): «Status est stabilis permanentis, legibus divinae sapientiae firmata.» Duplex distinguitur a theologis status humanae naturae, scilicet, vitae et termini, id est, status hujus vitae, qui est beatitudinis acquirendae, et status patriae, qui est beatitudinis iam possessae, qui per antonomasiam nomen status meretur, nam solus est omnium bonorum aggregatione completus perfectaque immobilitatem habet.

Status vitae juxta diversas habitudines, quas tota humana natura habuit vel habere potuit in ordine ad suum ultimum finem, varie subdividitur, praecipue in statum justitiae originalis, qui praeter elevationem ad finem supernaturalem visionis beatae includit eum gratia sanctificante dona integritatis, immortalitatis et immunitatis ab ignorantia aliisque vitae miseriis. Hunc statum habuit Adam ante peccatum. In statum naturae lapsae et reparatae, lapsae, quatenus peccato Adami infecti homines, nascuntur justitia originali destituti ac mortis et poenis hujus vitae in vindictam peccati subiecti; reparatae, quatenus per merita Christi liberantur homines a peccatis, primaeque gratiae restituuntur, manentibus tamen ad exercitium virtutis concupiscentia, mortalitate, aliisque poenaltibus. In primo sunt homines ante remissionem peccati originalis, in secundo postquam Baptismo hoc peccatum delictum fuerit. In statum naturae purae in quo homo concepitur carere donis naturae elevatae et malo peccati naturae lapsae; id est, sine donis quibus spoliata fuit ex peccato Adae, et sine peccato.

II. Thesim propugnamus contra jansenistas et nonnullos theo-

(1) I. D. 3, q. 3, art. ultim.

logos (1) Augustinenses dictos, qui putant fieri satis doctrinae Ecclesiae si tenet quis, statum purae naturae esse possibilem secundum rigorem divinae justitiae seu *absolutam* Dei potentiam; non vero secundum potentiam *ordinatam* seu ordinariam, id est, si Deus suam operationem suae immensae bonitati et decentiae attemperet. Mens non est hos theologos eadem damnatione cum jansenistis involvere, cum absolute possibilitatem naturae purae admittant, sed demonstrare eorum subtili distinctione tam parum proficere, ut eorundem argumentorum ictu, quibus jansenistae conficiuntur, ipsi etiam vulnerentur.

107. Prob. 1.* Ex propositione 55* Baji damnata: «Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur.» Intellige absque peccato, peccatum enim Deus non facit. Unde: haec propositio damnata est «in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento» (n. 101). Atqui rigor et proprius verborum sensus ab assertoribus intentus excludit omnem possibilitatem status naturae purae, maxime eam, quae subest potentiae ordinariae Dei. Ergo... Minor, prob. a) Quia cum aliquid dicitur simpliciter impossibile supponitur absolute sub omni hypothesis, praesertim communi et ordinariae providentiae repugnare. b) Quia auctores ab Ecclesia reprobati ex eo probabant impossibilitatem status naturae purae, quod aliter «natura esset misera» (Bajus), quod «dedecret sapientiam et bonitatem Dei.»

2.* S. Augustinus cujus sententia mirum in modum abundantur adversarii clare enuntiat (2) statum naturae purae futurum homini «non parvum bonum unde conditori suo gratias agat.» Sed status hujusmodi non modo possibilis est, sed etiam congruens Dei bonitati. Ergo... En Augustini verba: «Si ergo (anima) talis esse coepit, non solum ante peccatum, sed ante omnem vitam suam, qualis alia post vitam culpabilem facta est, non parvum bonum habet unde Conditori suo gratias agat; quia ipse ortus ejus et inchoatio quavis perfecto corpore est melior. Non enim mediocritas bona sunt, non solum quod anima est... sed etiam quod facultatem habet, ut adjuvante Creatore (providentia naturali) seipsum excolat, et pio studio possit omnes acquirere et capere virtutes, per quas et a difficultate cruciante et ab ignorantia caecante liberetur. Quod si ita est, non erit nascentibus animis ignorantia et difficultas supplicium peccati, sed proficiendi admonitio et perfectionis exordium. Non enim ante omne meritum operis boni parum est accepisse naturale iudicium, quo sapientiam praeponat

(1) Norisium, Berti, Bellellium, Lemos, Victorem a Cocales, etc. — (2) *De lib. arbit.* l. 3, c. 20, n. 56.

errori et quietem difficultati, ut ad haec non nascendo, sed studendo perveniat.»

In eadem perstitisse sententia S. Augustinum ex lib. *Retractionum* (1) constat, ubi ait: «Quamvis ignorantia et difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia; nec sic culpandus, sed potius laudandus esset Deus, sicut in eodem tertio libro *De lib. arbitr.* c. 20, 21 disputavimus.» S. Thomam idem asseruisse manifestum est ex auctoritate ejus inducta sup. n. 104 et insuper ex libris *sententiarum* (2): «Poterat Deus a principio, quando hominem condidit, etiam alium hominem ex limo terrae formare, quem et in conditione suae naturae relinqueret, ut scilicet mortalis et passibilis esset, et pugnam concupiscentiae ad rationem sentiens; in quo nihil humanae naturae derogatur, quia hoc ex naturae principii consequitur.»

3.º Ex thesi precedenti certum est gratiam sanctificantem aliaque dona justitiae originalis esse naturae humanae largitate Dei superaddita. Sed nihil est quod poterit necessitatem Deo imponere creandi hominem cum his gratuitis donis, si illum ad solam bestitudinem naturalem destinasset. Ergo potuisset homo sine his donis seu in statu purae naturae a Deo creari. *Mia.* prob. Quia finis naturalis obtinendi causa, nisi irrationabiliter fatearis hominem esse naturaliter, suo naturali fini inproportionatum, media naturalia sufficiunt, nec alia a Deo praestanda sunt. Ergo non requiruntur gratuita et supernaturalia.

108. Obj. 1.º S. Augustinus (3) docet naturam humanam mereri gratiam. Ergo...

Resp. Dist. *ante*. Mereri gratiam improprie et respective pro capacitate accipiendi gratiam; conc. Proprie ex debito naturae; neg. Nam eodem loco n. 16. ita Julianum alloquitur: «Bonam dicis hominum naturam, quae talis gratiae opitulationem meretur. Quod gratanter audirem, si hoc propterea, quia rationalis creatura est diceres. Neque enim gratia dei per Jesum Christum D. N. lapidibus aut lignis pectoribusque praestatur, sed quia imago Dei est, meretur hanc gratiam: non tamen ut ejus bona voluntas possit procedere praeter gratiam, ne vel ipsam prior det, ut retribuatur illi, ac sic gratia non sit gratia, dum non datur gratuita, sed redditur debita.»

Obj. 2.º S. Augustinus pluribus in locis, praesertim contra Julianum (4) arguit, Deum futurum injustum si alia de causa quam propter peccatum negaret gratiam aliaque dona justitiae originalis. Ergo...

(1) Lib. 1, c. 9, n. 6.—(2) 2 D. 31, q. 1, ar. 2, ad 3.—(3) L. 4, *contr. Julian.* c. 3.—(4) L. 4, c. 16; L. 5, c. 1; L. 6, c. 2, etc.

Resp. Explico: id dicit loquendo ex hypothesi praesentis providentiae, qua Deus constituerat hominem in justitia originali; conc. Ex hypothesi purae naturae; neg. Sensus D. Augustini fit perspicuus ex locis ejus in prob. 2.º allegatis; praeterea si ejus argumenta in sola absentia peccati et Dei justitia niterentur, urgerent etiam contra malum caecitatis, caeco nato (1) non propter suam parentum peccata inflictum. Item contra plurima hujus vitae mala, quibus constat adultos innocentes et sanctos absque ulla injustitia saepe affligi.

109. Obj. 3.º Sine integritatis dono, homo gratiā destitutus non posset servare legem naturalem ac proinde finem suum obtinere. Sed cuicumque naturae sunt debita auxilia, quibus finem suum consequi possit. Ergo... *Maj.* prob. Homo adultus sine integritatis vel gratiae dono caret viribus sufficientibus ad vitanda peccata, ad quae rebellis concupiscentia pertrahit. Ergo...

Resp. Dist. *Maj.* Non posset necessitate cogente ad peccatum; neg. Necessitate consequente usum liberi arbitrii; conc. *Mia.* dist. Sunt debita auxilia saltem sufficientia; conc. Efficacia; neg. Rationem additam dist. Careret viribus sufficientibus, si Deus nullum auxilium naturale praebere; conc. Si daret, ut postularet ejus providentia consentanea naturae rationali, quae non solum physice, sed etiam moraliter est gubernabilis et regenda; neg.

Instabis cum S. Augustino, qui expresse (2) docet concupiscentiam esse malam moraliter. Ergo...

Resp. Dist. Esse malam physice seu quandam naturalem imperfectionem, ut sunt peccabilitas, mortalitas, fatigabilitas et similes naturae corruptae imperfectiones; conc. Moraliter; subdist. Formaliter quatenus ipsa sit peccatum; neg. Denominative, quatenus est occasio peccati et in praesenti providentia ex peccato est; conc. De mente Augustini ambigi nequit, ait enim (3): «Ipsa concupiscentia non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non consentitur.» Jam vero regenerati in eo conveniunt cum hominibus in statu purae naturae quod hi habent concupiscentiam absque peccato.

(1) Joan. VI.—(2) *Contr. Julian.* L. 6, c. 16, n. 30; c. 19, n. 60.—(3) *Lib. de Nap. et concup.* 1, c. 23.

CAPUT IV.

De lapsu primi hominis.

ARTICULUS I.

De peccato primi hominis.

THESIS XIII.

Adam, praeceptum non comedendi de ligno vitito transgressus gravissima peccavit.

110. Est de fide Prob. 1.^o Concil. Tridentino (1): «Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus... incurrisset per offensam praevaricationis huiusmodi iram et indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, et cum morte captivitatem sub ejus potestate qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli... anathema sit.» Jam vero haec verba supponunt valde grave fuisse peccatum transgrediendi mandatum, quod Adam acceperat (2): *Praecepitque ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede. De ligno autem scientiae boni et mali ne comedas: in quocumque eum die comederis ex eo morte morieris.*

2.^o Scripturis sacris, siquidem verba nuper citata praeceptum obligandi sub gravi inducent: nam si intelligantur de morte animae, ut volunt aliqui, in ipsa comminatione formaliter continetur praedicta mortalis gravitas, si ut debet, de morte corporis, ex comminatione tam gravissimae poenae colligitur praeceptum illud obligasse sub gravi culpa; et ideo Patres communiter de utraque morte corporis et animae intellexerunt illa verba. Sed Adam praeceptum non servavit, Genes (3): *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile; et tulit de fructu illius, et comedit, deditque viro suo, qui comedit.* Confirmatur aliis locis, in Eccli. (4): *A muliere factum est initium peccati, et per illam omnes morimur.* S. Paulus (5) ad Corinth. *Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpatur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quae est in Christo Jesu.*

(1) Ses. 5, can. 1.—(2) Genes. II, 16, 17.—(3) III, 6.—(4) XXV, 33.—(5) 2.^a XI, 3.

antur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quae est in Christo Jesu.

111. 3.^o Ex SS. Patribus, S. Cyprianus (1): «In origine statim mundi et generis humani, Adam praecepti immemor et datae legis transgressor fuit.» S. Joannes Chrys. (2): «Gustus ille inobedientiae erat argumentum, et praevaricatio mandati a Deo traditi.» S. Augustinus gravitatem tanti peccati edisserit (3): «Contemptus est Deus jubens, qui creaverat, qui ad imaginem suam fecerat, qui caeteris animalibus praeposuerat, qui in paradiso constitnerat, qui rerum omnium copiam salutis aequae praestiterat, qui praeceptis nec pluribus, nec gravibus, nec difficilibus oneraverat.»

112. 4.^o Peccatum fuisse gravissimum probatur etiam ratione, nam licet non fuerit secundum speciem gravissimum, non enim fuit odium Dei, fuit tamen secundum circumstantias: a) Ratione conditionis personae peccantis, cui erat facilitum non peccare, cum nihil haberet intrinsecus, quod ipsum ad peccandum impelleret. Unde Augustinus ex hac facilitate non peccandi, justitiam impositae poenae demonstrat (4): «Quisquis huiusmodi damnationem vel nimiam vel injustam putat, metiri profecto nescit, quanta fuerit iniquitas in peccando, ubi tanta erat non peccandi facilitas. Sicut enim Abrahae non immerito magna obedientia praedicatur, quia ut occideret filium, res difficillima est imperata (Gen. XXII, 2); ita in paradiso tanto major inobedientia fuit, quanto id, quod praeceptum est nullius difficultatis fuit.» b) Ratione nocuenti: hoc enim peccatum infecit, ut statim dicemus, totam naturam humanam. (Vid. D. Thom. I, 2. Q. 163, ar. 3.)

113. Obj. 1.^o Verba Pauli ad Timotheum (5): *Lex justo non est posita, sed injustis...* Atqui Adam in statu justitiae originalis erat valde justus. Ergo ei non est imposita lex vel praeceptum et ideo non potuit peccare.

Resp. Explicio sensum, lex non est posita, quoad directionem et obligationem; neg. Quoad poenas, quas in vindictam transgressae legis infligit; conc. Qui sancte vivit, poenae reus non efficitur sicut inobedientes scelerati... etc., qui statim ab Apostolo numerantur. (R)

114. Obj. 2.^o Adam erat ante peccatum (Thes. X, n. 84) immunis ab errore. Sed qui nequit errare, nec peccare, Ergo...

Resp. Dist. *Major*. Erat immunis ab errore speculativo; conc. Ab errore practico propter aliquam inconsiderationem; neg. Recole dicta de Angelis, n. 241.

(1) De Incarnat. Verbi.—(2) In Genes. Homil. 16.—(3) De Civit. Dei, l. 14, c. 13.—(4) De Civit. Lib. 14, c. 15, n. 1.—(5) 1.^a 3, 9.

SCHOLIION.

Quodnam fuerit primum peccatum Adami et Euae.

115. Communiter docent auctores (1) parentes nostros Adam et Euan non uno tantum, sed pluribus fuisse peccatis inquinatos; Eva fuit infidelis verbis Dei, curiosa, gulae indulsit, inobediens; Adam autem inordinate dilexit uxorem et ejus blandimentis inobediens factus sicut ipsa de ligno vetito comedit. Ambo elati verbis serpentis *critis sicut dii* superbia tumuerunt. Hinc disputant scholastici quodnam horum peccatorum fuerit primum?

Committitur sententia respondet fuisse superbiam et vere nam: a) *Eccli. X, 14: Lulium omnia peccati est superbia. Tob. IV, 14: Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim tulium semper omnia perditio.* Et in Genes. III, 22, indicans Deus ipse quid intenderit. Adam et Eva suis peccatis ad proinde quid primo appetiverint ait ironice: *Ecce Adam quasi unus ex vobis factus est sciens bonum et malum.* Similitudinem nempe divinam quam superbe affectavit non habens. b) Idem SS. Patres asserunt, S. Augustinus (2). «Ad malum opus non perveniretur, nisi praecessisset mala voluntas. Porro malae voluntatis initium, quod esse potuit nisi superbia?» S. Prosper. (3). «Et mihi quidem videtur quod non eederent de ligno prohibito, nisi concupiscerent, nec concupiscerent nisi tentati, nec tentarentur (ad comedendum re) (4) nisi deserti, nec deserentur a Deo, nisi ipsi prius deseruissent Deum; nec Deum desererent nisi superbirent, et Dei similitudinem miserabiliter appetivissent.» c) Quamvis absolute non repugnet, aliud a superbia fuisse primum hominis peccatum, moraliter loquendo ita contingere debuisse, ubi potuit esse primus appetitus inordinati finis. Sic autem homo erat in statu innocentiae institutus, ut nulla esset rebellio carnis ad spiritum. Unde non potuit esse primus inordinatio appetitus humani ex hoc quod appetiverit aliquod sensibile bonum, in quod carnis concupiscentia intendit praeter ordinem rationis. Relinquitur igitur quod prima inordinatio appetitus humani fuit ex hoc quod aliquod bonum spirituale inordinate appetiit. Non autem inordinate appetivisset, appetendo id secundum suam mensuram ex divina regula praestitutam. Unde relinquitur quod primum peccatum hominis fuit in hoc quod appetiit quoddam spirituale bonum supra suam mensuram; quod pertinet ad superbiam.»

(1) Vid. Suar. *De op. sex dier.* l. 4, cc. 3, 4.—(2) *De Civit. Dei*, l. 14, c. 13.—(3) *De vit. contem.* 19.—(4) Vid. Suar. *De op. sex dier.* l. 4, c. 2, n. 14.—(5) 2. 2. Q. 163, ar. 1.

THESIS XIV.

Peccatum Adae transfunditur in omnes homines, qui originem ex eo ducunt.

116. Nota I. Sententia est catholica quod asserit Anselmus (1) justos futuros filios equos generaret homo si non peccaret. «Eruitur ex thesibus IX et X ubi Scriptura et traditio probavimus Adamum justitiam originalem habuisse ex eo quod nos cum in illo perdidimus et per Christum renovamur. Hujus mirandae Providentiae moralem causam dat S. Thomas (2). Magni momenti est hanc thesim, quae ruinam totius generis humani exprimit solidis fundamentis stabilire. Ipsa est cardo in quo tota oeconomia christianae Religionis volvitur. Hanc qui negat, ait Augustinus (3): ipsa christianae fidei subvertere fundamenta conatur.»

II. Thesis continet dogma catholicum, quod primi impugnantur pelagiani statuantes, peccatum Adae ipsum solum laesisse, non genus humanum. Explosum errore renouantur protestantium aliqui, anabaptistae, sociniani et tandem nostris diebus, illum ut veritatem a ratione demonstratam omnes rationalistae defendunt.

117. Prob. 1. Concilium Tridentinum (4) renovans can. 2. Arausiacani II. (ann. 529) et can. 2. Milevitani II (ann. 418) solemniter definiit: «Si quis Adae praevagationem sibi soli et non ejus propagini asserit nocuisse; et acceptam a Deo sanctitatem et justitiam, quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiam peccatum, mortem et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem et peccatum, quod mors est animae, anathema sit: cum contradicat Apostolo dicenti: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt* (5).» Si quis parvulos recentes ab utero matris baptizandos negat, etiam si fuerint a baptizatis parentibus orti; aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam aeternam consequendam... anathema sit.» In symbolo fidei Leonis IX Papae unus ex articulis est: «Animam... absque Baptismate originali peccato obnoxiam, credo et predico.» Inter capitula Abelardi a Concilio Senonensi et Papa Innocentio II

(1) *De concept. Virg.* c. 10.—(2) 1. Q. 100, art. 1.—(3) *Contr. Julian.* l. 1, c. 2, n. 4.—(4) Sess. 5, decret. de pecc. orig. can. 2, 4.—(5) *Rom. V.* 12.

damnata, nuntium erat: «Quod non contraximus culpam ex Adam, sed poenam tantum.»

118. Cum Tridentino, Arausicano, Milevitano supra: *Propterea sicut per unum hominem peccatum* (græce ἡ ἁμαρτία) in hunc mundum intravit, et per peccatum (græce διὰ τῆς ἁμαρτίας) mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo (græce ἵνα ἢ ἵνα) qui verumtoto eo quod, quatenus. Toletus dicit, sensum esse: *scelus hominis causa* nam in eum dandi casu equasam significat omnes peccaverunt. Unde: omnes homines moriuntur quia habent peccatum: *In quo, eo quod, omnes peccaverunt; per peccatum mors.* Atqui hoc peccatum est primi hominis peccatum seu Adæ. Ergo peccatum Adæ fit proprium singulorum hominum seu transfunditur. *Mis. prob. Per unum hominem,* qui infra v. 14 dicitur esse Adam peccatum græce cum articulo, ut significet primi hominis

(1) Placuit, adversas communem catholicorum usum Patribus et Conciliis probatum, vertere eo quod pelagianis imprimis, deinde modernis criticis duce Erasmo, qui non secus ac pelagianus hunc Pauli textum exposuit. His, sed animo diverso et retento sensu catholico de peccato originali, accesserunt recentissime illustres interpretes catholici Patrizi Beelen, Corliuy, etc., aliis renuentibus.

Diffidentiam certe non est, etiam, permixta versione eo quod, dogma de peccato originali et laudato textu, ut nos facimus, probari posse. Legunt eo quod versiones syriaca, arabica et aliquot Patres græci, quorum aliqui et quidem insignes Chrysostomus, Occumenius Theophilactus (in h. l.) consentiunt Vulgatæ. Postremus habet: *Τὸ ἐν ἑνὶ τῷ ἁμαρτίνῃ ἁμαρτίαν, τοῦτον, ἐπὶ τῷ ἅμαρτίνῃ ἁμαρτίαν* latine: «Quid autem est, in quo omnes peccaverunt? Hoc est, in Adam omnes peccaverunt.» Joannes Chrys. eisdem interrogationi respondet: *Ἐκείνο τὸ πᾶσι, καὶ οἱ οὗ ἁμαρτίαν, ἀπὸ τοῦ ἕδου τῆς ἁμαρτίας ἐκείνου τῆς ἁμαρτίας*, latine: «Illo lapso etiam de arbore non comedentes facti sunt ex illo omnes mortales.» Eisdem Vulgatæ accedunt vetus Itala, coptica et slavica translationes, Patres latini non ignari sermonis græci, ut Augustinus, qui lectionem Vulgatæ contra pelagianos tuetur, scribens adversus Julianum (l. 6, c. 24): *sic quibus (verbis Pauli) impudentia mirabili, imo dementia reprobabilis fundatissime fidelium, frustra sensum alium novum atque distortum et a vero abhorrentem mollis exculpant, affirmans ea loquutione dictum esse: In quo omnes peccaverunt, ac si diceretur, propter quod omnes peccaverunt, etc.»* Hinc credidit non solum probabilis, sed tutius esse, lectionem sequi Vulgatæ, quam Concilia consecraverunt et pro qua Patres latini omnes, Patres græci insignes (communiter dicit Bellarminus De amicis, præf. l. 4, c. 3) suffragium tulerunt. Ad id quod moderni reponunt in non esse *in quo*, antecedens *per unum hominem* nimium distare a suo relativo in quo, jam Muratorius (De imperio, nominem l. 3, c. 1): «Verum quis stilum Pauli vel leviter novit, qui non etiam didicerit similes sermonis structuras duras in speciem, et parum (uti dicitur) videtur elegantes Apostolo esse familiares? Deinde Theophilactus, Occumenius et alii procul dubio græcæ lingue peritissimi et interpretantur in quo Adamus...» (Vid. Marcellam. De Deo vivente, an. 935-942.)

singulare peccatum, in hunc mundum intravit et per peccatum mors, iterum cum articulo ut idem peccatum dum transit ab Adamo ad posterum ejus et ita in omnes homines mors pertransiit designet esse omnium mortis causam. Nam non tantum dicit ita, sed et ita nempe transeunte illo peccato, mortem pariter transiisse. Clarissime legendo cum Vulgata in quo omnes peccaverunt. Eadem minor probatur amplius ratione ipsius Apostoli vv. 13, 14: *Usque ad legem enim peccatum* (græce ἁμαρτία sine articulo) erat in mundo: *peccatum* (græce iterum sine articulo) autem non imputabatur, cum lex non (1) esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri. Quasi diceret, usque ad legem homines peccabant, sed eorum peccata non aliqua specialis lex a Deo lata, morte corporali mactabat, imo etiam illi moriebantur, qui ut infantes non peccaverunt actu. Ergo non nisi propter illud peccatum mortem obibant, quod ex Adam cum natura in eos pertransibat. Confirm. sequentibus verbis Doctoris gentium: *qui est forma futuri* (græce τὸ εἶδος τοῦ μέλλοντος, cum articulo) ab ipso luculenter expositis, v. 18: *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.* Unde: eodem modo, quamvis in rebus contrariis, per unius delictum omnes condemnatur, quo per Christum justificatur. Atqui justificamur participatione gratiæ Christi. Ergo ab opposito omnes condemnatur participatione delicti Adami, ut ipsemet Apostolus declarat v. 19: *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita et per unius obedientiam, justi constituentur multi.* Ubi ut præcaveas difficultatem notabis, multos non opponi omnibus sed uni, quare qui supra sunt omnes hic sunt multi. Non tamen sine causa dixit multi attendens ad statum actualem hominum maxime finalem in quo actu nec omnes sunt aut erunt mortui in Adamo, nec omnes pariter in Christo justificantur aut justificabuntur. Vide etiam I Corinth. XV, 22; II Corinth. V, 14: *Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus: ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.* Ex quibus Augustinus (2): «Conclusio Apostoli invideta est, ac per hoc, quia et pro parvulis mortuus est, profecto etiam parvuli mortui sunt.»

Badem thesis Vet. Testamenti comprobatur. Da vid inter argumenta, quibus in Psalmo «Miserere» (3) misericordiam Dei ad

(1) Aliqui codices et pauci patres non legunt *in quo* (non), sed est lectio communiter rejecta tum a Patribus tum ab interpretibus. — (2) Op. imperfect. contr. Julian. l. 3, n. 64. — (3) 4, 7.

se flectere quaerit, allegat: *Ecce in iniquitatibus* (Hebraice לְרַחֵם in iniquitate) *conceptus sum, et in peccatis concepit me* (Hebr. לְרַחֵם וּבְרַחֵם et in peccato fovit me) *mater mea*. Atqui hae iniquitates seu peccatum sunt Adae peccatum, quod plures habuit malitias (n. 115), in posteros generatione transmissum. Ergo... *Alia* prob. Non erat peccatum actuale Davidis, cum esset incapax peccati; non peccatum parentum cum eum genuerunt, nam rei licitae, legitimo matrimonio conjuncti, vacabant; non peccata aliorum hominum, cum proprias non alienas describat misérias. Relinquitur ergo fuisse ali- quod peccatum aliunde in conceptione contractum quod aliud esse non potuit a peccato originis ab Adamo commissio et in posteros transfuso. Similiter patiens Job (1) Deum alloquebatur: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?* Ita Vulgata; LXX habent: *Quis enim mundus erit a sordet et nemo. Etsi unus dies sit vita ejus super terram*. Quorum verba, necnon Vulgatae, sunt paraphrasis litterae hebraicae: *Quis dabit mundum ex immundo? Non unus* (178 87) supple dabitur; ex quibus apparet sermonem esse de immunditia aliqua morali, quae omnes homines in ipsa conceptione inficit, et quam solus Deus abluere potest. Sed nihil est aliud originale peccatum. Ergo omnes homines, etc. Confirmatur sermonem esse de aliquo peccato ex paraphrasi chaldaica, quae ultima verba, *Non unus*, exponit: «Nisi Deus, qui unus est, qui parcat ei.»

119. 3.^o Ex Patribus sufficeret hoc unum Sti. Augustini testimonium (2), Julianum, qui ad Patres orientis provocaverat, retundentis: «Propter quam catholicam veritatem sancti ac beati set in divinatorum eloquiorum pertractatione clarissimi sacerdotes »Irenaeus Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius (nazianz.), Innocentius, »Joannes (Chrysostom.), Basilius, quibus addo presbyterum, nolis velle. Hieronymum, ut omittam eos, qui nondum idemierunt, adversus vos profertur de omnium hominum peccato originali obnoxia successione sententiam.» Vere igitur Juliano (3) dicebat Augustinus. «Non ego finxi originale peccatum, quod catholica fides credit antiquitus: sed tu, qui hoc negas, sine dubio es novus haereticus.» Nihilominus aliqua aliorum Patrum testimonia addemus, quemadmodum et ipse praestitit Augustinus (4). S. Irenaeus (5): «Quemadmodum per inobedientiam unius hominis, qui primus de terra rodi plasmatus est, peccatores facti sunt multi et amiserunt vitam; ita oportuit

(1) XIV, 4.—(2) L. 2, *contr. Julian.*, c. 10, n. 33.—(3) *De nupt. et concupis.* L. 2, c. 11.—(4) Lib. 1, *contr. Julian.*, cc. 3, 4.—(5) L. 3, *Haeret.*, c. 20, (al. 28).

est per obedientiam unius hominis justificari multos et percipere salutem.» S. Cyprianus (1): «Quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima nati- tate contraxit.» S. Athanasius (2): «Peccante Adamo, pec- catum in omnes homines pertransiit.» S. Basilius, Chry- sostomo coevus (3): «Quia non jejunavimus de paradiso excidi- mus.» S. Gregorius Nazianz. etiam Chrysostomi coetaneus apud Augustinum (*contr. Julian.* l. 1, c. 5): «Per hunc (Baptismum) primae nativitatís maculae purgantur, per quas in iniquitatibus concipimur, et in delictis genuerunt nos matres nostrae.» S. Chrysostomum, cujus auctoritate se tueri cre- diebant pelagiani ita alloquitur Augustinus (l. c. c. 6, n. 23): «Ingrederet, sancte Joannes ingredere, et conside cum fratribus tuis, quibus te nulla ratio et nulla tentatio separavit.» Et infra n. 26 citat ex eo locum homil. ad neophitos: «Venit semel Christus, inve- nit nostrum chirographum paternum, quod scripsit Adam. Ille initium induxit debiti, nos fenus auximus posterioribus peccatis.» SS. Patrum doctrinam suis decretis ac epistolis Summi Pontifices firmaverunt Siricius (4), Innocentius I (5), Zosi- mus (6) Caelestinus (7) Leo I (8), etc. Possumus itaque nos, protestantes perstringere, sicut olim Augustinus (9) pelagianos, ex Patribus qui illos praecesserant, confundebat: «Non- dum vobiscum apud istos judices aliquid agebamus, et apud eos acta est causa nostra. Nec nos nec vos eis noti fueramus, et eorum pro nobis latis contra vos sententias recitamus. Nondum vobis- dem certabamus, et eis pronuntiantibus vicimus.»

120. 4.^o Rationibus theologiceis. a) Ex necessitate Baptismi (10) in remissionem peccatorum (11); nam non solum adulti sed etiam parvuli indigent effectu Baptismi, qui est lotio, mundatio animae, adeoque remissio alicujus peccati. Atqui non potest esse aliquid peccatum personale, cujus sunt incapaces parvuli. Ergo peccatum est aliquid cum natura transmissum seu originale. b) Ut jam su- pra innuimus, quia Christus omnes redemit, pro omnibus mortuus est etiam pro infantibus, quos non secus ac adultos salvabit. «Un- de autem, interrogat Augustinus (12), salvos facit, si nulla in eis est originalis aegritudo peccati? Unde redemit, si non sunt per originem primi hominis venundati sub peccato?» c) Sacra

(1) Epist. ad Fidum.—(2) *De Verbi incarnat.* n. 4.—(3) Or. de jejun. 1.^a n. 4.—(4) Epist. ad Himer.—(5) Rescript. ad Synod. Milevit.—(6) Inter epist. S. Augustini, epist. ad Optat. 137 (al. 190).—(7) Ad Gallus epist. 1.^a—(8) Ad Nicet. Aquil.—(9) *Adver. Julian.* c. 10, l. 2.—(10) Vol. III, *Disq.* II, n. 61.—(11) *Ibid.* n. 10.—(12) L. 1, *De pecc. mer. et remis.*, c. 23.

Scriptura docet, eximios aliquos viros v. g. S. Joannem Baptistam (1), singularem privilegio ante nativitatem sanctificatos fuisse. Ergo caeteri homines, qui hoc erant privilegio, non sunt sanctificati, seu nascuntur peccato infecti, cum in praesenti providentia medium non detur inter esse peccatorem aut justum.

121. Obj. 1.^o Juxta Ezechielem (2): *Anima, quae peccaverit ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem patris.* Sed propter peccatum originale moritur anima, quae non peccavit, filius portat iniquitatem patris. Ergo...

Resp. In Ezechiele sermonem esse de peccatis propriis, actualibus et personalibus Judaeorum, qui credebant se puniri propter peccata suorum parentum, non propter sua, patet ex praecedente reprehensione (3): *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt aceram acerbam, et dentes filiorum obtusescunt? Viro ego dico Dominus Deus, si erit ultra vobis parabola haec in proverbium in Israel.* Quare textus non est ad rem, non agit enim de omni peccato, attamen quatenus verba possent sumi universaliter, explico. Filius non portavit iniquitatem patris, cujus nullo modo fuerit particeps; eone. Cujus saltem moraliter fuerit particeps; neg. Et contra distincta minor, neg. *conseq.* Quomodo omnes in Adamo peccaverimus infra dicemus.

122. Obj. 2.^o Ut olim Julianus Augustino (4) ex S. Chrysostomo (Homil. ad *neophyl.*): «Hac de causa etiam infantes baptizamus; cum non sint coinquinati peccato, ut eis adatur sanctitas, justitia, adoptio, haereditas, fraternitas Christi, ut aejus membra sint (5).»

Resp. 1.^o Indirecte cum eodem Augustino (6): «Itane ista verba S. Joannis episcopi audes tanquam e contrario totallumque sententia collegarum ejus opponere...? Absit, absit hoc malum de tanto viro credere aut dicere. Alia sunt, in quibus inter se aliquando... optimi regulae catholicae defensores, salva fidei compage non consonant... Hoc autem unde nunc agimus, ad ipsa fidel pertinet fundamenta.»

Resp. 2.^o Directe cum eodem Augustino (7) distinguendo, «cum non sint coinquinati peccato actuali et personali; conc. nullo, nec naturae seu originali; neg. «Comparans ergo eos (parvulos) Joannes majoribus, quorum propria peccata dimittuntur in Baptismo dixit, illos 'non habere peccata'; non sicut verba ejus

(1) Luc. I, 41. — (2) XVIII, 20. — (3) *Ibid.*, vv. 2, 3. — (4) *Contr. Julian.* l. 1, c. 6. — (5) Critici hodierni citant S. Joann. Chrysost.: homil. inter spurcas ablegant. — (6) *Contr. Julian.* l. 1, c. 6, n. 22. — (7) *Contr. Julian.* l. 1, c. 6, n. 22.

ipse posuisti, 'non coinquinatos esse peccato...' Ego ipsa verba graeca, quae a Joanne dicta sunt, ponam *ἄνθρωποι οὗτοι οὐ καθαροὶ ἐσάντων, καὶ οὐκ ἔχοντες ἁμαρτίαν* quod est latine, *ideo et infantes baptizamus, quatenus peccata non habentes.* Vides certo non ab eo dictum esse *parvulos non coinquinatos esse peccato, sive peccatis* sed non habere peccata intellige propria, et nulla contento est. At inquires, cur non ipse addidit propria? Cur, putamus, nisi quia disputans in Catholica Ecclesia non se aliter intelligi arbitrabatur, tali quaestione nullius pulsabatur, vobis nondum litigantibus securius loquebatur.»

Nota. Patres alios praesertim Orientalis Ecclesiae pro se afferunt adversarii, sed invitos ad perversum suum sensum trahunt; nam Patres vel omittunt tantum loqui expresse de peccato originali, ut Clemens Alex. exponens textus Jobi et Davidis (n. 118), quod non est negare; vel solum negant ut Justinus (si ejus sint QQ. ad orthodox.) Tertullianus, Gregorius Nyssen., Theodoretus, peccatum sive actuale personale infantium, sive actuale parentum cum generant, sive contra originistas actuale, quod animae parvulorum ante conceptionem admiserint ut ex eorum contextu et scopo satis elucet. Adde eorum aliqui aliis in locis veritatem catholicam indubie profiteri, v. g. Gregorius Nyssen. (1): «Sordes hominis peccatum est, quod una cum humana orditur natura, quoniam in peccatis concepit me mater mea.» Theodoretus (2) nec infantulos excipiens: «Ad omnes enim mors pervasit quatenus omnes peccaverunt.»

Optatus Milev. (3) cum dicit: «non pertinuisse ad Seth filium peccatum Adae patris admissum» intelligit quatenus proprium et personale erat Adami, non quatenus erat peccatum naturae humanae cujus Adam erat caput a Deo constitutum. S. Ambrosius (4) quando negat nos «peccato Adami pati mortem secundam, quae in gehenna dicitur» agit de poena sensus inferni, non de gratia. Citantur praeterea Origenes, Arnobius alius a Laurentii magistro, de quibus non multum curandum; de primo, quia erronee supponebat animas antequam reciperentur in corporibus (5) peccasse; de secundo, quia pelagianus erat. Caeterum concordia utriusque Ecclesiae Latinae et Graecae in confessione peccati originalis est indubitata, utraque a remotissimis temporibus baptizabat infantes in remissionem peccatorum et a daemone potestate *exorcismis* subtrahebat; neque cum Graeca a Latina avulsa est, orientales aliter de peccato originali senserunt, quod satis de-

(1) In Ps. VI. — (2) R. om. V, 12. — (3) *Contr. Parmen.* l. 7, c. 1. Critici dubitant an hic liber 7, sit Optati. — (4) In R. om. V, 12. — (5) *Supr.* n. 20.

monstrat orientales antiquos Patres occidentalibus consensisse. Si tamen aliqui eorum aliter opinati essent, adhuc responderemus ut Augustinus Juliano (1): «An ideo contempnendo [Patres, quos scitaverit] putas, quia occidentalis Ecclesiae sunt omnes...? Puto tibi eam partis orbis sufficere debere. in qua primum Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo martyrio coronare. Cui Ecclesiae praesidentem beatum Innocentium si audire voluisses, jam tunc periculosam juventutem tuam pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit ille vir sanctus africanis respondere conciliis, nisi quod antiquitus Apostolica Sedes et Romana cum caeteris tenet perseveranter, Ecclesia?»

123. Obj. 3. Querens cum Juliano, per quas rimas tot inter praesidia peccatum ingreditur, non enim peccat qui nascitur, non qui genuit, non Deus, qui condidit. Ergo...

Resp. Dist. primum membrum, non peccat, qui nascitur physice actu suo; conc. morali participatione peccati Adami a quo generatione procedit; neg. «Quid quaerit, ait Augustinus (2), latentem primum, cum habeat apertissimam januam? Per unum hominem, sicut Apostolus, per inobedientiam unius hominis... Quid quaerit amplius? quid quaerit apertius? quid quaerit inculcatius?»

Obj. 4. Peccatum originale est in anima. Sed si est in anima debet causari a Deo quod repugnat. Ergo. *Min.* prob. Anima prior ad unionem cum corpore creatur a Deo nocens vel innocens; si primam habemus intentum Deum efficere peccatum; si secundum anima in eodem instante, erit simul nocens et innocens, quod repugnat. Ergo...

Resp. Dist. *Major*. Peccatum est in anima exigente essentialiter esse in corpore ad unum hominem formandum; conc. Independentem a corpore; neg. «Etsi anima, ait S. Thomas (3), non traducatur, quia virtus seminis non potest causare animam rationalem; movet tamen ad ipsam dispositivè; unde per virtutem seminis traducitur humana natura a parente in prolem, et simul cum natura naturae infectio...» Ad probat. Dist. *Major*. Debet anima creari positive nocens, vel positive innocens; neg. Praecisive ab his denominationibus; conc. Unde coram secundum dilemmatis confringo, repugnat esse nocentem et innocentem simul positive; conc. Simul praecisive innocens, positive nocens; neg.

Obj. 5. Si datur peccatum originale usus conjugii erit inductivus peccati et illicitus. Sed usus legitimi conjugii est bonus et licitus. Ergo...

(1) *Cont. Julian.* l. 1, c. 4. — (2) *De noct. et concupis.* l. 2, c. 28. — (3) l. 2, Q. 81, ar. 1 ad 2.

Resp. Dist. *Major*. Usus conjugii erit inductivus peccati casualiter et proprie inducens filium conceptum ad peccandum; neg. occasionaliter tantum, et ex culpa prolis conceptae, non parentum generantium; conc. Jam verò nemo prohiberet suum jus prosequi ratione damni alterius, quod per accedens sequitur, maxime si bonum aliquod magnum adipiscitur, quale est hic generis humani propagatio, et damnum illatum aliunde reparabile sit, ut hic accidit. *Sed non sicut delictum ita et donum. Si enim unius delicto nulli mortui sunt: multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit... Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiae, et donationis, et justitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum (1).*

Nota. Quo pacto Deus non sit arguendus injustitiae et crudelitatis, eo quod ex uno, peccatores constituentur caeteri omnes, explicandum est in these sequenti, ubi probatione tertia nominatim haec difficultas solvetur.

ARTICULUS II.

De natura et consectariis peccati originis.

THESIS XV

Homines in Adamo peccaverunt eo quod eorum voluntates, vi divini decreti, voluntati Adami alligatae fuerint in ordine ad observationem aut violationem impositi praeccepti.

124. *Nota.* I. Proximum fidei est; si non de fide, ut plurimi volunt, omnes (excepta B. Virgine), qui ex Adamo seminaliter descendunt, aliquo modo in eo peccasse. Id evincunt verba Scripturae in quo omnes peccaverunt et loquutiones Patrum infra in probationibus afferendae, quae nos cum Adamo peccantes exhibent. Dixi proximum fidei saltem, nam Cajetanus, Suarez, Bellarminus Tannerus putant universales Scripturae et Patrum loquutiones satis verificari, si de solo debito contrahendi peccatum originale in omnes transmissio, explicentur.

II. Ad rationem peccati etiam originis pertinere voluntarium, est certum, nam inter propositiones Baji damnatae est 47. «Unde peccatum originis vere habet rationem peccati sine ulla ratione »ac respectu ad voluntatem a qua originem habuit.» Hoc originis peccatum esse unicuique proprium et verum esse peccatum statuit

(1) *Aposi. ad. Rom.* V, 15-17.

Tridentinum (1): «Si quis hoc Adae peccatum, quod origine unum est, et propagatione, non imitatione transfusum omnibus, sineest unicuique proprium... per aliud remedium asserit tolli, quam »per meritum unius mediatoris D. N. Jesu Christi... anathema sit.» Vide can. 4. 5. Sed inde huius dogmatis mysterium. Impossibile videtur peccare eum, qui non est, vel iniquum alicui imputare peccatum, quod ipse non commiserit. Haec est gravissima difficultas, quae olim S. Augustinum graviter vexavit, ut omnino fassus fuerit sibi non satis constare quomodo id fuerit factum, quare non mirandum si scholastici doctores in diversas abierunt sententias ad hanc difficultatem propulsandam.

III. Excogitatae sententiae sunt, 1.^a D. Thomae (2), qui respondet dicendo: «Sicut peccatum actuale, quod per membrum aliquod v. g. manum committitur, non est peccatum illius membri, nisi in quantum illud membrum est aliquid ipsius hominis, propter quod vocatur *peccatum humanum*, ita peccatum originale non est peccatum huius personae, nisi quantum haec persona recipit naturam a primo parente; unde et vocatur *peccatum naturae* »secundum illud (3): *Erantius naturae filii irae.*» 2.^a Est eorum, qui volunt posteros Adami in eo peccasse, praecise ex hoc quod in illo virtualiter continerentur, quod si intelligitur de continentia physica est falsum; nam cum continentia physica sit necessaria sequeretur non solum peccatum Adami transmitti in filios, sed etiam peccata aliorum omnium progenitorum, quod nemo dicit. Si accipiatur cum Vazquesio (4) de continentia morali, quatenus Deus decreverit peccante Adamo expoliare gratiâ ejus posteros ad modum, quo aliquando in civilibus infamia parentum transit in filios, rem absurdam non adstruunt sed extra questionem vagantur, nodum difficultatis praecedunt minime solvunt. «Stenim, ut bene Arriga (5), etiamsi filius latronis publici virgis caesi sit infamis, non propterea filius ille peccat peccato latrocinii, neque »sunt ei formaliter voluntaria parentis latrocinia, ut per se est certum; ergo ex hoc capite nihil ad presentem questionem deducitur.» 3.^a Dicit quod nos in enuntiatione theosorum, eamque plures et insignes theologi propugnant, nec aliena videtur a mente D. Thomae, et ejus sententiam complet ac perficit. Est et alia, quae vult nos ipsos commisisse nostras voluntates Adamo, scilicet interpretative quatenus si exitissemus legem Dei essemus sicut ipse transgressuri. Quia gratis conficta et minime necessaria ad mysterium explicandum, eam omittimus.

(1) Sess. V. Decret. pecc. orig. c. 3. — (2) 1. 2.^{ae} Q. 81, art. 1. — (3) Ephes. II, 3. — (4) 1. 2.^{ae} D. 133, c. 2. — (5) De pecc. Disp. 31, n. 22.

IV. Non repugnare autem Deum alligare nostras voluntates, voluntati alterius (1) patet ex eo quod respublica et Princeps possint, in ordine ad certos actus aut effectus morales eorum jurisdictionem non excedentes, suorum subditorum etiam non consentientiam voluntatem ita alligare voluntati alterius, ut quod hic physice voluerit, censeantur moraliter velle; sicut de facto voluntates minorum obligantur voluntati tutorum (2); inde enim a fortiori sequitur Deum, qui ratione supremi domini in omnes creaturas, hominum voluntates magis habet in sua potestate quam ipsi suas, posse in ordine ad quosvis effectus, et consequenter etiam in ordine ad consequentiam aut amissionem bonorum supernaturalium, voluntatem cujusvis hominis (saltem necdum sui »juris per plenum rationis usum) alligare voluntati alterius.»

V. Inde inferitur probabilius esse, contra aliquos auctores nostrae sententiae, non fuisse necessarium Deum totum hoc decretum seu pactum Adamo revelare quasi ipsius expectans consensum; sola enim Dei voluntas sufficiebat; decebat tamen Adamum explicite cognoscere decretum divinum, ut ei omne bonum et malum quod in actu ejus esset, cognoscere posset, ac magis proprie censori voluntarie obedire vel repugnare, non ut particularis persona tantum, sed ut caput, ut in hoc sensu intellexerit illa verba: *in quacumque die comederis, morte morieris.*

125. Prob. 1.^a Loquutionibus Scripturae et Patrum a quibus licet expresse nostra propositio non asseratur, inferitur tamen, cum melius explicari nequeant. Dicit Scriptura (3): *In quo omnes peccaverunt.* S. Augustinus (4): «In Adamo omnes tunc peccaverunt, quia omnes unus homo ille erat.» S. Basilii (5): «Omnes cecidimus, quia omnes in primo parente non jejunavimus.» S. Ambrosii (6): «Lapsus sum in Adam, ejectus de »paradiso in Adam.» S. Fulgentii (7): «Omnes testamentum Dei transgressi fuimus, transgrediente primo parente, etc.» Unde; ergo aliquo pacto in Adamo propria voluntate peccavimus. Atqui cum nostra voluntas nondum esset; nec virtualiter sive physice natura sua, sive moraliter ex sola voluntarietate peccati Adami, nostrae voluntates voluntati illius alligentur (not. III), restat tantum ut supremo Dei dominio alligarentur. Ergo ita factum esse dicendum est.

2.^a Ex S. Thoma, qui loco citato (not. I) declarans quomodo omnes descendentibus ex Adamo possint reputari ut unus homo

(1) Platel. Synopsis. De peccat. n. 306. — (2) L. cum plures ff. de administr. tutor. — (3) Rom. V, 12. — (4) De pecc. et merit. L. 3, c. 7. — (5) Homil. de jejunio. — (6) De fide recurrest. — (7) De Incarnatione.

praemittit: «Secundum quod in civilibus omnes homines, qui sunt unius communitatis reputantur quasi unum corpus, et tota communitas quasi unus homo...» QQ. disputat. quæst. De malo (1) idem inculcat. Certum est igitur D. Thomæ, omnes homines in Adam peccasse, quia omnes homines erant in eo unus homo. Atqui in re morali, ut est peccare, non concipitur omnes homines esse unum hominem nisi quatenus omnium voluntates in unam vel libere, vel lege a supremo Domino constituta conveniant. Ergo cum libere ante natiuitatem impossibile sit Adamo consentire, necessum fuit nostras voluntates, voluntatem fuisse Adami propter legem a Deo datam; atque ita credo exponendum Angelicum ut similitudo physica corporis et membrorum transferatur in ordinem moralem in quo non nisi voluntatum unione et subiectione, caput et membra considerare est.

Si notas, eodem loco (2) docere Aquinatem peccatum originale non esse peccatum personale, sed peccatum totius naturæ. Respondo ex præmissis non esse peccatum personale, quatenus personale significare potest peccatum actu physico propriae et individualis voluntatis commissum; conc. Quatenus potest significare peccatum moraliter nostrâ voluntate in aliena admissum. neg. Nam in eadem questione art. V. docet peccatum originale uniuscuiusque per prius esse in voluntate, quam in cæteris potentis, quod est inintelligibile sine speciali interuentu morali nostræ voluntatis in peccatum originale. Optime tamen addit D. Thomas l. c. art. 1. de peccato originali: «nec ad personam pertinet, nisi in quantum natura in se ipsam personam.» nempe quia ratione humanæ naturæ, quam ex Adamo trahimus non quia sum Petrus aut Paulus, voluntates nostræ transfusæ sunt in voluntatem Adami.

3.º Auctoritate Eximii Suarii (3), qui simul præoccupat difficultatem, quæ Deum argueret iniustitiæ vel crudelitatis: «Si suisque nostrum sponte sua voluntatem propriam ita in voluntatem alterius transferret, ut quod ille vellet, id se velle profiteretur, jam posset moraliter dici voluntate alterius velle quod ille vult ad hanc ergo rationem intelligendum est, Deum voluntatem omnium nostrum in Adami voluntate possuisse quoad amicitiam et inimicitiam erga Deum, ut scilicet penderet ex observatione illius præcepti, quod non solum iuste, sed etiam rectissime, magisque in nostrum commodum facere potuit Deus non expectato nostro consensu, non solum a) quia erat supremus Dominus nostræ voluntatis, et rerum nostrarum gubernator; sed etiam b) quia totum illud pactum erat in nostrum commodum et bonum: præterea enim præstitit

(1) Q. IV, ar. 1.—(2) QQ. Disput. De malo, Q. 4, ar. 1.—(3) De pecc. D. 9, sect. 2, n. 28.

» Adæ gratiam, auxilia et dona, omnesque interiores inimicos abstulit, et unum tantum ac leuissimum præceptum illi tanquam capiti imposuit, ut esset magis idoneus ad obediendum, atque adeo ad conservandum nobis iustitiam quam ad peccandum. Adde præterea c) totum hoc negotium de donis supernaturalibus fuisse, sine quibus homo ex natura sua nasci deberet, etsi nullus peccasset; unde omnia ista fuisse conferranda Adamo et nobis illo perseverante, summa erat iustitia: quod si in nobis nullum sit peccatum actuale, nullum quoque sit nocendum in naturæ bonis, quæ ipsi ex se debita sunt.» 1)

4.º Ut verum sit descendentes ex Adamo constitui in eo peccatores, necessum est ut aliquando in eo peccaverint. Atqui non potuerunt in eo peccare nisi eorum voluntates in voluntate Adami includerentur. Ergo... *Min. prob.* De ratione peccati est voluntarium, et de ratione peccati proprii voluntarium proprium physice vel moraliter. Atqui si voluntates filiorum Adæ in eo non includerentur, voluntarium Adæ non fieret descendendum neque moraliter. Ergo... *Min. prob.* Quia solum ducere ab Adamo ex decreto seu pacto Dei naturam gratiæ spoliatur, quin voluntates filiorum a parente repræsentarentur est ex terminis poenæ luere propter Adami peccatum, nullo vero modo filias peccatum parentis commissæ aut voluisse. Brevius, ut peccatum Adami multiplicetur requiritur ut ejus voluntarium physicum, moraliter fiat plurimum. Sed non fit moraliter plurimum, si voluntates horum plurimum aliquando non fuerint illa voluntas; quod, ut patet, non fieri potest nisi voluntates plurimum libere illius unius voluntati consentiant vel ab eo, qui potestatem habet, eidem alligentur.

126. Obj. 1.º Deus nequivit voluntates hominum in voluntatem Adæ transfundere tum ante, cum post præteritum eorum absolutam existentiam. Non ante, quia repugnat alligare voluntatem, quæ non supponatur existens aut existura; non post, quia sic Deus

(1) «Quære, ait Palmieri S. J. (De Deo creatore et elevante, Theor. 74), omnis quærela hæc tandem redire possit, nempe cur Deus non singulis hominibus seorsim destinaverit ab eorum natiuitate huiusmodi dona, sed voluerit ea primum naturæ conferre et a naturæ capite generatione in omnes derivari? Quæ quidem quærela hæc redit cur non aliam ordinem providentiæ instituit Deus, quibus quam hinc, in quo nascuntur peccato infecti quotquot esse peccatore primo parente originem ducunt? Atqui evidens est nullam rationem esse huius quærelæ. Etenim Deus Dominus suorum donorum suæque creaturæ sui habet statuendi modum, quo ea velit conferre nobis: nec nobis adeo temerarius esse sicut ut dicamus Deo: cur ita facis? Unde etsi daretur alium modum fuisse meliorem, quandoquidem Deus ad melius non tenetur, necdum ejus iustitia, sed nec ejus bonitas argui potest, si eo non est usus.»

praevidisset homines nascituros absque peccato originali. Ergo...

Resp. Neg. assumptum. Ad ejus probat. primam partem, conc. Secundam, neg. Hujus rationem dist. Deus praevidisset homines nascituros absque peccato originali praecisive, conc. Positive sen exclusive eo modo, quo eos praevidisset si alligationis decretum non tulisset neg. Ex rei natura ad peccandum non est necessarium prius tempore existere, sed sufficit prius natura existere tanquam conditio sine qua in eodem instanti non posset esse aut concipi peccatum.

Obj. 2.^o Quamvis tutor peccet aut bene operetur, non tamen propterea pupillus peccat aut bene operatur, licet donationes aut contractus valeant. Ergo a pari nec nos in Adamo peccavimus, licet ipse peccaret transgrediendo divinum praeceptum.

Resp. Neg. *conseq.* propter disparitatem, quae est inter legislatorem civilem, qui solum potestatem habet in actus externos et Deum, qui etiam internis voluntatis actibus domipatur.

Instabis 1.^o Supremum Dei dominium non pertingit ad hoc ut mihi sit voluntarium, quod ipse vult absque mea voluntate. Sed in nostra sententia, mea voluntas v. g. transfunderetur in Adami voluntatem, quin ego vellem. Ergo...

Resp. Dist. *Major.* Et sit mihi voluntarium physice et elicitive; conc. Moraliter et imputative; neg. Vide not. IV et prob. 3.^o

Instabis 2.^o Si Deus transfudisset meam voluntatem in voluntatem alterius et eodem instanti, quo ille peccaret ego elicerem actum amoris Dei vel nollem peccare, simul et semel ego peccarem et amarem Deum super omnia vel peccarem et non peccarem quod repugnat. Ergo...

Resp. Nego paritatem casus et *conseq.* Propter hanc difficultatem not. IV, addidi «saltem necdum sui juris per plenum rationis usum.» Disparitatem exprimit Ariana (1): «quis operatio physica libera necessario est potentior quam interpretativa solum et moralis; et haec enim per similitudinem aut analogiam cum physica suam habet vim; unde necessum est ut habeat minorem vim quam ipsa physica volitio... ergo non potest Deus facere ut moraliter ego censear velle ex voluntate alterius furtum v. g. quando ipse voluntarie et libere physice oppositum volo.» Ad finem cum Augustino (2), Juliano hoc argumentum instanti: «Etsi nulla ratione indagetur, nullo sermone explicetur: verum tamen est quod antiquitus veraci fide catholica praedicabatur et traditur per Ecclesiam totam: quae filios fidelium nec exorcizaret, nec exsufflaret, nisi non eos de potestate tenebrarum et a principe mortis erueret.»

(1) De vitis et pecc. D. 52, n. 29.—(2) L. 6, *contr. Julian.* c. 5, n. 11.

THESIS XVI.

Peccatum originale non consistit in concupiscentia; neque in substantiali aliqua forma, quae sit imago diaboli; neque in qualitate aliqua morbida; neque in uno peccato Adae nobis imputato; neque in reatu poenae.

127. I Pars. Non in concupiscentia. Est certa contra lutheranos et calvinistas, quibus proxime accedunt jansenistas.

Prob. 1.^o Concil. Tridentinum (1) definiit: «Per Baptismum tolli totum id, quod veram et propriam peccati rationem habet;» et ibidem addit: «maneri in baptizatis concupiscentiam.» Ergo concupiscentia nequit constituere peccatum originale.

2.^o Arguitur pariter ex Apostolo (2) agente: *nihil ergo nunc damnationis est in iis, qui sunt in Christo, cum tamen qui sunt in Christo seu justi concupiscentia non careant.*

3.^o S. Augustinus (3): «Concupiscentia non est peccatum in regeneratis, sed peccatum vocatur, quia peccato facta est.» Et sermone 6.^o de verbis Apostoli (al. 155, n. 9): «Restat ergo cum carne conflictus, quia deleta est iniquitas, sed manet infirmitas ubi clare rationem peccati a concupiscentia discernit.»

4.^o Bajus, supponens concupiscentiam esse peccatum, inferebat propositiones: 50. «Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quae homo invitus patitur, sunt prohibita praecepto: Non concupisceas.» 51. «Concupiscentia, sive lex membrorum, et prava sejus desideria, quae inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia.» Eas damnarunt Summi Pontifices Pius V, Gregorius XIII et Urbanus VIII.

128. II Pars. Non in substantiali forma, quae sit imago diaboli. Est contra Haecium Illyricum, Lutheri assecram, qui tam absurde opinatus est, ut crederet imaginem Dei propter peccatum versam esse in substantialem imaginem diaboli.

Prob. 1.^o Animae propter peccatum naturam non mutant. Atqui ipsa natura intellectuali sunt imago Dei (supr. n. 74). Ergo eam retinent licet peccato obscuratam postquam deliquerunt.

2.^o Adde animae substantiam utpote spirituales esse incorruptibiles ac proinde inconvertibiles in aliam substantiam.

3.^o Urge cum Augustino (4) et certa doctrina Ecclesiae adversus manicheos: «nec... malum aliquam substantiam esse,» sed

(1) Sess. V. Decret. pecc. orig. can. 5.—(2) Rom. VIII, 1.—(3) De nuptiis et concupiscentia. l. 1, c. 23.—(4) Op. imperf. *Contr. Julian.* l. 3, c. 37.

«vitium substantiæ bonæ, nullamque substantiam.» Res est clara nam substantia dicitur ens quod per se est, malum vero defectum in eo quod est.

4.^o Patres et Concilia docent: a) Christum assumpsisse animam ejusdem speciei cum nostra. Sed non ita esset in hac falsâ sententiâ, cum Christus nec haberet nec habere potuerit peccatum originale. Sed per Baptismum nulla fit mutatio substantialis in homine. Ergo...

129. III Pars. Non in qualitate morbida, quam dicunt ex voluntate Adæ in corpus ejus redundasse, quæque volunt generatione transmitti in posterum primum in corpus et inde in animam. Tribuitur Magistro (1) licet non satis eam explicet, et potius videatur loqui de concupiscentiâ. Eam defendit Gregorius Ariminensis in libris sententiarum.

Rejicitur 1.^o Ex falso fundamento, nam ex peccato Adæ solum potuit resultare in voluntate ejus aliquis habitus pravus, qui non est peccatum cum possit esse in homine justo. Sed ab illo habitu nihil derivatur ex natura rei in corpus. Ergo...

2.^o Quia adstruit modum propagationis impossibilem, nam, ut arguit Eximius (2): eilla qualitas aliquem effectum formalem habere debet, atque adeo determinatum subjectum: effectus autem in hac sententiâ erit proclivem facere animam ad vitia: quare subjectum ejus erunt potentiæ ipsæ; non ergo potest esse illa qualitas in semine subjectivâ. Præterea esto in illo esset, non posset efficiere qualitatem spirituales in anima.

3.^o Ex falsis consecutiis, nam sequeretur peccatum originale manere in baptizatis, cum in illis post Baptismum, omnis qualitas positiva: quæ antea erat, perseveret sicut et inclinatio ad objecta sensibilia.

130. IV Pars. Non in uno peccato Adæ nobis imputato ut senserunt Pighius et Catharinus.

Prob. Hæc sententiâ, si non quoad rem a suis auctoribus intellectam, saltem quoad modum loquendi directe repugnat Tridentino (3) deficienti Adæ peccatum, quod origine unum est, et propagatione transfusum omnibus inesse unicuique proprium et docenti (4): «homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur injusti, cum ea propagatione per ipsum dum concipiuntur propriam injustitiam contrahant.»

131. V Pars. Non in reatu poenæ, qui si sumitur pro effectibus et poenis peccati est contra Zwinglium, si pro debito sustinendi divinam vindictam nobis ex peccato Adami inhae-

(1) 2. Disq. 30, 31.—(2) De peccat. D. IX, sec. 2, n. 12.—(3) Sess. 5, Decret. pecc. orig. can. 3.—(4) Sess. 6, cap. 3.

rente, contra aliquos catholicos; utroque autem modo respuenda sententiâ, præsertim primo.

Respuitur ergo: 1.^o Ex thes. XIV, constat peccatum Adæ in omnes transfundi, omnes constitui peccatores. Atqui si solum transmitterentur poenæ non constituerentur homines peccatores, nec indigerent Baptismo in remissionem peccatorum. Ergo...

2.^o Baptismo deletur originale peccatum. Atqui non auferuntur poenæ, quibus propter peccatum Adæ subjicimur. Ergo in eis non consistit peccatum originale.

3.^o Contra secundum sensum cum Platelli (1), nam: reatus poenæ est quidem verus, at non formaliter peccatum, sed ejus effectus de potentia absoluta est ab eo separabilis ut fieret si remitteretur culpa non poena.

132. Obj. 1.^o Paulus ad Romanos (2) vocat concupiscentiam peccatum, dicit esse legem... repugnantem legi mentis. Ergo...

Resp. Ita vocatur proprie, quia ipsa sit peccatum, si ei non consentiatur; neg. Occasionaliter, quia ex peccato est, et in peccatum inclinât: conc.

Obj. 2.^o cum hæreticis, sæpe S. Augustinus (3) tradit concupiscentiam in non renatis esse peccatum. Ergo...

Resp. Tradit esse peccatum proprie si ei consentitur: conc. Si ei non consentitur subdit. Proprie; neg. Improprie, denominative vel a motibus concupiscentiæ legi spiritus materialiter contrariis; vel ab eo, quod sit causa peccandi, vel conjuncta in non renatis cum reatu culpæ, quo ipsa inducta est; conc. Verba S. Augustini, quibus thesim (n. 127, 3.^o) probavimus mentem ejus aperiant: «deleta est iniquitas, manet infirmitas.» Ita denique sentire Augustinum agnovit ipse Calvinus (4) concedens illum non appellare concupiscentiam peccatum «nisi cum opus vel assensus accedit: nos autem illud ipsum pro peccato habemus, quod aliqua omnino cupiditate homo fitillatur.»

THESES XVII.

In præsentî providentiâ, essentia peccati originalis, morali perseverantia illius peccati, quod in Adamo commissum est et actuali privatione gratiæ constituitur.

133. Nota. I. Peccatum originale prout est actus personalis Adæ

(1) De peccat. c. IV, n. 114.—(2) VII, 7, 23.—(3) Inter alia, contr. Julian., l. 5, c. 3. De nupt. l. 1, c. 6.—(4) Institution. l. 3, c. 3, § 10.

dicitur a theologia *originans* ut distinguatur a peccato originali unicuique hominum proprio, quod vocant *originatum*. Quid non esset hoc peccatum superiori thesi exposuimus, in hac quid sit pro posse definimus, nam ut monuit Augustinus (1) originale peccato «nihil esse ad praedicandum notius, nihil ad intelligendum «secretius.»

II. Duae sunt praecipuae sententiae inter quas suffragia theologorum partuntur; prima solum vult peccatum originale esse peccatum in Adamo a nobis commissum moraliter perseverans donec remittatur. Altera vult esse etiam privationem gratiae nobis in Adamo voluntariam. Prima est relative paucorum quamvis insignium theologorum (2), altera est communis cum SS. DD. Anselmo et Thoma (3); utraque est valde probabilis, sed secunda praeter primam est conformior Conciliorum definitionibus, quare tanquam probabiliorum amplectimur.

134. Prob. 1.^a Peccatum originale in nobis est peccatum simile originanti habituali Adami (4) in quo peccavimus. Atqui peccatum originans habituale Adamo constituebatur morali perseverantia peccati actualis ejus praeteriti cum privatione gratiae. Ergo... *Mia*. prob. a) Constituebatur morali perseverantia peccati praeteriti; nam sicut peccatum actuale est formaliter voluntaria actualis aversio a Deo, ita peccatum habituale erit voluntaria (saltem in actu commissi peccati) habitualis aversio a Deo. Sed haec voluntaria habitualis seu perseverans aversio a Deo tandiu habetur quamdiu peccatum actuale praeteritum conversione ad Deum non auferitur seu quod idem est, quamdiu peccatum actuale praeteritum moraliter perseverat. Ergo... *Mia*. videtur evidens ex terminis: praeterea cum peccatum actuale naturaliter nihil aliud praeter hanc aversionis a Deo perseverantiam post se relinquit, quod rationem peccati habere possit, in nullo alio collocanda est essentia peccati habitualis. b) Constituebatur etiam privatione gratiae; nam in praesenti providentia peccatum Adae fuit aversio a Deo ut fine supernaturali. Sed aversio a Deo ut fine supernaturali constituitur formaliter privatione gratiae. Ergo... *Mia*. prob. Haec aversio a Deo ut fine supernaturali auferitur formaliter per unicam formam, nempe infusionem gratiae sanctificantis, quae sola ad Deum ut finem supernaturalem convertit. Ergo aversio a Deo ut fine supernaturali hujus formae privatione constituitur. *Atque*, est doctrina Concilii Tridentini (5): «Justificatio... non est sola

(1) L. 1, de morib. Eccles. c. 22, n. 40.—(2) Lugo. De Incarnat. D. 9, sect. 3. Arriaga. De peccat. Disput. 51, etc.—(3) 1, 2, Q. 86, art. 1, ad 3, vid. Theas. XXIX. Disq. sequent.—(4) Suarez. De peccat. D. 9, sec. 2, n. 18.—(5) Sess. 6, cap. 7.

peccatorum remissio, sed et sanctificatio, et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum... «Hujus justificationis... demum unica formalis causa est justitia Dei; non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit; qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostrae, et non amodo reputamur, sed vere justi nominamur et sumus justitiam in nobis recipientes.» In quibus verbis hoc velim notes infusionem gratiae esse in praesenti providentia remissionem peccatorum, ablationem aversionis divinae, quae unice juxta adversarios quibuscum nunc contendimus perseverantiae morali peccati praeteriti opponitur.

2.^o Supposito transacta voluntate peccati, originale peccatum essentialiter est illa privatio, quae in Baptismo primo et per se auferitur. Sed nulla alia privatio auferitur per Baptismum per se primo nisi privatio gratiae. Ergo... *Mia*. est evidens. *Maj*. colligitur ex concilio Milevitano can. 2, dicente peccatum originale Baptismo mandari: «Etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.» Etiam ex Tridentino dicente Baptismo tolli id quod necessario peccati rationem habet (1), et quidem per gratiam: «Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, quae in Baptismate confertur, restum originalis peccati remitti negat; aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram et propriam peccati rationem habet... anathema sit.»

3.^o Originale peccatum, docet Arausicanum II, can. 2, per se et formaliter esse mortem animae: «peccatum, quod mors est animae, per unum hominem in omne genus humanum transiisse.» Idem habet Tridentinum sess. V, can. 2. Atqui mors animae est privatio gratiae, quae sola, velut anima corpori, vitam tribuit animae supernaturalem. Ergo...

4.^o Peccatum originale «inesc unicumque proprium secundum Tridentinum (2). Ergo si verba sumenda sunt in sensu proprio, quantum fas sit, peccatum originale est privatio alicujus perfectionis homini vere inhaerentis. Atqui in ordine naturali cum post peccatum natura maneat integra, nulla est forma qua peccator privetur, et in ordine supernaturali sola gratia est forma, quae hominem convertit ad Deum ut finem supernaturalem. Ergo hujus formae privatio erit peccatum originale, quod ut sic est aversio ab ultimo fine supernaturali.

5.^o Auctoritate S. Anselmi (3): «Hoc peccatum, quod origi-

(1) Sess. V, can. 5.—(2) Ibid. can. 3.—(3) De concept. virgin. et pecc. orig. c. 27, al. 26.

male dico, aliud intelligere nequeo in eisdem infantibus, nisi ipsam. »quam supra posui, factam per inobedientiam Adae justitiae debitaee nuditatem.» Clarius S. Thomas (1): «Tota autem ordinatio originalis justitiae ex hoc est quod voluntas hominis erat Deo subjecta... Unde ex aversione voluntatis a Deo consecuta est inordinatio in omnibus aliis animae viribus. Sic ergo privatio originalis justitiae, per quam voluntas subdebatur Deo, est formale in peccato originali; omnis autem alia inordinatio virtutum animae se habet in peccato originali sicut quiddam materiale.»

135. Obj. 1.^a Privatio gratiae est poena a Deo inflictis in ultionem peccati et consequenter bona. Ergo non est ea forma, qua parvuli redduntur Deo odibiles.

Resp. Dist. *anteq.* Est poena si solum ex parte Dei spectatur: conc. Si simul ex parte hominis voluntarie peccantis, subdist. In praesenti providentia, qui sola gratia informante homo est gratus, ad Deum conversus; neg. In aliis providentia, qui homo posset v. g. esse tantum naturaliter gratus; conc. In praesenti enim Dei providentia nemo est gratus, justus, ad Deum conversus nisi per formam supernaturalem gratiae, qua formaliter justificamur, unde nemo est etiam ingratus, injustus, a Deo aversus tantum naturaliter, nisi quatenus gratia privatur.

Insto. Eadem distinctione freti possemus asserere, concupiscentiam ipsamque mortem nobis in Adamo voluntarias, esse formaliter peccatum originale.

Resp. Negro paritatem, nam concupiscentia, mors, aliaque hujus vitae miseriae sunt tantum poense voluntariae desertionis justitiae originalis. Gratia est donum et forma. Ratio est, quia solus... effectus gratiae (convertere hominem ad Deum) est per se necessarius, ut homo sit vere et simpliciter conversus ad suum ultimum finem... alii vero non erant hujusmodi, sed veluti proprietates pertinentes ad ornamentum illius status (2).

Obj. 2.^a Angelicus (3) tenet homines vi peccati originalis nasci infectos aliquo malo habitu, quem postea (4) dicit esse materiale originale peccati. «Et ita peccatum originale materialiter quidem est concupiscentia, formaliter vero est defectus originalis justitiae.» Ergo juxta D. Thomam essentia peccati originalis includit concupiscentiam tamquam materiam.

Resp. Dist. 1.^a part. *anteq.* Tenet homines nasci infectos malo habitu, stricte et proprie; neg. Improperie, subdist. Formaliter; neg. Effective, consequenter; conc. Ipsa verba D. Thomae ex-

(1) 1, 2, Q. 82, art. 3.—(2) Suarez. *De peccat.* D. 9, sec. 2, n. 19.—(3) 1, 2, Q. 82, art. 1.—(4) 1, 2, Q. 82, art. 3;

planabunt distinctionem. «Duplex, ait l. c. art. 1. est habitus: unus quidem quo inclinatur potentia ad agendum, sicut scientiae et virtutes dicuntur habitus; et hoc modo peccatum originale non est habitus. Alio modo dicitur habitus dispositio alicujus naturae ex multis compositae secundum quod bene se habet vel male ad aliquid; et praecipue cum talis dispositio fuerit quasi in naturam versa, ut patet de aegritudine et sanitate; et hoc modo peccatum originale est habitus.» Hunc autem habitum improprium non esse formaliter peccatum originale, sed hoc esse indirecte consequuntur tradit (l. c.) in responsione ad 3: «Quamvis etiam ex peccato originali sequatur aliqua inclinatio in actum inordinatum, non directe, sed indirecte, scilicet per remotionem prohibentis, id est, originalis justitiae, quae prohibebat inordinatos motus sicut etiam ex aegritudine corporali indirecte sequitur inclinatio ad motus corporales inordinatos.»

2.^a part. *anteq.* etiam dist. Includit concupiscentiam tamquam materiale essentiale; neg. Tamquam «sicut quiddam materiale» consequenter, ex effectu; conc. Eius mentem assequuntur est Eximius (1): «Divus autem Thomas vocavit materiale, quia in justitia originali praecipuum et quasi formale, erat subjectio ad Deum; rectitudo vero potentiarum inferiorum, quasi materiale, unde contrarias eis privationes vocat D. Thomas formale, et materiale in hoc peccato, et praecipue quando sunt conjunctae ante Baptismum; et praeterea ratio esse potest, quia concupiscentia est veluti materia praecipua, in qua versatur voluntas aversa a Deo per originale peccatum; proprie tamen loquendo concupiscentia haec nullo modo constituit peccatum originale, neque est pars ejus, sed effectus, ut ex dictis patet.»

THESIS XVIII.

Peccatum originale transfunditur in Adae posteros per hoc, quod ob violatum in parente praecipuum, via ordinariae generationis ex eo descendant destituti gratia sanctificante, quam aliqui accepturi erant.

136. Est sententia nunc communis inter DD. catholicos; opponitur falsae jansenistarum sententiae, qui negantes peccatum originale esse voluntarium effutiebant illud ex natura rei propagari in posteros, non secus ac parentum vitia, caecitas, podagra, etc. in liberos transfunduntur; hujus transfusionis causam unicam, phy-

(1) *De peccat.* D. 9, sect. 5, n. 7.

sicam et necessariam esse libidinem qua etiam sancti conjuges suos filios gignunt, blaterabant.

Prob. 1.^o Tridentinum (1) transfusionem peccati originalis explicat his verbis: «Hoc Adae peccatum, quod origine unum est, et propagatione transfusum, omnibus inest unicuique proprium.» Unde in enucleanda transfusione peccati originalis tria praecipue sunt attendenda: a) quod sit origine unum; b) quod transfundatur propagatione; c) quod inest unicuique proprium. Atqui his omnibus satisfaciunt theses, nam: a) «est inum origine» ob violatum ab omnibus in parente praecceptum; b) est «propagatione transfusum» quia solum via ordinariae generationis ab Adamo descendendo contrahitur; c) «omnibus inest unicuique proprium» quia singuli privantur sua gratia, quam habuissent, si non peccassent. (Vid. n. 134. prob. 4.^o) Confirm. ex eodem Tridentino, de justificatione (2): «Nam sicut vereri homines, nisi ex semine Adae propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cum ea propagatione, per ipsum dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahant; ita nisi in Christo renascerentur, numquam justificarentur...»

2.^o Peccatum originale prout in nobis fit non habet causam physicam efficientem, nec illa eget. Ergo habet tantum moralem in eo sitam, quod descendendo ex Adamo naturali generatione simus ex numero illorum, qui in eo peccantes meruimus privari gratia, quam alioqui habere debebamus; nulla enim alia causa moralis huius nostri voluntarii peccati assignabilis est. *Antec. prob.* Peccatum originale in nobis actu solum est privatio gratiae, ex thes. XVII. Sed privationes per se non indigent causa physica efficienti. Ergo... Confirm. Si peccatum originale physice causaretur in nobis, id fieret actione seminis generantis. Atqui actio seminis generantis nequit esse effectiva peccati originalis; tum propter dicta de qualitate morbida (n. 129), tum quia actione seminis solum fit ut homo ex homine nascatur, quod naturale et bonum est.

137. Obj. 1.^o S. Augustinus (3) scribit peccatum originale communicari a parentibus propter concupiscentiam vel libidinem, qua filios generant. Ergo...

Resp. Explico: communicari propter concupiscentiam efficienter; neg. Vialiter; conc. Libido parentum in actu generationis est effectus peccati originalis, quare optime dici potest via per quam originale peccatum in filios suo modo transfunditur; non vero causa, tum quia cum homo concipitur non est iam illa concupiscentia; tum quia saepe in illa non est macula.

2.^o S. Thomas, ait (4): «In semine autem corporali est pec-

(1) Sess. V, can. 3.—(2) Sess. VI, c. 3.—(3) *Contr. Julian.* L. 4, c. 4; *De pecc. merit.* c. 16; *De Nuptiis.* L. 2, c. 26.—(4) 1, 2, Q. 83, art. 1.

ccatum originale sicut in causa instrumentali, eo quod per virtutem activam seminis traducitur peccatum originale in prolem simul cum natura humana.» Ergo juxta D. Thomam, etc.

Resp. Explico: sicut in causa instrumentali immediate effectiva peccati originalis; neg. Mediate et remote, quatenus effective concurrat ad productionem filii Adae; conc. Hanc distinctionem suggerunt ultima verba S. Doctoris «simul cum natura humana» i. e. efficiendo naturam humanam causat consequenter peccatum; eandemque probant quae dicit (l. c. ad 3): «anima huius hominis non fuit secundum seminalem rationem in Adam peccante sicut in principio effectivo, sed sicut in principio dispositivo; eo quod semen corporale, quod ex Adam traducitur, sua virtute non efficit animam rationalem, sed ad eam disponit.»

THESIS IX.

Per peccatum originale Adamus non tantum gratiam sed etiam alia dona justitiae originalis sibi et suis posteris amisit.

138. Prob. hisdem argumentis, quibus theses IX et X roboratae sunt, ubi ex eo quod haec dona propter peccatum amiserint primi parentes sibi et nobis, intulimus eos illa habuisse.

SCHOLIA.

139. I. Solum Adami peccatum ob violatum praecceptum de non comedendo fructum vetitum ad posterum transcendit.

Evincitur ex thesibus XIV, XV, ubi cum Scriptura et Patribus docuimus solum Adamum fuisse constitutum caput morale posterorum et quidem in ordine ad observationem aut violationem huius praeccepti: *De ligno autem scientiae boni et mali ne comedas, in quacumque die comederis morte morieris* (1).

Quando *Ecclasiastes* (2) ait: *a muliere initium factum est peccati*, solum vult Evam primam peccasse et sua suggestione Adamum induxisse ad peccandum.

II. Peccatum originale est aequale in omnibus quoad reatum culpae et poenae aeternae; cum omnes aequaliter peccaverint in Adamo; (Thes. XV) non est tamen in omnibus aequale quoad poenas temporales ex eo sequutas; quandoquidem alii aliis sunt infirmiores corpore et mente et gravius concupiscentiae rebellibus obnoxii.

III. Peccatum originale etiam contrahitur ge-

(1) *Genes.* II, 17.—(2) *XXV*, 33.

neratione parentum justorum; quia hi non generant filios ut sunt justi, sed ut filii Adae. (Thes. XV.) Solum enim Adae peccatum fuit peccatum capitis, atque adeo omnium ab eo descendendum; caetera ut poenitentia post peccatum, hujus remissio, etc., fuerunt pure personalia et non transmittuntur.

ARTICULUS III.

De immunitate B. V. Mariae a peccato originali.

Legendam totius humani generis ruinam ex Adami transgressione derivatam, ineffabili Incarnationis mysterio decrevit Deus reparare; propter quod *Immaculatam in mulieribus* sibi elegit matrem BB. V. Mariam, quae, sicut «sanctrix peccati» (1) fuit Eva, esset et ipsa «sanctrix meriti», atque ita probrum, quod generi nostro per Evam et Adamum intulerat diabolus, insigni Jesu-Christi ejusque Matris triumpho elideretur.

THESIS XX.

BB. Virgo Maria in primo instanti suae Conceptionis fuit singulari Omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae laebe praeservata immunis.

140. Nota. I. Primum BB. Mariae Conceptionis instans illud dicimus in quo ejus anima infusa est corpori; infusione enim animae conceptio hominis perficitur et compleitur. Haec conceptio ita completa dicitur *passiva perfecta* ut distinguatur ab *activa*, quae consistit in actionibus generatricibus parentum, et a *passiva imperfecta* qua significatur foetus nondum animatus saltem prioritate naturae. Non esse alium hujus propositionis sensum decretoris verbis consignarunt SS. Pont. Alexander VII (2) et Pius IX (3): «Sane vetus est Christi fidelium erga ejus beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas sententiarum, ejus animam primo instanti creationi, atque infusioni in corpus fuisse speciali Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis praeservatam immunitem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemnem ritu colentium et celebrantium.»

(1) S. Augustin. Ser. 18, de SS.—(2) *Sollicitud. omn. Eccles.* 7 Decemb. 1661.—(3) Bull. *Ineffabili*, § Quoniam vero.

II. Jam saeculo XII (1), contradicentibus, tunc et posterioribus saeculis, pluribus ex scholasticis doctribus, hoc singulare Deiparae privilegium palam fideles profitebantur, dum in ejus honorem pie ac devote dies festos instituebant. Laus est Joannis Duns Scoti († 1308), ordinis seraphici ornamentum, tam valide saeculo XIV hoc privilegium BB. Virgini vindicasse (2), ut a suo tempore, ait Vazquez (3), pia sententia, nunc vera percrebuerit «non solum apud theologos scholasticos, sed etiam apud omnes Christi fideles» atque ita inveteravit «cum hominum saeculis, ut nullus jam ab ea deduci et dimoveri possit.» Licuit tamen adversam, nunc haereticam, sententiam publice tradere usque ad Paulum V, qui ann. 1616 sub poenis et censuris gravissimis omnibus prohibuit: «ne quis auderet in publicis lectionibus, concionibus, aliisque actibus publicis asserere B. Virginem in peccato originali conceptam fuisse.» Ulterius processit Gregorius XV ann. 1622 prohibens etiam ne: «in scriptis privatis audent asserere, quod eadem B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali.» Sed quia assertores contrariae opinionis pergebant «contra praefatas prohibitiones, tum privatim, tum publice praefatam sententiam (de Immaculata Conceptione) aut impugnare, aut vellicare.» Alexander VII ann. 1661 iisdem et majoribus poenis subiecit eos, qui «hanc sententiam, festum seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directe vel indirecte aut sub quovis praetextu, etiam defensionis ejus examinandae; sive sacram Scripturam aut SS. Patres sive Doctores glossandi vel interpretandi scripto, seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare contra ea quidquam determinando aut asserendo vel argumenta contra ea asserendo, et insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo disserendo ausi fuerint.» Libros autem vel in dubium revocantes Immaculatam Conceptionem post decretum Pauli V, editos aut in posterum edendos, prohibuit: «sub poenis et censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, et ipso facto pro expresse prohibitis habere.» voluit ac mandavit. Nec mirum, cum Vazquez, qui obiit anno 1604 jam scriberet (4): «hoc tempore, non solum omnes Theologiae professores et Doctores... sed etiam omnes, qui Christiani nominis fidem profitentur, in hanc sententiam uno animo et affectu ita conspirant, ut sine magno populi scandalo... jam nemo possit oppositum populo in concionibus exponere.» Tandem totius Ecclesiae votis tot saeculis constanter expressis, a concil.

(1) Teste S. Bernardo epist. 174.—(2) 3, D. 3, q. 1; D. 18, q. unic.—(3) In 3, p. D. 117, c. 2.—(4) In 3, part. D. 117, c. 2.

Tridentino (1), integre sanctis, annuens Pius IX. «sexto idus Decembris anni 1854 in Basilica Vaticana ingenti S. R. E. PP. Cardinalium et Episcoporum ex dissiis, etiam regionibus adstante coetu universoque plaudente orbe solemniter pronuntiavit ac definitivè Immaculatæ Conceptionis confessionem ad fidem pertinere (2).

141. Prob. 1.º Ejus definitio dogmatica (3) Pii IX: «Auctoritate D. N. Jesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra declaramus, pronuntiamus et definimus, doctrinam, quæ tenet beatissimam Virginem Mariam in primo instanti Conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, instructa meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem, esse a Deo revelatam, atque incirco ab omnibus fidelibus firmiter constantè credendam.»

2.º Genes. III. 15 legitur sacrae Scripturae textus, qui merito ab interpretibus *ipsum* nuncupatur, eo quod in eo prima promissio continetur Christi Redemptoris. Hic textus juxta Vulgatam est: *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.* Juxta LXX: «*Et inimicitias ponam inter te et mulierem, et inter semen tuum et semen ejus. Ipsa serpsit caput tuum: et tu serabis sejus calcaneum.*» Hebraice: «*Et inimicitias ponam inter te et inter mulierem, et inter semen tuum et inter semen ejus: ipsam conteret tibi caput, et tu contores ei calcaneum* (4).» In omnibus his lectio-

(1) Ses. V, con. ultim. — (2) Ex act. Pii IX. — (3) Bull. *Ineffabilis* § Quare.

(4) Præcipua differentia stat ardetes in pronomine *ipsa* pro *ipse* vel *ipsum*. Triplex est aut Alapide (in h. l.) lectio codicum hebraeorum, qui habent *ipsum* scilicet semen. Illi consonant Syrus, Samaritanus et Arabi. Atamen dantur duo codices in bibliotheca Vaticana qui habent *ipsum* alius *ipsum* apud de Rossi sicut et unus codex Onkelosi, Rab. Maimonides (More necobim. P. 2. c. 30) scribit: «Sed mirandum magis est, quod serpens cum Eva conjungatur, h. e. semen illius cum hujus semine, caput et calcaneus, quod illa vincat ipsum serpentem in capite, et ille vincat ipsam in calcaneo.» Secunda est *ipse* i. e. Christus Deus-homo, ita LXX et paraphrasæ chaldaica. Unus tamen codex graecus anonymus in Hexaplis consentit Vulgatæ. Legunt cum LXX PP. Graeci et ex latinis Cyprianus, Isidorus, Hieronymus (QQ. hebraica), Eucherius, Rabanus, etc. Tertia est *ipsa*, ita Biblia Romana et omnia pene latina cum pluribus ex latinis Patribus.

Difficultates, quæ contra hanc lectionem possent fieri solvantur saltem probabiliter si non probabiliter: a) Testimonio illorum codicum hebraeorum qui habent ut vulgata *ipsa*, auctoritate Maimonides, auctoritate ipsius Vulgatæ, quæ certe nullo modo est contemnenda. b) Cum Alapide quia saepe *ipsum* pro *ipsum* in Genesi ponitur praesertim cum emphasis est et virile aliquid feminae tribuitur, uti hic est constructio capitis serpentis; exemplis suppentur in hoc ca-

nibus, clarius in Vulgata, praenuntiant: a) Divina ordinatione uno eodemque bello configere debere serpentem seu diabolum et mulierem: *Inimicitias ponam inter te et mulierem*: semen diaboli et semen mulieris: *et semen tuum et semen illius*. b) In hoc bello ita devictum iri diabolum ut non possit tamquam serpens, cui contritum est caput, adversarios tam mulierem, quam semen ejus vel laedere: *Ipsa*, ipsum vel ipse, *conteret caput tuum et tu insidiaberis calcaneo ejus*. Atqui hunc insignem de diabolo triumphum solus Christus semen Mariae Virginis reportavit. Ergo sola B. Virgo Maria ejus Mater est illa mulier, quae una cum Christo plene devicit diabolum, ac proinde nunquam neque in Conceptione sub diabolica fuit potestate. Ita hunc locum exponit Pius IX (1): «Equidem Patres, Ecclesiaeque Scriptores... docuere divino hoc oraculo clare aperteque praemonstratum fuisse misericordem humani generis Redemptorem... ac designatam beatissimam Ejus Matrem Virginem Mariam, ac simul *ipsissimas* utriusque contra diabolum inimicitias insigniter expressas. Quocirca sicut Christus... delens quod adversus nos erat chirographum decreti, illud cruci triumphator affixit, sic sanctissima Virgo artissimo et indissolubili vinculo cum eo conjugata una cum Illo, et per illum sempiternas contra venenosum serpentem inimicitias exercens, ac de ipso plenissime triumphans illius caput immaculato pede contrivit (2).»

pite vv. 12, 20. Genes. XVII, 14; XXIV, 4; XXVIII, 25. Quare facile potuit mutatis punctis, (quæ non multum sunt antiqua) scribi *ipsum* pro *ipsum*, nec obstat verbum *ipsum* masculinae formæ, est enim crebra enallage generis in hebraeo ut masculinum ponatur pro feminino et contra, praesertim si causa est et mysterium aliquod subit. Simile habes esp. II, 21, c. Quia etiam Josephus (L. 1, antiq. c. 5) legit ut voster interpret: «Praecipit ut mulier capiti ejus plagas inferret.»

Ex his omnibus rationibus colliges non esse necessarium deserre vulgatam lectionem, tum maxime, quia suam fecit Bullis dogmaticæ definitionis Immaculatæ Conceptionis in re dogmaticæ, tum quia hæc lectio melius certe hoc dogma comprobatur. Ex quo hæc lectionem *ipsa* frequentavit Ecclesia, fatetur Pater Corley nobis adversarius, (Spicileg.) incepisse catholicos Doctores et «Auctores innumeros designare Mariam pro muliere illa quæ Satanam contrivit.»

Ad sensum vero, quod attinet, rectissime monet Alapide, nullam ex his tribus lectionibus esse rejiciendam, imo omnes esse veras, nam cum Deus hic opponat quasi antagonistas mulierem cum suo semine serpenti cum suo semine, consequenter vult dicere, mulierem cum suo semine contrituram caput serpentis; sicut e contra serpens tam mulieris cum semine ejus calcaneo insidiatur.

(1) Bull. *Ineffabilis* § *Equidem Patres*. — (2) Præcluduntur Genesios textum ad litteram de serpente et muliere Eva, de odio suo antipathia, quæ est inter serpentem et homines interpretati sunt post Chrysostomum, Bonfrerius, Menochius et alii, qui tamen mystico de Christo et B. Maria

Apud Lucam (l. 28, Archangelus Gabriel jussu Dei Mariam consalutavit: *Ape gratia plena; Dominus tecum; Benedicta tu in mulieribus*. S. Elisabeth *repleta Spiritu sancto* salutationi visitantis Marine respondens (ibid. v. 42): *exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui*. Atqui

intellexerunt. Et quidem in sensu saltem typico sermonem esse de B. Immaculata V. Maria ejusque Filio D. N. Jesu Christo dubitare non licet post dogmaticam definitionem Immaculatae Conceptionis. Ex Patribus, litteram de solo Messia ejusque Matre exposuerunt Irenaeus (haeres. 3, 23; 4, 40); Cyrilliana (adver. iudaeos 2, 9). Praeclare S. Epiphanius (Haeres. 3, 18, 19). Accedunt S. Leo M. (serm. 21) et Rupertus.

Postremam sententiam hirsute propagavit nostris temporibus P. Patrizi, cui adhererit L. M. Y. Rationes sunt a) Vox hebraica זָרָה *personalem seu spirituales aversionem* significat, quae inter serpentem et mulierem esse non potest, bene vero inter mulierem aliquam et diabolum. Praeterea addit *ponam t. e. efficiam*: si autem Deus de naturali infirmitate voluisset loqui, potius dixisset *erunt* ad modum quo dicitur *terram comedes*, i. e. quod antea naturale erat, post peccatum erit tibi in infamiam. b) Quia naturalis aversio hominum a serpentibus non est tantum respectu mulierum, sed etiam respectu virorum; non tantum Evae, sed omnium feminarum. Ergo ut exprimit verbum hebraicum זָרָה (cum articulo La Mujer) de aliqua singulari muliere, cui daemones speciales insidias pararet, bellumque indiceret est sermo. Sed talis mulier non est Eva. Ergo debet esse B. Maria, quia in nulla alia muliere possunt haec verificari, si Evae non conveniant.

Min. subsunt. prob. Quia Eva per suum peccatum nedum diabolo inimica facta est, sed e contra evasit Deo inimica et diabolo amica, juxta illud Jacobi (IV, 7) *Amicitia istius mundi inimica est Dei*. Foris melior sententia est quae non coarctat sensum et interpretatur de Eva et V. Maria cum Alapide, principalis quidem de B. Virgine.

Pariter diversitas est in exponendis verbis: *et semen tuum et semen illius*. Intelligunt de diabolo ejusque sequacibus, de Christo ejusque discipulis, quoad semen diaboli omnes, nam diabolus filios non generat; adeoque vox *semen* metaphoricè usurpatur pro collectione virorum impiorum, quoad Christum vero inter Patres Ephraem (L. attend. tibi 11) Ambrosius (De fug. saec. 42) Chrysostomus (homil. 17 in Genes.) Hieronymus (QQ in Genes. 3, 15). Ita plures interpretes inter quos Alapide Bontrierius etc. et recentissime Cotily (Spicleg.). Rationes sunt: a) Parallelismus perfectus inter semen serpentis et semen mulieris; sed semen serpentis sumitur collectivè; ergo et semen mulieris seu Christi. b) Ex scope vitium, qui est spem et solamen primis hominibus post lapsum tribuere, ut intelligant posse devincere diabolum. c) Quia ita videtur intellexisse S. Paulus (Rom. XVI, 20): *Deus autem parit concutit Satanam sub pedibus vestris voluciter*. d) Ex eventu, nam sancti omnes Christi virtute serpenti vicarant.

Restringunt hanc sententiam Patres illi et interpretes, qui de solo Christo et B. Maria hoc oraculum exponunt. Probant. a) Quia vox זָרָה (semen) in singulari posita, in Scriptura peculiarem aliquam sobolem aut filium communius designat, si aliquando collectivè sumitur, pronomen, quod sequitur ordinariè in plurali raro in singulari ut hic adhibetur. Sic arguunt videtur Apostolus (Galat.

tam singularibus solemnibusque salutationibus primo Mariae datis satis ostenditur, ut Patres Ecclesiaeque Scriptores intellexerunt: «Deiparam fuisse omnium divinarum gratiarum sedem: omnibusque divini Spiritus charismatibus exornatam, imò eorumdem charismatum infinitum prope thesaurum; abyssumque inexhaustum... una cum Filio perpetuae benedictionis participem (1). Ergo B. V. Maria nunquam fuit maledicto nec originali obnoxia, alias nec omnino *plena gratia*, nec *semper* ut Filius fuisset benedicta, nec singularissime inter mulieres a Deo ornata gratiâ et benedicta.

142. 3.° Sensu traditionali Ecclesiae: a) Ante exortum controversiam saecul. xii testimoniis Patrum et Conciliorum monumentisque liturgicis, quibus sive explicitè, sive implicite, summam puritatem B. Mariae ponderando, adeo clare Immaculata Deiparae Conceptio affirmabatur ut fideles, suavi Spiritus sancti inspiratione ducti, quotidie ad confessionem magis explicitam hujus mysterii permoverentur, nec satis divinae inspirationi se fecisse existimarent, nisi instituto die festo Immaculatae B. Mariae Conceptionem solenni cultu prosequerentur. En pauca exempla ex multis, quae apud theologos auctores reperies (2). Ex epist. Presbytero et Diaconor. Achajae de martyrio S. Andreae, quae si non est genuina est saltem antiquissima: «Et quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per ligni praevariationem mundo mortem intulerat: necessarium fuit ut de immaculata Virgine nasceretur perfectus homo Dei Filius...» Origenes (3): «Audite quod Virgo in utero accipit; non ex desiderio partum concipiens, quae neque persuasionem serpentis decepta est, neque ejus afflatibus venenosis infecta.» Patres frequenter docent Christum et Mariam antitypos esse Adami et Evae, unde sicut Eva peccando causa nostrae ruinae fuit, ita a contrario Maria a gratia praeventa non peccando, causa fuit nostrae salutis. Ita inter alios. S. Irenaeus (4): S. Epiphanius (5): S. Ephraem (6): «Manifestum est Mariam fuisse ejus sideris (Christi) januam, cuius

II, 16) *Abrâhae dictae sunt promissiones et semini ejus. Non dicit et semini tui, quasi in multis; sed quasi in uno; et semini tuo, qui est Christus*. b) Quia de industria videtur dictum a Deo: *semen mulieris*, non viri, nam solus Christus absque viri opera, de Spiritu sancto ex Maria Virgine natus est. c) Quia solus Christus vero contrivit caput serpentis. d) Quia hic promittitur futurus Redemptor, et nullam aliud occurrit vocabulum praeter *semen mulieris* quo Redemptor Deus homo designetur. Dixerim ambas sententias amico foedere compositi, si illata verba primo et principaliter de Christo, secundario et participative de ipsius imitatoribus intelligamus (Vid. C. Alapide).

(1) Ball. *Ineffabilis*, § Ad hanc eandem.—(2) Conf. Martin ez, *De natura et gratia. Concept. B. M. V.* sec. II; Hurter S. J. Theol. especial, v. 1, nn. 449-457.—(3) Homil. 1, in Matthaee.—(4) L. 3, c. 22, n. 4.—(5) Haeres. 78, n. 18.—(6) Serm. 4, in select. Scrip.

»praesentia spes nostra revixit, quando per illam mundum ejusque »habitatores revisit lux, quam expulerat Eva omnium origo malo- »rum. Et si mysterium utriusque nosse cupis, cogita corpus ge- »minis praeditum oculis, quorum alter casu occaecatus lumen ami- »sit mira nitet alter luce, quam rebus omnibus etiam communicat. »Mundum jam respicito duos hic oculos nactus est, Eva fuit ocu- »lus sinister, plane caecus, dexter ex adverso nitidissimus Maria. »Ut laevo oculo lux occidit, simul universo orbi incubuit nox...» S. Augustinus (1): «Excepta igitur S. Virgine Maria, de qua »propter honorem Domini nullam proreus cum de peccato agitur, »haberi volo questionem; inde enim scimus, quod ei plus gratiae »collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae con- »cipere et parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum.» Ubi mensura puritatis Virginis est eum concepisse et peperisse »quem constat nullum habuisse peccatum. Ergo Bta. Virgo nul- »lum habuit peccatum nec originale. Praeterea verba sunt generalia »et ex se excludunt omne peccatum; deinde certo removent omne »peccatum leve, ergo a fortiori originale ex quo juxta Aug usti- »num trahitur moralis impotentia vitandi omnia levia peccata; »dicit tandem Virginem habuisse gratiam ad vincendum omni ex »parte peccatum, quod verum non esset si primas diaboli astus non »fregisset. S. Hieronymus (2) exponens verba Angeli *Ave »gratia plena*: «Et bene plena, quia caeteris per partes praestatur: »Mariae vero simul se tota infudit plenitudo gratiae... In Mariam »vero totius gratiae, quae in Christo est plenitudo venit, quan- »quam aliter, etc., per hoc quidquid maledictionis infusum est per »Evam, totum abstulit benedictio Mariae.» S. Andreas cre- »tensis (3): «Chorus propheticus olim praedicavit, omnis probr et »maculae expertem, unicoque et absolute puram, Deique filiam, in- »fantem, quam Anna concepit.» S. Joannes Dam. (4): «Quo- »niam itaque futurum erat ut Dei genitrix ac Virgo ex Anna oriretur »natura gratiae foetum antevertere minime ausa est; verum tantu- »sper expectavit, dum gratia fructum suum produxisset.» S. Petrus »Damianus, qui non multum praecessit S. Bernardum (5): «Care enim Virginis ex Adam sumpta maculae Adae »non admisit, sed singularis continentiae puritas in candorem lu- »cis aeternae conversa est.»

Non aliter a Patribus Concilia. Lateranense sub Marti- »no I. (a. 649) can. 3, confitetur: «Dei Genitricem Sanctam sem- »perque Virginem immaculatam Mariam.» Synodus VI, generalis

(1) *De natur. et grat. c. 36.*—(2) *De Assumptione B. V. M.*—(3) In hymno me- »nolog. graec. saecul. VIII.—(4) *Orat. de B. Mariae nativiti.*—(5) *Serm. de Assum- »ptione B. V. M.*

in professione fidei Actione 8.^a sic habet: «Confitemur Jesum Chri- »stum incarnatum esse de Spiritu sancto, et Sancta immaculata- »que Domina nostra Dei Genitricis, semperque Virgine Maria.»

Etiam liturgiâ sacrâ, quae in vera fide fundatur, haec excellens »B. Marise puritas praedicabatur. In antiquissima liturgiâ S. Ja- »cobi (1) post consecrationem dicebat Sacerdos: «Commemoran- »tes Sanctissimam Immaculatam, gloriosissimam nostram Matrem »Dei et semper Virginem Mariam, (2) syrorum, auctori- »bus ut communiter fertur, S. Ephraemo, S. Jacobo Ni- »sibeno et Isacio, in proemio l. nocturni F. Nativit. V. M. »canit: «Salve civitas munitissima in qua numquam dominatum est »peccatum.» Menologia graecorum Mariam laudant quia: «Pura et »supra vim omnem puritatis inviolata.» Cophiti quamvis separati a »vera Ecclesia adhuc in Missa Alexandrina ajunt: «Laus sit omni- »bus modis sanctae, ratione exemptionis et exceptionis a lege, inte- »meratae et benedictae Dominae Nostrae Dei Genitricis et semper »Virgini Mariae.» Armeni juxta codicem vetustissimum in festo »Nativ. B. Mariae V. Christum precantur: «O qui genitus es a Patre »sancto omnia tempora, hodie puram praestitisti temporalem tuam »Matrem vel a Matris ipsius utero, propter mirabilem incarnati- »onem tuam.» Sensus tandem Ecclesiae orientalis plene demon- »stravit P. Josephus Besson, S. J. († 1691) qui circa ducenta »illustra loca ex vetustissimis ritualibus et codicibus orientalibus »collegit ut probaret Ecclesiam Orientalem semper professam esse »immunitatem B. Mariae V. a peccato originali: ea una cum Bulla »Alexandri VII (3) coram tribus patriarchis schismaticis allis- »que perlegit atque omnium suffragium pro tunc pia, nunc de fide, »sententia obtinuit. En suffragium Patriarchae Antiocheni: «Ergo »super Ignatius Andreas Patriarcha Antiochenus nationis Syro- »rum confirmo hanc sententiam orthodoxam, quam explanavit »P. Josephus e Societate Jesu, Dominam Nostram Virginem »purissimam S. Mariam semper liberam extitisse et immunem a »peccato originali, uti explicaverunt antiqui SS. Patres longe plu- »rimo, magistri Orientalis Ecclesiae.»

Ex haecenus prolatis testimoniis satis constat fidem Immaculatae »Conceptionis B. Mariae Virginis cum ipso initio Ecclesiae confan- »di. Non mirum igitur si ejus festum ac specialis cultus ab imme- »moriali celebrabatur in Ecclesia quamvis non universaliter. Inveni- »tur hoc festum in liturgiâ S. Jacobi, S. Marci, S. Bas- »sillii Alexandrini. Saeculo x universa Ecclesia graeca illud

(1) Ap. Martinez Sec. 3, fr. 1, elucid. 3, n. 10.—(2) *Vid. Civil. cathol. 1876. Tom. 12, p. 541.*—(3) *Sollicitudo omni. Ecclesiar. an. 1661.*

celebrabat ut patet ex Menologio aucto annu 984 conscripto. Etiam in occidentali Ecclesia hoc festum agebatur, nam in Neapolitana ecclesia extat calendarium marmoreum, quod saeculo ix dant critici et in eo die 9 Decembris signatur. «Conceptio S. Mariae Virginis.» Mabillonius (1) probat saeculo x praefatum festum primum in Hispania, dein in Anglia celebratum fuisse, atque exiundum in Flandriam, Galliam, Germaniam aliasque regiones penetrasse. In Ecclesia Romana licet tempore S. Bernardi (saeculo xij) hoc festum non ageretur, certum est illud jam celebrari saeculo sequenti teste S. Bonaventura (2), donec tandem Sixtus IV (Constitut. *Cum praesentia*) anno 1476 ad universam Ecclesiam, elargitis ut die festo Corporis Christi indulgentiis, extendit.

b) Ratione agendi Summorum Pontificum et Conciliorum post exortam controversiam. Nunquam (Vid. not. II) parti adversae favorem tulerunt, adversarios severe compresserunt, piam sententiam et juxta eam B. Mariae praestitum cultum publicum, licet insignis theologi doctores repugnarent, non modo non prohibuerunt, sed semper magis ac magis laudant, promoverunt, unice publice et privatim profiteri permiserunt, maxime postquam Concil. Tridentinum (quod parum adfuit ut hoc mysterium definiret) solemniter declaravit (3); «non esse suae intentionis comprehendere in hoc decreto ubi de peccato originali agitur, beatam et immaculatam V. Mariam, Dei Genitricem, sed observandas esse constituit, fel. record. Xysti Papae IV sub poenis in eis constituit, contentis, quas innovat.» Sed hic agendi modus nequit conciliari cum doctrina erronea in fide. Ergo... *Mia* est D. Thoma (4). In Ecclesia nequit esse error damnabilis: sed hic esset error damnabilis, si veneretur tamquam sanctus, qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata ejus, crederent hoc esse falsum, et si ita contingeret, possent ad errorem perducere; ergo Ecclesia in talibus errare non potuit.

143. 4. Rationem theologice hujus veritatis omnium consensus suppeditat divina maternitas, cum omnino incongruum videatur Dei matrem subjacuisse daemone servituti per originale peccatum (5). S. Anselmus (6) saeculo xi ita probabat: «Decebat ut illius hominis (Christi) conceptio de Matre purissima fieret. Nempc deens erat, ut ea paritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa nitere, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum, tamquam se ipsum di-

(1) Act. SS. ordin. S. Benedicti saecul. II.—(2) In 3, D. 3, q. 1.—
(3) Sess. V. Decret. pecc. orig. in fine.—(4) Quodlib. 9, q. 7, art. 13.—
(5) Perrone. Part. 3, c. 4, n. 523.—(6) Lib. de concept. Virginis.

aligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque «communis Dei Patris et Virginis Filius,—et quia ipse Filius substantialiter facere sibi. Matrem eligebat,—et de qua Spiritus sanctus volebat, et operaturus erat, ut conciperetur, et nasceretur illud, de quo ipse procedebat.» S. Dionysius carthusianus saeculo xv, ita (1): «Horrens nempc Mulierem—quae caput serpentis erat contrita, quandoque ab eo contritam, atque diaboli filiam fuisse, Matrem Domini fateri. Insuper et—Dominum Angelorum servam fuisse peccati—atque amatissimam Dei Patris Filiam quandoque fuisse filiam irae.»

144. Obj. 1. Paulo teste (Rom. V. 12) in Adamo omnes peccaverunt, omnes mortui sunt, omnes redempti, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt (2). Sed B. Virgo est naturali generatione filia Adae, a Christo redempta. Ergo...

Resp. Explico *mejor*. Omnes sunt peccatores, omnes redempti propter debitum contrahendi originale peccatum; conc. Propter peccatum originale actu contractum; subdit. Ordinaria lege; conc. Singularem lege vel privilegio, quod Virgini probavimus concessam; neg. «Prior illa lex, ait Suario (3), non includit absolutam ad definitam Dei voluntatem, ut peccante Adamo omnes ejus filii sine gratia conciperentur, sed ut perderent jus ad gratiam, et ideo quantum esset ex vi conceptionis, sine illa conciperentur: non tamen privavit se Deus jure et libertate miserendi ejus vellet et quando vellet.» Est B. Virgo pulchrior et nobilior illa Esthere cui Assuerus (4): *Non morieris; non enim pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est. Et sapientissime quidem eam excepit Deus cum vel ipsae humanae leges staterint* (5): «Princeps legibus subditus non est, Augusta vero licet sit subdita, princeps tamen eadem privilegia illi concedit, quae ipse habet.» Fuit nihilominus B. Virgo redempta praeservative, non reparative, nempc, non ea redemptione, qua aliquis liberatur a captivitate jam de facto experta; sed a captivitate quam alioquin infallibiliter incurreret.

Obj. 2. Plura Patrum dicta, quae Immaculatae Virginis Conceptioni videntur contraria, nam aliqui (6) ajunt: a) Neminem praeter Christum esse immunem a peccato originali, b) Alii carnem Virginis fuisse carnem peccati, c) Alii denique eam fuisse mundatam et purificatam.

Resp. Esto haec dicant Patres, nullus tamen dissertis verbis asserit, B. Virginem fuisse cum labe originali conceptam (7); verba

(1) In 3, D. 3, q. 1.—(2) 2 Cor. V. 14.—(3) De myst. D. 3, sec. 4, n. 2.—
(4) Esther. XV, 13.—(5) Ulpian. Leg. Princeps.—(6) In specie vid. Bellar. De amic. grat. L. 4, c. XVI; Pictav. L. 14, c. 2.—(7) Perrone. De imm. concept. B. V. M. P. 1, c. 15, § 2.

S. Anselmi (1): «Virgo in iniquitatibus concepta et in originali peccato nata est, quia et ipsa in Adam peccavit.» non sunt ejus, sed Bossii objicentis, cui haec permittit dicere. Aliae sententiae possunt explicari:

Ad a) Neminem praeter Christum esse immunem a peccato originali, praecursive; conc. Exclusive, subdist. Jure suae divinitatis, conceptionis non ex semine Adae officique Redemptoris; conc. Etiam privilegio gratiae intuitu meritorum Christi concessio; neg. Haec ultimam questionem in locis, quae opponuntur, non attingunt Patres, nec affirmant, nec negant; ajunt solum Christum liberum a peccato, praescindendo a distributione gratiae, qua (2) *justi constituantur nulli, ut significant solum Christum jure proprio non fuisse abnoxium peccato, reliquos vero omnes fuisse, quia omnes debuerunt liberari etiam B. Virgo.*

Ad b) Carnem Virginis esse carnem peccati denominative ex modo conceptionis naturali et ex debito contrahendi peccatum; conc. Realiter et proprie excluso privilegio; neg. Etiam de carne Christi aliqui Patres affirmant carnem esse peccati, quod certe nullo modo proprie intelligi potest, sed solum quatenus Deus misit Filium suum *in similitudinem carnis peccati* (3). Jam vero in B. Virgine praeter similitudinem carnis peccati; aderat debitum hoc contrahendi nisi gratia praeveriretur.

Ad c) Fuisse mundatam et purificatam a peccato contracto; neg. A peccato contrahendo; conc. Ideo aliqui Patres, ut Andreas cretensis, Virginem laudant praepurificatam, praesantificatam, etc.

Ob. 3^a B. Maria fuit baptizata, subjecta morti aliisque hujus vitae miseriis, quae originem trahunt a peccato originali. Ergo B. Virgo eo infecta est.

Resp. Ad 1^a fuit baptizata ad remissionem originalis peccati; neg. Ad alios effectus Baptismi suscipiendos; conc.—Ad 2^a Fuit subjecta morti aliisque vitae miseriis ex debito peccati contrahendi; trans. Ex peccato contracto; neg. Dixi transeat propter illos, qui negant B. Virginem peccasse in Adamo, Bellarminus, docet (4) fuisse «B. Virginis animam a peccati macula praeservatam, non autem carnem fuisse redemptam nisi cum post mortem singulari Dei gratia gloriosa surrexit.» Caeterum mors, poenaltates corporis sunt homini connaturales ac per se peccati poenae non sunt, sed per accidens, quatenus amissus pristinum illum statum in quo Deus hominem immortalem, impassibilem constituerat, hinc fit B. Virginem propter Adami peccatum vel occasio-

(1) *Car Dei-homo* l. 2.—(2) *Rom.* V, 19.—(3) *Rom.* VIII, 3.—(4) *De amiss. grat.* l. 4, c. 16.

ne hujus peccati, non propter peccatum proprium morti et poenaltibus subjectam fuisse (1).

145. Obj. 4^a S. Bernardum (2) ajentem: «Miramur rsatis, quod visum fuerit quibusdam vestrum voluisse mutare colorem optimum, novam inducendo celebritatem; quam ritus ecclesiasticus nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio,» ut revocaret canonicos lugdunenses ab institutione festi Immaculae Conceptionis, ac S. Thomam pluries v. g. 3, D. 3, q. 1, ar. 1, q. 2, dicentem: «B. Virgo in originali peccato concepta fuit (3).»

Resp. Certum videtur S. Bernardum et S. Thomam non posse numerari inter auctores, qui clare et expresse Immaculatam Deiparae Conceptionem propugnant. Eos non fuisse contrarios i. e. nihil scripsisse, quo cogamur fateri in adversa fuisse sententia aliqui DD. catholici tenuerunt et tenent (4), sed varie. Supponunt aliqui epistolam S. Bernardi esse spuriam, opera D. Thomae hac in re esse corrupta; sed generatim allata documenta ut genuina admittuntur a criticis. Alii ingeniose et subtiliter distinguendo inter conceptionem activam et passivam, inter conceptionem passivam perfectam et imperfectam, inter peccatum originale et debitum ejus, inter posterioritatem temporis et naturae putant contrarios textus satis repelli et explicari. Utinam adhibita eadem sagacitate, quae haec distinctiones excogitavit sunt inventerentur aptae ad objectas sententias bono sensu accipiendas. Ardum enim est credere, D. Bernardum cum scriberet (l. c.): «Aut certe peccatum quomodo non fuit, ubi libido non defuit?» non significasse generatione libidinoso transfusus esse in Virginem originale peccatum sicut in alios transfunditur. Et adhuc difficilius Anglicum Doctorem sine ulla distinctione et declaratione asserentem «V. Mariam conceptam in peccato» non loqui in eodem sensu, quo caeteros homines in peccato conceptos ajebat. Declarans ex professo conceptionem et primam sanctificationem B. V. Mariae (5) dicit: «Peccatum originale trahitur ex origine, in quantum per eam communicatur humana natura, quam proprie respicit peccatum originale; quod quidem fit quando proles concepta animatur: unde post animationem nihil prohibet prolem conceptam sanctificari.» «Cum sola creatura rationalis sit susceptiva culpa, ante infusionem animae rationalis proles concepta

(1) *Suar.* *De peccat.* D. 9, sec. 4, n. 11.—(2) *Epist.* 174.—(3) *Vid.* 3, Q. 27, ar. 1, et 2; Q. 14, ar. 3, etc. Fore 15 testimonia proferantur in contrarium.—(4) *Cornoldi* S. J. *Smten.* D. Thomae *de immu. B. Virginis, a peccat. orig.*—(5) 3, Q. 27 art. 1, ad 4; art. 2, 0.

»non est culpae obnoxia.» «Unde relinquitur quod sanctificatio »B. Virginis fuerit post ejus animationem.» Ubi an clarius distinctiones conceptionis activae et passivae, passivae imperfectae et passivae perfectae ab ejus mente excludere posset, non capio. Restat distinctio inter peccatum et debitum ejus, inter posterioritatem temporis et naturae; atque hoc modo cum necessario prius sit animari quam sanctificari, prius esse in debito peccati quam ab eo mundari, posset forte quia melius sustinere, D. Thomam non esse contrarium: a) Quia rationes ejus tantum debitum peccati probant. Praecipua est, quia si Virgo ante animationem »sanctificata »fuisset, nunquam incurrisset maculam originalis culpae, et ita »non indignisset redemptione et salute, quae est per Christum (1). b) Propter alia [D.] Thomae testimonia, quae expresse Immaculae V. Mariae Conceptioni favent (2). »Puritas intenditur per »recessum a contrario, et ideo potest aliquid creatum inveniri, quo »nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit puritas B. Virginis, quae a peccato originali et actuali fuit immunis. Fuit tamen sub Deo, in quantum erat in ea potentia ad peccandum.» «In Christo et in »V. Maria nulla omnino macula fuit (3).» Filius Dei »corpus suum »posuit in sole i. e. in Maria, quae nullam habuit obscuritatem peccati (5).» c) Rationes, quibus (3. Q. 27. ar. 4) excludit a V. Maria omnia peccatum actuale tam mortale quam veniale aequè excludunt originale, quod gravius est veniali.

Sed sit, quid de his sit, non dubitandum S. Bernardum et S. Thomam, si nunc viverent aliter loquuturos et Ecclesiae catholicae consensus fuisse. Primus sic claudit epistolam objectam: »Quae autem dixi, absque praesudicio sane dicta sint sanis »sapientis, Romanae praesertim Ecclesiae auctoritati, atque examini totum hoc, sicut et caetera, quae hujusmodi sunt universa »reservo: ipsius si quid aliter sapio, paratus iudicio emendare.» Alter (4) ita iudicat: »Maximam habet auctoritatem Ecclesiae consuetudo, quae semper est in omnibus emulanda, quia et ipsa »doctrina catholicorum doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet.» Unde magis standum est auctoritati Ecclesiae, quam auctoritati »vel Augustini vel Hieronymi, vel cujusvis sancti Doctoris.»

(1) 3. Q. 27. ar. 2. O.—(2) 1. D. 44. q. 3. ar. 3. ad 3.—(3) In. Ps. XIV.—(4) In Ps. XVIII.—(5) 2. Q. 10. ar. 12.

SCHOLION I.

Quod debitum contrahendi peccatum originale habuit B. Virgo.

146. Duobus modis potuit Deus B. Virginem a peccato originali praeservare: primus est si postquam incluserit voluntatem Virginis in Adamo sicut et caeterorum hominum, eam tamen ex privilegio gratiae praeventit ne de facto peccatum contraheret. Secundus est si ante inclusionem voluntatum hominum in Adamo jam Virginem ab ipso pacto exceperit. In primo casu B. Virgo peccavit in Adamo et habuit debitum proximum peccati originalis, in secundo non peccavit in Adamo et debitum peccati originalis fuit solum remotum. Moderni theologi generatim debito remoto contenti sunt, veteres communius tenebant proximum, imo contrariam sententiam censura notabant. »Haec sententia, ait Suarius (1), licet »speciem quandam pietatis prae se ferat, tamen nec Scripturis sanctis nec Patribus videtur consentanea.» Cum veteribus:

Dico: Probabilius est B. Virginem habuisse debitum proximum peccati originalis.

Prob. 1.^a Quia illud significant universales Scripturae propositiones objectionis primae, praesertim Apostoli, qui ex eo quod omnes in Adam peccaverint, deducit omnes indiguissime redemptione. Atqui ad indigentiam redemptionis Virgo non est excipienda. Ergo... Minor. prob. Ex ipsa definitione dogmaticae Immaculae Conceptionis (n. 141): »intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris »humani generis, ab omni originalis culpae labe praeservatam.» B. Mariam dicente: et ante in expositione dogmatis expresse: »ob »praevisa Christi Domini Redemptoris merita.» In oratione officii Immaculae Conceptionis cum Ecclesia profitemur Deum »ex »morte» Filii sui »praevisa eam ab omni labe» praeservasse. Quare sicut a Redemptione non excipitur B. Virgo neque a peccato in Adamo: aliter nullo modo essent vera verba Pauli: »Si unus pro omnibus mortuus est, etiam pro B. Virgine; ergo omnes mortui sunt, cum aequus sit distributio antecedentis et consequentis.

2.^a Ex illis Patribus, quos retulimus object. 2.^a quorum sententiae si non intelliguntur de debito saltem proximo, impropria nimis et satis violenta expositione illos explicare, non cogentibus Scriptura, ut patet ex anper dictis, nec aliis Patribus, qui de omni peccato actuali agunt, non de debito, quod supponunt.

3.^a B. Virgo fuit vere et proprie redempta. Atqui et ex Zozi- mo Papa docet Augustinus (2): »nullus redimitur, nisi is, »qui sub peccato servit.» Ergo ad veram redemptionem necesse est vel esse in peccato, vel esse ita obnoxium necessitati contrahendi peccatum, ut sine gratia singulari redemptoria vitari non possit. Confirmatur cum Suario (3): a) Si B. Virgo non fuisset

(1) De myst. F. Christi, D. 3, sec. 2; De pecc. D. 9, sec. 4, nn. 15, 16 »nec potest dici improbabile (sustinere debitum remotum). Verumtamen ego illis non acquiesco,» etc.—(2) Epist. 157; contr. Julian. l. 3, c. 3.—(3) De peccat. D. 9, sec. 4, nn. 19-21.

sanctificata in conceptione eo ipso esset in peccato originali concepta; alias non fuisset preservata a peccati originali per gratiam, quae illi data est in instanti suae conceptionis. Ergo ejus sanctificatio fuit remissiva, seu potius impeditiva peccati, et ita fuit sanctificatio redemptiva peccati, quod futurum erat in gratiâ impediretur. b) Si Deus statuisset non permittere peccatum Adâe, ac consequenter ejus posterî in eo non cecidissent propter merita Christi praevisa, eo modo quo praevideri potuerunt, aut praevium originale peccatum, nemo diceret tunc homines esse redemptos a Christo ac multo minus ejus mortis, quae in illa hypothesi futura non fuisset. Ergo a pari nec modo potest dici Virgo redempta, si ab ipso pacto quo illi homines non fuissent abeni, fuit exempta.

4.º Si B. Virgo habuit debitum proximum tunc perfecta et universalis dignitas Salvatoris (cui certe cedere debet gloria Matris) ejusque gratiae efficacia redditur illustrior et in ipsa Matre perfectius elucet. Ergo ita factum esse dicendum est. Nam debitum proximum ex una parte non derogat perfectae sanctitati et puritati Matris, sed tantum ostendit naturae originem et infirmitatem; ex altera ita virtutem gratiae Christi extollit, ut manifestet naturam origine et debito infirmam adeo gratiâ Christi sanari posse ut nullus ab ipsa origine in persona defectus appareat.

SCHOLION II

De immunitate B. Mariae ab omni peccato actuali.

147. Dico: Singulari Dei privilegio B. V. Maria immunis fuit ab omni peccato tam mortali quam veniali.

Negarunt haeretici protestantes, quorum impietatem B. Canisius (1) repressit. Assertio si non est de fide est saltem fidei proxima.

Prob. I.º Ex Tridentino (2): «Si quis hominem semel justificatum dixerit... posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.»

2.º Ex testimoniis tum Scripturae, cum Patrum, quibus thesım firmavimus; cum peccatum actuale, mortale simpliciter, veniale secundum quid, propter actualem propriam malam voluntatem, majorem secum ferat culpabilitatem et indecentiam quam originale.

3.º Cum D. Thoma (3): «Illos quos Deus ad aliquid eligit, vita praeparat et disponit ut ad id, quod eliguntur inveniantur idonei... Beata autem Virgo fuit electa divinitus ut esset Mater Dei. Et ideo non est dubitandum quin Deus, per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit, secundum quod Angelus ad eam dicit (4): *Invenisti gratiam apud Deum. Ecce concipies, etc.* Non autem fuisset idonea mater Dei, si peccasset aliquando, tum quia honor parentum redundat in prolem, secundum illud (5): *Gloria filiorum pa-*

(1) De Maria V. praefat. l. 10.—(2) Sess. 6, c. 24, 25.—(3) 3.º Q. 27, ar. 4.—(4) Luc. l. 1, 30.—(5) Proverb. XXVI, 6.

tres eorum; unde et per oppositum ignominia matris ad filium redundasset; tum etiam quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. Dicitur autem (1): *Quae conventio Christi ad Beliam?*; tum etiam quia singulari modo Dei Filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitavit, non solum in anima, sed etiam in utero. Dicitur autem (2): *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitavit in corpore subdito peccati.* Et ideo simpliciter fatendum est quod B. Virgo nullum actuale peccatum commisit nec mortale, nec veniale; ut sic in ea impletur quod dicitur (3): *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.*

148. Obj. 1.º Christum D. in Evangelio non semel, nempe cum mansit in templo (4), cum interfuit nuptiis in Cana Galilaeae (5), cum populo verba faceret (6), Mariam reprehendisse vel agendi modum improbasse.

Resp. Christum, D. Mariam docuisse reprehendentis specie ad circumstantium vel nostram instructionem, qui in similibus solemus labi; non vere reprehendisse propter defectum realem in B. Virgine. Omnia sanctissima Virgo vel ex purissimo amore sui Filii vel ex ardentissima in proximum charitate operabatur.

Obj. 2.º S. Chrysostomum, S. Basilium, S. Cyrillum alexandrinum tenere B. Virginem aliquid humanum passam esse cum interfuit nuptiis in Cana Galilaeae, praedicationi Christi ejusque crucifixioni.

Resp. Cum D. Thoma (7) hos Patres et si qui alii pauci sunt similiter loquentes, excessisse, ac proinde nunc quando jam certo constat de impeccantia B. Virginis omnino relinquendi et standum aliis longe plurimis, qui B. Virginem perfecte puram testantur. P. Suarez (8) dicit eos pie exponi posse, nec sensisse in Virgine fuisse ambitionis aut vanagloriae motum, sed solum judicari suspicose ab iis, qui praesentes aderant potuisse, et ideo Christum D. eo modo respondisse (9).

SCHOLION III.

De immunitate Virginis a fomite concupiscentiae.

149. Dico: B. Virgo semper fuit a fomite concupiscentiae libera.

Est affirmatio certa inter theologos, quamvis differant in modo eam asserendi. Aliquibus cum D. Thoma (10) melius videtur, quod per sanctificationem in utero non fuerit sublatas B. Virgini fomies secundum essentiam, sed remanserit ligatas. (11). Postmodum vero in ipsa conceptione carnis Christi, in qua primo debuit refulgere peccati immunitas, credendum quod ex prole redundaverit in matrem totaliter fomies subtracto. Scoto et alii

(1) 2.º Cor. VI, 13.—(2) Sap. l. 4.—(3) Cant. IV, 7.—(4) Luc. II, 49.—(5) Joan. II, 4.—(6) Matthaee XII, 48.—(7) 3.º Q. 27, ar. 4, ad 3.—(8) De myst. D. 4, sec. 4, n. 12.—(9) Vid. Petav. L. 14, c. 1.—(10) 3.º Q. 27, ar. 3.—(11) Vid. supr. n. 39.

pluribus, quos sequitur Suarius (1) verius est B. Virginem jam a prima sanctificatione habuisse fomitem extinctum.

Prob. 1.^o Patribus clare id asserentibus. S. Joannes Damasc. (2): «Ave liber signatus, libidinosa omni cogitatione innoxius.» Hesychius Hierosoly. (c. an. 600) (3): «Ecce Virgo concipiet: Quenam? Mulierum egregia... quam concupiscentiae fumus non attingit, nec vermis voluptatis eam laesit.» S. Petrus Damian. (4): «Caro Virginis ex Adam assumpta maculae Adae non admisit, sed singularis continentiae puritas in candorem lucis aeternae conversa est.»

2.^o Rationibus cum Suario (5): a) Quia «decurit Virginem a puritate nitere, qua major sub Deo nequeat intelligi.» b) Quia fomes est quidam effectus originalis peccati, magnam indecentiam, et cum culpa magnam, habens affinitatem; isti enim motus de se mali sunt et culpabiles, nisi ignorantia vel impotentia illos vitandi, excuset. b) Ex scholio praecedenti, B. Virgo nunquam venialiter peccavit. Ergo eandem fecit Deus ab omni inordinato motu liberam (etiam involuntario), quia moraliter difficilimum est pati inordinatos motus, et venialiter saltem nunquam delinquere.

150. Ex dictis infert Suarez (6) fomitem fuisse extinctum in ipsa conceptione B. Mariae. «Quorsum enim fomitem in actu primo (ut ite dicam) in ea reliqueret Deus, cum omnem actum secundum esset impediturus? maxime cum hujusmodi fomes imperfectum quid sit, et de se ad malum inclinet.»

Rationi D. Thomae respondet (7): «Sicut non derogat sanctitati animae Christi, quod antequam illa existerit, ex merito ejus multae animae fuerint sanctificatae, etiam in gradu perfecto et extremo, ita non derogat puritati et sanctitati carnis Christi, quod sanctae formationem ejus, caro matris fuerit perfecte sanctificata usque ad extinctionem fomitis... Nec est simile de perfectione gloriae: illa enim est perfectio pertinet ad terminum, in quo nullus hominum constitui debuit, nec in anima, nec in corpore ante Christum; haec autem est perfectio accomodata et communicabilis viatori.»

Obj. Aliquos Patres docentes SS. Virginem in conceptione Filii Dei fuisse purgatam.

Resp. Explicio: fuisse purgatam i. e. liberam actu a libidine conceptionis et sordibus puerperii; ampliori sanctificatione donatam, conc. Fuisse ab aliquo peccato vel similitudine peccati reapse purgatam, neg. (8).

THESIS XXI.

Immaculata V. Maria in prima sua sanctificatione, cum plenitudinem gratiae accepit, qua

(1) De myst. D. 4, sec. 5, n. 5.—(2) Or. 2, in nat. V. M.—(3) Homil. 1, in Desiparum, Mign. 93, 1466.—(4) In assumpt. Virg. serm. 40.—(5) De myst. D. 4, sec. 5, n. 2.—(6) Ibid. n. 5.—(7) Ibid. n. 11.—(8) Vid. Suar. Ibid. nn. 4, 12.

Angelos et Sanctos omnes in gratia consummatos superavit.

151. Nota. I. Non dubitandum V. Mariae fuisse concessam, propter majorem dignitatem maternitatis divinae ad quam eligebatur et immediatiorem cum Christo conjunctionem, intensiorem gratiam, quam ulli hominum vel Angelorum, cum primo sunt sanctificati.

II. Gratia consummatur i. e. non amplius augetur in statu gloriae; quare gratia B. Virgini primo collata non fuit consummata. Fuit enim, B. Virgo in statu viatoris, ex quo sequitur, eam non accepisse in prima sanctificatione gratiam summe intensum, sed excellentiorem quamdam in qua crevit usque ad beatam diem mortis suae. Thesis est pia et verisimilis (1).

152. Prob. 1.^o Ex Ps. CXXXVI. 1, 2, 6: *Fundamenta ejus in montibus sanctis; diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob... Homo et homo natus est in ea et ipse fundavit eam Altissimus.* Haec verba aliaque sacrae Scripturae (2), quae insignem et perfectam supereminentiam unius inter alios important, Ecclesia in sua liturgia B. Mariae accomodat. Sed hac accommodatione satis significatur vel primam gratiam B. Virginis superasse consummatam omnium Angelorum et Sanctorum. Ergo... *Mis* declaratur, *fundamenta Virginis in montibus sanctis; eam diligit Dominus super omnia tabernacula Jacob*; i. e. ibi incipit sanctitas Virginis ubi aliorum sanctorum consummatur. S. Gregorius M. (3) exponens verba: *de monte Ephraim*, ait: «An non mons sublimis Mariae, quae ut ad conceptionem aeterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros usque ad solium Deitatis erexit? Hujus enim montis praecellentissimam dignitatem Isaias (4) vaticinatus ait: *Erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium.* Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariae supra omnes sanctos refulsit.» Atqui B. V. Maria jam a sua Conceptione erat *mons praeparatus* seu destinata ad conceptionem aeterni. Ergo jam ea tunc supra omnes sanctos refulgere debuit.

2.^o Patres, cum plenitudinem gratiae Mariae concessam declarare volent, phrasibus supra omnem modum ponderantibus adeo utuntur et thesis nostra non sit nisi propositio particularis in generalibus eorum locutionibus contenta. S. Ephraem (5) dicit Mariam «pelagus inexhaustum divinarum et secretorum cha-

(1) Suar. De myr. D. 4, sec. 1.^o—(2) Proverb. VIII; Sap. VII, 7; Eccli. XXIV; Cant. II, 2; VI, 9; Ps. XVII, 6; Ps. XV, 5.—(3) in I. Reg. I, 1.—(4) II, 2.—(5) Praeat. 2 ad Desipar.

«rismatum.» Petrus Crysolog. (1): «In aliis gratia, in te tota gratiae pariter venit plenitudo.» Auctor ignotus olim putatus Anselmus (2): «Nihil tibi, Domina, aequale, nihil comparabile est; omne enim quod est, aut supra te est, aut subius te est. Quod supra te est, solus Deus est; quod infra te omne, quod Deus non est. Ad tuam tantam excellentiam quis aspiciet? quis attinget?» Basilius Selenciae episcop. (saecul. v) (3): «Quemadmodum intelligere Deum et eloqui non est facile, imo prorsus impossibile: sic fugiens Dei genitricis mysterium intelligentiam omnem excedit et linguam.» Joannes Damasc. (4): «Salite montes rationis naturae, quae ad spiritualis contemplationis fastigium assurgitis. Mons quippe clarissimus (B. Maria) partu editur, qui collem omnem, ac montem Angelorum scilicet et hominum sublimitatem superat transcendit. Mons Dei, mons pinguis; mons oscugulatus, motus pinguis; mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Currus Dei decem millibus multiplex divinae gratiae exuberantiam Cherubim inquam et Seraphim, etc.» His et aliis longe plurimis Patrum aequis permotus Pius IX (5) Immaculatum Virginis conceptum definiens, docuit: «Hinc non luculenta minus, quam concors eorumdem (Patrum) sententia, gloriosissimam Virginem, cui fecit magna, qui potens est, ea caelestium omnium donorum vi, ea gratiae plenitudine, eaque innocentia emittisse, qua veluti ineffabile Dei miraculum, immo somnium miraculorum apex, ac digna Dei Mater extiterit, et ad Deum ipsam pro ratione creatae naturae quam proxime accedens omnibus, qua humanis, qua angelicis praeconiis celsior evaserit.»

3. B. Virgo in primo instanti suae sanctificationis plus amabatur a Verbo quam ullus Angelus vel homo in gratia consummatus. Sed gratia respondet amori. Ergo... *Mia*. est evidens in omnibus, qui suos amicos diligunt, et splendit in Verbo. «qui dixit, ut observat Methodius (6), *honora patrem tuum et matrem tuam* aut decretum a se promulgatum observaret, et alios excederet.» *Major*: a) Est expressa sententia S. Laurentii Justiniani (7): «In instanti primo sanctificationis plus amabatur Virgo a Verbo quam ullos Angelorum aut hominum etiam in gloria consummatorum.» b) Immaculata V. Maria in instanti suae Conceptionis amanda erat a Verbo juxta merita dignitatis ad quam erat praelecta. Sed merita hujus dignitatis superant merita omnium Sanctorum gloria consummatorum. Ergo... *Mia*. c) Albertus M. (8) «Filius infinitat Matris bonitatem, infinita bonitas in fru-

(1) Serm. 140, de *Annat. B. M. V.*—(2) Tract. de *concept. n. 14.*—(3) Orat. 33.—(4) Serm. de *Nativ. B. M. V.*—(5) Bull. *Ineffab. 5 Hinc non.*—(6) Orat. de *Patriarchis.*—(7) Serm. De *Nativ. Virg.*—(8) In *Mariali q. 197.*

ctu infinitam quandam adhuc ostendit in arbore bonitatem.» Atqui B. Virgo jam a sua Conceptione erat praedestinatione in hoc ordine infinitatis constituta, ad quem Sancti omnes gratia consummati minime perveniunt. Ergo... (9) S. Thomas (1): «Qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus divinis... B. autem Virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ea ex accepit humanam naturam. Et ideo prae caeteris majorem debuit a Christo gratiae plenitudinem obtinere.» Atqui haec major propinquitas jam a Conceptione Virgini competit. Ergo... (2) Cum S. Bernardino (2): «Quod Deus generaret Deum, nulla requirebatur in Deo dispositio, cum ei ex natura conveniret... sed quod foemina conciperet et pareret Deum, est et fuit miraculum miraculorum; oportuit enim, ut sic dicam, foeminam elevari ad quandam aequalitatem divinam, per quandam quasi infinitatem perfectionum et gratiarum, quam aequalitatem creatura unquam non experta est.»

153. Obj. Gratia viatoris numquam potest in intensioe aequari gratiae comprehensoris. Atqui gratia B. Virginis, dum in terra mansit, fuit gratia viatoris. Ergo...

Resp. *Neg. major.* Non enim est alterius rationis gratia sanctificans in statu viae et in statu patriae. Differentia est mere extrinseca in eo sita, quod in patria jungatur cum beatitudine, hic non. Gratiae in primo instanti Virgini collatae respondebat tanta gloria quanta nulli sanctorum est concessa (3).

THESIS XXII.

Beatissima V. Maria, quamvis immunis fuerit a peccato originali, vere mortua est: non multo tamen post mortem gloriosa resurrectione in caelum assumpta est.

154. *Nota. I.* Felicissimus dies, quo Beatissima Virgo mortua est, a graecis *κοιμησις* hoc est dormitio vocatur, abs dubio, eo quod post brevissimum mortis somnum fuerit ad instar Christi excitata, juxta illud Psalmi (4): *Ego dormivi et soporatus sum, et exurrexi.* A latinis vero assumptio appellatur. Assumere est aliquid ad se sumere praesertim corporeum atque in hoc sensu dicitur Assumptio Virginis, quatenus a Deo ad se est assumpta; impij tum ac blasphemum esset inficari, animam ejus immediate post mortem fuisse a

(1) 3. Q. 27, ar. 5.—(2) Serm. 61, ar. 1, c. 12.—(3) *Conferi. Vega. Theol. Marian.* nn. 1158-1162; *Hurter. S. J. Compend. Theol. Tract. 7, thes. CLXI.*—(4) III, 6.

Deo assumptam, aliquid amplius significat Ecclesia, nempe eam non multo post mortem gratiam resurrectionis ad immortalitatem et perfectae gloriae consummationem accepisse. Si enim sola anima V. Mariae assumpta fuit, quid vetaret ait Salméron (1), equominus diceremus assumptionem B. Petri, Pauli, Stephani vel Laurentii, et reliquorum divorum, cum constet eorum quoque animas fuisse in caelum assumptas? Et certe, si velimus oculos veritati claudere, cogimur eodem modo accipere hoc verbum in Virgine, sicut in Filio eius Jesu Christo, qui dicitur in caelum assumptus (2).

De morte Btae. Virginis jam olim scribebat Epiphanius (3): «Scriptura sacra mentis humanae captum praetergressa rem in incerto reliquit. Aliqui, quos recenset Macedo (4) aperte negarunt, quibus supererrime pauci aliqui theologi accesserunt (5); nihilominus, cum Suario (De mys. D. 22, sec. 1, n. 2), tenendum est; sine ulla dubitatione, B. Virginem mortem obiisse. Ita enim sentiunt Patres ac universi fere theologi.

De gloriosa V. Mariae resurrectione Catharinus (6) contendit esse de fide; Suarius (7) verius: «Est igitur jam nunc tam recepta haec sententia, ut a nullo pio ac catholico possit in dubium revocari, aut sine temeritate negari. Haec ille, sed nostris temporibus adeo crevit pius fidelium ac pastorum sensus, ut in concilio Vaticano a fere ducentis Patribus «perardenter» postulatum fuerit: «B. Mariam anima immaculatam et corpore virgineo ad dexteram Dei Filii, nostram praestantissimam mediatricem in caelis adstare, a sacrosanto concilio Vaticano explicite et solemniter declarari et defendiri (8).

155. I.^a Pars, Prob. 1.^a Libris ritualibus Ecclesiae Romanae, quae princeps est et caput aliarum Ecclesiarum, Sacramentarium Gelasii P. P. (ann. 496) in oratione secreta: «Accipe munera, Domine, quae in B. Maria iterato solemnitate (i. e. mortis et assumptionis) deferimus, quia ad tua praeconia recurrit, ad laudem quod vel talis assumpta est.» Apertius sacramentarium D. Gregorii (ann. 590) «Veneranda nobis, Domine, hujus diei festivitas operam conferat salutarem, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem; nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quae Filium tuum de se genuit incarnatum.» In hodierna liturgia secreta est: «Subveniat, Domine, plebi tuae Dei Genitricis oratio, quam etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in caelesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus.»

(1) Tract. 38. De Virg. assump. tom. II. — (2) Marc. c. ultim. — (3) Haeretic. 78, n. II. — (4) De clavibus Petri l. 4, p. 2, sect. 3. — (5) Vid. Jannaccii. De Deiparantis assumptione, Synodici contr. theolog. — (6) De Concept. B. M. — (7) De mys. D. 21, sec. 2, n. 9. — (8) Martin. Docum. Vatic. col. 106.

2.^o Ex Patribus. S. Theodorus Studita (saec. IX) a Bellarmino nuncupatus «vir admirandus et potens opere et sermones (1) traditionis, ait, esse apostolicae S. Mariae obitio (2): «Ast ipso die dormitionis immaculatae Deiparae, si contingat feria IV vel VI, non utitur carne vel caseo, propter magnum tremendumque somni hujus admirandum prodigium. Tunc enim venerabiles Salvatoris Apostoli ut in sacris scriptis comperimus Clementis Romani, tres integros dies apud sepulchrum manserunt, donec a divo Angelo de re tota certiores facti sunt.» Alios Patres dabimus in secunda parte.

3.^o Rationibus congruentiae: a) Decuit B. Virginem esse similem Christo; cum ergo Christus mortem suscepit, non oportuit B. Virginem ab hac lege eximi. b) Quia morte Virginis constat evidentius eam indignasse Christi morte, quae fuit redemptiva, et habuisse carnem passibilem, a qua Christus similem sumpsit, et ita excludit error eorum, qui finxerunt B. Virginem fuisse cujusdam caelestis seu angelicae naturae (3). c) Quia mors nullam imperfectionem includit, quae Virginem non decaat; quia potius est poena, quae propter Deum suscepta magnum gratiae augmentum promereri potest; propter quod mors Sanctarum pretiosa in conspectu Domini (4) esse dicitur (5).

156. II.^a Pars, Prob. 1.^a et praecipue a veteri jam et universali Ecclesiae consensu, qui elucet: a) Antiquitate celebrationis festi Assumptionis uti constat ex sacramentariis Gelasii et Gregorii (n. 155, 1.^a); missali gothico saec. VI in quo legitur: «Virgo Dei Genetrix de mundo migravit ad Christum. Quae nec de corruptione suscepit contagium; nec resolutionem pertulit in sepulchro... recte ab ipso (Christo) suscepta est in Assumptione feliciter, quem ipse suscepisti conceptura per fidem; ut quae terrae non eras conscia, non teneret rupes inclusa (6).» Kalendarium arabicum saecul. VI ad 15. Augusti habet: «In eodem celebratur ascensus corporis Dominae juxta disciplinam syrorum et francorum, armeniorum vet romanorum (7).» b) Orationibus antiquorum Patrum pro hac festivitate. Synodus Hierosolymitana, adversus calvinistas (ann. 1672) celebrata, adducit Cyrillum Alex. (Homil. Dormit. V.) proferentem: «Quidnam est magnum illud signum, quod apparuit in caelo, ubi et Deus habitat, et caelestes virtutes assistunt? Ipsa proculdubio est Virgo sanctissima, quae magnum in terra signum

(1) De Script. eccles. — (2) Migne P. G. tom. 99. col. 1702. — (3) Epiphani. haeretic. 78; D. Thom. 3, D. 4, q. 2, ar. 1. — (4) Ps. CXV, 15. — (5) Suarez. De mys. D. 21, sec. 1, n. 2. — (6) Ap. Trombelli in Summa aurea Migne. Tom. 2, col. 295. — (7) Hurter. Comp. Mariolog. n. 666.

acum extiterit... recte jam et signum esse dicitur in caelo, eo quod ipsa cum corpore assumpta est in caelum. Et quamvis conclusum sepulchro fuerit immaculatum corporis ejus tabernaculum, in caelum, tamen ut Christus fuerit assumptus, tertio et ipsa, die, redi-
 «viva migravit (1).» Gregorius Turon. saecul. vi (2): «Do-
 «minus susceptum (Virginis) corporis sanctum in nube deferri
 «jussit in paradisum, ubi nunc resumpta anima cum electis ejus
 «exultans aeternitatis bonis nullo occasuris sine perfruitur.» SS.
 Ildephonsus Tolet. Modestus Hierosolymae Patriarcha
 saec. vii de hoc Virginis privilegio loquuti sunt. S. Andreas
 Cretens. (saecul. viii) concionabatur (3): «Erat novum reipsa
 «spectaculum... mulierem caelorum naturam munditie supergres-
 «sam, caelestium adytorum sancta penetrare... Ut enim minime
 «corruptus est patientis uterus, ita nec interit defunctae caro.»
 S. Joannes Damasc. (4): «Non descendit in infernum anima
 «tua, o Maria; nec caro tua vidit corruptionem; non est relictum in
 «terra immaculatum corpus tuum, sed in regias sedes, tu regina,
 «ita hera, tu domina, tu vera Dei Genitrix translata es.» c) Ipsi
 schismaticorum concessi, quae si separata Ecclesiae catholicae con-
 sentiunt, satis produnt jam ante exortum dissidium eandem cum
 vera Ecclesia tenuisse fidem: Synodus Armenorum (ann. 1342)
 declarat: «Sciendum est, quod Ecclesiam Armenorum credit et tenet,
 «quod S. Dei Genitrix virtute Christi assumpta fuit in caelum cum
 «corpore.» Quid senserit Synodus Hierosolymit. habes supra argum.
 a), d) Auctoritate D. Thomae (5) qui ait: «Credimus quod
 «post mortem Maria resuscitata fuerit, et in caelum deportata.»

2. Praeantibus Patribus ex illis sacrae Scripturae rebus vel fac-
 ctis, quibus Maria accomode est praefigurata, ut sunt inter alia:
 «Astibit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varie-
 «tate (6). Quae est ista quae ascendit de deserto, deliciis affluens, in-
 «victa super dilectum suum (7)? Praecipue Surge, Domine, in requiem
 «tuam, in et arca sanctificationis tuae (8). Jam vero arcam in qua
 «Christus Dominus summa sanctitas novem menses inhabitavit cor-
 «pus fuisse Mariae, quis dubitat? Ecclesia in solemnitate Assum-
 «ptionis legit Evangelium Lucae (9) de Martha ac Maria Jesum
 «domi suscipientibus, ait Salmeron (10), ut ex ancillis ma-
 «gnitudinem Dominae valeas agnoscere. Nam cum Maria optimam
 «sortita est partem, scilicet contemplationis, numquam ab ea ause-
 «rendam; et cum Martha nobilissimum exhibuit ministerium, illum

(1) Mign. Sum. aurea. 2, col. 289.—(2) De mirac. L. 1, c. 4.—(3) Or. 2,
 de laud. Assumpt. —(4) Serm. 2, In Dormit. SS. Mariae Domini, metr.—(5) Opuscl.
 8.—(6) Ps. XLIV, 10.—(7) Cant. VIII, 5.—(8) Ps. CXXXI, 8.—
 (9) X. 38, 42.—(10) Trac. 38. De Assumpt. tom. 11, p. 339.

«exicipiens domi suae, hoc est in intimis corporis et animi visceri-
 «bus administrans, cibans, potans, atque vestiens caeteraque dili-
 «gentissime matris munera praestans... magna profecto ratione
 «efficitur, ut sanctissimae Matris corpus... omnibus honoribus et
 «laudum ornamentis decorasse credamus.»

Pro coronam cum illis Patribus Vaticani concilii, qui definitio-
 nis hujus veritatis postularunt hanc probationem absolvimus. «Cum
 «juxta apostolicam doctrinam (Rom. V, 8; I. Cor. XV, 24,
 «26, 54, 57; Hebrae. II, 14, 15, aliisque locis traditam, triplici
 «victoria de peccato, et de peccati fructibus, concupiscentia et
 «morte, veluti ex partibus integranibus constituatur ille trium-
 «phus quem de Salana antiquo serpente Christus retulit; cum-
 «aque Genes. III, 15, Deipara exhibebat singulariter associa-
 «ta Filio suo in hoc triumpho accedente unanimi SS. Patrum suf-
 «fragio, non dubitamus, quin in praefato oraculo, eadem B. Virgo
 «triplici illa victoria praesignificetur illustris; adeoque non secus
 «ac de peccato per immaculatam Conceptionem, et de concupiscentia
 «per virginalem maternitatem, sic etiam de inimica morte singu-
 «larem triumphum relatura, acceleratam ad similitudinem Filii
 «sui resurrectionem, ibidem praenuntiata fuerit.»

3. Ratione: (1) a) Cum corpus Christi ex corpore Virginis sum-
 ptum sit, dici possunt corpus Christi et corpus Virginis, quodam-
 modo esse una caro; sicut ergo dicitur carnem Christi omni ex parte
 esse beatam et incorruptam, ita etiam et carnem matris, cujus
 gloria in illius honorem redundat. Ita vetustus auctor (2): «Illud
 «ergo sacratissimum corpus, de quo Christus carnem sumpsit...
 «scam veribus traditum, quia sentire non valeo, dicere pertimesco.»
 b) *Ubi sum ego*, dixit Christus (3) *illuc et minister meus*
erit; B. autem Virgo singulariter ministravit Christo ut in fine
 prob. 2. declaravimus; ergo singulariter etiam in illa completa
 est haec Christi promissio; ergo ubi ipse est, iam ipsa cum eo re-
 gnat corpore et anima gloriosa, c) Cum citato et pio vetusto auctore:
 «Si voluit (Christus) integram matrem virginitalis servare pu-
 «lore, cur non velit incorruptam a putredinis servare foetore?»
 d) B. Virgo carnis maculas, peccatum originale, fomitem non
 contraxit et ab omnibus sordibus quam longissime abfuit; non de-
 buit ergo carnis resurrectionem spectare, cum corrumperet in sepul-
 chro nihil honoris et meriti, sed potius opprobrii habeat. «Putredo
 «namque et vermis, ait vetustus auctor, humanae est opprobrium
 «conditionis, a quo opprobrium cum Jesus sit alienus, natura Ma-

(1) Suar. de myst. D. 21, nn. 6-8.—(2) Inter oper. Augustini. De Assump-
 tionem. Mign. P. L. tom. 40, col. 1142.—(3) Joan. XII, 26.

«riæ excipitur, quam Jesus de eâ suscepisse probatur.» e) Si corpus Virginis integrum et incorruptum in terra persisteret, incredibile est permissurum fuisse Deum, ut tanto tempore Ecclesiam lateret, et absque honore et veneratione in occulto aliquo et invisio loco jaceret. Constat aliqua sanctorum corpora, quae in obscuris et minus decentibus locis latebant, divinâ providentiâ Ecclesiae revelata esse. Quid ergo non faceret Deus, si corpus B. Virginis adhuc in terra permaneret?

157. Obj. 1.^a In sacra Scriptura nihil dicitur de Virginis morte et Assumptione. Ergo melius est de his silere quam aliquid temere affirmare.

Resp. 1.^a Conc. *anteq. Neg. conseq.* Non enim sola Scriptura, sed etiam legitima traditio est testis fidei nostrae; hinc:

Resp. 2.^a Dist. *anteq.* Nihil dicitur expresse et directe; conc. Implicitè et indirectè; neg. Fro. asserenda morte B. Mariae sufficit ex Scriptura lex generalis *V. Statutum est hominibus semel mori*, si nulla datur, ut accidit, in contrarium probabilis ratio; pro Assumptione vero satis superque est tum commendatio traditionum ab ipsa Scriptura (2); *Stare et tenere traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram*; tum explicatio traditione, summa similitudo inter Christum et Mariam quam ipsa sacra Scriptura (Genes. III. 15) stabilitur, ut nuper cum Patribus vaticanis dicebamus.

Obj. 2.^a Traditio pro gloriosa B. Mariae resurrectione non ultra saeculum vi vel v se protendit, imo aliqui hujus traditionis testes non ut rem certam eam affirmant. Sed traditio in rebus praesertim doctrinalibus usque ad Apostolos pervenire debet. Ergo...

Resp. Dist. *major.* Non ultra saeculum vi vel v se protendit formaliter, explicitè, documentis authenticis; conc. vel trans. Implicitè et virtualiter; neg. *Eicontradiunct. mix. neg. conseq.* Hoc ipso, quod saeculo vi hujus mysterii festum jam celebraretur atque illud Ecclesia Romana magistra infallibilis altarum omnium nos respiceret, sed acceptaverit et per totum orbem diffuderit, satis constat, non tunc esse inventam novum dogma, sed antiquum in eorum fidei sensu ac pastorem sensu contentum, explicatius esse professum. Id quod addit: Non tradunt ut rem certam; dist. i. e. definitam supremo iudicio Ecclesiae; conc. Ut piam sententiam, quae praee contraria, unice sit digna Matris Dei; nego.

(1) Hebrae. IX, 27.—(2) 2. Thessalon. II, 14.

SCHOLIUM.

De circumstantiis mortis et Assumptionis B. Mariae

158. Pia et verisimilis est historia mortis et Assumptionis S. Mariae, quam affert Nicephorus (1), licet de ejus autenticitate dubium critici moveant. Dicit ille, Juvenalem episcopum Hierosolymorum, ann. 451 Martiano imperatori corpus B. Virginis effragrantem, respondisse: «Ex prisca ac verissima traditione hoc accepimus, quod gloriosi ipsius obitus tempore sancti omnes Apostoli, qui gentilium salutis causa terrarum orbem peragrabant, temporis momento per altum abrepti in Jerusalem convenerunt; ibique cum essent, angelica ipsis visio contigit, divinusque praestantiorum virtutum cantus auditus est; sicque cum divina ac caelestis gloria in manus Dei animam sanctam commendavit, ejus autem corpus, quod Deus susceperat, cum anglico et apostolico cantu funeri datum apud Gethsemanum in loculo conditum est. Quo quidem in loco Angeli totos tres dies choros agere atque canere non destiterant. Cum autem ipsis exactis tribus diebus canendi finem fecissent, Apostoli, qui aderant propterea, quod unus ex ipsis, Thomas nimirum, qui funeri non interfuerat, post tertium diem veniens corpus illud, quod Deum susceperat adorare cupiebat, tumulum aperuerunt, ac sacratissimum quidem illud corpus haudquaquam invenire potuerunt; cum autem jaecentia tantum sibi sine lintea reperissent, atque ex iis inenarrabili quadam suavitate perfusi fuissent, loculum clauserunt, atque mysterii illius admiratione percussi hoc solum cum reputare poterant, quod Deus Verbum ac gloriae Dominum, qui in persona propria carnem ex ea induere ac fieri homo voluerat, idem etiam post discessum e vita immaculatum ac spurcitiae expertum ejus corpus incorruptibilitate ac translatione (2) ante communem et generalem resurrectionem honestare voluisse (3).

II. Non defuerunt qui dicerent B. Mariam fuisse martyrio coronatam (4); sed hoc nullo probabili fundamento nititur, quia nulla historia, nulla traditio, nullaque probabilis auctoritas hoc confir-

(1) *Histor. t. 13, c. 15.*—(2) De hac notat Suarez (*De myst. D. 23, sec. 2, n. 11*), «propter Assumptionis nomen, et propter vulgarem picturam, qua adpingitur Virgo quasi angelico ministerio et virtute in caelum elevata, non sèssè hoc intelligendum ac si B. Virgo illorum opera ad ascendendum indigeret; propria enim virtute, quae omnibus gloriosis corporibus communis est ascendere poterat»

Dicitur ergo assumpta ab Angelis, quia honoris causa eam comitabantur, et magis dicitur assumi quam ascendere, quia illa virtus simpliciter non erat naturalis tali personae, sicut fuit Christo; ac propterea etiam magis proprie dicitur Assumptio de corpore quam de solo spiritu, quia spiritus non tantum gloriosus, sed etiam propria et naturali virtute ascendere potest.—(3) Vide Ribadeneyram. *Flo. sanctor. 15 Augusti.*—(4) V. Isidor. *lib. de Vit. et mort. I. 1; Ambros. et Bed. in Luc. II, eos rejicientes.*

mat. Verba autem illa Simeonis (1): *Tuum ipsius animam pertransibit gladius*, ex quibus falsa suspicio orta videtur, non esse de corporali ejus morte intelligenda, sed de acerbissimis doloribus in morte Filii ejus Jesu Christi toleratis, verior expositio tenet (2).

III. Beatissima Virgo ut pie sentiant fideles non mortua est vi alicujus morbi corporalis, sed vi amoris et ardentissimi desiderii atque intensissimae contemplationis (3).

Primum fit verisimile: a) Quia non mori vi corporalis morbi est excellentior mortis modus et innocentiae ac puritati Virginis quodammodo debitus. b) Quia mortua creditur sine dolore ut Damascenus, sentit orat. 2. de *Dormitione Virginis*. c) Quia sine libidine concepit, omnique inordinata concupiscentia etiam materiali semper caruit. d) Quia in morte Filii majores dolores, quam in morte sentiantur degustavit.

Secundum est etiam verisimile, quia fieri potest ut mens tanta efficacia et intensio in actibus amoris, desiderii et contemplationis occupetur, ut veluti destituit corpus, ita ut paulatim ejus dispositiones remittantur, ac deficient, ac tandem ob earum defectum non possit anima in corpore conservari. (Vide P. V. Sedlmayr: O. S. B. Theolog. Mariana QQ. 6. 7. P. 4^o in Summ. aurea, tom. 8, col. 134.)

Haec pauca sufficiant ut quanta sint privilegia B. Mariae ob ejus divinam maternitatem concessa, aliquatenus adumbretur. Caeterum ipsa (4) caeli terraeque Regina a Domino constituta, ac super omnes Angelorum choros Sanctorumque ordines exaltata adstans a dextris Unigeniti Filii sui Domini Nostri Jesu Christi maternis suis precibus validissimo impetret (5) ut sancta Mater Catholica Ecclesia cunctis amotis difficultatibus, cunctisque profligatis erroribus ubicumque gentium, ubicumque locorum, quotidie magis viget, floreat ac regnet a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, omnique pace, tranquillitate, ac libertate fruatur ut rei veniam, aegri medelam, pusilli corde robur, afflictici consolationem, periclitantes adiutorium obtineant, et omnes errantes discussa mentis caligine ad veritatis ac justitiae semitam redeant, ac fiat unum ovile et unus pastor.

(1) Luc. II, 35. — (2) Vid. Maldon. in h. l. — (3) Suar. De myst. D. 31, sec. 2, nn. 3, 4. — (4) Bull. Ineffabilis Pii IX. §. *Audiant*. — (5) Ibid. §. *Replebitur* quidem.

DISQUISITIO III.

De hominis operatione et regula praecipue secundum naturam.

Homo in triplici statu considerari potest, in statu primaevo, in quo a Domino rectus factus, peccavit et innocentiam amisit; in statu viae, in quo suis actibus normae divinae accommodatis ac gratia Dei roboratis, ipsius amicitiam et benevolentiam recuperat; in statu tandem finali, in quo post mortem, aut praemium aut poenam prout vitam bonam vel malam gesserit, a Deo recipit. De primo statu satis diximus in disquisitione praecedenti, restat ut de secundo et tertio in iis, quae supersunt disquisitionibus agamus.

CAPUT I.

De actibus humanis.

ARTICULUS I.

De voluntario.

THESIS I.

Ut actus sit humanus debet esse perfecte voluntarius.

I. Nota. I. Voluntarium est proprie: quod procedit a principio intrinseco cum cognitione finis (1). Voluntarium necesse est ut oriatur a proprio appetitu innato, qui sit in agente, et in hoc convenit motus naturalis cum voluntario, et differt a violento, quod est a principio extrinseco. Additur cum cognitione, ut distinguatur a motu naturali, ut sic: hic enim est consentaneus appetitui naturae, ille vero debet esse a principio eliciente et vitali, qui appetitus sequitur formam apprehensam et ex cognitione resultat: ita ut cognitio sit aliquo modo fons et origo ipsius voluntarii.

(1) D. Thom. 1, 2, Q. 6, ar. 1.

mat. Verba autem illa Simeonis (1): *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*, ex quibus falsa suspicio orta videtur, non esse de corporali ejus morte intelligenda, sed de acerbissimis doloribus in morte Filii ejus Jesu Christi toleratis, verior expositio tenet (2).

III. Beatissima Virgo ut pie sentiant fideles non mortua est vi alicujus morbi corporalis, sed vi amoris et ardentissimi desiderii atque intensissimae contemplationis (3).

Primum fit verisimile: a) Quia non mori vi corporalis morbi est excellentior mortis modus et innocentiae ac puritati Virginis quodammodo debitus. b) Quia mortua creditur sine dolore ut Damascenus, sentit orat. 2. de *Dormitione Virginis*. c) Quia sine libidine concepit, omnique inordinata concupiscentia etiam materiali semper caruit. d) Quia in morte Filii majores dolores, quam in morte sentiantur degustavit.

Secundum est etiam verisimile, quia fieri potest ut mens tanta efficacia et intensio in actibus amoris, desiderii et contemplationis occupetur, ut veluti destituit corpus, ita ut paulatim ejus dispositiones remittantur, ac deficient, ac tandem ob earum defectum non possit anima in corpore conservari. (Vide P. V. Sedlmayr: O. S. B. Theolog. Mariana QQ. 6. 7. P. 4^o in Summ. aurea, tom. 8, col. 134.)

Haec pauca sufficiant ut quanta sint privilegia B. Mariae ob ejus divinam maternitatem concessa, aliquatenus adumbretur. Caeterum ipsa (4) caeli terraeque Regina a Domino constituta, ac super omnes Angelorum choros Sanctorumque ordines exaltata adstans a dextris Unigeniti Filii sui Domini Nostri Jesu Christi maternis suis precibus validissimo impetret (5) ut sancta Mater Catholica Ecclesia cunctis amotis difficultatibus, cunctisque profligatis erroribus ubicumque gentium, ubicumque locorum, quotidie magis viget, floreat ac regnet a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, omnique pace, tranquillitate, ac libertate fruatur ut rei veniam, aegri medelam, pusilli corde robur, afflicti consolationem, periclitantes adiutorium obtineant, et omnes errantes discussa mentis caligine ad veritatis ac justitiae semitam redeant, ac fiat unum ovile et unus pastor.

(1) Luc. II, 35. — (2) Vid. Maldon. in h. l. — (3) Suar. *De myst. D. 31*, sec. 2, nn. 3, 4. — (4) Bull. *Ineffabilis Pii IX. §. Auctant.* — (5) *Ibid.* §. *Replebis quidem.*

DISQUISITIO III.

De hominis operatione et regula praecipue secundum naturam.

Homo in triplici statu considerari potest, in statu primaevo, in quo a Domino rectus factus, peccavit et innocentiam amisit; in statu viae, in quo suis actibus normae divinae accommodatis ac gratia Dei roboratis, ipsius amicitiam et benevolentiam recuperat; in statu tandem finali, in quo post mortem, aut praemium aut poenam prout vitam bonam vel malam gesserit, a Deo recipit. De primo statu satis diximus in disquisitione praecedenti, restat ut de secundo et tertio in iis, quae supersunt disquisitionibus agamus.

CAPUT I.

De actibus humanis.

ARTICULUS I.

De voluntario.

THESIS I.

Ut actus sit humanus debet esse perfecte voluntarius.

I. Nota. I. Voluntarium est proprie: quod procedit a principio intrinseco cum cognitione finis (1). Voluntarium necesse est ut oriatur a proprio appetitu innato, qui sit in agente, et in hoc convenit motus naturalis cum voluntario, et differt a violento, quod est a principio extrinseco. Additur cum cognitione, ut distinguatur a motu naturali, ut sic: hic enim est consentaneus appetitui naturae, ille vero debet esse a principio eliciente et vitali, qui appetitus sequitur formam apprehensam et ex cognitione resultat: ita ut cognitio sit aliquo modo fons et origo ipsius voluntarii.

(1) D. Thom. 1, 2, Q. 6, ar. 1.

II. Generalissima acceptioe dicitur voluntarium quicquid cadit sub voluntate. Aliquid potest cadere sub voluntate ut objectum tantum, et tunc dicitur voluntarium *objective et concomitanter* et vocatur volitum; vel tanquam effectus et actus ejus, quod *causaliter* seu principiative, seu active voluntarium dicitur, ut actus elicitus et imperatus. De hoc agimus nunc, eique convenit definitio principio tradita. Dividitur hoc voluntarium 1.^o in elicitum et imperatum. Primum, quod est *immediate* a voluntate, ac proinde per seipsum intrinsece voluntarium. Secundum quod est a voluntate *medio actu ipsius elicito*: ut motus progressivus hominis, ac proinde est tale per denominationem ab alio actu. Posset etiam esse voluntarium elicitum et imperatum; ut actus imperatus ipsius voluntatis. 2.^o In perfectum et imperfectum, secundum quod cognitio perfecta vel imperfecta sit; si cognitio imperfecta est quatenus tantum sensitiva solet dici *spontaneum*; si est imperfecta ex defectu deliberationis solet dici *voluntarium imperfectum*, quod aliquando ad peccandum venialiter satis est. 3.^o Dividitur *in se* vel *in alio*, quam divisionem confundunt aliqui cum alia divisione voluntarii in *directum* et in *indirectum*, sed commodius distinguitur cum Angelico (1), qui voluntarium in alio vocat voluntarium implicitum et virtuale. Est voluntarium *in se* vel expressum, quando est in se volitum, et voluntas versatur immediate circa ipsum, sive sit per actum proprium seu voluntarium directum, sive per carentiam actus, seu voluntarium indirectum. Est *in alio*, quando est volitum in alio, seu voluntas terminatur ad aliquid in quo virtualiter seu moraliter continetur id quod dicitur voluntarium in alio (2). 4.^o In directum et in indirectum. Primum est illud, in quod directe tendit voluntas per actum suum. Secundum generali significatione est omne illud,

(1) 1. Q. 77, art. 7. De malo Q. 5, ar. 1.—(2) Ad hoc voluntarium reduci potest voluntarium *interpretativum*, quod praesumitur futurum fuisse in aliquo si advertisset, aut si rem cognovisset, ut quando per epicheiam fit aliquid contra athenorem legis, sed si quis recte consideret, hoc non est proprie voluntarium, nam si quis omnino ignorans casu occidisset inimicum, ita tamen esset dispositus, quod si sciret esse inimicum facilius occideret, non propterea actio illa censeretur illi voluntaria. Ideo dicendum illud non esse voluntarium illi, nec involuntarium quod est observandum ad ferendum iudicium in rebus moralibus, quae pendunt ex voluntate alterius et dicitur sufficere in eis voluntatem interpretativam. Nam si ad honestatem actus sufficit quod non sit alteri involuntarius v. gr. quod non sit prohibitus a superiore, tunc satis erit voluntas interpretativa, si revera moraliter loquendo talis sit; si autem necessaria est positiva voluntas, seu positivus influxus alterius procedens ex voluntate ejus, tunc satis non erit interpretativa voluntas... quia revera nulla est. Hinc carens jurisdictione ad absolvendum, cum non acquirat sola voluntate interpretativa sui superioris. (Su ar. De voluntario Disp. 1.^a sec. 4, n. 4.)

quod moraliter censetur esse a voluntate, ac si illud expresse vellet, quamvis ipsa non eliciat proprium actum, quo illud velit, et in hoc sensu voluntarium in alio, dici potest indirectum. Strictiori sensu est illud, quod est a voluntate ut non agente, cum agere possit. 5.^o Dividitur tandem in actuale, quod actu existit; virtuale, quod in aliqua virtute seu effectu perseverat; habituale, quod nec in se, nec in virtute existit, non est tamen retractatum.

2. III. Certum est dari in hominibus voluntarium et quidem perfectum, tum experientia quotidiana, qua evidenter consensimus, nos agere quia volumus per virtutem nobis insitam et cognoscendo scopum operationum nostrarum; tum exponendo modum nostrae volitionis cum Angelico: «Considerandum est, quod quorundam actuum seu motuum principium est in agente, seu in eo, quod movetur; quorundam autem motuum vel actuum principium est extra. Cum autem lapis movetur sursum, principium hujus motionis est extra lapidem; sed cum movetur deorsum, principium hujus motionis est in ipso lapide. Eorum autem quae a principio intrinseco moventur, quaedam movent se ipsa, quaedam autem non... illa perfecte moventur a principio intrinseco in quibus est aliquod intrinsecum principium, non solum ut moveantur, sed ut moveantur in finem. Ad hoc autem quod fiat aliquid propter finem, requiritur cognitio finis aliqualis... Unde cum homo maxime cognoscat finem sui operis, et moveat seipsum, in ejus actibus maxime invenitur voluntarium (1).»

IV. Voluntarium perfectum non est idem ac voluntarium liberum ut aliqui docuerunt (2), nam amor beatificus, amor quo Deus se amat et quo Pater et Filius producent Spiritum Sanctum, est necessarius; quia voluntas in finem clare propositum non est libera ac Deus se non amare non potest sicut Spiritus Sanctus non produci, et tamen omnes recensiti amores sunt perfectissime voluntarii; procedunt enim ab intrinseco principio cum perfecta cognitione. Nec alienus dicendus D. Thomas ab hac doctrina, qui radicem operationis propter finem, nunquam tribuit libertati, sed perfectae cognitioni rationis, ut videre est 3. contr. gent. c. 2; et 1. 2. Q. 1.^a ar. 2, ubi probat bruta non operari propter finem formaliter et proprie, quia carent praedicta cognitione. In praesenti vero viae statu, cum nulla detur tam perfecta cognitio finis, quae post se hominem necessario rapiat, nullus datur actus perfecte voluntarius, qui simul non sit perfecte liber, atque ideo potest definiti actus humanus: «operatio hominis procedens a deliberata voluntate».

3. Prob. Thesis ex principiis D. Thomae. Actionum, quae

(1) 1. 2. Q. 6, ar. 1.—(2) Vazquez. In 1. 2. D. 23, c. 4.

ab homine aguntur, illae solae propriae dicuntur humanae, quae sunt propriae hominis, in quantum est homo (1). Atqui illae tantum actiones sunt propriae hominis in quantum est homo, quae sunt perfecte voluntariae. Ergo... *Min.* prob. Homo in operando in eo distinguitur a brutis, quod possit se ad operandum determinare cum perfecta cognitione finis. Sed ea, quae homo operatur cum perfecta cognitione finis sunt perfecte voluntaria. Ergo...

4. Obj. 1.^a Juxta Augustinum (2) homo differt ab aliis irrationalibus creaturis in hoc, quod est suorum actuum dominus. Atqui homo solum est dominus actuum liberorum. Ergo solum actus liberi erunt actus humani.

Resp. Dist. *maj.* In eo quod est suorum actuum dominus libere vel necessario; conc. Solum libere; neg. Et contradist. *min.* etc. Non negaverim tamen D. Thomam scripsisse prae oculis actus humanos hominis victoris.

Obj. 2.^a Estiam ratiocinari est actio propria hominis in quantum est homo. Ergo non tantum actiones perfectae voluntariae erunt actus humani.

Resp. Dist. *antec.* In quantum est homo se ipsum movens, determinans ad operandum; neg. In quantum est homo specificè consideratus, cui soli convenit ratiocinari; conc. *Conseq.* dist. Ergo aliae hominis actiones non perfecte voluntariae erunt actus humani, quatenus sub actu humano omnis actio propria hominis comprehenderetur; conc. *conseq.* Si solum illae veniunt actiones, quibus homo jam cognitione instructus se movet, determinat ad operandum; neg.

SCHOLION I.

An detur aliquod voluntarium sine ullo voluntatis actu.

5. Respondeo cum Platelli (3): Ad voluntarium indirectum et negativum necessarium non est ullus actus voluntatis, etiam qui solum indirecte terminetur ad omissionem, quatenus intendit aliquid impossibile v. g. amorem Dei cum actu opposito odii Dei, ex qua intentione sequatur omisio; quae proinde in isto incompossibili, et in causa, censetur indirecte volita, ac voluntaria. Unde:

Dico I. Non repugnat pura omisio libera et consequenter voluntaria absque omni actu voluntatis.

Prob. 1.^a Ut omisio sit libera solum requiritur ut sit suo modo a voluntate sicut ab ipsa esset actus positivus omissioni oppositus, quem proxime et libere poneret. Atqui ad hoc sufficit, ut voluntas proxime possit hic et nunc actum positivum ponere et tamen illum non ponat. Ergo... *Min.* prob. Eo ipso enim, quod actum non po-

nat cum posset, a sola voluntatis libertate oritur, quod actus non existat; ac proinde morali iudicio, ejus omisio aequè tribui debet voluntati, ac si formaliter haberet nolitionem positivam actum ponendi, quam in his circumstantiis habet moraliter et aequivalenter in ordine ad hunc effectum, qui est omissionem esse, et ei ut causae tribui.

2.^a Deus, voluntati instructae concursu indifferente ad amandum vel non amandum, potest negare suum concursum ad omnes actus praeterquam ad actum amoris praecipuum. Atqui si in hoc casu non amaret peccaret pura omissione libera. Ergo... *Minor* prob. Peccaret pura omissione, quia deest concursus ad alios actus praeterquam ad amandum; ageret libere, quia in sua est potestate non omittere amorem seu amare. Libertas enim contradictionis non est ad actus positivos insociabiles, sed immediate ad ponendum vel non ponendum actum; sic enim explicatur per potestatem operandi vel non operandi, non vero operandi sic vel aliter.

6. Obj. 1.^a Voluntas exercens libertatem in actu secundo, aliquid debet habere, quo in actu primo carebat. Atqui per puram omissionem nihil novi acquirit. Ergo non potest pura omissione libertatem exercere.

Resp. Dist. *maj.* Exercens libertatem agendo positive; conc. Negative; subdist. Debet aliquid habere i. e. aliquam entitatem; neg. Aliquam privationem v. g. actus amoris praecipui; conc. *Min.* contradist. Nihil novi acquirit physice, aliqua entitate; conc. Privatione aliqua et moraliter; neg.

Obj. 2.^a Ecclesiasticus (1) laudat omnem, qui potuit transgredi et non est transgressus. Ergo non est possibilis pura omisio. Prob. *conseq.* Qui non transgredereetur pure omitendo, non esset laudabilis. Ergo aliquis, qui non esset transgressus, non esset laudabilis.

Resp. Dist. *antec.* Laudatur omnis, qui non est transgressus ex motivo honesto; conc. Ex motivo tantum indifferenti vel nullo; neg. Ad probat. Trans. *antec.* Dist. *conseq.* Qui non transgressus esset ex motivo honesto; neg. Ex motivo indifferenti vel nullo; conc. Transmitto *antec.* quia nonnulli tenent puram omissionem posse esse meritoriam (2).

7. Dico II. (3): De facto non dari, nec moraliter dari posse puram omissionem liberam, ac peccaminosam absque omni actu, illi causam aut occasionem praebente.

Prob. Tanta est promptitudo et activitas voluntatis, tantumque ejus inclinatio naturalis ad boni prosecutionem et mali fugam, ut moraliter non possit non sinere se moveri ab aliquo ex bonis aut malis sibi propositis.

Hoc sensu intelligendus D. Thomas (4), cum statuit: «Si vero in peccato omissionis intelligantur etiam causae, vel occasionem emittens; sic necesse est in peccato omissionis aliquem actum esse;» nam possibilem esse puram omissionem clare te-

(1) XXXI, 10.—(2) Arriaga, Demerit. D. 53, sec. 2; Ripalda, De ent. supernat. L. 3, D. 70.—(3) Platell, l. c. n. 15.—(4) l. 2, Q. 71, ar. 3.

(1) 1, 2, Q. 1, ar. 1.—(2) Ibid.—(3) Curs. theolog. de actibus, n. 14.

net (1): «voluntarium potest esse absque actu; quandoque quidem absque actu exteriori cum actu interiori, sicut cum vult non agere; aliquando etiam absque actu interiori, sicut cum non vult agere.»

8. Ex dictis apparet requiri ad hoc ut ommissio sit voluntaria potestatem ponendi actum oppositum, quia ommissio non est a voluntate, ut a causa physica positive influente, sed solum ut a causa morali per influxum privativum, situm in eo, quod actum non ponat cum possit.

Hinc licet voluntarium in genere latius pateat quam liberum, in ommissione tamen convertuntur.

SCHOLION II.

De voluntarietate effectus ex ommissione sequenti.

9. Nota. Certum est, ad hoc ut effectus ex ommissione consequens sit voluntarius, requiri aliquam ejus certo vel probabiliter sequenti cognitionem, saltem imperfectam; voluntarium enim est essentialiter ab intrinseco cum cognitione finis. Jam vero si haec datur:

Dico: Quando effectus ex ommissione sequitur per se non requiritur obligatio illum impediendi ut sit voluntarius; requiritur vero si sequitur per accidens ut sit proprie et simpliciter voluntarius.

I.^a Pars, prob. Quando effectus sequitur per se, ut ex ommissione sumptionis cibi fames et debilitas ommissio se habet ut causa ad suum effectum. Atqui qui vult causam sive positivam, sive privativam eo ipso vult omnem effectum cum ea per se connexam. Ergo...

II.^a Pars, quam negant Arriaga et Amicus prob. I.^a Auctoritate S. Thomae (2): «Sciendum est quod non semper id quod sequitur ad defectum actionis, reducitur sicut in causam in agens, ex eo quod non agit; sed solum tunc cum potest et debet agere.»

2.^a A priori. In effectibus per accidens, v. g. submersio navis eo quod Angelus non subvenit, obligatio seclusa, nulla est connexio talis effectus cum ommissione ut moraliter omittenti tribui possit. Ergo... *Alte.* prob. Non est physica, cum effectus non sequatur per se et physice ex ommissione, sed ex suis causis independentibus ab eo quod aliquis illum possit impedire, nec impediatur. Non etiam moralis cum seposita obligatione non sit in quo fundetur.

3.^a A posteriori, nam ex opposita sententia sequeretur omnia peccata a Deo non impedita esse illi moraliter voluntaria. *Conseq.* prob. Quia Deus cum posset, libere noluit ea impedire.

10. Obj. 1.^a Praeceptum impediendi effectum non movet voluntatem ad illum causandum, sed potius contra: ergo in eo non causat rationem voluntarii.

(1) I. 2, Q. 6, ar. 3. Vid. De mal. q. 2, ar. 1, ad 2.—(2) I. 2, Q. 6, ar. 3.

Resp. Dist. *conseq.* Non causat directe; conc. Indirecte; neg. Facit ut habeat moralem connexionem cum voluntate ejus, qui libere potest ac debet non omitendo agere, effectum impediendo.

Obj. 2.^a Quidquid non esset, nisi voluntas ommitteret, habet dependentiam a voluntate. Atqui effectus per accidens cum ommissione connexus non haberet esse nisi voluntas ommitteret. Ergo pendet a voluntate et quidem in suo esse.

Resp. Dist. *maj.* si ab ejus ommissione pendet physice vel moraliter; conc. Si tantum extrinsece pure contingenter et casualiter; neg. *Min.* dist. Non haberet esse nisi voluntas ommitteret, necessario ex defectu alicujus causae illius esse physicae vel moralis; neg. Extrinsece et pure accidentaliter sine ulla relatione physica vel moralis; conc. Quamvis Angelus v. g. non esset aut non haberet potestatem impediendi submersionem navis, et consequenter ommissio eam impediendi non esset illi libera, adhuc sequeretur submersio navis, vi tempestatis: ergo non magis pendet ab ommissione Angeli quam ab ommissione chimerae.

Obj. 3.^a Qui omittit advertens ex ommissione sequitur aliquem effectum, eo ipso praecise vult illum interpretative et aequaliter.

Resp. Dist. Vult effectum sequiturum per se connexionem physica vel morali; conc. Sequiturum per accidens; neg. Hunc solum permittit, ut patet in Deo omittente peccata impediendo.

THESIS II.

Actibus a voluntate elicicis nequit inferri violentia, potest vero imperatis.

11. Nota. I. Violentia seu vis est impulsus alicui illatus contra positivam illius inclinationem; unde violentum dicitur quod est contra positivum appetitum patientis, seu ab Aristotele (1): «cujus principium est extra nihil conferente passo.» Hoc est renitente passo per contrariam inclinationem sive activam, sive passivam, ut interpretatur S. Thomas, cum aliis, sumendo verba «nihil conferente» contrarie. Violentum dicitur respective ad quicumque appetitum etiam innatum; unde etiam inanimatis convenit. Coactum stricto est quod est contra appetitum elicicium, ideoque convenit tantum entibus cognoscitivis; patet ex ipsa nominis etymologia, coactum seu contra actum a patiente elicicium.

II. Involuntarium potest accipi *negative* pro pura voluntarii negatione, quo sensu tribui potest rebus inanimatis; *positive* pro negatione voluntarii in subjecto capaci oppositi voluntarii, quin tamen sit contra positivum impetum appetitus; *contrario* seu proprie quando adversatur actui appetitus ex se efficaci (2).

III. Inde patet: a) Violentum esse universalis coacto (not. 1),

(1) 3 Ethic. c. 1.—(2) Vid. Suar. De act. human. D. 2, sect. 1, n. 1.

quare omne coactum est violentum, non e contra. b) Tum violentum tum coactum esse necessarium, sed non contra, omne necessarium esse violentum, ut patet in amore beatifico, summe necessario, nullo modo violento, sed iucundissimo inclinationi appetitus. c) Involuntarium contrarie idem esse ac coactum, unde contingit utrumque nomen promiscue usurpári.

12. I.^a Pars. Prob. 1.^o Cum S. Anselmo (1): «Ligari potest homo invitus, quia nolens potest ligari... velle autem non potest invitus, quia velle non potest nolens velle; nam omnis volens ipsum suum velle vult.»

2.^a D. Thomas ita demonstrat (2): Actus immediate elicited a voluntate nihil est aliud quam inclinatio quaedam procedens ab interiori principio cognoscente. Sed hinc ab intrinseco inclinationi nequit violentiam inferri. Ergo... *Minor* prob. a) Quia, quod est «coactum vel violentum est ab exteriori principio.» b) Quia contra rationem huiusmodi inclinationis est, eam esse coactam et violentam: «ei enim etiam est contra rationem naturalis inclinationis vel motus lapidis quod feratur sursum; potest enim lapis per violentiam ferri sursum; sed quod iste motus violentus sit ex ejus naturali inclinatione, esse non potest. Similiter etiam potest homo per violentiam trahi; sed quod sit ex ejus voluntate, repugnat rationi violentiæ.» Brevi cum. Suarío (3): «Actus elicited a voluntate est per se ipsum intrinsece voluntarius, unde hoc si. e. esse «voluntarium» est omnino inseparabile ab ipso: ergo non potest esse simpliciter involuntarius: ergo neque coactus.»

13. II.^a Pars. Quaedam potentiae, quibus voluntas imperat, possunt moveri ab extrinseco ipsa renitente. Ergo... *Antec.* patet: a) In motu quo membra v. g. manus, pes, etc., moventur ab extrinseco contra hominis voluntatem. b) In sensibus externis, cum aliquis cogitat audire, videre, quae non vult. c) In sensibus internis, appetitu sensitivo, et intellectu in quibus homo frequenter habet imaginationes, appetitiones et apprehensiones contra suam voluntatem, qui actus licet sint juxta inclinationem appetitus sensitivi, sunt simpliciter homini violenti: nam «voluntas est appetitus tostius hominis et supremus, ideo quod est absolute contra voluntatem, est simpliciter coactum homini (4).»

14. Obj. 1.^o Potest Deus facere ut voluntas aliquid velit, quando velle nollet, durante in ipsa hac nollitione: ergo tunc cogeretur voluntas.

Resp. Dist. *antec.* Quando velle nollet absolute; neg. Secundum

(1) De lib. arbit. c. 5.—(2) 1, 2, Q. 6, art. 4.—(3) De act. D. 2, sect. 5, n. 6.
(4) Suarez, *ibid.*, sect. 6, n. 1.

quid, conc. Si voluntas necessitatur, aut efficaciter movetur, et actu absoluto aliquid velit, non poterit tunc manere in illa absolutus actus, quo nolit alium actum, nam tales actus sunt absolute et omnino contrarii et repugnantes; ad summum poterit habere actum simplicem, quo nolit habere talem actum, qui non faceret actum involuntarium simpliciter, sed tantum secundum quid et improprie, sicut ea, quae fiunt ex metu.

Inst. De potentia absolute potest facere Deus ut in voluntate sint simul volitio et nollitio absolute et contrarie omnino.

Resp. Neg. *antec.* Repugnantia oritur ex intrinseco modo, quo vitales potentiae excitantur ad hos actus eliciendos; nam per unum actum destruitur omnino objectum alterius; ablato autem objecto non potest facultas operari: ut in intellectu, hoc ipso quod iudicat propositionem aliquam esse veram, destruit omnino veritatem in contraria, vel contradictoria illius, et ideo fieri non potest ut simul iudicet vel illam esse falsam, vel contradictoriam veram.

Obj. 2.^o Deus potest necessitare voluntatem ad actum naturae suae liberum et aliquo modo contrarium inclinationi naturali, v. g. ad appetitum non existendi. Sed tunc est violentia tum in actu ipso, qui est contrarius inclinationi naturali, tum in modo, qui est necessarius et non liber. Ergo...

Resp. Dist. *mej.* Deus potest necessitare, etc., cogendo; neg. Mutando voluntatem in actum contrarium, conc. Ad *minor.* dico necessarium non coverti cum coacto; actum futurum contrarium inclinationi naturali; dist. Absolute; neg. Hypothetice, quatenus si agens libere operaretur forte nollet illum conc.

Obj. 3.^o Violentus est actus naturae contrarius. Sed aliquando actus voluntatis sunt contrarii naturae seu inclinationi habituali hominis in bonum honestum, ut patet in actibus peccaminosis. Ergo...

Resp. Dist. *mej.* Est actus naturae contrarius realiter et apprehensive; conc. Realiter; subdist. Si natura consideratur adaequate conc. Si inadaequate; neg. Actus peccaminosus est tantum contra inclinationem partialem, quam scilicet homo ad bonum honestum habet, non tamen est contra inclinationem hominis adaequatam, quae est ad bonum in communi. Praeterea actus peccaminosi non sunt voluntati extrinseci, cum a sua libera determinatione procedant.

SCHOLIUM I.

De voluntario mixto cum metu vel concupiscentia.

15. **Nota.** I. Metus definitur a jure (1): «Instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. I. e. perturbatio, quae si est adeo vehementis ut ipsam rationis usum perturbet, tunc consequenter ad defectum cognitionis voluntarium omnino tollit. Metus sive timor est actus appetitivae virtutis, quo quis fugit malum futurum; est absolute gravis si oritur ex malo gravi et imminente, qui proinde cadit etiam in virum constantem; relative gravis, quo licet non moveretur vir constans, movetur tamen meticulosus; levis, qui oritur ex malo levi vel non imminente.

II. Aliud est fieri ex metu, aliud fieri cum metu: hoc tantum indicat metum concomitari actionem, ut quando Christus D. progrediebatur ad mortem metuens illam; illud indicat metum inducere in actionem seu actionem procedere ex ipso, ut quando propter metum naufragii merces in mare projiciuntur.

III. Involuntarium simpliciter est quod est contra positivum affectum voluntatis efficacem ad impediendum contrarium, qui affectus exprimitur voce *noto secundum quid*, quod est contra positivum affectum inefficacem, qui solet exprimi voce *nonlem*. Involuntarium simpliciter opponitur voluntario simpliciter.

IV. Minime necessum esse omnia, quae fiunt ex metu, esse involuntaria secundum quid; metus enim non requirit ex se aliquem affectum repugnantem actioni, quam includit, cum haec ex se voluntati amabilis esse possit; sic etiam fuga peccati ex metu gehennae non patitur affectum contrarium etiam inefficacem (2). Quando vero actio ex se est odibilis, regulariter ac moraliter loquendo est aliquomodo involuntaria, Ideo.

Dico I. Quae fiunt ex metu sunt simpliciter voluntaria, et solum involuntaria secundum quid.

16. I. Pars. Prob. 1.^o Ratione D. Thomae (3), unumquodque simpliciter esse dicitur secundum quod est in actu, secundum quod est in apprehensione solum est secundum quid. Atqui actiones, quae fiunt ex metu, secundum quod sunt in actu sunt voluntariae, Ergo quae fiunt ex metu sunt simpliciter voluntaria. *Minus prob.* Actiones, quae fiunt ex metu sunt in actu secundum quod fiunt hic et nunc sub his determinatis circumstantiis, ad avertendum majus malum, quod timetur. Atqui actiones, quibus hic et nunc avertitur majus malum sunt voluntariae, ut patet in projectione mercium in mare, quae fit voluntaria tempore tempestatis propter timorem periculi. Ergo.

2.^o Quae fiunt ex metu libere eliguntur, et efficaciter amantur et denominant agentem simpliciter volentem. Ergo sunt simpliciter voluntaria.

(1) L. h. Digest. l. 2.—(2) Vid. V, III. Disquis. no. 145, 148.—(3) 1, 2, Q. 6, art. 6.

17. II.^o Pars. Prob. Illud est aliquomodo involuntarium, quod fit aliquatenus repugnante voluntate per oppositum affectum; hoc enim dicitur involuntarium, quod est contra affectum voluntatis. Sed quae ex metu fiunt, saepe fiunt cum aliqua repugnancia actuali voluntatis. Ergo sunt aliquomodo involuntaria, sed ex prima parte non possunt esse involuntaria simpliciter; ergo manet esse involuntaria secundum quid, sicut est, prout consideratur id, quod ex metu fit, extra hunc casum existens (1).^o

18. **Corollarium.** Ex dictis sequitur metum minuere liberum ac proinde peccatum.

Ita Angelicus (2): «Diminuitur tamen secundum aliquid ejus peccatum, quia minus voluntarium est.»

19. Obj. 1.^o Quae fiunt ex metu, fiunt invite. Ergo sunt simpliciter involuntaria.

Resp. Dist. *anteq.* Fiunt invite simpliciter contra aliquem affectum efficacem voluntatis; *neg.* Secundum quid, contra affectum hic et nunc inefficacem voluntatis; *conc.* Qui ob metum projicit merces, volens projicit, non volens absolute, sed conditionate si alia darentur adjuncta.

Obj. 2.^o Tum Philosophus (3), cum D. Thomas (3) dicunt ea quae fiunt ex metu non esse simpliciter voluntaria. Ergo...

Resp. Explico simpliciter i. e. vel ex parte objecti, quatenus praecise et secundum se consideratum non est volitum; vel ex parte subjecti quatenus non excludit omnis involuntarii admixtionem; *conc.* Simpliciter ex parte ipsius actus; *neg.*

20. **Concupiscentia** prout hic sumitur, est motus appetitus sensitivi bonum prosequens. Potest esse: 1.^o *Antecedens*, quae ordine causalitatis antecedit consensum voluntatis et illam sollicitat ad consentiendum. 2.^o *Concomitans*, quae est simul cum ipso consensu. 3.^o *Consequens*, quae ordine causalitatis consequitur voluntatis actum.

Concupiscentia concomitans moraliter loquendo, ut bene notat Suarez (4), nulla est quae non participet rationem antecedentis vel consequentis; vel si sit, judicandum de illa est ut de consequenti. Concupiscentia consequens comparatur ad voluntatis actum ut effectus; sed effectus ut effectus nihil confert ad ponendum actum cuius est effectus; ergo non causat voluntarium, neque involuntarium. Ad rem Angelicus (5): «Passio consequens... potius est signum magnitudinis peccati, in quantum demonstrat inconsiderationem voluntatis ad actum peccati.» Hec igitur quaestio de concupiscentia antecedente et de ea:

Dico II. Concupiscentia non causat involuntarium simpliciter, neque per se involuntarium secundum quid; sed potius auget voluntarium, licet minuat liberum.

21. I.^o Pars. Prob. 1.^o Apostolus hortatur (7): *Non regnet*

(1) D. Thom. 1, 2, Q. 6, art. 6.—(2) 2, 2.^{ae} Q. 125, art. 4.—(3) 3, Ethic. c. 1.—(4) 2, 2.^{ae} Q. 242, art. 3.—(5) De act. D. 3, sect. 3, n. 1.—(6) 5, 2, Q. 77, art. 6.—(7) Rom. VI, 12

peccatum in Castro mortali corpore, ut obedatis concupiscentiis eius. Atqui si concupiscentia causaret involuntarium simpliciter, neque esset peccatum ei indulgere et adhortatio Pauli inutilis evaderet. Ergo...

2.^o S. Joannes Damasc. (1): «Involuntarium est misericordia et indulgentia dignum et cum tristitia agitur.» Sed quod fit concupiscentia instigante, neque est dignum misericordia, neque fit cum tristitia. Ergo... *Mia.* prob. Peccata ex concupiscentia orta puniuntur legibus et homines sine reluctancia eis consentiunt, ut patet quotidiana experientia.

3.^o Quod procedit a principio intrinseco cum cognitione finis non est involuntarium simpliciter. Atqui quod causat concupiscentia procedit a principio intrinseco cum cognitione finis. Ergo... *Mia.* prob. a) hoc ipso quod procedat a voluntate, quae est principium intrinsecum agendi, quod cognitione movetur. b) Quia «si concupiscentia totaliter cognitionem auferret, sicut contingit in illis, qui propter concupiscentiam sunt amantes, sequeretur quod concupiscentia voluntarium tollerent, nec tamen proprie ibi esset involuntarium, quia in his, quae usum rationis non habent, neque voluntarium est, neque involuntarium.»

22. II.^o Pars. Prob. 1.^o Illud causat per se involuntarium secundum quid, quod per se movet voluntatem ad aliquid, quod ipsa refugit. Sed concupiscentia per se non movet voluntatem ad aliquid, quod ipsa refugit. Ergo... *Mia.* prob. Nam per se movet ad bonum delectabile a quo per se voluntas non recedit.

2.^o Voluntarium secundum quid fit cum aliqua tristitia. Sed quod causat concupiscentia, per se non fit cum tristitia, sed cum laetitia. Ergo...

Dixi per se, quia nonnumquam per accidens involuntarium secundum quid causatur a concupiscentia, ut si quis concupiscentia illectus peccat contra remorsum conscientiae.

23. III.^o Pars, quam negant Vazquez et Arriaga (3). prob. Quod facit ut voluntas majori impetu et intensius feratur in objectum, auget voluntarium. Sed concupiscentia facit ut voluntas majori impetu et intensius feratur in objectum. Ergo... *Mia.* prob. Aliquid eo magis est voluntarium, quo magis intense voluntas illud vult. Sed voluntas magis intense illud vult in quod majori impetu feratur. Ergo... *Mia.* prob. a) Quia concupiscentia caeteris partibus voluntatem plus movet. b) Facit ut intellectus proponat voluntati objectum ut magis concupisibile. c) Experientia, quae docemur amore et beneficiis inclinari homines ut facile et sponte operentur, timore autem et metu potius retrahi, seu obdurari, vel saltem non ita spontanea operari.

24. IV.^o Pars. Prob. 1.^o Liberum est quod procedit a voluntate cum indifferentia. Sed concupiscentia minuit indifferentiam ex parte voluntatis. Ergo... *Mia.* prob. Nam concupiscentia inclinat voluntatem magis ad unum quam ad aliud.

(1) De *fid.* l. 2, c. 24.—(2) D. Thom. 1, 2, Q. 6, art. 7, ad 3.—(3) De actib. D. 11, sect. 4.

2.^o Concupiscentia facit ut concupitum appareat pulchrius atque ut ratio non tam attente consideret bonum oppositum. Sed haec minuunt libertatem; nam, quo vehementius voluntas ab uno objecto movetur, et quo minus ad oppositum attendit, eo ipso est minus indifferens tum voluntas, tum ratio, quae sunt libertatis radices ut indifferentis.

25. Corollarium I. Passio minuit peccatum, licet illud non tollat.

Ita D. Thomas (1): «Passio minuit peccatum in quantum minuit voluntarium.» ubi voluntarium sumit pro libero ut patet ex fundamento a quo procedit ejus argumentatio, nempe «quod peccatum essentialiter consistit in actu liberi arbitrii, quod est facultas voluntatis et rationis.»

Corollarium II. Consuetudo auget voluntarium et minuit liberum formaliter.

Ita ex Suario (2), ratio primi est, quia consuetudine fit ut voluntas majori promptitudine feratur in objectum consuetudinis; secundi, quia minuit indifferentiam inclinando voluntatem magis in unam quam in alteram partem.

Addit Suarius formaliter, quia moraliter et in ordine ad effectus morales non censetur minuire quamdiu illa consuetudo libera ac voluntaria est, nam est dispositio libera, quae ut sic non minuit liberum.

26. Obj. 1.^o Sicut metus est passio, ita et concupiscentia. Atqui metus causat aliquo modo involuntarium. Ergo etiam concupiscentia.

Resp. Dist. *Maj.* Generice; conc. Eiusdem speciei seu objecti; neg. Concupiscentia enim est circa bonum, metus circa malum, jam vero malum secundum se voluntati contrarium est, a contra bonum ipsi consensum est.

Obj. 2.^o Sicut metuens agit contra id quod vult, ita incontinentens per concupiscentiam. Atqui in illo est involuntarium secundum quid. Ergo et in concupiscente erit involuntarium secundum quid.

Resp. Dist. *Maj.* Aliquando et per accidens; conc. Per se et ordinario ut in metuente; neg. In reddenda ratione hujus differentiae non consentiunt auctores. D. Thomas (3) eam reperit in eo, quod timor sit de malo et non tollat voluntatis repugnantiam dum concupiscentia respicit bonum et voluntatem movet ad volendum, quod antea repudiabat.

Arriaga hoc discrimen explicat (4), quia ea, quae ex metu aguntur, sunt cum tristitia; quae vero concupiscentiae causae cum laetitia; nam per concupiscentiam ducimur ad novum bonum nobis comparandum, per metum vero operamur ne bonum aliquod, quod habemus, amittamus.

Suarius (5) fatetur non esse facile hanc differentiam declarare ac ejus radicem reperit ex objectis istorum affectuum, nam objectum concupiscentiae cum sit bonum, de se et ex vi sua est consen-

(1) 1, 2, Q. 77, art. 6, 7.—(2) De act. D. 3, sec. 3, n. 16.—(3) 1, 2, Q. 6, art. 7, ad 1.—(4) De act. D. 11, sec. 4, subsect. 3.—(5) De act. D. 3, sect. 4, n. 4.

etadeum voluntati et nullam vim aut necessitatem ei infert quantum in se est: at vero objectum metus cum sit malum, de se est dissonum voluntati, et potest necessitatem quandam inferre, ut accingit præcipue in omni metu extrinsece illato. Unde fit ut licet ex suppositione talis mali, (v. g. naufragii) fuga illius voluntaria sit, tamen simpliciter et malum ipsum (naufragium) sit involuntarium, et simpliciter fuga ejus, quia nollet homo consisti in ea necessitate ut sibi esset necessarium fugere, vel timere malum, et ita hoc involuntarium est quasi intrinsece annexum timori; quod non ita reperitur in concupiscentia.

Obj. 3.^a Concupiscentia minuit esse ab intrinseco cum cognitione. Ergo minuit voluntarium.

Resp. Dist. *ante*. Quoad liberum; conc. Quoad voluntarium; neg. Nam licet minuat considerationem rationum in oppositum, adeoque et indifferentiam iudicii, et consequenter faciat ut operatio minus procedat ab active indifferenti se ipsum determinante ut requiritur ad rationem liberi; non tamen minuit, sed auget cognitionem delectabilitatis objecti et inclinationem voluntatis in illud ex quibus solis petitur ratio voluntarii.

Inst. Non potest minui liberum quin minuatur voluntarium; nam voluntarium respectu liberi est genus. Sed non potest minui species quis minuatur genus. Ergo.

Resp. Dist. assertum, non potest, quia minuatur voluntarium in eo quod est voluntarium procedere indifferentem; conc. In eo quod est tendere majori propensione ad solum objectum; neg. Ad prob. trans. vel conc. *ma*. *Ma*, neg. cuius falsitas patet in homine, qui quatenus sensitivus (genus) minuatur ob surditatem et caecitatem, et non quatenus rationalis (differentia). Et revera licet liberum sit quasi species voluntarii, potest minui ratione liberi, aucta ratione voluntarii, quia hæc petitur ex propensione voluntatis, illa ex indifferentia ejus activa quae minui potest. Imo ut patet in amore beatifico, totaliter tolli illa remanente integra imo et aucta (1).

SCHOLION II.

De influxu ignorantiae in voluntarium.

27. Ignorantia in genere est carentia scientiae vel cognitionis. Si est in subjecto incapaci dicitur proprie *nescientia*, si in subjecto capaci est proprie et simpliciter *ignorantia*. Est *privativa* si est eorum, quae quis scire potest et debet.

Potest ignorantia diversimode parti. Ad nostrum institutum prae oculis habendae sunt sequentes partitiones: 1.^a In *antecedentem*, quae non sequitur voluntatem ut effectus et ipsa est causa ut voluntas aliquid agat, seu quae antecedit omnino voluntatem tum ignorandi quam operandi actionem ex ignorantia factam (2).— In *concomitantem*, quae neque sequitur voluntatem ut effectus, ne-

(1) Platellii. De act. n. 30.—(2) Suarez. De act. D. 4, sect. 1, n. 20.

quae antecedit operationem ut causa.— In *consequentem*, quae consequitur voluntatem ut effectus et est causa operationis. 2.^a In *voluntariam*, quum homo tenet independentem ab ejus voluntate. In *involuntariam*, quae in ipso est dependenter ab ejus voluntate. Hæc potest esse voluntaria directe et in se vel in alio. Directa et in se est *affectata* quando quis ignorare vult ut excusationem præterire valeat, vel ut liberius peccet. Ignorantia in alio est *negligens* in præteritione moralis et debite diligentiae ad illam expellendam necessariorum, quae ratione gravitatis negligentiae potest esse *crassa* vel *supina*. 3.^a In *culpabilem*, quae est ignorantia voluntaria seu privata scientia præcepta ratione sui vel operationis debite. In *inculpabilem*, quae est ignorantia involuntaria, vel si est voluntaria non est de scientia præcepta. Hæc divisio ultima fore eadem est ac illa communis in *vincibilem*, quae morali diligentia tolli potest, quae si est de re debita erit culpabilis; in *invincibilem*, quae morali adhibita diligentia auferri nequit, quae si nec antea fuit moraliter auferibilis etiam in re debita erit omnino inculpabilis. His præjactis:

Dico: Ignorantia antecedens causat involuntarium simpliciter; concomitans, non voluntarium; consequens vero, simpliciter voluntarium.

28. Nota. Ignorantia causat voluntarium vel involuntarium, quatenus est causa per accidens removens prohibens; sic qui manducat carnes in die prohibito ob ignorantiam, ipse certe voluntarie manducat carnes et tamen hic actus ut sic, est causatus ab ignorantia removente prohibens, nam si sciret ipso prohibitionem, non manducaret. Ideo ignorantie influxus distinguendum est prout terminatur ad rem cognitam et prout terminatur ad rem ignoratam, quatenus est ignorata: primo modo, ignorantia potest causare illam actionem v. g. edendi carnes die prohibito, directe, modo dicto; sed non agimus de actione ignorantiae hoc modo considerata, quia sic est simpliciter volita; agimus de actione respectu conditionis ignoratae, et hoc modo ignorantia non causat voluntarium directum et in se, quia volentis non potest ferri in ignotum ut tale, ac proinde hoc nequit esse voluntarium directum et in se.

29. I.^a Pars. Prob. 1.^a Ignorantia antecedens excusat omnino a culpa. Atqui non excusaret si non causaret involuntarium simpliciter, cum libertatem actionis non tollat. Ergo. *Ma*, prob. a Verbis Christi D. (1): *Si non venissem, et loquutus fuisset eis, peccatum (infidelitatis) non haberent: nunc autem excusationem non habent.* b) S. Augustinus (2): «Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras, sed quod negligis quaerere, quod ignoras.» c) Auctoritate Alexandri VIII, qui damnavit hæc propositionem (3): «Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturae, hæc in statu naturae lapsae operantem ex ipsa non excusat a peccato formali.»

2.^a Ratione. a) Quod fit sine cognitione et contra voluntatem operantis est simpliciter in voluntarium. Atqui quod causat ignorantia

(1) Joan. XV, 22.—(2) De lib. arb. c. 78.—(3) 2.^a inter prohibitas 7, Decem, 1690.

antecedens fit sine cognitione et contra voluntatem operantis. Ergo ignorantia antecedens causat involuntarium simpliciter. *Min. prob. Fit sine cognitione.* nam ignorantia est carentia cognitionis illius circumstantiae ignoratae: *est contra voluntatem operantis*, quae acta vel habitu est ita disposita ut nollet illam actionem, si sciret circumstantiam ignoratam. Ergo quod causat ignorantia antecedens fit sine cognitione et contra voluntatem operantis. b) Quod causat ignorantia antecedens esset involuntarium in se vel in alio. Atqui in neutro est; non *in se*, nam quod ignoratur nequit esse voluntarium in se: non *in alio*, nam ipsa ignorantia antecedens in qua esset voluntarius effectus est involuntaria utpote adversa voluntati actuali vel habituali operantis. Sed nihil potest esse voluntarium in re involuntaria, sed e contra involuntarium erit sicut et ipsa res. Ergo ignorantia antecedens causat involuntarium simpliciter.

30. **Corollarium.** Ergo non sunt audiendi, sed rejiciendi tum protestantes, tum jansenistae cum asserunt ignorantiam invincibilem sive facti, sive juris tam naturalis (1) quam divini humanique positivi, non excusare a peccato operantem ex ea.

31. II. Pars. Prob. 1.^a Quod fit et ignorantia concomitante, fit absque cognitione et non contra inclinationem voluntatis. Atqui hoc est non voluntarium. Ergo... *Min. prob.* Non est voluntarium, quia fit absque cognitione factis: non est involuntarium, quia non est contra appetitum actuale vel habituale agentis. Ergo restat ut sit non voluntarium.

2.^a Exemplo. Si quis mittit sagittam ad occidendam feram et facta sufficienti diligentia ad vitandum periculum occidendi hominem, revera occidit inimicum suum cuius vitam extinguere cupiebat, operatur ignorantia concomitanti. Atqui occisio inimici, quamvis concupita, fuit in casu occisori non voluntaria. Ergo... *Min. prob.* Non fuit ei involuntaria, quia non fuit contra ejus appetitum. Non fuit voluntaria; nam si fuisset ipsi voluntaria fuisset homicida. Atqui non fuit homicida. Ergo occisio hominis (materialis) non fuit ei voluntaria. *Min. prob.* Si occidisset amicum, non fuisset homicida, quia daretur ignorantia antecedens. Ergo etiam si sit inimicus non erit homicida, quia ratio culpae non pendet ex re extrinseca mere casuali, ut est esse amicum vel inimicum.

Corollarium. Hinc si dicitur ignorantiam concomitantem non excusare a peccato, non eo dicitur quod actio cum illa procedens ad peccatum imputetur, sed quia operans cum illa male dispositus est et peccat interne non externe; unde liberat a peccato externo ejusque consequentis v. g. censurae, restitutionis, etc.

32. III. Pars. Prob. 1.^a Quod est voluntarium in causa est simpliciter voluntarium. Atqui quod causat ignorantia consequens utpote voluntaria est voluntarium in causa. Ergo...

2.^a Exemplo. Si quis ob ignorantiam consequentem occidat hominem, putans se occidere feram, sine dubio ei ad culpam imputatur. Sed non posset ad culpam imputari nisi esset occisio voluntaria... Ergo...

(1) De hoc tantum jure assertionem stabilunt jansenistae.

3.^a Confirmatur ex Scriptura in qua, a) Recensentur inter impios (1): *Qui dixerunt Deo: Recede a nobis, et scientiam virtutum tuarum nolumus.* b) David veniam precatur pro ignorantis (2): *Delicta juvenutis meae, et ignorantias meas ne memineris.*

33. Obj. 1.^a Judaei cum Apostolos persequerentur putabant (3): *obsequium se praestare Deo*, unde non suspicabantur se male agere. Atqui nihilominus peccabant. Ergo ignorantia antecedens non excusat a peccato, nec tollit voluntarium.

Resp. *Dist. major.* Putabant obsequium se praestare Deo ignorantia vincibili et culpabili; conc. Invincibili et inculpabili; neg. Ex tot ac tantis Apostolorum miraculis, ex tam illustri vitae sanctitate ac doctrinae sublimitate, facile potuissent Judaei suam ignorantiam deponere et injustam Apostolorum occisionem cognoscere.

Obj. 2.^a Deus minatur Abimelech (4): *Morieris propter mulierem quam tulisti; habet enim virum.* Sed Abimelech nesciebat Saram de qua hic est sermo fuisse uxorem Abrahae. Ergo ignorantia antecedens, etc... Item 1. Reg. XIV. 44. Jonathas damnatur ad mortem ob transgressionem legis quam ignorabat.

Resp. Ad 1.^{am} Abulensis dist. *min.* Nesciebat culpabiliter; conc. Nesciebat inculpabiliter; neg. non enim sufficienter inquisiverat an Sara esset uxor Abrahae. Conformis ad contextum. Menochius explicat *major.* Morieris ratione adulterii; neg. Alterius peccati; conc. nempe, quia tult invitum, non attendendo adulterium a quo cum excusat Deus v. 6. *Scio, quod simplex corde feceris.* Ad 2.^{am} dicendum cum Alapide Jonatham injuste condemnatum fuisse propter transgressionem praecepti humani, quod ignorabat.

Obj. 3.^a Christus D. dixit Apostolis (5), *servus qui non cognovit voluntatem Domini sui, et fecit digna plagis, vapulavit paucis.* Ergo ex sola non cognitione seu ratione solius ignorantiae oritur culpa.

Resp. *Dist. antec.* Servus, qui non cognovit omnino inculpabiliter vapulabit paucis; neg. Qui non cognovit ratione majoris vel minoris negligentiae; conc.

Obj. 4.^a S. Augustinus saepe dicit nullam ignorantiam excusare a peccato. Ergo etiam invincibilis non excusat.

Resp. *Dist. antec.* A peccato, vel formali et culpabili vel materiali et inculpabili; conc. A peccato tantum formali et culpabili; subdist. Ignorantia consequens seu vincibilis, conc. Invincibilis; neg. Quando S. Augustinus dicit per ignorantiam peccari; vel loquitur de ignorantia vincibili; vel nullo facto discrimine inter vincibilem et invincibilem, adversus pelagianos docet, esse peccatum materialiter, peccato improprie dicto pro poena, quam ex Adamo originem ducendo contraximus.

Instab. S. Augustinus reficit (6) nostram distinctionem: *Sed et illa ignorantia, quae non est eorum, qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat.*

(1) Job. XXI, 14.—(2) Ps. XXIV, 7.—(3) Joann. XVI, 2.—(4) Genes. XX, 3.—(5) Luc. XII, 48.—(6) Lib. de *gr. et lib. arbit.* c. 3.

aut sempiterno igne non ardeat, si propterea non credit, quia non auditur omnino quid crederet; sed fortassis ut mitius ardeat.» Ergo ignorantia invincibilis juxta S. Doctorem non excusat a peccato formali, cui ut poena sempiternus ignis respondet.

Resp. Explico *caute*. Ardebunt igne sempiterno, qui simpliciter nesciunt, ignorantia omni ex parte invincibili; neg. Vincibili solum remote in neglecta salutis procuracione; conc. S. Augustino *simpliciter nescire* non est *invincibiliter ignorare*, sed tantum non *recipere scientiam salutis*; jam vero inter ignorare invincibiliter salutis scientiam eamque rejicere stat omisso debita diligentia ad eam acquirendam.

Obj. 5.^a Quae fiunt ex ignorantia invincibili juris naturalis, sunt voluntaria in causa sua, in peccato Adami. Ergo sunt formaliter peccata.

Resp. Neg. *ante*. Ignorantia hujusmodi est effectus et poena peccati Adami, non culpa; unde non magis nobis libera est, quam motus naturales indeliberati concupiscentiae, passibilitas, mortalitas caeteraque hujus vitae poenales.

ARTICULUS II.

De Libero.

34. Liberi primaevis sua significatione id est quod est sui juris et alteri non subjectam, excludens profunde relationem servitutis, ut deducere est ex Jure Romano (1) definiente libertatem: «Fasculus ejus quod enique fuisse libet, nisi quod ei, et lege prohibitum est.» Hinc juxta plures servitutis species, quibus homo subijci potest, tot numerantur libertatis acceptiones; prima est libertas a servitute hominis seu immunitas, ab obligatione alteri serviendi; secunda est libertas gratiae seu immunitas a peccato (2); tertia est libertas glorie seu immunitas a concupiscentia caeterisque hujus vitae miseriis (3); quarta libertas naturae, quae est a libertate a coactione pro immunitate a violentia et oneratione, dicitur essentialis, quia essentialis est volitioni vitali ita procedere ab intrinseco ut non possit esse ab extrinseco remittente passo (4); b) libertas electionis, indifferentiae seu immunitas a necessitate cogente violentem, se ad unum prae alio determinare antecedenter ad operationem. De hac postrema agendum est propter haereticos, qui iam negarunt.

(1) L. Libertas ff. De statu hominis. — (2) Rom. VI, 18. — (3) Ibid. VIII, 21. — (4) Thes. II.

THESIS III.

Homo etiam in statu naturae lapsae est liberi arbitrii ad bonum malumque indifferentis.

35. Nota. I. Convenit inter omnes, patris ex thomistis, ut suam praedeterminationem physicam melius defendat ad sola praerequisita creata coaerantibus (1), libertatem indifferentiae definire: «facultatem, quae positis omnibus requisitis ad operandum potest operari et non operari.» Thomistae post Bannezium (2) generatim eam exponunt, quae potest non operari in sensu *diviso* concursus Dei seu praedeterminationis physicae; *sensum compositum* soli potentiae, melius diceret soli possibilitati in alia hypotesi non operandi reservantes. Nostrae vero Societatis doctores alique in *sensu composito* ipsum non operari conjungunt cum omnibus praerequisitis etiam concursu Dei et solum admittunt *sensum divisum non operandi* consequenter ad ipsam liberam voluntatis operationem, quae dum est nequit non esse. Hinc esse volutimum hujus definitionis sensum, conformem menti S. Thomae ex dictis de concursu Dei (3) constat: nunc probationibus thesios hunc sensum prae se ferentibus illam firmabimus breviterque declarari potest cum Plateii (4): «quia ad perfectam libertatem indifferentiae requiritur potentia proxima et expedita ad utramlibet, ut quisvis homo vere dicatur simpliciter posse utramlibet et habere illa plenum sui actus dominum ut ultimate solum oriatur ex pro-

(1) Alvarez. Disp. 113. Ledesma art. 10, § Sed antequam, etc. — (2) P. Schneeeman S. J. (controver. de div. grat. init. et progress. Prooem. 4. Devet. schol. D. Thomae) percurrit clariore S. Thomae discipulos ab Egidio Rom. (ann. 1316) usque ad Fr. Victoriam Bannezium magistrum et nullum praedeterminationem physicam, sensum divisum Bannezii docere invenit. Ulimus Victoria, in codice manuscripto Vaticano (cod. 4630) cui titulus «Incipit scholia R. A. P. Fr. J. de Victoria in sac. theol. revolutissimi ac in Salamancae Universitate catholice primae regenti meritissimi... in 12^o S. Thomae. Quae publice professus est... anno ab incarnatione Domini 1539.» habet: «Habere dominum actuum est, quod homo habet in sua spontestate, quando agit, non agere, quando non agit, agere, et agere taliter vel ita. Et hoc est modus peculiaris agendi humanus, quo differt a brutis, 2^o modo et suppono, scilicet quod voluntas ratione fims habet naturalem inclinationem, et ideo movetur ad ipsam finem a dante inclinationem, puta a Deo, quia Deus concessit ei talem inclinationem... sed ad media non habet hanc naturalem inclinationem, et ideo media eligit ipsa voluntas libere.» Proprius igitur et melius quam thomistae, banneziani appellandi essent qui praedeterminationem physicam admittendam esse censent. — (3) Vol. II, Disq. VI. De Deo creatore, nn. 89-103. — (4) De act. c. 1, § 5, n. 55.

propria ejus determinatione quod ponatur vel non ponatur. Jam vero ad hujusmodi potentiam necessarium est, ut homo cum omnibus praerequisitis absolute antecedentibus, et quae habere vel non habere, non est in ejus potestate, aequè possit actum et non actum componere; sicut enim omnes, aut fere omnes nostri actus necessarii nobis essent liberi; nam sol v. g. ita illuminat, cum omnia requisita concurrant, ut possit non illuminare si fenestrae claudantur, oculus videt objectum imprimens speciem, et aptus est ad cernendum visionem, si auferatur species (1). Libertas tandem indifferentiae dicitur *contradictionis* quatenus simpliciter est facultas operandi vel non operandi; *contrarietatis* quatenus est facultas operandi aliquid vel ejus oppositum v. g. bonum vel malum; *specificitatis*, quatenus est facultas eligendi inter diversa genera boni vel mali.

II. Thesis est de fide tum contra veteres haereticos, qui, ut manichaei, liberum arbitrium absolute negabant, tum contra recentiores Lutheranos et calvinistas, qui licet illud concederent homini integro, detrahant homini lapsu. Jansenius contra Calvinum docuit hominem lapsu praeditum esse libero arbitrio, sed solum cum libertate a coactione, non cum libertate indifferentiae, quam delectatio relative victrix vel ad bonum determinando si erat amoris Dei, vel ad malum perferendo si erat concupiscentiae, destruebat.

36. Prob. 1.^o Concil. Tridentinum definiit (2): «Si quis liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum, et extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re, Argumentum denique a Satana inventum in Ecclesiam; anathema sit.» Et supra (3) de libera determinatione statuit: «Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo... neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passivo se habere; anathema sit.» Quae verba declarantur a concilio ita (4): «ut, tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illustrationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abicere potest...» Innocentius X (5) uti haereticam damnavit propositionem Jansenii: «Ad merendum et mereendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.» His ecclesiasticis sententiis dum confingitur haeresis, simul

(1) Suarez, De grat. proleg. 1, c. 81, n. 8.—(2) Sess. VI, can. V.—(3) Ibid. can. IV.—(4) Ibid. cap. V.—(5) Constitut. «Cum occasione» 31 Maji 1653. Vide etiam Encyclic. Libertas, Leonis XIII, § 3 *Inter cetera*.

per verba «dissentire si velit,» «abicere potest» aperte indicatur sensus compositus (not. 1), cum «dissentire» non consentire, excitationi divinae actu existenti significet; et «abicere» rem habitam dimittere, aut sibi oblatam respuere importet. Aliter dicendum esset Tridentinum haereticos non damnassee, qui libertatem negabant in *sensu composito* excitationis divinae, «cum non fuerint, ait Platelli (1), tam stupidi, ut senserint hominem praecise quantum est ex parte voluntatis, et indifferentiae iudicii non posse actum divinae excitationi oppositum exercere absolute, et praecisa, seu non supposita excitationis existentia.»

2.^o Ex sacra Scriptura, quae non uno in loco tradit hominem lapsu dominium habere suorum actuum, eundemque cum requisitis ad agendum eligere posse vel *actu agere*, vel *actu non agere* aut *actu agere aliud*; non tantum *solum actu agere* cum mera potentia ad non agendum. Deuter (2). Moyses adhortans Israelitas: *Mandatum hoc, quod ego praecipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum... Sed facta te est coram vultu in ore tuo et in corde tuo, ut facias illud. Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitum et bonum, et e contrario mortem et malum, ut diligas Dominum Deum tuum... et vitas... Si autem aversum fuerit cor tuum, et audire noluieris... praedico tibi hodie quod pereas... Testes invoco hodie caelum et terram, quod proposuerim vobis vitam et mortem, benedictionem et maledictionem. Elige ergo vitam... Ecclesiasticus (3) impio se excusanti: *Ille (Deus) me implavit; non enim necessarii sunt ei homines impij*, reponit: *Deus ab initio constituit hominem et reliquit illum in manu consilii sui. Adiecit mandata et praecepta sua. Si volueris mandata servare, conservabit te... Apposuit tibi aquam et ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita et mors, bonum et malum: quod placuerit ei dabitur illi... et infra (1) justum divitem laudibus extollit eo quod actu non peccaverit, cum potuerit; quae laus nulla esset si in *sensu composito* praerequisitorum a voluntate operantis minime dependentium impossibile esset actu peccare. Et verba: *Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria veterana; qui potuit transgredi et non est transgressus; facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, etc.* Vide etiam Genes IV, 6, 7; 1.^a Corinth. VII, 37; 2.^a Corinth. IX, 7, etc.**

37. 3.^o Ex Patribus S. Justinus M. (2): «Nihil esset in illis christianis laude dignum, nisi facultatem haberent, qua se in utramque partem converterent.» S. Athanasius (3): «Ani-

(1) De actib. c. 1, § V, n. 54.—(2) XXX, 11.—(3) XV, 12, 14.—(4) XXXI, 10.—(5) Apol. ad senat.—(6) Orat. contr. idol.

»ma libera est, sui arbitrii. Potest enim ut ad bona se inclinare, ita
»bona quoque aversari.» S. Basilius (1): «Quod in homine
»suum est liberum arbitrium, in eligendo et non eligendo situm
»est.» S. Gregorius Nys. (2): «Deus dimisit aliquid in
»nostra potestate, cuius unusquisque nostrum solus est dominus:
»hoc autem est liberi arbitrii electio.» S. Hieronymus (3):
»Haec autem universa dicuntur ut liberum hominis monstraret ar-
»bitrium. Dej enim vocare est, et nostrum credere: nec statim si nos
»non credimus impossibilis Deus est, sed potentiam suam nostro
»arbitrio derelinquit, ut iusti voluntas praemium consequatur.»
S. Augustinus — quem, in his, quae post ortam haeresim pel-
»agianam scripsit a se stare vult Calvinus, dicit ante ortum Pela-
»gianismi (4): «peccati reum teneri quendam, quia non fecit, quod
»facere non potuit, summam iniquitatis est, et insaniam: quoniam
»illae animae quicquid faciunt, si naturae non voluntate faciunt,
»id est si libero ad faciendum et non faciendum motu animi carent.
»si denique abstinenti ad opere suo potestas nulla conceditur, pec-
»cato eorum teneri non possimus: si ita coguntur ut resistendi po-
»testas nulla sit, non peccant.» Post ortum vero (5): «Quomodo
»posset Deus prohibere ne velimus, aut praecipere ut velimus, si
»ad volendum necessitatur? Consentire vocationi Dei, vel ab ea
»dissentire propriae voluntatis est (6).» Alios Patres vide apud
»Bellarminum (7), qui plures ex utraque Ecclesia orientali et
»occidentali affect. Ipse tandem Calvinus se sejungere a traditione
»catholica et veteri iussus est (8): «Voluntatem Deus movet, non
»qualiter multis saeculis traditum est, et creditum, ut nostrae po-
»testae sit electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari, sed etc.»

38. 4.® Ratione et auctoritate D. Thomae, qui quaerens (9):
»Utrum voluntas moveatur de necessitate a suo objecto?» respon-
»det: «voluntas moveatur dupliciter: uno modo quantum ad exerci-
»tium actus; alio modo quantum ad specificationem actus, quae
»est ex objecto. Primo ergo modo voluntas a nullo objecto ex ne-
»cessitate movetur; potest enim aliquis de quocumque objecto
»non cogitare; et per consequens neque actu velle illud. Sed quan-
»tum ad secundum motionis modum, voluntas ab aliquo objecto
»ex necessitate movetur, ab aliquo autem non. In motu enim cu-
»juslibet potentiae a suo objecto consideranda est ratio per quam
»objectum movet potentiam, bonum est objectum voluntatis,
»Unde si proponatur aliquod objectum voluntati quod sit univer-

»saliter bonum, et secundum omnem considerationem, ex neces-
»sitate voluntas in illud tendit, si aliquid velit; non enim poterit
»velle oppositum. Si autem proponatur ei aliquid objectum, quod
»non secundum quamlibet considerationem sit bonum, non ex ne-
»cessitate voluntas fertur in illud. Et quia defectus cuiuscumque
»boni habet rationem non boni, ideo illud solum bonum, quod est
»perfectum, et cui nihil deficit, est tale bonum, quod voluntas non
»potest non velle, quod est beatitudo. Aliis autem quaelibet parti-
»cularia bona, in quantum deficient ab aliquo bono, possunt acci-
»pi ut non bona, et secundum hanc considerationem possunt repu-
»diari vel approbari a voluntate, quae potest in idem ferri secun-
»dum diversas considerationes.» Ergo juxta Angelicum ad alia
»objecta praeter beatitudinem naturaliter libera est voluntas; motio-
»nem divinam non auferre, sed se attemperare huic liberae indiffe-
»rentiae his gravissimis verbis docet (1): «Respondendum dicendum
»quod, sicut Dionysius dicit (2), ad Providentiam divinam
»non pertinet naturam rerum corrumpere, sed servare. Unde omnia
»moven secundum eorum conditionem... Quia igitur voluntas est
»actio in principio non determinatum ad unum, sed indifferenter
»se habens ad multa, sic Deus ipsam movet quod non ex necessitate
»sed unum determinat, sed remanet motus ejus contingens, et non ne-
»cessarius, nisi in his ad quae naturaliter movetur.» Vide etiam
»1. 2. Q. 9. art. 6. ad 3. Lege etiam eum in libro 2.® sententiarum
»D. 25. q. 1. art. 1. ad 3. Distinct. 28. q. 1. art. 1. ubi breviter: «Non
»esset homo liberi arbitrii, nisi ad ipsum determinatio sui actus
»perlineret.» Et illa alia verba Distinct. 39. q. 1. art. 1. plane decre-
»toria: «Ipsa potentia voluntatis, quantum in se est, indifferens est
»ad plura; sed quod determinate exeat in hunc actum, non est ab
»alio determinante, sed ab ipsa voluntate.» Potest igitur ad men-
»tem Angelici, eum praerogatis ad agendum etiam ex parte Dei,
»actum vel non actum voluntas libera componere.

5.® Ratione theologica. Docet fides, hominem in statu naturae
»impulse mereri posse, ut probabimus disquisitione sequenti. Sed
»eadem fides docet (n. 36. prob. 1.®) ad merendum et demerendum
»requiri libertatem a necessitate. Ergo datur in statu naturae lapsae
»libertas a necessitate. ®

39. Corollarium. Ergo indifferencia requisita ad li-
»bere agendum est indifferencia activa ipsius vo-
»luntatis. ®

Ita deducebant communiter theologi ex doctrina Sacrae Scriptu-
»rae, Patrum et Conciliorum libertatem spectante (3), usque dum

(1) Orat. de Liber. arbitrii. — (2) De Offic. homin. c. 16; Orat. de catechum. c. 30.
— (3) In Isaiam. c. 49, v. 4. — (4) De duob. animab. c. 12. — (5) De grat. et
lib. arbitrii. c. 2. — (6) De spirit. et litter. c. 34. — (7) De gr. et lib. arbitrii. 1. 5. — (8) 1. 2.
institut. c. 5, § 10. — (9) 1. 2. Q. 10. art. 2.

(1) 1. 2. Q. 10. art. 4. — (2) De divin. nom. c. 4. Lect. 23. — (3) Suarez de
grat. Prolegom. 1. c. 4. n. 9.

Bannezius et post ipsum ceteri praedeterminatores, voluerunt sufficere ad libertatem indifferentiae, indifferentiam objectivam iudicii cum subjectiva seu passiva voluntatis; sed frustra nam:

1.^o Ut actus sint liberi ad eum modum, qui in argumentis thesicos describitur, debent procedere a facultate habente potestatem agendi vel non agendi. Sed facultas habens tantum indifferentiam passivam, ut talis non habet potestatem agendi vel non agendi; quia indifferentia passiva est capacitas recipiendi, et capacitas recipiendi per se non est potestas agendi vel non agendi, cum debeat determinari a dante actum. Ergo nequeunt actus liberi esse a voluntate ut habente indifferentiam tantum passivam.

2.^o Conditio necessario connexa cum conditionato reddit conditionatum neque necessarium. Sed si voluntas ut activa non est indifferens est necessario connexa cum consensu vel dissensu. Ergo consensus vel dissensus est necessario cum ipsa voluntas ut activa. Sed voluntas ut activa se habet antecedenter ad exercitium libertatis; ergo antecedenter ad exercitium libertatis, consensus vel dissensus est necessarius.

40. Obj. 1.^o Aliqua sacr. Scripturae testimonia, quibus homini libertas saltem ad bonum videtur denegari, ut: a) Isaias (1): *bene quoque, aut male si potestis facite*, b) Jeremias (2): *Non est hominis via ejus, nec civi est ut ambulet et dirigat gressus suos*, Paulus (3): *Non quod sufficientes vimus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis*. Et similiter Rom. IX, 16; Isaias XXVI, 12; Proverb. XX, 1. c) Iterum Apostolus (4): *Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod volo malum, hoc ago*, d) E contra S. Joannes (5): *Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare*.

Respondi. Ad a) sermonem esse de idolis, non de hominibus ut impudenti Scripturarum abusu objicit Lutherus.

Ad b) Dist. non est hominis bene agere praesertim supernaturaliter si auxilio Dei destituatur; conc. Cum auxilio Dei; neg.

Ad c) *quod volo malum* hoc ago, explico i. e. consentiendo; neg. Patiendo; conced. Agit Apostolus de motibus indeliberatis concupiscentiae.

Ad d) *non potest peccare* i. e. nequit simul esse justus et peccator; conc. Non potest ex juxto fieri peccator; neg. Loquitur S. Joannes ex hypothese perseverantiae iusti in gratia, nam justum posse peccare ipse supponit in eodem epistola (6): *Filioli mei haec scribo vobis ut non peccetis; sed et si quis peccaverit, advocatum habemus*

(1) XLI, 2;—(2) X, 2;—(3) 2 Corinth. III, 5;—(4) Rom. VII, 19;—(5) I^a III, 9;—(6) I^a II, 1.

apud Patrem. *Jesus Christus justus; et ipse est propitiatio pro peccatis nostris*.

41. Obj. 2.^o Dicta SS. Patrum praesertim S. Augustini asserentis: a) Hominem esse servum et captivum peccati (1); b) Voluntatem esse in necessitate peccandi constitutam (2), c) «Libero arbitrio male utens homo, et se perdidit et ipsum (3)» d) necessitatem consistere cum libertate: «necessitatem secundum quam adicimus necesse est esse, ut ita sit aliquid, vel ita fiat... nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis (4)» e) S. Bernardus (5): «quod voluntarie fit, etiam si ex necessitate fiat, liberum est.»

Resp. Dicta a, b, c, e, proferuntur a Patribus ratione *necessitatis miseriae*, cui homo lapsus, maxime si gratia caret, subicitur; conc. Ratione necessitatis determinantis voluntatem ad unum seu peccandum; neg. vel subdist. Necessitate physica infrufragili; iterum neg. Necessitate quadam morali libertatem non auferente; conc. Patres minime loquuntur de necessitate, quae immunitatem a coactione vel a necessitate stricta excludat, sed de ea, quae immunitatem excludit a miseria, prava consuetudine, morali peccandi necessitate ac tentatione, qualis fuit in statu innocentiae, in quo voluntas erat libera a captivitate corporis mortalis et a fomite, quo inducitur ad peccandum. Quod quidem verum est et in quaestionibus adversus pelagianos, qui nimis liberum arbitrium extollebant, opportunissime a S. Augustino notatum.

Ad d) dico juxta Augustinum, *necessitas consequens liberi arbitrii usum, non auferit libertatem*; conc. *necessitas antecedens*; neg. Objiciebatur S. Doctori, quomodo non sint contraria et repugnantia, ut et Deus praescius sit omnium futurorum, et nos non necessitate, sed voluntate peccemus (6). Respondet; quia Deus infinita sua scientia praecognoscit actus liberos futuros, ideo isti ut sunt praevisi sine necessitate, ponuntur. «Cum enim sit praescius voluntatis nostrae, cujus est praescius ipsa erit. Voluntatis ergo erit, quia voluntatis est praescius (7)»

Obj. 3.^o Cum Jansenio post Wiclef et Lutherum. «Illud est in nostra potestate quod fit dum volumus» ut docet Augustinus (8). Sed omnis volitio etiam necessaria, modo sit voluntaria et non coacta. «Fit dum volumus.» Ergo est in nostra potestate et dominio. Ergo est libera.

Resp. Dist. *fit*. Quod fit dum volumus si absque necessitate

(1) L. 2 de corrept. c. 3;—(2) Lib. 2.^o De perfect. justit. c. 5; Op. imperf. contr. Julian. Lib. 1, n. 104;—(3) Enchir. c. 30;—(4) Lib. 5. De civit. Dei c. 10;—(5) Serm. 80 in Cantici c. (6) De lib. arbitrii. L. 3, c. 3, nn. 6;—(7) Ibid. n. 8;—(8) De lib. arbitrii. c. 35; De Spir. et litter. c. 3.

antecedente ex propria voluntatis determinatione volumus; conc. Si necessitate antecedente absque propria voluntatis determinatione volumus; neg. et contradist. *min. neg. consequ.*

42. Obj. 4.^o Deus potest ante liberam hominis operationem praedefinire actus bonos v. g. conversionem Sti. Pauli. Sti. Augustini; et certo dat gratias efficaces praequisitas ad libere et salutariter operandum, quae sunt tamen impossibiles cum non actu. Ergo libertas non est definenda «facultas quae positus omnibus praequisitis ad operandum potest operari et non operari.»

Resp. Dist. primum assertum, Deus potest praedefinire actus bonos salva libertate, si prae definitio in iudatur scientiâ mediâ, quae non antecedit sed consequitur voluntatis determinationem; conc. Aliter non supponendo voluntatis determinationem; neg.

Secundum assertum dist. Gratias efficaces praequisitas ad salutariter et libere operandum materialiter et entitative consideratae sunt impossibiles cum non actu; neg. Formaliter ut sunt infallibiles subdist. necessitate antecedente; neg. Consequente infallibilem libertatis consensus praevisionem; conc. De his latius disquisitione sequenti.

43. Obj. 5.^o Cum D. Thoma 1.^o «Sequitur... impossibile, si ponatur quod voluntas non velit hoc ad quod Deus eam movet, quia secundum hoc operatio Dei esset inefficax. Non ergo est possibile voluntatem non velle hoc nisi quod Deus eam movet.»

Resp. cum eodem Angelico, sequitur impossibile simpliciter; neg. Secundum quid, ex suppositione motionis liberae voluntatis a Deo; conc. «Ad tertium dicendum quod si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est huic positioni quod voluntas ad illud non moveatur; non tamen est impossibile simpliciter. Unde non sequitur quod voluntas a Deo ex necessitate moveatur. Quasi dicat, ait Lossada 2, «solum est impossibile ex suppositione motionis liberae voluntatis, quatenus omne, quod est ex suppositione quod sit, necesse est esse; ideoque voluntas non ex necessitate moveatur.»

Obj. 6.^o D. Thoma 3.^o «Deus est causa actionis cuiuslibet, in quantum dat virtutem agendi, et in quantum conservat eam; et in quantum applicat actioni; et in quantum ejus virtute omnis alia virtus agit.» Hic S. Thomas «applicationem actionis a Deo, distinguit a virtute ipsius Dei, cum quâ simul agit omnis alia virtus. Ergo juxta S. Doctorem datur aliqua actio Dei praevia actioni creaturae, quae cum sit Dei erit impossibilis cum non actu.»

(1) 1. 3. Q. 10, art. 4.—(2) De causis, c. 6, 32.—(3) Q. 3 de Potent. art. 7.

Resp. 1.^o Si quid faveat hic locus Bannezianis, S. Thomas illum tacite retractavit 1. Q. 195, art. 5, ut in tractatu de Tho (1) demonstratum est.

Resp. 2.^o Permissa *min. neg. consequ.* tum quia non omnis actio Dei praevia est determinans ad unum, ut patet in gratis praevenientibus nos ad actus salutare; tum quia nec hic nec alibi docet Angelicus hanc praevia actionem prae determinare voluntatem ad unum inevitabiliter, infrustrabiliter, etc., ut volunt Banneziani. Aliquod D. Thomae testimonium, quod hoc ultimum assereret, deberent proferre Banneziani ut suam sententiam vere esse thomisticam probarent; sed hactenus non potuerunt, nec quid opponant apertis pro nostra thesi testimoniiis habent.

Resp. 3.^o Neg. *minor.* In tertio et quarto modo, quo Deus est causa actionis creaturae, agit D. Thomas de concursu actuali, quem Deus per se ipsum et immediate confert ad omnem operationem causae secundae; exhibitio ipsa actionis potest dici applicatio agentis ad agendum, non praevia, seu in actu primo, sed quasi formalis et in actu secundo; et de hac intelligo, ait Suarius (2), loqui D. Thomam. Hoc indicat ipse Angelicus 3^o dum dicit; «virtutem causae primae conjungere secundam suo effectui.» Addit nihilominus quartum modum, quia causae secundae in suis operationibus nituntur ipsa virtute increata Dei, quae immediatius dat esse effectui quam virtus creata. Unde exposuit duobus modis ipsum realem concursum, ut nobis indicaret duas perfectiones in Deo, et duas veluti dependentias in causis secundis. Confer Suarium (l.c. nn. 11-17) ubi expressis verbis dicit se antea existimasse contrarium (4); sed re melius considerata mutasse sententiam.

44. Obj. 7.^o Ab indifferenti ut indifferenti nihil determinatum oriri potest. Atqui libertas juxta nos postulat indifferentiam ad utrumque. Ergo a voluntate libera nullum determinatum extremum sive actum, sive non actum sequi potest.

Resp. Dist. *major.* Ab indifferenti defectu incompletionis sequitur determinatio ad unum prae altero; conc. Ab indifferenti ratione dominii et electionis; neg. Et contradist. *min. nego consequ.* Indifferentia activa alia est incompletionis, quae consistit in defectu alicujus comprincipii vel praequisiti non libere acquisibili; quo pacto potentia visiva sine specie Petri et Pauli indifferens est ad visionem utriusque; alia vero est dominativa et electiva, quae

(1) V. II. Disq. VI. n. 103.—(2) De auxili. l. 3, c. 38, n. 15.—(3) Q. 3, de Potent. ar. 7, 1. Q. 36, art. 3, ad 3.—(4) Lib. 1.^o De auxiliis, quem locum saepe citant Banneziani.

consistit in eo quod voluntas instructa omnibus requisitis v. g. ad amandum habet sub sua potestate amare et non amare, et ab indifferentia, quae propria est potentiae liberae in actu primo proximo constitutae potest ad unum extremum prae altero determinari.

SCHOLIUM I.

*Utrum cum iudicio indifferenti voluntas possit
necessari ad consensum.*

45. Negant fere omnes thomistae post Bannezium, et ex Patribus nostrae Societatis. Vazquez (1), aliis affirmantibus. Horum sententiam sequimur et probamus:

1.° Dato iudicio indifferenti potest Deus infundere qualitatem magis inclinantem ad amorem v. g.; ergo ita intense inclinantem, ut moraliter determinet; ergo ita intensissime moventem ut physice determinet. Sed prima motio auferret libertatem aequilibrii, non obstantis iudicio omnino indifferenti; ergo secunda auferret libertatem moralem, et tertia physicam non obstante eodem iudicio.

2.° Non sunt ponendae connexiones necessariae sine fundamento. Sed non est fundamentum ad hanc connexionem. In dormientibus saepe datur iudicium indifferens, ex una parte alliciens ex altera retrahens voluntatem, tamen non est libertas; tentatur nempe animus in somniis, et nunc consentit, nunc resistit, nunc anceps invenitur.

3.° Dato iudicio indifferenti ad amandum vel non amandum, potest Deus necessitare ad non amandum. Ergo non est connexio necessaria... *Antec. prob.* Potest Deus suspendere creaturam ab omni exercitio libero. Sed tunc necessario omittit amorem, seu non amat. Ergo...

4.° Auctoritate D. Thomae (2): «dicendum quod Deus potest simulare voluntatem de necessitate; non tamen potest eam cogere.» Excipit Billuart (3) suo Marte casum in quo adsit iudicium indifferens, sed contra mentem Sti. Doctoris, qui addit: «Potest Deus voluntatem immutare, ex hoc quod ipse in voluntate operatur sicut in natura.» Hinc cum in prima parte (4) ait: «iudicium rationis ad diversa se habet, et non est determinatum ad unum. Et pro tanto necesse est quod homo sit liberi arbitrii, ex hoc ipso quod rationalis est; loquitur de libertate radicali et in potentia independentem a necessitate, quam Deus aliunde voluntati inferre potest, eam non relinquendo suae indifferentiae activae naturalis.

5.° Confirmatur ex modo agendi Conciliorum et Patrum adversus haereticos, nam licet facillime possent, numquam recurrerunt ad indifferentiam iudicii ut contra illos libertatem tuerentur. Ergo putabant indifferentiam iudicii non sufficere ad libertatem explicandam, cum eis experientia constaret illam indifferentiam a prae-

(1) l. P. 99, c. 8.—(2) De verit. Q. 22, art. 3.—(3) De act. hum. Dissert. 2.^a ac. 5, solut. diff.—(4) Q. 85, art. 1.

scientia divina, quaecum libertatem componere studebant, non auferri.

46. Obj. Quaecumque ratione voluntas a Deo determinetur in sensu composito iudicii indifferentis, actus elicitur a voluntate cum indifferentia rationis et iudicii. Sed in hoc procedendi modo salvatur definitio libertatis. Ergo...

Resp. Neg. min. Nam iudicium indifferens est origo libertatis in voluntate, minime tamen est ipsa formalis libertas; nec ipsam infert absolute iuxta merita objecti, quod postulat prosequi libero, sed tantum hypothetice si caetera requisita ad libertatem adsint. Et ideo nemo ante Bannezianos existimavit recte definiti actionem liberam per hoc, quod sit a voluntate elicitu circa objectum rationis iudicio indifferenti propositum; nec ullus est qui talem definitionem usurpet dum libertatis hostes impugnat (1).

SCHOLIUM II.

De libertate actus imperati.

47. Libertas actualis considerari potest vel in actu imperato vel in actu elicto. In hoc est denominatio extrinseca, a modo quo procedit a voluntate se ipsam determinante ad unum, cum aequo posset ad non agendum vel ad oppositum agendum se determinare; eo ipso enim quo egreditur a voluntate ut operante ex propria determinatione, seclusa quacumque alia ratione intrinseca, sufficiens intelligitur libertas actus immediati et formalis. In priori nihil aliud est quam denominatio actus imperati ab elicto libero: in tantum enim actus imperatus est liber, in quantum ab efficacia actus elicti liberi pendet, et ab illo quodammodo informatur moraliter. Quaestio est inter auctores an cum actus voluntatis est simul elictus ab ipsa et imperatus ab alio actu voluntatis v. g. actus amoris a voluntate amandi, sit ipse etiam proprie liber vel solum denominative ab actu imperante?

48. Negat Arriaga (2) cum aliis, affirmant vero alii inter quos Suarez (3) cujus sententiam reputo probabiliorem et probo:

1.° Imperium actus imperantis v. g. volo amare non auferit ab actu elicto imperato v. g. amare actu, procedentiam immediatam a voluntate cum indifferentia ad non agendum vel aliud agendum. Sed actus, qui ita indifferenter, immediate procedit a voluntate est ipse formaliter liber. Ergo... *Major. prob.* Imperium est accidens, quod supervenit actui elicto imperato, qui ex se naturaliter potest immediate a voluntate libere procedere, nullam ei inferens antecedentem necessitatem. Ergo actus imperatus manet aequo liber ac sine imperio et procedit immediate cum indifferentia etc. *Antec. prob.* Suppositio antecedens libera libere auferibilis a volente quolibet instanti non est necessitas antecedens. Sed imperium liberum,

(1) Vid. Suar. De grat. Prolegom. 1, c. 4.—(2) De act. human. D. 4.—(3) De merito. L. 12, c. 11, un. 8-11.

ut supponitur, est suppositio libera libere auferibilis a volente quolibet instanti. Ergo...

2. In adversariorum sententia si quis ex timore inferni, solum ex imperio timoris actum perfectae contritionis eliceret non justificaretur. Atqui hoc inconvenientissimum est et contrarium videtur communi doctrinae de justificatione ex perfecta charitate. Ergo... *Major prob.* Nam illa contritio non esset libera ac proinde nec moraliter meritoria; ipse vero actus imperans cum non habeat pro motivo Deum sed fugam inferni non valet extra sacramentum ad justificationem.

49. Obj. Actus imperatus elicitus a voluntate est necessarius supposita efficacia actus imperantis, ad quem ille se habet ut obiectum. Sed suppositio antecedens inferens necessario actum auferit huius libertatem. Ergo actus imperatus non habet aliam libertatem a libertate actus imperantis.

Resp. Dist. *Maj.* Est necessarius si imperatur pro tempore futuro; neg. Si pro eodem instanti, subdist. Est necessarius consequenter ad simultaneam liberam determinationem voluntatis ad utrumque actum imperatum et imperantem: conc. Sola determinatione libera ad imperantem; neg. *Min.* dist. Si suppositio est necessaria: conc. Si ipsa est libere volita; neg. Ratio primi est, quia semper est in potestate voluntatis mutare propositum ac proinde, quando propositum exequitur, libera voluntate illud facit, non minus quam si propositum non habuisset. Ratio secundi est, quia in eo casu necessario antecedit cogitatio utriusque actus imperantis et imperati, et connexio unius cum alio, et ideo quando voluntas se determinat ad unum, simul se libere determinat ad utrumque, quomvis cum ordine eorum inter se, et ideo semper manet integra libertas utriusque actus, quia licet secundus videatur necessarius ex suppositione, tamen suppositio est libera, et non est libere volita, nisi ut habens connexionem cum altero actu.

THESIS IV.

Quoad effectus praevisos ex causa libere positam; a) sunt imputabiles si sequantur per se ex causa physica vel moraliter; b) nisi intendantur non sunt imputabiles si proveniunt a causa per accidens, quae tamen non sit prohibita ne tales effectus sequantur; c) Si sequantur per se duo effectus, unus bonus alter malus, et sit jus ad bonum nec malus intendatur, hic non est imputabilis agenti.

Nota. Effectum imputari posse alicui est posse alicui attribui tanquam causae liberae, quod sequatur; hinc queri potest an omnis effectus, qui procedit ex causa libere posita sit sicut causa imputabilis? Hinc quaestioni respondet thesis juxta communiorem modum sentiendi theologorum. Solum est sermo de effectibus praevisis.

nam nullo modo praevisi nec in se, nec in causa sunt obiectum voluntatis, et libertatis ac proinde non sunt imputabiles.

50. Prob. a) Quando effectus praevidentur sequi per se ex causa physica vel moraliter, qui vult causam censatur velle illos effectus; cum nulla alia melior ratio escogitari possit voluntarii in causa quam effectus contineri per se in illa causa. Hinc si effectus est malus imputabitur ad culpam, ad quam posita libertate sufficit cognoscere obiectum, quod hic est effectus, esse malum, ut postea probabimus.

Prob. b) 1.º Si effectus, qui sequuntur per accidens ex aliqua causa libere posita non intendantur non sunt voluntarii. Ergo nec liberi, nec imputabiles. *Antec. prob.* Illi effectus non sunt voluntarii in se ut supponitur; non in causa, nam ex illa non oriuntur per se sed per accidens ac proinde in illa non continentur ut in illa amentur.

2.º Huiusmodi effectus per accidens si non intendantur sunt pure permisi. Atqui juxta omnes quae pure permittantur non imputantur. Ergo huiusmodi effectus de quibus agimus non imputantur.

Maj. prob. Si effectus de quibus agimus non essent pure permisi nullus daretur effectus pure permissus. Sed nullum dari effectum pure permissum est contra sensum communem. Ergo... *Maj. prob.* Non posset assignari ut effectus pure permissus; effectus non praevisus, nam cum sit incognitus nec capax est huius denominationis; 2) nec effectus praevisus et impeditus, cum non permittatur id cuius non esse amatur et procuratur; 3) nec praevisus et ortus ex causa involuntaria, cum talis effectus sit vere involuntarius. Ergo restat ut sint effectus pure permisi illi, qui non intenti ab agente, oriuntur per accidens ex causa libere posita. Sic Deus praevident multos homines abusuros esse sua gratia, illam nihilominus dat, quin abusus sint et imputabiles.

Additur: quae tamen non sit prohibita ne tales effectus sequantur, nam ut in simili dictum est (n. 9), prohibito convertit eum causam per accidens in causam per se in destinatione morali.

Prob. c) Quando duo effectus per se sequuntur unus bonus alter malus cum jure ad primum, qui propter hunc effectum, non intendendo malum operatur, censetur non velle causam ut connexam cum effectu malo, sed solum ut connexam cum bono. Quoddam enim est accidens causam boni effectus simul esse mali effectus. Ergo si iste non intendatur pure permittetur ab operante. Ita dux militaris juste oppugnans civitatem potest turrin in qua nocentes innocentes sint mixti obruere bellicis tormentis.

Obj. S. Thomas (1) expresse dicit, effectum malum, qui per se

(1) 1, 2, Q. 20, art. 5; Q. 73, art. 8.

et ut plurimum sequitur ex causa mala, addere malitiam. quamvis non fuerit praevisus; ratio est, quia: cum causa sit per se et communiter connexa cum effectu illo, est effectus sufficienter voluntarius in causa.

Resp. 1.^a Tannerus (1) S. Thomam solum docere accessionem malitiae objectivae, quae effectus malus, qui sequitur revera est objectum malum. Sed melius respondebis:

2.^a Dist. Quamvis non fuerit praevisus, culpabiliter; conc. Inculpabiliter; neg. Primum distinctionis membrum supponit D. Thomam, cum loquatur de illis causis, quas communiter et ordinarie producere malos effectus ex experientia norunt homines, nihilominus aliqui eorum operationi se committunt non curantes de his effectibus, animo ita comparati ut adhuc ponerent causas, quamvis expressius de eorum effectibus cogitent.

SCHOLION I.

De actibus quibus voluntas et intellectus operantur circa finem.

Nota. Omnis voluntatis actio aut circa finem, aut circa medium versatur: quod dupliciter contingit fieri, aut appetendo aut exequendo; ex quo duplex oritur ordo actuum voluntatis et intellectus practice tam dirigentis. Prior omnes illos actus continet, qui necessarii sunt usque ad postremam media electionem, qui sunt voluntas, intentio, consilium, consensus, electio. Tres priores circa finem, posteriores circa medium, eo quo numerati sunt ordine, versantur. Stabilita electione fit gradus ad secundum ordinem, in quo duo tantus actus numerantur, imperium et usus, quibus fruitio additur, quae non est operatio ad finem vel appetendum vel assequendum ordinata, sed fine potius comparato, ipsa subsequitur. Breviter de unoquoque horum actuum dicendum est, primo de actibus circa finem; secundo de actibus circa media.

51. **Voluntas** significat simplicem quandam actum voluntatis, qui est quasi prima inclinatio voluntatis in objectum propositum tanquam per se amabile. Effectus formalis eius est velle objectum propter se, sine ordine ad aliud, qui actus dicitur simplex, quia nullum aliud supponit neque formaliter, neque virtute alterum includit. Est proprie circa finem, qui solus est bonum per se amabile, et quoniam principium omnis motus voluntatis est finis.

Intendere significatione quadam generali est in aliud tendere; hic significat quandam liberam vel perfecte voluntariam tendentiam in aliquem finem. Est igitur solum eorum, qui ratione utuntur et proprius actus voluntatis ejus est esse principium motionis et tendentiae in aliquid. Confirmatur, nam ex intentione potissimum pendunt mores hominum, ut boni, vel mali sint, pendunt vero ex voluntate; ergo ad hanc intendere spectat.

(1) De act. n. 47.

Distinguitur intentio a simplici voluntate, quia non aude tendit in bonum per se amabile; sed in bonum per se amabile mediis aliquibus investigandum, ut jam patet ex solo nomine, tunc enim proprie tendimus in finem, quando de illius consecutione tractamus. Unde colligitur intentionem finis solum reperiri in absentia finis; quare Deus non intendit proprie suam felicitatem, tamen vult et amat eam.

Ut intentio vere detur non sufficit praecedere in intellectu iudicium mere speculativum de bonitate rei sed requiritur iudicium practicum, quo vel formaliter, vel virtute iudicetur bonum propositum esse volenti conveniens, et possibile, et expedire illud amare. Nam quando intellectus tantum speculatur, licet veritatem objecti intelligat, tamen illam non applicat voluntati, cuius est tendere in objectum propositum qua bonum. Imo ad amandum aliquod objectum non est satis cognoscere objectum esse in se bonum; sed necesse est cognoscere bonum esse amare tale objectum; haec autem cognitio iudicium practicum vere dici potest, cum includat ordinem ad actum voluntatis elicendum.

52. In habente fruitionem rei cujuscumque tria sunt necessaria, amare, possidere et gaudere et praeter haec nihil aliud. Nam si quis amat et nullo modo possidet, desiderare poterit, sed non fruit; si quis amat et possidet, non vero gaudet et delectatur non fruitur ut patet in eo, qui sumit potionem amaram.

Fruitionem esse voluntatis actum non est ambigendam, pertinet enim, ut tradit Angelicus (1): ad amorem vel delectationem, quam aliquis habet de ultimo expectato, quod est finis, Finis autem et bonum est objectum appetitivae potentiae. Unde manifestum est quod fruitio est actus appetitivae potentiae. Queritur in quonam voluntatis actu sit proprie fruitio?

Disco: Fruitio proprie et formaliter est actus gaudii.

Prob. Ut omnes sentiunt fruitio non est actus fugae seu aversionis, sed actus prosecutionis. Atqui actus voluntariae prosecutionis sunt solum tres amor, desiderium et gaudium et ex his soli gaudio competit fruitionis ratio. Ergo... *Mia*, quoad primam partem patet, quia in omni appetitu tria reperiantur; primum omnium est amor seu quaedam simplex tendentia in finem; ex hoc primo seu amore sumuntur alia duo; primum motus in finem per efficaciam desideria ipsius, secundum et ultimum quies seu gaudium in fine obtento. Secunda pars *mia*, prob. Non competit fruitionis ratio amori simpliciter, quia hic versari potest circa objecta nullo modo possessa; nemo autem dicitur proprie frui re, quam non possidet. Non desiderio, quod importat quandam animi inquietudinem ex se fruitioni oppositam, et praeterea est de re non possessa, nam ea quae habentur impossibile est desiderare. Restat ergo, ut fruitio proprie sit actus gaudii.

(1) 1, 2, Q. 11, art. 1.

SCHOLIUM II

De actibus, quibus voluntas et intellectus operantur circa media.

53. Electio est juxta D. Thomam (1) præceptio unius respectu alterius. Est actus voluntatis, quia perficitur in motu quodam animæ ad bonum, quod eligitur. Unde manifestus actus est appetitive potentie (2). Est voluntatis rationalis, quia necesse est quod electio sit respectu plurium, quae eligi possunt, et ideo in his, quae sunt penitus determinata ad unum, electio locum non habet (3). Quando cum Angelico dicimus electionem versari inter plura loquimur juxta modum, quo saepe fieri contingit, nam moraliter stricte omnis volitio efficax alicujus rei particularis, quae non propter se amatur, sed propter aliud electio dicitur; quamvis contingat non fieri inter plura, ut cum unum tantum est medium. Ad particularia descendendo:

Dico I. In appetitione mediæ propter finem, ipse finis tamquam objectum amatum, saltem indirecte attingitur.

Prob. Bonitas mediæ ut mediæ est ejus utilitas ad finem. Atque utilitas ad finem, nisi simul objective informetur bonitate finis, non est sufficiens ad movendam voluntatem, ut amet medium propter finem. Ergo... *Min.* prob. Si esset sufficiens posset objective amari utilitas, quin amaretur finis secundum se. Sed hoc est absurdum, sequeretur enim non esse peccatum sibi complacere in medio *quod utilis ad finem malum* v. g. Deus in tentationibus qua utilibus ad peccandum, ut inde manifestaret suam justitiam et misericordiam, quod nemo coepedit. Ergo dicendum, etc. *Minor.* patet, quia esset possibile amare utilitatem ad finem malum, quin eo ipso intenderetur finis malus; nam in appetitione mediæ non includeretur appetitio finis mali.

Obj. Cum Vazquezio nobis contrario (4), mediæ habent suam bonitatem distinctam a fine, ratione cujus possunt sola terminare actum voluntatis, qui non versetur circa finem. Ergo...

Resp. Dist. *ante.* Habent mediæ suam bonitatem distinctam a fine, si non considerantur ut mediæ, vel cum non sunt tantum mediæ, sed aliam propriam bonitatem habent per se amabilem; conc. Si ut mediæ; *neg.* vel subdisting. Habent bonitatem *absolutam* distinctam; *neg.* *Relativam* non per se, sed propter finem amabilem; conc.

Dico II. Possibilis est electio mediæ, quae simul sit intentio finis, non tamen semper omnis intentio est simul electio.

Ratio primæ est, quia simul potest intellectus proponere voluntati finem aliquem una cum mediæ apto ad illum consequendum. Ergo et voluntas illa ut unum objectum prosequi, cum eadem sit bonitas in utroque objecto fine et mediæ a voluntate quaesita.

(1) 1, 2, Q. 13, art. 2. — (2) *Ibid.* art. 1. — (3) *Ibid.* art. 2. — (4) In 1, 2^{ae} D. 3, c. 4.

Ratio secundi est, quia saepe potest voluntas determinatum finem efficaciter appetere, quin statim occurrant mediæ oportuna et convenientia ad illum finem consequendum. Sed tunc dabitur intentio sine electione. Ergo... etc.

Dico III. Si posterius natura ad intentionem finis absolute efficacem occurrat unicum medium ad eum hic et nunc consequendum, voluntas in indefectibiliter illud adhibet, et quidem libere non solum denominative ab intentione libera, sed probabiliter etiam formaliter et elicitive.

1.^a Pars. Prob. Intentio finis absolute efficax est ex suis intrinsicis volitio adhibendi quidquid est necessarium ad finem consequendum. Atque si unicum occurrat medium ad finem hic et nunc efficaciter consequendum, medium apprehenditur ut necessarium ad finem hic et nunc consequendum. Ergo sub hac hypothesi illud tanquam necessarium efficaciter seu indefectibiliter vult voluntas.

II.^a Pars. probatur iisdem rationibus, quibus supra (an. 47-49) libertatem formalem actus imperati defendimus.

54. **Consensus** quatenus voluntatem spectat significat concordiam ejus cum judicio rationis in eodem homine. Esse voluntatis actum patet, quia judicium intellectus antecedit voluntatis actum ac in potestate voluntatis est, illi assentiri vel non; et ideo voluntas libere operans est quae perficit **consensum**. Hinc generali quodam sensu omnis actus liber voluntatis est consensus, sed strictiori significatione est ille peculiaris voluntatis actus, qui circa mediæ iam ratione proposita et judicata convenientia versatur.

Quaeritur, an idem sit cum electione? Si voluntas tendit conditionate in plura media A, B, C, ab intellectu proposita nullo determinate amplectendo, consensus non est electio, quae unum prae aliis accipit; si tendit immediate absolute in unum ut casu unici mediæ ad intentionem efficacem explendam, tunc consensus et electio idem sunt realiter; differunt solum ratione. Nam quatenus voluntas vult quod intellectus judicat esse utile, dicitur consensus; quatenus vero medium aliquod praefert, vel aliis mediis utilibus, vel certe aliis rebus inutilibus non conducantibus ad finem, dicitur electio.

Consilium est actus proprius intellectus hominis eligentis, in quo duo praecipue requiruntur, nempe inventio mediæ, et judicium. Unde constat consilium non unum, sed plures actus includere: quoniam electionem praecedit inquisitio, quae non fit sine discursu et consideratione circumstantiarum et difficultatum et omnium rerum, quae ad recte ferendum judicium necessario considerandae sunt; hinc consilium aliquando sumitur pro sola inquisitione, aliquando pro solo judicio, communiter pro utroque si de electione est sermo; nam quando electio fit inter multa, ut saepius accidit, oportet omnia illa esse judicata et proposita per intellectum, et communiter esse inventa et considerata. Certum est tamen hunc modum consilii neque semper, neque in omnibus neque procedere vel esse necessarium; nam de rebus minimis, vel de per se notis non est consilium.

Ucus est applicatio potentiae ad operandum seu ad executionem operis intenti. Est activus et passivus; activus est actus internus

voluntate elicited, quo voluntas movet se et alias potentias ad operandum. Passivus est in aliis potentiis exequentibus voluntatis imperium a quo operi addicuntur. Queritur an confundatur cum electione?

Dico IV. Usus potest esse simul cum electione, et ab ea separari; si primum contingat, usus non erit actus realiter ab electione distinctus.

I.^a Pars. Prob. Nihil impedit intellectum aliquando simul determinare medium et circumstantias omnes, et voluntatem simul in eodem instanti, a quo eligit medium, eligere circumstantiam et actuale executionem.

II.^a Pars. Prob. Nam electio potest fieri quasi abstractivè, determinando scilicet medium, non tamen omnes particulares circumstantias; scilicet hic et nunc et hoc modo exequendas. Sed tunc electio non est usus, cum nulla sit applicatio ad opus. Ergo...

III.^a Pars. Prob. Quia in eo casu ex ipso eligere sequitur actio potentivè exequentis.

55. Quoniam imperare est inferiorem movere et ordinare ad opus, omnes auctores concedunt esse in nobis internum quoddam imperium, quo nobis ipsis imperamus; quid autem sit non omnes eodem modo explicant. Multi censent esse ipsummet actum activum voluntatis, alii pertinere volunt ad intellectum. Pro resolutione:

Nota I. Homo impliciter potest seipsum movere, et sibi imperare, primo, quasi in actu exercito, dum se movet ad aliquid agendum, quamvis explicite non exprimat illum actum, *fac hoc*. Alio modo quasi in actu signato vel expresse signando actum illum, juxta illud: *Spera in Domino II.*

II. Ante omnem actum voluntatis debet antecedere judicium intellectus illi consentaneum, quo dirigatur et illuminetur; hoc judicium dicitur practicum et præit omni electionem etiam abstractivè modo factam, seu ab executione ante usum præsciendò; quare si ita eligere contingat necessum est aliud judicium, quod vocari potest practico-practicum, præcedere ultimam determinationem voluntatis ipsam executionem operis cum omnibus circumstantiis respicientem. Præter hæc duo judicia datur alius interius actus quo nobiscum loquimur et nobis, quasi ali essemus, imperamus: *fac hoc*, qui actus non est judicii, sed interior quaedam intellectus loquutio, qua homo sibi ipsi explicat vel rationem, vel voluntatem, operis exequenti. Hic ultimus actus si est efficax et verus, absolutam voluntatem supponit. Nam si fiat sine ulla voluntate est dictum et tantum verba; si vero voluntas, quæ antecedit, sit inefficax, ipsam etiam inefficax erit, cum ratio movendi effeciter sit a sola voluntate. His positis:

Dico V. Ratio imperii proprie actibus practiciis intellectibus convenit.

Prob. Imperare non est quomodocumque movere, sed movere quasi imponendo legem. Sed intellectus actibus suis practiciis est qui legem ponit voluntati, quoniam illis judicat de agendis. Ergo...

(1) P. XXXVI, 3.

Obj. Si voluntas imperatur ab intellectu ex necessitate operabitur sicut et intellectus necessario judicat. Ergo...

Resp. Dist. *antec.* Si imperium intellectus inferret necessitatem voluntatis; conc. Si non inferret neg. Multos, ait Suavius (1) in hoc fuisse deceptos, quia putant de ratione imperii intellectus esse, ut necessitatem inferat voluntati... quod falsum est, quia sicut non est de ratione legis ut necessitatem inferat ita nec de ratione particularis imperii, quod quis sibi imponit, quod est quasi lex particularis.

Observa tandem *usum voluntatis saepe dici imperium* non ratione dirigentis aut imperantis proprie sed ratione domini, quod voluntas habet omnium actionum suarum liberarum; jam vero una ex proprietatibus imperantis est dominio potiri.

ARTICULUS III.

De bonitate et malitia actuum humanorum.

THESIS V.

Actuum humanorum alii sunt moraliter boni alii moraliter mali.

56. **Nota I.** Denominatio moralis desumpta est a more. Mos autem sensu strictiori idem est, juxta Angelicum (2), quod frequens saepiusque repetitus idem operandi modus ortus et voluntaria determinatione operantis; atque hoc modo dicuntur mores boni vel mali; boni si sunt conformes regulæ honestatis, mali si sunt turpes seu dissentientes ab honestatis regula. Hinc actus moralis est actus liber voluntatis procedens ex perfecta intellectus deliberatione sub ratione honesti aut turpis. Unde differt ab actu amoris beatifici per hoc, quod est liber; ab actibus liberis puerorum, per hoc quod sub ratione honesti aut turpis procedit.

II. Moralitas ergo actus præter physicam entitatem actus est ejusdem procedentia libera voluntate, cum advertentia honesti aut turpis. Quia vero actus externus non procedit nisi mediata libera voluntate, ideo etiam evadit moralis, quatenus ab actu libero voluntatis denominatur liber.

III. Moralitas rebus pluribus tribuitur analogice; vel quia sunt causæ actus moralis, sic exhortatio dicitur moralis; vel quia sunt effectus, ut vinculum matrimonii; vel sunt terminus aut circumstantia actus moralis, et sic honestas vel inhonestas objecti dicitur moralis.

(1) De actib. D. 9, sec. 3, n. 11. — (2) 1, 2, Q. 38, art. 1.

IV. Thesis ita clare continetur in sacra Scriptura ut de fide dicenda sit. Ecclesia praeterea Lutherum, Calvinum aliosque haereticos, in sequenti disquisitione expressius refutandos, qui dicebant, omnia opera hominum post lapsum primi parentis esse peccata, anathemate percussit.

57. Prob. 1.^a Genes. (1) Deus reprehendit Cain eique in memoriam redigit posse si velit bene vel male libere operari: *Nonne et bene egeris? recipies: si autem male, statim in foribus peccatum aderit. Sed sub te erit appellatus ejus, et tu dominaberis illius.* S. Paulus (2) ad Rom: *Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum... gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum.*

2.^a S. Augustinus (3): *Manifestum est voluntates nostras, quibus recte vel perperam vivitur, sub necessitate non esse.* Concil. Tridentinum (4): *«Si quis dixerit, opera omnia, quae ante justificationem fiunt... vere esse peccata... anathema sit.» «Si quis in quolibet bono opere justum saltem venialiter peccare dixerit, aut quod intolerabilis est mortaliter... anathema sit.»*

3.^a Ratione: a) Chm D. Thoma (5) *«Dicendum est quod omnis actio, in quantum habet aliquid de esse, in tantum habet de bonitate. In quantum vero deficit ei de plenitudine essendi, quae debetur actioni humanae, in tantum deficit a bonitate, et sic dicitur mala.»* Atqui dantur plures actiones v. g. fornicari, innocentem occidere, mentiri etc. quibus deficit perfectio debita actioni humanae; dantur vero aliae, quae eam habent v. g. Deum timere, elemosynam erogari etc. Ergo dantur actus hominis quidam boni, quidam mali moraliter. b) Homines etiam in statu naturae lapsae rationes honestatis et turpitudinis sufficienter apprehendunt nec libertate indifferencie (Thes. III a n. 35) destituuntur ut vel bonum vel malum eligant. Ergo...

THESIS VI.

Deus ut summum bonum est prima regula mensurans honestatis.

58. Nota. I. Bonum aut est absolutum aut relativum. Bonum absolutum idem est ac perfectum, et hoc sensu ait D. Thomas (6): *«numquidquidque tantum habet de bono quantum habet de esse, atque hoc est bonum transcendentale. Bonum respectivum est quod alteri convenit.»*

Bonum morale seu honestas est bonum relativum, tum quia per

(1) IV. 7.—(2) II, 9, 10.—(3) De civit. L. 5, c. 20.—(4) Sess. 6, can. 7, 25.—(5) 1, 2, Q. 18, art. 1.—(6) Ibid.

convenientiam ad aliud communiter definitur, tum quia sine bono aliquo absoluto aliquando locum habet; sic non peccare est honestum, et velle non peccare velle honestum. Unde magna questio est, quis sit terminus relate ad quem bonum est honestum; seu quae sit regula moralitatis.

II. Duplex est regula; mensurans et dirigens, seu applicans. Sicut in arte aedificandi datur regula mensurans, et applicatio regulae per mentem architecti; ita in arte vivendi datur regula mensurans, et applicatio regulae per praecepta et consilia mediate, et per rationem immediate.

59. III. Cum omne malum morale sit contra dictamen rationis, contra naturam rationalem, contra legem aeternam, contra Deum summum bonum, imo et contra praeceptum positivum divinum (1), inde exortae sunt plures sententiae pro regula mensurante moralitatem assignanda. Praecipuae sunt:

1.^a Eorum, qui dicunt, primam regulam esse bonitatem et malitiam objecti, quin explicent unde cognoscatur haec bonitas. Sfortia (2) conatur explicare docens, quod olim Romae sub praesidio P. Lugonis defenderat, id est: illud esse bonum moraliter, cujus bonitas physica praeponderat opposita bonitate praeponderantia digna naturae rationalis. Sic bonitas vitae praeponderat bono haereditatis, et ideo optare mortem patris ex fine haereditatis est malum; bonitas salutis aeternae praeponderat bono vitae temporaliis, et inde optare mortem patris ut salvetur est bonum. Est sententia obscura, quae nec probabilis appareat; nam ex ea sequeretur matrimonium esse malum, quia opponitur meliori bono virginitalis; mendacium leve ex fine magni boni fieri honestum; opera consilii esse obligatoria, nam meliora sunt physice quam ejus oppositum, et ideo eorum omissio esset mala.

2.^a Aliorum, qui volunt primam honestatis regulam esse legem aeternam. Est thomistarum et aliquorum PP. S. J. Sed in primis non est lex aeterna ut praecipiens vel prohibens, a) Quia Deus bene moraliter operatur, et respectu Dei nulla est lex prohibens vel praecipiens. b) Opera consilii bona sunt moraliter, nec sunt praecepta, nec eorum omissio prohibita. c) Odium Dei est prohibitum, quia malum in se; ergo lex prohibens nequit esse ultima regula. Deinde non est lex aeterna, ut est ratio judicans vel indicans hoc esse bonum, hoc malum. Quis prius est hoc esse malum quam Deum judicare hoc esse malum; nam aliquid motivum ex parte objecti determinat Deum ad judicandum amorem Dei esse bonum, odium esse malum. Ergo illud motivum erit ultima regula moralitatis.

(1) S uar. De bonit. et malit. D. VII, sect. 1, n. 1.—(2) Theol. n. 46. L. 3.

3.^o Illorum, qui sentiunt esse dictamen rationis. Ita Scotus, Molina (1). Refutatur, nam ratio iudicaret vel libere, vel necessario; si libere, ergo poterit iudicare amorem Dei esse malum, et odium bonum. Si necessario, cum intellectus necessitetur ab objecto, aliquid est in objecto quod obligat ad iudicandum hoc est bonum, hoc est malum. Ergo pro priori ad iudicium rationis datur regula moralitatis.

4.^o Suarii aliorumque volentium, primam regulam esse naturam rationalem ut talem. Est valde probabilis, sed non levis patitur difficultates. Natura enim rationalis ut talis vel consideratur ut est hęc natura individua r. g. hominis; vel consideratur secundum se, ut præschidit a Deo et creaturis. Si primum: a) accidit peccata superbię, invidiæ etc. versari circa bona convenientia naturæ rationali hominis quæ rationali; ergo non omne, quod convenit naturæ rationali hominis quæ tali est bonum moraliter. b) Quod est conveniens naturæ peccabili ut est rationalitas hominis nequit esse regula indefectibilis moralitatis. Ergo. Antec. prob. Esparza (2): «necesse namque est esse impeccabilem substantiam, cui non convenit nisi honestum; cum peccare nemo possit amore honesti, nec possit amari, quod non convenit amanti.» Si secundum cum Vazquez eligatur, tunc: a) Naturæ rationali tam abstractæ et genericę sumptæ non magis convenit actio bona quam mala, quia natura huiusmodi non minus est capax actionis malæ quam bonæ. Ergo nequit esse moralitatis infallibilis regula. b) Malitia morali, etsi levis, fugienda est, etiamsi inde sequatur eversio universi. Sed non esset ita fugienda propter solam oppositionem ad naturam rationalem ut sic, nisi haberet oppositionem ad Deum, cui certe nec pro toto mundo vel levissime displicendum est. Ergo...

5.^o Est quam in thesi propugnamus. Eam tenet S. P. Ignatius (3) hortans suos bene operari: «ut exactius conformentur primæ ac summæ regulæ omnis bonæ voluntatis et iudicii, quæ est æterna bonitas, et sapientia.» Eam expresse tradunt Perez (4), Esparza (5), Marin (6), Ribadeneira (7) dicit, bonitatem consistere in amabilitate quadam nostrorum actuum, resultante ex libertate qua fiunt; et malitiam in odibilitate respectu Dei. Nec alieni videntur ab hac opinione auctores secundæ sententiæ, qui argumentis nostris (n. 59. 2.^o) pressi ajunt cum Viva: «Si quaeris, in quo supradet ista essentialis exigentia in odio Dei, r. g. ut prolebeat. Respondeo, immediate, formaliter fundari in propria ipsius natura, quæ secundum se

(1) 1, c. 5, D. 1.—(2) De act. L. 3, q. 21, art. 5.—(3) Summar. constitut. reg. 35.—(4) Disp. 6, de bon. et mal.—(5) De bon. et mal. L. 1, q. 20.—(6) De bon. et mal. D. 1, sec. 2.—(7) Ms. de bonit. D. 3.

præsefert imperfectionem; radicaliter vero, et ultimate in natura divina, quæ utpote perfectissima, exigit prohibere odium Dei (1), quibus verbis satis fatentur, normam legis æternæ ad præcipiendum, prohibendum, consiliandum, permittendum esse tandem summam Dei bonitatem, cui omnis imperfectio repugnat.

60. Prob. 1.^o Auctoritate S. Augustini (2): «Est plane ille summus Deus vera justitia, et ille verus Deus summa justitia... Non ergo Deum nostræ justitiæ similem cogitemus, sed cogitemus nos potius tanto similiore Deo, quanto esse poterimus ejus participatione justiores...» «Quid est autem aliud justitia... vel quælibet virtus, quæ recte vivitur, quam interioris hominis pulchritudo? Et certe secundum hanc facti sumus ad imaginem Dei... qui credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est incomparabiliter justior.» Auctoritate D. Thomæ, si quis vult cum eo opinari circa ultimam regulam mensurantem nulla alia mensuram; nam licet doceat (3), bonitatem actuum humanorum pendere ex ratione et magis ex lege æternæ, summam Dei bonitatem esse primam et ultimam omnium normam sequentibus verbis tradit (4): «Bonitas voluntatis dependet ex intentione finis. Finis autem ultimus voluntatis humanæ est summum bonum, quod est Deus... Requiritur ergo ad bonitatem humanæ voluntatis quod ordinetur ad summum bonum. Hoc autem bonum primo quidem et per se comparatur ad voluntatem divinam ut objectum proprium ejus; illud autem quod est primum in quolibet genere, est mensura et ratio omnium quæ sunt illius generis. Unumquodque autem rectum et bonum est, in quantum attingit ad propriam mensuram. Ergo ad hoc quod voluntas hominis sit bona, requiritur quod conformetur voluntati divinæ»

2.^o Omnia mala moraliter opponuntur alicui perfectioni divinæ, et omnia bona moraliter conformantur cum aliqua perfectione Dei. Ergo Deus ut summum bonum primum, fons et origo omnium aliorum bonorum creatorum erit prima regula mensurans bonitatis. Antec. prob. a) S. Petrus (5): *Secundum eum, qui vocavit vos sanctum, et ipsi in omni conversatione sancti sitis; quoniam scriptum est: sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.* Et post (6): *Vos autem populus acquisitionis ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.* Ubi Deus tanquam regula omnis sanctitatis et virtutis proponitur et notavit Estius (in I. Petri): «Sunt enim in Deo virtutes omnes excellentissimo modo, aliæ quidem formaliter, aliæ vero eminenter.» Ipse Christus adhortans ad dilectionem inimicorum (7): *Estote perfecti sicut*

(1) Curs. theolog. P. 2, D. 7, Q. 1, n. 7.—(2) Epist. 120, 19.—(3) 1, 2, Q. 19, ar. 3, 4.—(4) Ibid. ar. 9.—(5) I. A. I, 15.—(6) Ibid. II, 9.—(7) Mattæ. V, 48.

et Pater ceteris caelestis perfectus est. Ad haec verba Estius (l.c.): «Non aequalitas praecipitur, sed similitudo et participatio sanctitatis, quanta per imitationem haberi potest.» b) Exemplis: odium Dei opponitur immediate ejus bonitati; idololatria, ejus excellentiae; transgressio legum, ejus jurisdictioni; furtum ejus dominio; mendacium ejus providentiae; peccata veneris, etiam providentiae; peccata in praedictis, ejus majestati, qui eos spernit me sperat (1), etc. etc.

3.º Ad primam regulam honestatis tria saltem requiruntur; primum quod sit bonum, imò summum bonum, aliter actus omnes non essent boni per conformitatem cum illa; secundum quod sit bonum necessarium, quia si esset eligibile et contingens, penderet ab alia regula, qua mensuraretur ejus electio; tertium quod sit praesciendus ab omni actu libero, quia est regula omnis actus liberi. Sed haec omnia solum inveniuntur in Deo. Ergo...

4.º Juxta S. Thomam (2): «Ratio culpae consistit in voluntaria aversione a Deo.» Alqui non intelligitur essentia rei donec intelligatur ejus ratio. Ergo non intelligitur malum morale, donec intelligatur oppositum Deo.

61. Obj. 1.º Mendacium, fornicatio, etc., apprehenduntur mala ex solo detrimento naturae rationalis, quin apprehendantur eorum oppositio cum Deo. Ergo...

Resp. Dist. *antec.* Mala secundum quid; conc. Simpliciter et omnino intelligibilia, ut est malum morale; neg.

Inst. Licet per impossibile Deus non esset, adhuc naturae rationali esset malum moraliter non honorare parentes, mentiri, etc. Ergo...

Resp. Dist. *antec.* Adhuc esset malum moraliter apprehensive et fucate; conc. Vere et realiter; neg. Sublato penitus Deo nullum esset discrimen honesti a non honesto, et hominis boni a non bono, quia nullum esset discrimen bene dispositi a male disposito ad suum ultimum finem; sicut ablata possibilitate itinerum et onerum, nullum esset discrimen equi boni a non bono.

Obj. 2.º Eleemosyna eo praecise quod sublevat miseriam pauperis apprehenditur bona moraliter. Ergo non opus est conformari alicui virtuti divinae.

Resp. Dist. *antec.* Si explicite vel implicite apprehendatur convenire Deo; conc. Alias; neg.

Inst. Bonitas, quae essentialiter dissonat et repugnat summæ bonitati Dei non potest constitui per conformitatem cum bonitate Dei. Sed bonitas v. g. humilitatis et obedientiae essentialiter dissonat et repugnat bonitati Dei, qui ut Deus nequit humiliari et obedire. Ergo...

(1) L. c. X, 16—(2) 2, 2.º, Q. 14, art. 2.

Resp. Dist. *maj.* Bonitas quae essentialiter dissonat et repugnat Deo, quia illam in se habenti, non potest constitui per conformitatem etc.; conc. Quae repugnat Deo, quia illam in nobis exigenti; neg. Et distincta similiter *minore*, neg. *conseq.* Majestati Dei est conforme, quod creatura ipsi humilietur, et conforme est Dominio Dei, quod creatura illi obediat; sed quia implicat, Deum se humiliare, et obedire qua Deus, etiam implicat ipsum esse regulam bonitatis humilitatis et obedientiae tanquam virtutum, quae in ipso sint habendae, non vero ut a nobis exhibendae.

Obj. 3.º Si nostra sententia vera est, omnis peccans volet disconvenientiam cum Deo. Sed hoc est odium Dei. Ergo omnis peccans habet odium Dei.

Resp. Dist. *min.* Est odium Dei, si velit disconvenientiam qua talem, i. e. ex displicentia Dei; conc. Si velit illam qua delectabilem vel utilem; neg.

Obj. 4.º Item, omnis actus bonus moraliter erit amor Dei. Sed hoc est falsum. Ergo... Prob. *antec.* Actus bonus vult honestatem qua talem; ergo vult convenientiam cum Deo qua talem. Sed hoc est velle bonum Deo, seu ipsum amare. Ergo...

Resp. Neg. *min.* Nam illa honestas seu convenientia cum Deo est quid creatum, in se amabile, licet non ametur ipse Deus. Quod patet in eo, qui vult cultum Dei vel gloriam per actum religionis, quin ideo amet Deum, licet sit terminus intrinsecus cultus. Ut actus volens honestatem sit amor Dei debet moveri ex complacentia Dei, ita ut Deus sit finis cui affectus.

THESIS VII.

Actus interni voluntatis sunt formaliter mali per aliquam privationem, quae probabilius carentia alicujus rectitudinis seu honestatis debita in ipso actu malo constituitur.

62. Nota. I. Hanc thesiam, cum probavimus Deum non esse mali moralis (1) causam effectivam sed permissivam tantum, jam evitavimus breviterque a praecipuis difficultatibus vindicavimus; nunc tanquam in proprio loco eam firmis argumentis communire debemus. Contra regulam morum peccari potest negative et positive, i. e. vel omitendo quod jubet vel faciendo quod prohibet. Primum possibile est fieri per puram omissionem (supr. n. 5), secundum necessario fit faciendo seu committendo id quod lex prohibet. Jam vero in peccato commissionis duo distinguenda sunt

(1) De Deo, V, H. Disq. VI, nn. 58, 59.

ad instar materiae et formae, quibus constituitur formaliter malum, nempe ipse actus humanus primo, et secundo id quo actus privatur rectitudine et est malus. Verum ut in tractatu de Deo dicebamus (l. c.), privatio nonnunquam per aliquid positivum efficitur, uti per ceteras fit libertatis privatio; aliquando vero per formam negativam, uti caecitas visu privat. Ideo disputant auctores an peccati commissionis malitia formalis in aliqua forma positiva, vel negativa compleatur.

Reponunt in positiva Cajetanus, Alvarez, Curiel, Sylvius, Vazquez, Oviedo, Marin, Platelli et alii, quos Platelli suo tempore dicit fuisse: «permultos ac doctissimos recentiores praesertim hispanos.» In privativa cum SS. Augustino et D. Thoma veteres theologi communiter Scotus, Gabriel, Ockham, Alas, Durandus, Egidius Rom., Bellarminus, Suarez, Valentia, Molina, Beccanus, Thomistae plures cum Billuart, alique, qui avitam sententiam propugnantiam censent.

II. Tam illi qui primam sententiam teneant, quam illi, qui secundam, in varias et multiplices sententias dividuntur, cum essentiali illius privationis, aut entitatis positivae rimari conantur. Quid nos sentiamus, secunda theses pars annuntiat.

63. I. Pars, Prob. 1.^a Patrum auctoritate. S. Augustinus (1): «Quid est autem aliud quod minus dicitur nisi privatio boni? Nam sicut corporibus animalium nihil est aliud morbis et vulneribus affici, quam sanitate privari; et animorum quaecumque sunt vitia, naturalium sunt privationes bonorum.» «Nemo quaerit efficientem causam malae voluntatis; non est enim efficiens sed deficiens, quia nec illa effectio est, sed defectio... Velle invenire efficientem causam mali, tale est ac si quis vellet videre tenebras vel audire silentium.» Breviter (2): «Mali nulla natura est, sed amissio boni, mali nomen accepit.» «Totum hoc nomen mali, de speciei privatione repertum est.» et ita loquitur passim in aliis libris, maxime in iis, quos adversus manichaeos conscripsit. S. Augustinum praecesserunt et subsequenti sunt alii Patres S. Dionysius Areop. (3), «Non igitur malum est aliquid, nec in iis, quae sunt malum est. Nusquam enim malum est quatenus malum. Nec quod malum sit, hoc a potestate proficiscitur, sed imbecillitate.» S. Joannes Damasc. (4): «Neque aliud quidquam est malum quam boni privatio, haud secus animarum ac tenebrae nihil aliud sunt quam luminis orbitas.»

(1) Enchirid. c. 11.—(2) De civit. Dei, lib. 11, c. 9, l. 33, Q. 6.—(3) De divinis nom. c. 4.—(4) De fil. c. 1.

2.^o Ex auctoritate D. Thomae, quem propter unum alterumve locum (1) ubi concedit, aliquid ens non in se malum posse esse alteri malum v. g. ignem aquae, ad suas partes ducunt adversarii; quanta id faciant probabilitate judicabit lector ex verbis Angelici doctoris statim subjungendis. In quaestione de malo (2) investigans utrum malum sit aliquid respondet: «quod sicut album sita malum dupliciter dicitur. Uno modo cum dicitur album, potest intelligi id quod est albedinis subjectum; alio modo album dicitur quod est album in quantum est album, scilicet ipsum accidens. Et assimiler malum uno modo potest intelligi id quod est subjectum mali, et hoc aliquid est; alio modo potest intelligi ipsum malum et non est aliquid, sed est ipse privatio particularis boni.» Eandem quaestionem versans Contra gentes (3) resolvit: «Malum nihil aliud est quam privatio ejus, quod quis natus est et debet habere... Privatio autem non est aliqua essentia, sed negatio in substantia. Malum igitur non est aliqua essentia in rebus.» De malo morali expresse ait, non importare: «aliquid quod sit secundum essentialitatem suam malum, sed aliquid quod secundum se sit bonum, malum autem homini in quantum privat ordine rationis, quod est homini bonum.» In Summa (4) ita loquitur: «Peccatum est quidam actus inordinatus. Ex parte igitur actus potest habere per se causam, sicut et quilibet alius actus: ex parte autem inordinationis habet causam eo modo quo negatio vel privatio potest habere causam... Sed cum inordinatio peccati et quodlibet malum non sit simplex negatio, sed privatio ejus quod aliquid natura est et debet habere, necesse est quod talis inordinatio habeat causam ingentem per accidens.» Claudam verbis, quibus Angelicus art. I. quaestionis de malo absolvit: «Ad 2.^{am} dicendum, quod malum quidem est in rebus; sed ut privatio non autem ut aliquid reale; sed in ratione est ut aliquid intellectum et ideo potest dici quod malum est ens rationis et non rei, quia in intellectu est aliquid non autem in re, et hoc ipsum, quod est esse in intellectu secundum quod aliquid dicitur ens rationis, est bonum; bonum est aliquid intellecti (5).»

3.^o a) Quod est malum, vel est malum in se, vel malum alteri. Atqui utrumque denominatur formaliter malum ratione alicujus privationis. Ergo etiam actus voluntatis si est malus, talis erit ratione privationis. *Min. prob. de malo in se.* Nulla res potest dici mala in se a sua positiva entitate seu propter perfectionem sibi de-

(1) v. g. 1, 2, Q. 29, art. 1 ad 1.—(2) Art. 1.—(3) L. 1, c. c. 7-9.—(4) 1, 2.^{ae} Q. 75, art. 1.—(5) Confer. adhuc Theol. ad Fr. Regional. c. c. 114, 116; 1. Q. 1, art. 3, ad 2; Q. 48, art. 1, 2, Q. 18, ar. 1; Q. 71, art. 6. In sent. 1, 2, 57, Q. 1, art. 1.

bitum; ratio enim boni in hoc consistit in perfectione debita seu congruenti rei; nec etiam dici potest mala ex mera negatione seu *caerentia perfectionis* illi indebitae, alioquin nullus actus esset in homine, qui non esset in se malus. Ergo superest tantum, ut quod malum dicitur, tale denominetur a privatione seu caerentia perfectionis debita. Eadem *via*, prob. de *malo relativo*. Res aliqua dicitur respective mala ratione disconvenientiae. Sed disconvenientia, quae talis privatione constituitur. Ergo... *Mia*, prob. Disconvenientia est ineptitudo seu caerentia proportionis necessariae in re de qua agitur, ut aliud convenienter officiat. Ergo... Confirm. Nam nulla forma est disconveniens alicui subjecto eo quod habeat perfectionem illi consentaneam. Ergo eatenus est res aliqua disconveniens talis subjecto, quatenus caret perfectione subjecto conveniente. Non aliter ratiocinatur Angelicus (1) cum dicit: «Malum, quod est differentia constitutiva in moralibus, est quoddam bonum adjunctum privationi alterius boni; sicut finis intemperati est non quidem carere bono rationis, sed *delectabile sensus absque ordine rationis*. Unde malum in quantum malum, non est differentia constitutiva, sed ratioe boni adjuncti.» Vide S. Thomam (2), cuius rationes in summam redegit Becanus (3): «malitia opponitur bonitati. Haec autem consistit in integritate et plenitudine perfectionis, quam actus in se habere debet: ergo illa consistit in defectu et caerentia debita perfectionis. Quo spectat illud Dionysii. Bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu.»

64. II. Pars. Nota. 1. Privationem rectitudinis, qua malum morale formaliter constituitur, reponunt aliqui in voluntate, alii in ipso actu, unde plures exortae sunt auctororum sententiae.

1. vult esse caerentiam perfectionis habitus seu virtutum in voluntate. Rejicitur, quia huiusmodi caerentia prout est in voluntate ratione actus moraliter mali est posterior ipsa malitia actus mali, de qua hic agimus: non enim peccatum ideo est tantae malitiae, quia homo privatur habitibus, sed e contra quia peccatum est tantae malitiae, ideo homo bonis spoliatur habitibus.

2. dicit esse privationem actuum virtutum in voluntate. Respuitur etiam: a) quia sequeretur omnem malitiam esse omissionis; nam quandoque homo peccaret, tantum peccaret vel per solam caerentiam actus, vel per hoc solum quod poneret impedimentum actui praeepto. b) quia certum est hominem non tantum male agere carendo actu bono, sed etiam amando pravum objectum,

(1) 1, Q. 48, ar. 1, ad. 2.—(2) QQ. Disput. Q. de malo art. 1.—(3) De act. human. c. 1, n. 11.

quod iam malum est praecise a caerentia actus cuiuscumque virtutis.

3. Adstruit in voluntate respectu legis vel finis quamdam naturam conformitatem, quae voluntati non convenit mediante actu, sed immediate per seipsam, hoc solo quod non habeat actum contrarium regulis morum; hinc si homo peccat destruit haec conformitas atque ejus privatio reddit hominem formaliter malum. Verum aperte refutatur, eo quod excogitata conformitas per solam privationem existat, scilicet, per caerentiam actus legi repugnantis, quae nullam bonitatem constituere potest. Atqui malitia, cuius formalitatem quaerimus, est juxta SS. Patrum communem doctrinam privatio bonitatis formalis. Ergo malitia formalis nequit esse privatio rei, quae nullam tribuit bonitatem.

4. plurium thomistarum docet actu pravo et constituto in tali specie v. g. odio Dei, non deberi rectitudinem et honestatem; deberi tamen secundum rationem genericam, et debito legali seu ex lege; quia talis actus ut est actus humanus, debet ex praeepto esse honestus. Impugnatur praecipue: a) quia fieri potest ut homo alicui aliquid actum pravum, quando nihil boni tenetur operari, imo cum ei prohibetur bene operari pro hic et nunc, vel ad bene operandum denegatur concursus relicta sola libertate ad omittendum actum pravum seu peccatum. Atqui adhuc in his hypothesebus actus erit pravus, quamvis ex nullo praeepto debeat dari actus honestus. Ergo... b) quia actus humanus sub ratione generica, v. g. respectu Dei, non magis est odium quam amor Dei, ideoque non magis est bonus quam malus; ergo caerentia unius differentiae ratione alterius, quaecumque illa sit, non habet rationem propriae privationis, quae sit malitia. c) Odium Dei non solum est malum genericum, sed etiam specificum prout est odium; si ergo prout est odium et secundum praedicatum specificum non est privatum rectitudine sibi debita aliquid est malum morale malitia commissionis, quod non est formaliter tale privatione rectitudinis.

5. est nostra, quam ut bene capias:

II. Aliquid dicitur malum dupliciter. Uno quidem modo simpliciter, alio vero modo secundum quid. Illud autem dicitur simpliciter malum (seu absolutum), quod est secundum se malum, hoc autem est quod privatur aliquo particulari bono, quod est ex debito suae perfectionis. Secundum quid (seu respective) dicitur esse malum, quod non est malum secundum se; sed alicuius, quia non privatur aliquo bono, quod sit de debito suae perfectionis, sed quod est de debito perfectionis alterius rei, sicut in igne est privatio formae aquae, quae non est de debito perfectionis ignis; sed de debito perfectionis aquae, unde ignis non est secundum se malus;

sed est malus aquae (1). Cum igitur actus pravus non sit in se absolute malus, sed solum sit malus respectivo, id est, homini; non est necesse ut careat perfectione sibi debita absolute et simpliciter, sed satis est si careat perfectione debita homini seu voluntati. Haec carentia est quidem privatio respectu voluntatis ejusque debiti, licet respectu ipsius actus habeat tantum rationem negationis; nam voluntati humanae operanti humano modo circa actus pravi materiam debita est honestas et operationis suae rectitudo; ideoque si haec careat in suo actu, eadem privabitur in sua operatione; non quia honestas sit debita actui pravo in se absolute considerato, sed quia ei est necessaria et debita conditionate, i. e. ut possit esse actus homini rationali conveniens.

65. Prob. 1.^a Actus illa privatione est formaliter malus, qua directe et immediate excluditur in ipso rectitudo et honestas debita. Atqui rectitudo et honestas debita in ipso actu, opponere et immediate excluditur per sui carentiam in tali actu. Ergo... In *minori* non est difficultas; *maj.* prob. Actus illa privatione est formaliter malus qua directe et immediate redditur ineptus ad bonitatem moralem, seu debita ejus perfectio in ordine morum destruitur. Atqui bonitas moralis actus seu debita ejus perfectio in ordine morum constituitur ejus rectitudine et honestate, quam voluntas prosequendo suo actu redditur formaliter bona. Ergo...

2.^a Suarez (2), ex quo multa desumpsimus, sic probat: «Voluntas fit mala in quantum convertendo se ad objectum delectabile, aut sibi placitum deserit objectum honestum, et consequenter finem ultimum ejus, ac rectam rationis regulam, sed non deserit per se ipsam sed per actum; ergo in actu intelligitur, et positiva conversio ad objectum malum, et actualis quaedam seu simpliciter separatio ab objecto bono, et recta intentione. Sed haec nihil aliud est in actu, quam carentia rectitudinis seu habitudinis ad debitum objectum virtualiter voluntaria. Ergo hujusmodi carentia rectitudinis in ipso actu intelligenda est.»

66. Obj. 1.^a et praecipue, odium Dei est quid positivum. Sed odium Dei ab intrinseco et totum in se est malum. Ergo... Praeterea si aliqua honestate privat odium Dei, privat honestate charitatis; atqui potest dari odium Dei casu, quo charitas non sit debita, v. g. si Deus nollet concurrere ad actum charitatis. Ergo...

Resp. Hanc difficultatem, quam breviter diluimus in tractatu de Deo (3), nunc ex principiis datis elarius intimisque solvendam duximus. Itaque in forma Dist. *min.* Odium Dei in se et ab intrin-

seco totum est malum physice; neg. Moraliter, subdist. Per aliquid positivum; neg. Per aliquid privativum ut in not. II expositum est; conc. Primum distinctionis membrum patet ex dictis de Deo (l. c.); nam affectus odii Dei indeliberatus seu primo primus si repellitur est objectum actus boni, si e contra amator efficitur actus pravus. Ratio secundi membri est, quia actus liberi odii Dei et similes ideo sunt mali moraliter intrinsece ac formaliter, quia *essentialiter carent perfectione*, qua voluntatem humanam in ordine morali perficere possint ac reddere conformem primae regulae suorum. Ad id quod additur de non privatione charitatis ac consequenter de non privatione alienjus honestatis casu, quo Deus nollet concurrere ad actum charitatis, repono: sequeretur, concessa *minori* argumenti, odium Dei non privare hominem charitate, spe vel recta ordinatione ad Deum, si odium Dei solum esset privativum charitatis re-ctaeque ordinationis in Deum eo quod opponeretur actui positivo habito vel habendo charitatis; conc. Si est etiam privativum, hoc solo, quod sit contra Deum; neg. Nam hoc in casu ut odium Dei refundat suam malitiam in actum voluntatis necessum non est, hominem debere vel posse elicere actum charitatis, sed sufficit posse omittere actum odii.

Obj. 2.^a Plura ex hac sententia fluunt absurda: a) Nulla peccata eidem virtuti opposita specie distinguuntur, quia carentia rectitudinis debita eadem est v. g. in avaritia et prodigalitate virtuti liberalitatis oppositis. b) In uno actu malo saepe esse infinitas malitias vel nullam determinatam, cum idem actus, v. g. tradere librum alteri, possit fieri ex obedientia, ex justitia, ex gratitudine, etc. c) Omnes actus malos esse formaliter aequales in malitia; haec enim est totalis carentia honestatis debita; sed in privatione totali formaliter non est inaequalitas. Ergo...

Resp. ad a) Neg. *ante.* Rationem dist. Quae pugnant cum eadem virtute, sed sub diverso respectu; conc. Cum eadem virtute et sub eodem respectu; neg. Nam non quaelibet malitia actus particulari virtuti contrarii privat totaliter honestate illius virtutis, neque secundum omnem rationem ejus, sed prout ad diversos actus inclinare potest; sic in exemplo allato in objectione prodigalitas opponitur liberalitati quatenus haec inclinatur ad retinendum cum mediocritate, avaritia vero quatenus liberalitas inclinatur ad dandum cum mediocritate, et ideo prodigalitas et avaritia diversae sunt malitiae.

Ad b) Neg. assertum, quod sophismate nititur. Sane si Petrus ex decem nummis, quos possidet unum creditori debeat, nec tamen hunc potius quam illum, quis ideo dicit, Petrum aut nulla determinata justitiae obligatione teneri, aut debere decem nummos creditori solvere? Ergo a pari, licet aliquis actus non debeat fieri ex

(1) S. Thom. Q. 1 de Mal. ar. 1 ad 1.—(2) De bonit. et mal. D. 3, sec. V, n. 12.—(3) V. 11, De Deo creat. Disq. VI, n. 59.

motivo determinatæ bonitatis, sed ex aliquo, ut obsequatur legi operandi semper rationaliter, non sequitur illum debere fieri ex omnibus motivis honestis possibilibus, vel posse ex nullo fieri, sed elective ex uno vel altero prout ferant circumstantiæ, ne homo irrationabiliter operando privetur rectitudine debita suis actibus.

Ad c) Neg. assertum. Ultimam *min.* dist. Non est inæqualitas in privationibus quatenus omnino privant; conc. Quatenus privant rem magis minusve regulæ motum opposita; neg. Debitum enim honestatis non est æquale pro omnibus actibus unde nec privatio honestatis debite est æqualis, licet in qualibet sit privatio totalis honestatis sibi conditionate debite. Hinc dicebamus, cum de Deo agebamus (l. c.), ex omnibus actibus odii Dei, quorum unus altero intensior esset, primum malitia superare secundum, quia primus multo magis recedit a regulâ morum ac proinde respective ad hominem longe majori privatur bonitate (1).

Obj. 3.^a Argumentum, quod multum urget Joannes a S. Thoma (2), inter actum bonum et malum est oppositio contrarietatis et non tantum privativa. Sed oppositio contraria non est nisi inter duo extrema positiva. Ergo oportet ut malitia formaliter non in privatione, sed in positivo consistat, *Maj.* solet probari ex Aristotele (3) statuente, injustitiam opponi justitiæ contrarie, quævis nomine negativo significetur.

Resp. Dist. *Maj.* Si actus malus sumatur quoad entitatem, qua denominatur malus; conc. Si quoad formam ipsam, qua est malus seu quoad malitiam formalem; neg. Nam malitia bonitati opponitur privative. Ad auctoritatem Philosophi respondet Vazquez (4) cum sumere justitiam et injustitiam non pro ipsis actibus, sed pro habitibus, eisque contrariam oppositionem tribuere, quia non loquitur de ipsorum bonitate aut malitia sed de qualitatibus ipsis. Angelicus vero respondet (5): «Aristoteles ibi loquitur secundum opinionem pythagoricorum, qui malitiam existimabant esse naturam quandam; et ideo bonum et malum ponebant genera. Consuevit enim Aristoteles et præcipue in libris logicis ponere exempla, quæ probabilia serant suo tempore secundum opinionem aliquorum philosophorum; vel dicendum sicut dicit Philosophus (6) quod *prima contrarietas est habitus et privatio*, quia scilicet in omnibus contrariis salvatur, cum semper unum contrarium sit imperfectum respectu alterius, ut nigrum respectu albi, et amarum respectu

(1) Vid. D. Thom. De mal. Q. 1, ad 13; 3 contr. gent. c. 9, § Dicit autem.—(2) In 1, 2. Q. 18.—(3) Prædicam. c. de *qualitatibus*.—(4) In 1, 2. D. 97, c. 12.—(5) 1, 2, Q. 48, art. 1, ad 1.—(6) Metaphysic. L. 4, text. 6.

adulcis. Et pro tanto bonum et malum sunt genera non simpliciter, sed contrariorum, quia sicut omnis forma habet rationem æboni, ita omnis privatio in quantum hujusmodi habet rationem mali (1).^o

Obj. 4.^a Actus mali ut mali generant habitus vitiosos, qui sunt positive mali. Atqui quod positivum est nequit causari a privationibus seu a malo, quod sit mera privatio. Ergo...

Resp. Ut ad 1.^{am} dist. *Maj.* Habitūs vitiosus sunt positive mali physice; neg. Moraliter subdist. Per aliquid positivum iterum; neg. Per aliquid privativum; conc. *Minor.* dist. Quod positivum est nequit causari a privationibus quoad suam entitatem physicam; conc. Quoad moralem subdist. Per se; conc. Per accedens neg. Habitūs vitiosus ut sunt entitates positivæ causantur ab actibus; prout vero formaliter sunt vitiosi, non causantur per se, sed per accedens, eorumque malitia oritur præcise ex defectu in actibus a quibus causantur; nam quia actus carent debita perfectione, ideo inducunt habitus in debita perfectione deficientes.

ARTICULUS IV.

De causis bonitatis et malitiæ

THESIS VIII.

Actus humani speciem moralitatis tum bonitatis tum malitiæ accipiunt ex fine intrinseco seu objecto formali.

67. Nota. I. Finis in lata significatione idem est ac terminus. Sicut autem omnis motus physicus suum habet finem seu terminum, ita omnis motus moralis, qui voluntate perficitur rationali. Hic voluntatis finis definitur; id cuius gratia aliquid fit.

Ex nota «cujus gratia» elucet finem tunc esse talem cum propter se a voluntate amatur. Inde exurgit a) divisio in finem ultimum et medium. Si ita propter se amatur ut ipse vicissim propter aliud appetatur, erit finis medius; quod si in ipso sistat voluntas, erit finis ultimus. Potest autem esse ultimus *positive* vel *negative* tantum. Si enim ita sistat voluntas in fine, quia cætera ad illum refert, et illum omnibus anteponit, erit ultimus *positive*; quod si id non agat, sed voluntas sistat tantum in illo, erit finis ultimus *negative* tantum. b) Divisio in finem *cujus* et in finem *cui*. Nam si id in quo sistat voluntas sit persona *cui null* bonum aliquid, persona illa dici-

(1) Confer. de malo, Q. 1, a. 1, ad 2.

SCHOLIA.

*De aliquibus requisitis ut actus humani bonitatem vel
malitiam ex objecto contrahant.*

70. I. Ut actus humani circa fines particulares sint ex objecto boni, sufficit eos honestum objectum prosequi, quin opus sit finem particularem ad ultimum referre.

Prob. 1.^o Actus habens objectum bonum habet ex illo specificam bonitatem, ut dictum est in thesi. Atqui ex carentia ulterioris finis, si aliunde non vitetur, nullam contrahit malitiam. Ergo sine relatione ad ultimum finem manebit actus bonus simpliciter. *Conseq.* est clara, illa enim res est bona simpliciter, quae habet omnia sibi debita secundum speciem et individuum. *Mia.* prob. cum Suarezio (1): quia nullum extat praeceptum obligans hominem ad huiusmodi relationem vel actualem, vel virtutalem ex proprio ipsius hominis actu circa ultimum finem faciendam, nam: a) Hoc praeceptum non est naturale, nulla enim sufficienti ratione convinci potest, b) Item satis est homini operari semper iuxta rationem rectam circa objecta, quae illi proponuntur, et plus ab ipso exigere ex praecepto, praesertim naturali, superat humanas vires, ac) Neque etiam est positivum humanum, aut divinum; neutrum enim ostendi potest, et humanum quidem superaret potestatem humanam, tum, 2) quia esset de re interna, *dirina autem praecepta positiva* nulla sunt, praesertim in lege gratiae nisi fidei et sacramentorum. Ergo ex nullo capite tenetur homo finem particularem honestum ad ultimum referre.

2.^o Breviter Angelicus (2): Quicumque vult aliquid sub quacunque ratione boni, habet voluntatem conformem divinae in oratione volendi, et ideo bene operatur.

71. II. Ut objecti bonitas moralis in actum humanum refundatur, debet illa formaliter qua honesta intendi: ad malitiam vero objecti contrahendam, sufficit tendere in objectum cognitum ut malum, quia opus sit, quia malum illud velle.

I.^o Pars. Prob. 1.^o S. Augustinus (3): Bonum opus intentio facit; non valde attendas quid homo fecit, sed quid cum facit, aspiciat.

2.^o Objectum formale voluntate prosequendum debet esse aliqua bonitas. Atqui nulla alia bonitas objecti praeter honestam est sufficiens dare actui honestatem. Ergo actus respiciens objectum cognitum ut honestum, nisi quia honestum intendat, non erit honestus. *Mia.* prob. Non est bonitas utilis ut sic, neque bonitas delectabilis. Ergo... Non utilis ut sic, quia haec ut talis nequit amari nisi propter aliud, non dat ex se specificam bonitatem nisi pro ratione termini, unde ex se potest esse moraliter vel bona vel indiffe-

(1) De bonit. et mal. D. 6; sec. 1, n. 12.—(2) 1, 2, Q. 19, art. 10 ad 1.—(3) In Ps. 37.

rens, vel mala. Non delectabilis, quae de se est etiam indifferens seu talis qualis operatio cui adiungitur. Ergo sola bonitas honesta, etc.

72. II.^o Pars. Prob. 1.^o Operari contra dictamen rationis supremae morum regulae applicativum malum est. Atqui amplecti objectum cognitum ut malum est operari contra dictamen rationis, illud objectum prohibens amplecti. Ergo...

2.^o Ab inconvenienti. Si ad peccandum necessum foret velle objectum peccati quatenus malum, maxima peccata non essent moraliter mala ac proinde nec peccata; homines etiam sceleratissimi ordinario non amant peccatum qua malum, sed qua commodum, imo licet daretur aliquis tam diabolicus, quem ipso mali ratio ad operandum moveret, adhuc non moveret nisi quatenus inordinatissimum ejus appetitum exleret commodumque aliquid afferret.

3.^o Utramque partem approbat D. Thomas (1): Sive voluntas sit ejus quod sit secundum se velum sub ratione boni, sive sit boni sub ratione mali, semper voluntas erit mala; sed ad hoc quod sit voluntas bona requiritur quod sit boni sub ratione boni, id est, quod velit bonum et propter bonum.

73. Obj. Positive precepit Deus per Apostolum (2) *Sic ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid feceritis, omnia in gloriam Dei facite.* David hortatur (3): *Querite Dominum et confirmamini; quaerite faciem ejus semper.* Ergo non sufficit propria bonitas finis particularis intrinsecae seu objecti formalis actus, ut iste sit bonus.

Resp. Negro assertum, confirmationem ex Scriptura explicio: omnia in gloriam Dei facite *consilio*, conc. *Praecepto* subdisti. Positivo; neg. Nec alio sensu Deus est *semper* quaerendus, quam *semper*, prout se offerant objecta, circa ea honeste operando; nam opera honesta, ut recte notat Suarez (4), hoc ipso quod sunt honesta nata sunt cedere in gloriam Dei, et apta ut in ipsum referantur. Eodem modo explicabis Patres, qui ut sacra Scriptura loquuntur.

THESIS IX.

Actus humani bonitatem vel malitiam aliquam assumere possunt tum ex circumstantiis, tum ex fine extrinseco.

74. Nota. I. Circumstantia est accidens actus humani ipsum jam in esse morali constitutum moraliter afficiens. Circumstantiae septem assignantur, notis illis vocabulis; Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando (5). Circumstantiae aliae dicuntur aggravantes, aliae speciem mutantes. Priores sunt quae intra eandem speciem augent bonitatem vel malitiam v. g. furari decem vel

(1) 1, 2, Q. 19, ar. 7, ad 1.—(2) 1. Corinth. X, 31.—(3) Ps. CIV, 4.—(4) De bonit. et mal. D. VI, sect. 1, n. 12.—(5) Brevem declarationem vid. in V. III. Disq. V. De Poenitent. nn. 183-184.

mille aureos. Posteriores quae novam addunt speciem bonitatis vel malitiae, tamen ut circumstantiae supponunt bonitatem vel malitiam essentialem, et huic primariae ex intrinseco actus objecto, aliam addunt ex hoc capite accidentalem; v. g. in occasione sacerdotis, primariae malitiae homicidii additur malitia sacrilegii. Dixi ex hoc capite, quia si circumstantiae considerentur respectu speciei, quam addunt, non habent rationem accidentis, sed principii essentialis seu objecti.

II. Finem extrinsecum a circumstantiis sejungimus, tum propter ejus inter actus circumstantias principalitatem et dignitatem, tum maxime quia si est principaliter intentus, ita ut caeteri actus ei externi, sint electi propter ipsum, tunc ipse est objectum primum et ultimum a voluntate intentum.

75. I.^a Pars. Prob. 1.^a D. Jesus (1) videns quandam viduam pauperem mittentem in gazophylacium *aera minuta deo* eam laudavit quia: *pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hi ex abundantia sibi miserant in munera Dei; haec autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit; docens melius omnibus ratione circumstantiae quae seu paupertatis.*

2.^a S. Augustinus in illud: *Nunc si recte offeras, et non recte deudas, peccasti* (2) ait: «Ille recte offert, qui Deo offert; non autem recte dividit, si prudenter non dicernat circumstantias, quid, loci, temporis... Ergo ex circumstantiis, actus, sicut bonitatem interdum, ita et malitiam aliquando desumit.

3.^a Non aliter judicandum est de bonitate morali actuum ac de bonitate rerum naturalium. Atque res naturales non habent totam et completam perfectionem ex forma substantiali tantum, sed multam hauriunt ex accidentibus superadditis, v. g. in homine ex figura, colore, scientia... Ergo a pari actus humani ex circumstantiis seu suis accidentibus perficiuntur et consequenter deficient si circumstantiae non sint conformes regulae morum. Sic ex se dare decem aureos in elemosynam, sine dubio melior est actus, caeteris paribus, quam solum dare quatuor, licet actus bonus eadem censeatur. Similiter furari centum minus est malum quam furari mille intra ejusdem injustitiae ambitum.

Nota. Circumstantiae ex parte objecti nequeunt actui interiori bonitatem conferre, nisi sint in se volitae quatenus honestae sunt; malitiam vero conferre possunt si tanquam malae cognoscantur. Constat ex Scholio II, sup. nn. 71, 72.

76. II.^a Pars. Prob. 1.^a Actus internus intendens bonum honestum ordinatus ad finem honestum extrinsecum, simul est bonus ex suo

objecto honesto, et ex illo fine extrinseco. Ergo actus internus ex objecto honestus bonitatem aliquam ex fine extrinseco inluere potest. *Conseq.* est manifesta: prima *anteq.* pars est innegabilis post thes. VIII et schol. II. Secunda prob. Actus humanus ex hoc habet bonitatem aliquam, quod homo operetur juxta dictamen rationis. Atqui cum homo operatur actum intrinseco honestum propter finem extrinsecum etiam honestum sine dubio operatur juxta rationis dictamen, quod certe non prohibet plures amare honestos. Ergo etiam ex fine extrinseco, etc.

2.^a Finis extrinsecus potest facere, ut aliqua actio praeter suam, aliquam aliam conformitatem dicat cum regula morum. Atqui hoc importat bonitatem aliquam ex fine extrinseco. Ergo... *Max.* declaratur exemplis; nam dare elemosynam pauperi sacerdoti ad ejus inopiam alleviendam cultumque Dei promovendum praeter honestatem misericordiae inducit honestatem religionis; et e contra (ut exemplum adhibeam actuum malorum) furari ad fornicandum ultra malitiam injustitiae involvit malitiam intemperantiae. Confer D. Thomam 1, 2, Q. 18, art. 4.

Dices ex S. Thoma (1): «Si aliquis actum fortitudinis exercent propter Dei amorem, actus quidem ille *materialiter* est fortitudinis, *formaliter* vero charitatis.» Ergo credit honestatem objecti de materiali omnino se habere ad actum, cum hic in finem extrinsecum per alium actum imperetur.

Resp. Dist. In casu actus fortitudinis, materialiter est fortitudinis relative ad actum charitatis imperantem ad quem actus fortitudinis se habet ut materia; conc. Absolute in se considerato; neg. Non enim charitas, sed fortitudo ex proprio suo motivo elicit fortitudinis actum. Desumimus distinctionem ab eodem D. Thoma agente (2): «Ad actum martyrii inclinat quidem charitas, sicut primum et principale motivum, per modum virtutis imperantis; fortitudo autem sicut motivum proprium, per modum virtutis elicentis. Et inde est quod martyrium est actus charitatis ut imperantis fortitudinis autem ut elicentis.»

SCHOLIA

77. I. Pura electio, non a medio, sed a fine specificam bonitatem desumit.

Nota. Dupliciter aliquid objectum potest eligi: 1.^a ita ut voluntas proxime velit objectum propter bonitatem intrinsecam ipsius, et praeterea quia est utile ad aliquem finem. 2.^a Ita ut voluntas objectum amet unice propter aliud ad quod est utile, seu unice quia

(1) Luc. XXI, 3.—(2) Genes. IV, 7, juxta versionem LXX.

(1) 1, 2, Q. 13, art. 1.—(2) 2, 2, Q. 124, ar. II, ad 2.

medium, ita ut bonitas alterius sit unica ratio motiva. Haec posterior electio vocatur pura electio.

Prob. Si electio honestatem a medio desumeret, deberet medium propter suam bonitatem amari, ex Thes. VIII, Schol. II. Atqui si medium amatur propter ipsius medii honestatem, jam non est pura electio. Ergo... Quod vero bonitatem desumat ex fine patet; nam pura electio intrinsece respicit finem, ut objectum formale. Atqui objectum formale communicat actui, a quo intrinsece respicitur, bonitatem non accidentalem, sed formalem. Ergo...

II. Finis bonus non excusat mali medii electionem.

Patet ex illo trito principio: «Non sunt facienda mala ut evianant bona». A. D. Paulo in sua epistola ad Romanos (1) approbato, et ex Thes. VIII, Schol. II. Parte secunda, ubi probavimus sufficere tendere in objectum malum cognitum ut malum, ad malitiam contrahendam.

III. Ab intentione boni finis, electio mali medii procedere nequit.

Prob. Boni finis intentio solum determinat voluntatem ad eligenda media utilia ut objectum suum consequatur. Atqui malum medium est inutile ad consequendum objectum honestum qua tale prout appetitur a voluntate. Ergo intentio boni finis nequit determinare voluntatem ad eligendum malum medium. Hinc dixit Christus (2): *si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit*. Quare si nonnumquam post intentionem boni finis medium eligatur malum, fit vi novae intentionis, quae mala sit.

Dicitur ut constat Exodo I. 20. Deus benefecit obstetricibus aegyptiis, quae liberarunt hebraeorum infantes, licet elegerint malum medium, nempe mentiri. Ergo...

Resp. Dist. Deus laudavit, benefecit propter liberationem mendatio obtentam; neg. Propter bonam liberandi voluntatem; conc. Haec proorsus independens erat a facto mendacii, quod admittendo, forte nec venialiter peccarunt obstetrices aegyptiae si erronee putabant licere mentiri ad liberandum innocentem.

78. IV. Supra (nn. 47-48) probabilius reputavimus, actum imperatum elicatum, ab ipsa voluntate habere propriam et immediatam libertatem; unde nunc consequenter dicimus, ipsum propriam et formalem honestatem (si haec intenditur) accipere a suo motivo intrinseco seu objecto formali, ab actu vero imperante solum desumere bonitatem extrinsece et denominative.

Constat ex Thesibus VIII et IX.

THESIS X.

Actus externi qua tales nullam addunt actui interno, quo morales fiunt bonitatem vel malitiam formalem.

79. Nota. I. Actum externum, illum dicimus actum humanum.

(1) III, 8.-(2) Matth. VI, 22.

qui non sit a voluntate nec imperatively elicitus, sed pure imperatus ut est v. g. occidere, eleemosynam dare, etc.

II. Ex dictis de voluntario constat, nullum actum externum posse esse moralem, nisi imperetur a libera voluntate tendente in actum externum cum advertentia ejus bonitatis vel malitiae; unde fit omnem actum externum homini imputabilem conjungi cum interno, cui in bonitate vel malitia proportionatur.

Sedulo distinguenda est bonitas vel malitia mere objectiva actus a bonitate vel malitia ejusdem formali. Objectiva ex hoc habetur, quod actus hominis ut sic consideratus sive internus sive externus sit conformis vel difformis regulae morum, formalis vero ex hoc, quod libera voluntas objecta honesta qua honesta prosequatur, vel in apprehensa ut mala tendat (1). Hinc actus externus v. g. occidendi habet per se objectivam malitiam, quam refundit in hominem paratum occidere et quidem tantam refundit et non amplius quantum ratione apprehendit in occisione externa. Ratione hujus objectivi influxus potuit dici aibi (2), actum externum, intelligi objective sumptum, impertiri interno propriam convenientiam vel oppositionem cum regula honestatis, non secus ac alia actuum internorum objecta, nec tantum solius libertatis defectu impediiri actum externum refundere immediate in subjectum propriam bonitatem vel malitiam, ut notavit Suarez (3). An vero subjectum, quod externe operatur potius ex actu interno quam ex externo reddatur bonum non est decisum; nunc ad hanc questionem accedentes et bonitatem vel malitiam formalem actus considerantes, contrario modo loqui oportet. Adversae sunt sententiae scolasticae et pauci alii, nostra est D. Thomae pluribus in locis, et communis theologorum.

80. Prob. I.º Ex Sac. Scriptura (4), qua fertur Deum, Abraham dixisse: *quia fecisti hanc rem, et non pepericisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli*; ubi aperte Deus voluntatem Abrahae efficacem exhibito opere aequavit eodemque donavit praemio. Sed si actus externus adderet interno aliquam bonitatem vel malitiam formalem id esset im-

(1) Thes. VIII, Schol. II.-(2) Vol. III, Disq. V. De Poenitentia n. 182.—

(3) Quamvis libertas ut sic possit dici tantum conditio quaedam, ut bonitas, vel malitia attribuantur moraliter operanti; tamen ratio voluntarii intrinsece convenit propriis, et per se actibus humanis, et ideo non est conditio tantum, sed ratio intrinsece requisita ad propriam vel formalem bonitatem et malitiam; propter quod dixit Augustinus: Peccatum in tantum esse peccatum, in quantum est voluntarium; actus ergo exterior, qui non est intrinsece voluntarius, sed tantum per denominationem extrinsecam, solum eodem modo potest esse bonus vel malus. Tract. III, D. X, sect. I, n. 7.-(4) Gen es. XXII, 16.

possibile; nam concipi non potest opus melius, quin sit dignum majori premio, nec in linea mali opus pejus quin sit dignum majori poena. Hæc faciunt etiam illa verba Mathæi (1): *Omnia qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam moechatus est eam in corde suo*, ubi efficax desiderium operis mali æquale dicitur operis executionis.

2.^o Ex Patribus S. Joannes Crisostomus (2): «Voluntas est quæ aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo, opera autem sunt testimonia voluntatis.» S. Augustinus (3): «Si tunc non contingat facultas concubendi cum conjuge aliena, plenum tamen aliquo modo fit, idem cupere, et si potestas detur factorum esse, non minus reus est, quam si in ipso deprehenditur.»

81. 3.^o Rationibus: a) Bonitas formalis consistit in eo, quod sit actus voluntatis, per quem voluntas reddatur bene formaliter operans, e contra malitia formalis erit actus voluntatis, per quem voluntas reddatur male formaliter operans. Sed esse actum voluntatis primario et per se convenit actui interno; secundario et denominative actui externo. Ergo bonitas et malitia formalis primario et per se convenit actui interno, externo autem, non nisi secundario et denominative. b) Actus externus consideratur vel ut est objectum vel ut est executio seu terminus interni. Sed neutro modo addit actui interno comitanti bonitatem vel malitiam. Ergo... *Min.* prob. Non ut objectum; nam quæ talæ transfert totam suam malitiam vel bonitatem actui interno. Ergo nullam aliam addit. Non ut executio; nam, si ut executio adderet, ipsis non positio detraheret bonitatem vel malitiam, etiam cum dives v. g. jam admovisset manum ad criminem, quam nesciebat vacuam et eleemosynam erogaret, vel fur ad furandum. Atqui hoc asserere est valde absurdum; nam quod est involuntarium non tollit malitiam aut bonitatem formalem. Ergo... Confer. D. Thomam 1, 2, Q. 20, art. 4.

82. Obj. 1.^o S. Augustinus (4): «Mala voluntate vel sola quisque miser efficitur, sed miserior potestate, qua desiderium malitiae voluntatis impletur.» Ergo actus externus excedit malitiam internam.

Resp. Dist. *antec.* Fit miserior potestate implendi desiderium primum per se et quoad Deum; neg. Per accidens et quoad homines; conc. Potestas implendi malam voluntatem seu deveniendi ad actum externum adauget peccatum caeteris paribus, ratione voluntatis intensioris, quam postulat, ratione majoris durationis in pec-

(1) V. 28.—(2) Homil. 19 in Mathæo.—(3) De lib. arbit. L. 1, c. 3.—(4) De Trinit. Lib. 13, c. 5.

cato; non quia actus externus præcise expectatus auget malitiam peccati formalem. In ordine tamen ad homines superaddit aliquando propriam infamiam, aliorum scandalum, unde fiat peccator apud homines dignus poena; homines enim solum de externis judicant.

Obj. 2.^o Quod primo et per se prohibetur a lege est per se et primo malum. Sed actus externus per se et primo prohibetur a lege. Ergo per se et primo est malus. Confirm. Malum est quod dissonat rationi. Sed actus externus etiam per se dissonat rationi. Ergo...

Resp. Dist. *Maj.* Quod primo et per se prohibetur a lege, est primo et per se malum objective; conc. Primario et per se malum formaliter; neg. *maj.* Quia ad hoc ulterius requiritur quod sit actus voluntatis reddens voluntatem male operantem, quod primario convenit actui interno; et permissa *minuere* dist. *conseq.* Ergo actus externus est primo et per se malus objective; conc. *conseq.* Formaliter; neg. *conseq.* quia formaliter solum est malus derivative et denominative ab actu interno. Ad confirm. *Maj.* conc. *Min.* dist. Actus externus dissonat per se rectæ rationi per modum objecti; conc. Per modum actus; neg.

83. Obj. 3.^o In confessione sacramentali aperiendus est non solum actus internus, sed etiam externus; ergo hic habet distinctam malitiam a malitia actus interni.

Resp. Conc. *antec.* Neg. *conseq.* Nam, a) Sufficit voluntas Christi ita instituentis, confessionem, ut in ea non solum actus interni sed etiam externi dici debeant, quamvis ejusdem uniusque sint malitiae. b) Confessarius ut iudex et medicus debet posse intelligere, an poenitens subsit aliqua censura, restitutionis oneri, qua medicina indigeat, et alia similia, quæ sine declaratione actus interni præstari nequeunt. c) Actus externus cum interno unum efformat peccatum, quod ab actu externo objective suscipit malitiam, quam internus in voluntatem refundit formaliter.

Inst. 1.^o Si unica et eadem est malitia formalis actus interni et externi, sufficit actum internum relicto externo in confessione declarare. Ergo...

Resp. Dist. *antec.* Si malitia actus interni non penderet *formaliter objective* ab actu externo qua tali; conc. Si penderet; neg. Ad modum enim quo non sufficit dicere, toties peccavi contra justitiam, sed opus est declarare an bonæ famæ detraxeris, an in rebus fortunæ proximum læseris, quia propter diversa objecta, quæ actus respiciunt, diversæ sunt malitiæ; ita proportionali modo discriminantur ex lege Dei, et communi Ecclesiae sensu peccata cordis, oris et operis; quare si opus facies, non sufficienter malitiam peccati interni, quod pro objecto habet actum externum, confiteris.

Inst. 2.^o Actus externus et internus diversis præceptis sexto et

nono, septimo et decimo in lege Dei prohibentur: ergo malitia formalis utriusque actus non est eadem.

Resp. Dist. *anteq.* Actus externus prohibetur diverso praecepto conjunctus tamen cum interno actu; conc. Separatus; neg. Separatus enim nec liber, nec voluntarius est; unde nec malus formaliter est, nec contineri sub praecepto potest. Hinc in sexto et septimo praecepto actus externus prohibentibus, actus mere interni etiam virtute vetantur; nihilominus latum est de solis internis speciale praeceptum, ne forte homines existimarent, actus malos internos nisi in externos prodirent non esse prohibitos.

Obj. 4.^o Laureola martyrii non tribuitur nisi illi, qui actu illud perpassus est. Ergo in opere externo martyrii aliquid speciale est dignum praemio ac proinde bonum.

Resp. Dist. *anteq.* Non tribuitur nisi illi, qui actu martyrium passus est, ratione majoris meriti et bonitatis operantis; neg. Ratione effectus ex opere operati martyrii; conc. SS. Innocentes pro Christo interfecti gloriam martyrum adepti sunt sine ullo illorum merito individuali.

Obj. 5.^o In nostra sententia si quis vult facere eleemosynam infinitam, infinite merebitur. Sed quasi ex terminis apparet impossibile, puram creaturam uno actu infinite mereri. Ergo...

Resp. Neg. *Major*, quia objectae eleemosynae infinitatem non attingit illam tantum volens modo distincto et adaequato ejus bonitati, sed solum modo quodam confuso et valde imperfecto, prout sibi ab intellectu representatur.

84. Nota. I. Actus externus, ut in solutione ad primum indicatum est, saepe auget bonitatem aut malitiam interni per accidens.

Nam in executione externa actus internus fit secundum se melior aut peior: 1.^o Ratione majoris numeri actuum interiorum, qui saepe in ipsa executione repetuntur, 2.^o Ratione majoris actuum interiorum durationis, 3.^o Non raro propter majorem actuum interiorum intentionem; sunt enim plura tam in virtuosa quam in vitiosa vita quae ratione suae delectabilitatis aut arduitatis actus internos intensos aut pariunt aut exigunt. Hinc proverbium hispanicum, a dicto ad factum longa est via.

II. Licet actus externus non augeat bonitatem, per se tamen auget satisfactionem.

Ratio est, quia satisfactio importat punitionem et poenae tolerantiam, quae nequit solo actu interno exerceri nisi accedat externus in quo est poenalis. Compendium nostrae doctrinae videas apud Angelicum 2. Dist. 40, art. 3, Q. 1.

THESIS XI.

Quamvis dentur actus humani indifferentes secundum speciem, verius videtur non dari per se loquendo in individuo.

85. Nota. I. Actus illi indifferentes appellantur, qui nec boni sunt, nec mali. Actus considerari potest *in genere*, prout in communi abstrahitur a bono vel malo; *in specie*, seu sumptus praecise secundum respectum quod suum objectum intrinsecum dicit ad regulam morum; *in individuo* tandem, prout est in re, cum fine operantis aliisque circumstantiis, quae illum moraliter efficiunt.

II. Possibiles esse actus indifferentes etiam in individuo nemo negat; nam actus, qui sine cognitione honestatis aut turpitudinis eliciuntur, nec boni, nec mali esse possunt moraliter considerati, ideoque thesis intelligenda est de actu humano, ut humanus est et deliberatus, non quacumque ratione, sed sub ratione turpis vel honesti. Addimus *per se* nam *per accidens*, interveniente scilicet ignorantia, v. g. si quis putet contrariam opinionem esse probabilem, et juxta illam practice operetur dabitur actus in individuo indifferens.

III. Thesis est quoad primam partem communis, quoad secundam valde controversatur. Nobis consentiunt D. Thomas, et thomistae, Suarez, Valentia alique plures; sunt contrarii Scotistae, Vazquez, Arriaga alique non pauci; quare haec pars ut probabilior tantum defendi potest.

86. I. Pars. Prob. 1.^o Auctoritate SS. Patrum. Augustinus (1): «Sunt quaedam facta media, quae possunt bono vel malo animo fieri, de quibus est temerarium judicare.» Hieronymus (2): «Bonum est continentia, malum est luxuria; inter utrumque indifferens deambulare.»

2.^o Ratione, D. Thomae (3): «Actus humanus, qui dicitur moralis, habet speciem ab objecto relato ad principium actuum humanorum, quod est ratio, seu regula morum. Unde si objectum actus includat aliquid, quod conveniat ordini rationis erit actus bonus secundum suam speciem... si autem includat aliquid quod repugnat ordini rationis, erit malus actus secundum speciem... Contingit autem quod objectum actus non includat aliquid pertinentis ad ordinem rationis, sicut levare festucam de terra, ire ad campum, et hujusmodi; et tales actus secundum speciem suam sunt indifferentes.»

(1) De serm. Dom. in monte c. 18.—(2) Epist. 83, inter epist. August. 47.—(3) 1, 2, Q. 18, ar. 8.

87. H.^a Pars. Prob. 1.^a Ex S. Matthaeo (1): *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddat rationem de eo in die iudicii; ubi verbis «reddat rationem» ex phrasi Scripturae, contexta et communi Patrum sensu significatur verbum otiosum esse opus reprehensibile, dignum poena. Atqui verbum otiosum est opus objective indifferens. Ergo illud ponere seu proferre ut objective apprehenditur est malum subjective, seu non manet indifferens in individuo. *Mia*. Prob. 2.^a Expositione Patrum Origenes (2): «Quod neque boni, neque mali aliquid agit.» S. Basilius (3): «Quod ad propositum in Domino usum non facit.» S. Gregorius M. (4): «Quod aut honestate rectitudinis aut ratione iustae utilitatis caret.» S. Bernardus (5): «Quod nullam habet rationabilem causam.» b) Quia ex hoc dicitur otiosum, quod cum non sit injuriosum Deo et hominibus, non est tamen prout profertur ad quiddam rationabiliter utile. S. P. Ignatius (6) ita describit: «quodcumque non loquenti, nec alteri prodest, nec eo etiam animo profertur, ut afferat utilitatem.»*

2.^a Ex S. Augustino (7), qui «mirum» vocat si «voluntas... xposit in medio quodam consistere, ut nec bona, nec mala sit. Aut enim iustum diligimus et bona est... aut si omnino non diligimus, non bona est: quis vero dubitet dicere voluntatem nullo modo iustitiam diligentem non modo esse malam, sed etiam pessimam voluntatem. Si ergo voluntas aut bona est aut mala, et utriusque malam non habemus ex Deo, restat ut bonam voluntatem habeamus ex Deo.»

3.^a Cum Angelico (8): Actus, qui procedit a deliberativa ratione «necesse est quod vel ordinetur vel non ordinetur ad debitum finem.» Sed si ordinetur ad debitum finem erit bonus, si non ordinetur hoc ipso erit malus. Ergo «necesse est omnem actum hominis a deliberativa ratione procedentem, in individuo consideratum, bonum esse vel malum.» *Mia*. prob. cum major sit evidens, utpote inter extrema contradictoria comprehensa. Proprium rationis est ordinare seu operari propter debitum finem. Ergo actus a ratione deliberativa procedens, si non sit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipso repugnat rationi, et habet rationem mali: si vero ordinetur ad debitum finem, convenit cum ordine rationis, unde habet rationem boni.»

Confirm. Quidquid homo deliberate agit, si propter Deum, aliquo modo non agit, malum est. Sed actus hominis objective indifferens,

(1) XII, 36.—(2) Homil. 1.^a in Ps. XXXVII.—(3) Reg. brev. interrog. 2.
—(4) Homil. 6, in Ev.—(5) Serm. de Templ. custodi.—(6) In exercitiis. libel. existit.
—(7) L. 2, de verbi. et remiss. c. 18.—(8) 1, 2, Q. 18, art. 9.

indifferenter habitus ab homine, nullo modo est propter Deum. Ergo est malus. *Maj*. est D. Pauli (1): *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite; est S. Augustini (2): «Si ideo facis ut tu glorificeris, hoc prohibuit; si ideo ut Deus glorificetur, hoc jussit.» Sed haec saltem intelligenda de ordinatione implicita et interpretativa ad Dei gloriam per ordinationem debitam actui rationali ut sic seu in finem aliquem honestum. Ergo... Ad idem intentum confort propositio 9.^a ab Innocentio XI damnata (3): «Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa ac defectu veniali; in quo cum non distinguatur inter moderatum et immoderatum appetitum copulae, obvie assertitur appetitum moderatum copulae ob solam voluptatem esse malum. Sed moderatus copulae appetitus ob voluptatem objective tantum consideratus nec est bonus, nec malus, sed indifferens. Ergo in individuo solum est malus, quis non ordinatur in finem honestum.»*

88. Obj. 1.^a Ecclesia proscriptis propositiones 16.^a Joannis Hus (4): «Divisio immediata humanorum operum est, quod sint vel virtuosa vel vitiosa;» et 8.^a Bui (5): «Omnis amor creaturae rationalis aut vitiosa est cupiditas... aut laudabilis charitas.» Ergo inter opera virtuosa et vitiosa dantur quae nec virtuosa, nec vitiosa i. e. indifferenter sint.

Resp. ad 1.^a propositionem, esse damnatam in sensu Joannis Hus, qui assererat omnes actus peccatoris esse peccata, et omnes actus iusti esse opera bona, sumens divisionem ex statu subjecti, non ex ipsis operationibus; *contra*. In sensu catholico nostrae thesae; neg. Ad 2.^a propositionem eadem esto responsio, est tamen intolerabilior prima, quatenus ea contendebat Bajus omnem operationem humanam aut esse peccatum aut actum charitatis.

Obj. 2.^a S. Hieronymus ejus testimonio pro prima parte adducto subjungit: «Hoc (deambulare) nec bonum, nec malum est; sive enim feceris, sive non feceris, nec iustitiam habebis, nec injustitiam.» Similiter loquuntur aliqui alii Patres. Ergo...

Resp. Hieronymo aliisque Patribus oppositum Augustinum, si forte sunt re vera nobis contrarii. Coeterum explicari possunt si dicamus, eos loqui de actibus objective consideratis praecise secundum suum objectum tantum; non de eis subjective et concrete secundum omnes circumstantias, quae in actibus humanis reperiri debent.

Obj. 3.^a Ex prima parte dantur actus indifferentes in specie. Sed

(1) I. Corinth. X, 31.—(2) In Ps. LXI.—(3) Decret. 2, Mart. 1679.—
(4) Concil. Constantiense.—(5) P. Pius V.

omnis species reperiri debet in suis individuis actu positis. Ergo...

Resp. Dist. *may*. Dantur actus indifferentes in specie *positiva* cuius individuus (hic, actibus) essentialiter conveniat nec bonum, nec malum esse moraliter; *neg*. *Præcisivo* cuius actibus, objective perpenis, nihil ex eorum objecto intrinseco bonitatis vel malitiae proveniat *conc*. Ratio est quia licet actus habeant objectum indifferens, non possunt tamen de facto exerceri indifferenter, seu sine relatione ad aliquem honestum finem; unde in concreto semper sunt aut boni aut mali. *Min*, dist. Debet reperiri in suis individuis omnis species *physica*; *conc*. Moralitatis; subdist. Positive; *neg*. Præcisive modo explicato; *conc*.

Obj. 4.^o Possibile est a) Actum indifferentem non ordinari ad finem nec bonum, nec malum. Ergo manebit indifferens. b) Ordinari ad ipsum suum objectum indifferens, ad quod tendit sub ratione indifferenti. c) Ordinari ad ipsum levamen aut commoditatem naturæ, quam actiones, quæ indifferentes habentur ut deambulare, flores olfacere, conspiciere campum etc, etc, secum ferunt.

Atqui omnes numerati actus si ponantur erunt indifferentes in individuo. Ergo...

Resp. ad a) Dist. Si homo agit indeliberate; *conc*. Si deliberate subdist. Ad finem bonum et qua bonum sive ad malum positive, vel saltem implicite; *neg*. Positive sive explicite tantum; *conc*.

Ad b) Potest ordinari tantum ad suum objectum indifferens; dist. Rationabiliter et per se; *neg*. Ignoranter et per accidens; *conc*. Quo modo hoc ultimum contingere possit in prænotatis est declaratum.

Ad c) Dist. Recensitæ actiones possunt ordinari ad levamen et commoditatem naturæ, si appetuntur ut convenientes naturæ rationali; *conc*. Si præcenditur ab hac ratione; *neg*. Duobus modis propter naturæ necessitatem vel corporis commoditatem homo operari potest; vel considerando solum naturam humanam ut animalem, vel ut rationalem, quod fit cum homo adhibet rationis regulam, et iudicat illam commoditatem esse sibi convenientem, ut ratione regulatam; si primo modo appetit commoditatem, actio non est honesta, sed mala, quia tenetur semper operari ut homo, et consequenter rationis regulam adhibere; si altero modo agit, iam id satis est ad actionis honestatem, ac proinde in individuo nullum datur medium inter actionem honestam et pravam seu otiosam (1).
 Omnis finis, ait D. Thomas (2), a ratione deliberativa intentus pertinet ad bonum alicujus virtutis vel ad malum alicujus vitii; nam hoc ipso quod aliquis agit ordinate ad sustentationem vel quietem sui corporis, ad bonum virtutis ordinatur.

(1) Ita Suarez. De bonis, et mal. D. 9, sec. 3, n. 9.—(2) 1, 2, Q. 18, art. 3, ad. 3.

Obj. 5.^o Nullum datur præceptum, nec positivum legis revelatæ, nec legis naturalis obligans actus indifferentes ad finem honestum referre; immo ex solo capite oneris valde gravis, quod hominibus imponeret jam videtur rejiciendum.

Resp. In confirmatione ultima probavimus extare præceptum positivum revelatum si non explicite et formaliter, implicite saltem et virtualiter contentum in verbis Apostoli: *Omnia... in gloriam Dei facite*. Quod naturale detur, satis argumenta thesæos evincunt; nec timendum grave onus, cum hoc præceptum non se extendat ad omnes omnino actus hominis, sed solum ad illos, qui cum sufficiente advertentia bonitatis vel malitiae moralis eliciuntur, nec requiratur intendere finem honestum explicite in hujusmodi actibus, qui eliciuntur cum sufficiente bonitatis vel malitiae advertentia, sed sufficiat saltem in iis, qui solent recte operari, id præstare implicite in ipsa voluntate agendi moderate quoties eligunt actiones naturæ rationali convenientes, ut est, v. g. cibum capere.

Obj. 6.^o Sententia contraria est probabilis. Ergo si aliquis, ut potest, ei se conformat eliciet actus indifferentes in individuo.

Resp. Dist. *conseq*. Eliciet actus indifferentes individuo per accidens; *conc*. Per se; *neg*.

COROLLARIA.

De speciebus moralitatis.

89. I. Ex prima thesæos parte sequitur: actum internum voluntatis secundum suam essentiam et speciem, adæquate dividi in bonum, malum et indifferentem, et præter hæc membra nullum aliud reperiri.

II. Ex secunda parte eruitur: divisionem actuum humanorum in bonos et malos absolute sumptam, seu secundum omnia, quæ concurrunt ad actum vel bonum vel malum faciendum esse divisionem adæquatam; cum nullus sit actus humanus in individuo, qui sub altero illorum membrorum non comprehendatur.

CAPUT II.

De regulis actuum humanorum.

PRÆAMBULUM.

De lege in genere.

Diximus, summam Dei bonitatem esse supremam et ultimam moralitatis regulam, cui si conformantur actus nostri, sunt boni, si vero ab ea dissonant sunt mali. Summa illa regula nobis, pate-

tur *finis cui*: si vero non intercedat talis ordinatio ad aliquam personam, illud quod propter se amat voluntas, dicitur *finis cuius* simpliciter. Ex. gr. Si quis cupiat juvenes esse sapientes, quia juvenes esse sapientes, decet et quia pulchrum est; talis finis erit cuius simpliciter: si vero id cupiat voluntas, quia juvenibus illis bonum tantum desiderat, erunt *finis cui* juvenes illi. Ex quo patet, posse voluntatem aliquando in finem *cujus* et in finem *cui* simul tendere. c. Divisio in *finem quo* et finem *qui*. *Finis qui* est res adeptā, et finis *quo* ejusdem adeptio. Finis *qui* vocatur etiam finis *ob-jectivus*, et *finis quo* finis *formalis*. Hi duo fines non sunt proprie duo fines, sed integrant unum finem.

Ex nota: nulliquid fit, exurgit alia divisio: nam vel *omnis* referuntur et finis dicitur *universalis*, vel ultimus simpliciter: vel tantum *aliqua*, et finis dicitur *particularis*, seu ultimus secundum quid.

H. Homini convenit agere propter finem in humanis actionibus. Nam actiones humane a ratione et voluntate procedunt; et actiones, quae a ratione et voluntate procedunt sunt propter finem; siquidem actiones, quae ab aliqua potentia sunt, causantur ab ea secundum rationem sui objecti. Sed objectum voluntatis proponente ratione est finis, seu bonum aliquod suis actibus prosequi. Ergo homini convenit agere propter finem in humanis actionibus.

III. Cum quaelibet potentia habeat suum actum, et quilibet actus suum objectum aut effectum tanquam finem, patet inde finem, qui est intrinsecus relate ad hanc potentiam et actum, posse esse extrinsecum relate ad aliam potentiam et actum. Sic finis furandi erit intrinsecus relate ad intentionem furis et extrinsecus relate ad homicidium a fure commissum. Thesis intelligenda de fine intrinsecō: de extrinsecō infra dicemus. Finis intrinsecus idem est ac objectum formale seu illud, quod est voluntati motivum tendendi in aliquam rem, quae si non propter se, sed propter aliud tantum appetitur erit objectum voluntatis pure materiale.

68. Prob. I. De malis israelitis ait Oseas (1): *et facti sunt abominabiles sicut ea, quae dilexerunt, docens, non futuros abominabiles nisi abominabilia dilexissent, ac esse abominabiles sicut objecta dilecta.*

2. Actus humani sumunt speciem ab eo a quo sumunt esse determinatum. Sed accipiunt a fine. Ergo. Min. prob. Actus humanus est quidam motus moralis, cuius principium et terminus est finis. Sed quilibet motus esse determinatum accipit a principio et termino. Ergo actus humani accipiunt esse determinatum a fine.

(1) IX, 10.

Mal. prob. Actus dicuntur humani in quantum procedunt a voluntate deliberata. Atqui principium movens voluntatem deliberatam, est terminus ad quem ipsius et finis: nam movetur et terminatur a suo objecto, quod est bonum et finis. Ergo...

3. Exemplis: a) Si quis diligit amicos, quia honestum est naturaliter illorum bonum promovere eliciet actum amicitiae naturalis, si vero propter Deum exercebit charitatis actum. Ergo actum unius vel alterius esse virtutis ex fine intrinsecō seu objecto pendet formali. Sed actus ad unam vel alteram pertinere virtutem eorum diversitati specificae omnes tribuat. Ergo. b) Idem accidit in actibus malis, nam juxta omnes actus morandi et actus furandi differunt specie in ratione malitiae. Sed hujus diversitatis specificae praeter diversa objecta ad quae actus tendunt ratio datur nulla. Ergo... Vide S. Thomam (1).

69. His diebus observandum I. Cum Angelico bonitatem aut malitiam desumptam ab objecto esse primam, cum fundetur, ait Platellii (2) *in ipsa actus essentia, seu essentiali tendentia, quae nihil potest esse prius.*

2. Ut compleatur doctrina Thes. VII. ex Suario (3): *actum malum, si consideretur, ut est volitio quaedam et species actus positiva, specificari ab objecto formali, et ex proximo motivo, seu ratione volendi, quae semper est aliqua ratio boni sub qua objectum appetitur.* Nihilominus dicendum actum malum proxime consisti in specie mali et peccati per privationem, et privationem etiam immediate et proxime sumere rationem suam ex positivo, quo privat. Ratio est, quia *privatio ut sic, respicit proxime et immediate positivum, quo privat, tamen quia illud dicit ordinem ad objectum, etiam haec privatio suo modo respicit objectum, quod est prima radix bonitatis et malitiae moralis.*

Alque ita intelligendus D. Thomas (4) cum dicit peccatum non specificari ex aversione a bono, quae est privatio, sed ex conversione ad quoddam bonum, quae est actus positivus: nam alibi (5) expresse docet, magis esse attendendam gravitatem et rationem peccati ex privatione alicujus boni, quam ex tendentia ad aliquid bonum, quia formale in peccato est non conversio, sed aversio seu privatio.

(1) 1, 2, Q. 18, art. 2.—(2) De act. c. 2, n. 88.—(3) De bonit. et malit. D. 7, sect. 7, n. n. 7, 9.—(4) 1, 2, Q. 72, art. 2.—(5) 2, 2, Q. 118, art. 5.

omnis species reperiri debet in suis individuis actu positis. Ergo...

Resp. Dist. *may*. Dantur actus indifferentes in specie *positiva* cuius individuus (hic, actibus) essentialiter conveniat nec bonum, nec malum esse moraliter; *neg*. *Præcisivo* cuius actibus, objective perpenis, nihil ex eorum objecto intrinseco bonitatis vel malitiae proveniat *conc*. Ratio est quia licet actus habeant objectum indifferens, non possunt tamen de facto exerceri indifferenter, seu sine relatione ad aliquem honestum finem; unde in concreto semper sunt aut boni aut mali. *Min*, dist. Debet reperiri in suis individuis omnis species *physica*; *conc*. *Moralis*; subdist. Positive; *neg*. *Præcisive* modo explicato; *conc*.

Obj. 4.^o Possibile est a) Actum indifferentem non ordinari ad finem nec bonum, nec malum. Ergo manebit indifferens. b) Ordinari ad ipsum suum objectum indifferens, ad quod tendit sub ratione indifferenti. c) Ordinari ad ipsum levamen aut commoditatem naturæ, quam actiones, quæ indifferentes habentur ut deambulare, flores olfacere, conspiciere campum etc, etc, secum ferunt.

Atqui omnes numerati actus si ponantur erunt indifferentes in individuo. Ergo...

Resp. ad a) Dist. Si homo agit indeliberate; *conc*. Si deliberate subdist. Ad finem bonum et qua bonum sive ad malum positive, vel saltem implicite; *neg*. Positive sive explicite tantum; *conc*.

Ad b) Potest ordinari tantum ad suum objectum indifferens; dist. Rationabiliter et per se; *neg*. Ignoranter et per accidens; *conc*. Quo modo hoc ultimum contingere possit in prænotatis est declaratum.

Ad c) Dist. Recensitæ actiones possunt ordinari ad levamen et commoditatem naturæ, si appetuntur ut convenientes naturæ rationali; *conc*. Si præcenditur ab hac ratione; *neg*. Duobus modis propter naturæ necessitatem vel corporis commoditatem homo operari potest; vel considerando solum naturam humanam ut animalem, vel ut rationalem, quod fit cum homo adhibet rationis regulam, et iudicat illam commoditatem esse sibi convenientem, ut ratione regulatam; si primo modo appetit commoditatem, actio non est honesta, sed mala, quia tenetur semper operari ut homo, et consequenter rationis regulam adhibere; si altero modo agit, iam id satis est ad actionis honestatem, ac proinde in individuo nullum datur medium inter actionem honestam et pravam seu otiosam (1).
Omnis finis, ait D. Thomas (2), a ratione deliberativa intentus pertinet ad bonum alicujus virtutis vel ad malum alicujus vitii; nam hoc ipso quod aliquis agit ordinate ad sustentationem vel quietem sui corporis, ad bonum virtutis ordinatur.

(1) Ita Suarez. De bonis, et mal. D. 9, sec. 3, n. 9.—(2) 1, 2, Q. 18, art. 3, ad. 3.

Obj. 5.^o Nullum datur præceptum, nec positivum legis revelatæ, nec legis naturalis obligans actus indifferentes ad finem honestum referre; immo ex solo capite oneris valde gravis, quod hominibus imponeret jam videtur rejiciendum.

Resp. In confirmatione ultima probavimus extare præceptum positivum revelatum si non explicite et formaliter, implicite saltem et virtualiter contentum in verbis Apostoli: *Omnia... in gloriam Dei facite*. Quod naturale detur, satis argumenta thesæos evincunt; nec timendum grave onus, cum hoc præceptum non se extendat ad omnes omnino actus hominis, sed solum ad illos, qui cum sufficiente advertentia bonitatis vel malitiae moralis eliciuntur, nec requiratur intendere finem honestum explicite in hujusmodi actibus, qui eliciuntur cum sufficiente bonitatis vel malitiae advertentia, sed sufficiat saltem in iis, qui solent recte operari, id præstare implicite in ipsa voluntate agendi moderate quoties eligunt actiones naturæ rationali convenientes, ut est, v. g. cibum capere.

Obj. 6.^o Sententia contraria est probabilis. Ergo si aliquis, ut potest, ei se conformat eliciet actus indifferentes in individuo.

Resp. Dist. *conseq*. Eliciet actus indifferentes individuo per accidens; *conc*. Per se; *neg*.

COROLLARIA.

De speciebus moralitatis.

89. I. Ex prima thesæos parte sequitur: actum internum voluntatis secundum suam essentiam et speciem, adæquate dividi in bonum, malum et indifferentem, et præter hæc membra nullum aliud reperiri.

II. Ex secunda parte eruitur: divisionem actuum humanorum in bonos et malos absolute sumptam, seu secundum omnia, quæ concurrunt ad actum vel bonum vel malum faciendum esse divisionem adæquatam; cum nullus sit actus humanus in individuo, qui sub altero illorum membrorum non comprehendatur.

CAPUT II.

De regulis actuum humanorum.

PRÆAMBULUM.

De lege in genere.

Diximus, summam Dei bonitatem esse supremam et ultimam moralitatis regulam, cui si conformantur actus nostri, sunt boni, si vero ab ea dissonant sunt mali. Summa illa regula nobis, pate-

scit regulis illam applicantibus, quae communi vocabulo leges so-
lent appellari.

90. Lex proprie ut colligit D. Thomas (1) est:

Quaedam rationis ordinatio ad bonum commune,
et ab eo, qui curam communitatis habet promulgata.

Declaratur: *Ordinatio rationis*, quia perficitur actibus intellectus
et voluntatis legislatoris ordinantis faciendis atque obligantis ut
fiant ordinate, quo lex differt a consiliis, quae non obligant. *Ad
bonum commune* i. e. alicujus communitatis perfectae; quia ad
hunc finem Deus instituit potestatem publicam, ut bonum commu-
ne subditorum promoveretur ac tueretur. Communitas perfecta illa
censetur in qua plures sub uno capite adunati sibi soli sufficiunt
ad consequendum aliquem finem sibi propositum; uti universum
genus humanum respectu legis naturalis, Ecclesia respectu legis
ecclesiasticae, Imperia et Regna respectu legis civilis. Religiosi ordi-
nes respectu suae Religionis. Principatus et civitates, quamvis
minus perfecte, respectu suarum legum; verbo cum Suario (2),
omnis societas quae est capax politicae gubernationis. *Ad eo qui
curam habet communitatis*, nam legis (3) est ordinare in finem, et
ad illum pertinere ordinare in finem communitatem pro qua lex fer-
tur, qui illius universalem curam habet. *Promulgata* seu subditis
intimata, cum nemo possit obligari ad ignotum.

91. Lex ut est in legislatore importat: 1.° Judicium, ut Ra-
dicam, praevidere de convenientia obligandi subditos ad hoc vel illud
faciendum. Non requiritur ad hoc, ut lex valide feratur, sed ut pru-
denter. 2.° Actum voluntatis obligandi subditos. 3.° Actum intel-
lectus nempe imperii seu loquutionis internaee, per verba imperati-
vi modi exprimi solitae ut omnes hoc faciant. 4.° Signum exte-
rius expressivum istius imperii interni. Multum disputatur an lex
consistat in solo actu voluntatis vel in solo intellectus, an in utris-
que. Probabilius cum Platelli (4):

Dico: Lex essentialiter constituitur actu intel-
lectus et voluntatis, principaliter tamen consi-
stit in actu intellectus.

1.° Pars. Prob. Quia mandatum superioris non habet vim prae-
cepti, aut legis, nisi adsit voluntas obligandi; nec ejus voluntas
obligat, adeoque non habet rationem legis, nisi aliqua loquutione
practica, quae ad intellectum pertinet, dirigatur ad subditos, eisque
intimetur. Confirm. modo loquendi sacrae Scripturae, quae leges
divinae nunc exprimit nominibus significantibus actus intellectus,
ut iudicia, testimonia, sermones Dei (5): nunc nominibus signifi-
cantibus actus voluntatis, ut *voluntas Dei* (6) etc.

(1) 1, 2, Q. 90, art. 4.—(2) De leg. l. 1, c. b. n. 19.—(3) 1, 2, Q. 90, art. 3.—
(4) De legib. c. 5, nn. 378, 380.—(5) Ps. CXVII.—(6) Ps. CII.

II.° Pars. Prob. 1.° Quia principaliter per actum intellectus ra-
tionem legis communius explicant Patres et sapientes. A S. Au-
gustino (1) lex aeterna simpliciter dicitur: «Summa ratio» A
S. Basilio (2) lex appellatur; «doctrina et magistra.» A Pla-
tone in Politico: «Gubernandi ratio.» Ab Aristotele (3).
«Sermo ab aliquo mente profectus, qui vim habet cogentem.» His
omnibus adde definitionem legis D. Thomae ab omnibus com-
muniter admissam.

2.° Est de legis essentia, humanorum actuum esse regulam. At-
qui dirigere per modum regulae sicut et ordinare, quod etiam est
proprium legis, pertinet ad intellectum. Ergo. *Mis*. prob. Directio,
ordinatio per legem fit loquutione practica superioris intimantis
hoc vel aliud esse a communitate praestandum. Sed loquutio pra-
ctica est actus intellectus. Ergo lex est regula morum per actum intel-
lectus; unde cum voluntas legislatoris solum requiratur ut lex
obliget, intellectus vero ut ordinet, quod ex se est praecipuum in
lego, sequitur legem principaliter in actu intellectus consistere.

92. Etiam disputant auctores probabiliter pro utraque parte, an
promulgatio legis sit, solum *conditio sine qua non* obligat lex, vel
pars essentialis legis. Quaestio, ut patet potius est de modo loquen-
di quam de re, mihi tamen videntur melius rimare legis naturam
qui dicunt:

Promulgationem esse legi essentialem, nam lex
essentialiter est ordinatio proxima obligativa, sed ad hoc necessaria
est conveniens promulgatio, seu exterior intimatio per modum imperii
ad subditos directa; cum nulla voluntas etiam divina possit
proxime obligationem inducere antequam intimetur. Ergo promul-
gatio est de legis essentia. Confirm. ex jure (4): «Leges constituun-
tur cum promulgantur.»

Notabo tamen cum Suario (5) promulgationem publicam et
externam ac sensibilem non esse ita necessariam «in legibus Dei
sive potentia absoluta, quin possit ipse tanquam supremus Domi-
nus obligare omnes per privatam notitiam etiam mere interiori-
orem; licet hic modus non esset hominibus accommodatus, et
praesertim pro multitadine sine communitate humana.»

93. Legis proprietates sunt: 1.° Ut sit *possibilis* non solum
physico, sed etiam moraliter, spectata scilicet hominum fragi-
litate, consuetudine, etc. Injustum est enim, velle obligare ad ni-
quid physice aut moraliter impossibile. Ad hoc ultimum nihilominus
obligat lex naturalis negativa prohibens intrinsece mala, quare

(1) De lib. arbit. l. 1, c. 6.—(2) In c. 8, Isai.—(3) 10, Ethic. c. 9.—(4) Cap.
In istis. D. 4.—(5) De leg. l. 1, c. 11, n. 6.

neque ad mortem vitandam fas est fidem negare, furnicari, mentiri, etc. Etiam lex irritans non cessat ratione moralis impossibilitatis, hinc impedimenta matrimonii manent quamvis mortis comminatione adigaris contrahere cum consanguinea vel affine.—
 2.° Ut sit *honesto et iusto*, primum quis repugnat obligatio ad aliquid turpe; secundum existit ex parte legislatoris, ne ferendo legem peccet; a) contra iustitiam legalem nocendo bono communi; b) contra iustitiam communitariam, exigendo a subditis ea ad quae non habet jus; c) contra iustitiam distributivam, onera imponendo non servata aequalitate proportionali. 3.° Ut sit *lata pro communitate et propter bonum publicum*. Ratio primae partis est, quia iuxta communiter acceptam legis notionem, lex a praecepto distinguitur per hoc quod praeceptum imponatur personis particularibus, eisque adhaereat, lex vero communitati; unde omnis lex est praeceptum, sed non vice versa omne praeceptum est lex. Non exigit tamen lex praeceptum imponi toti communitati *collective* sumptae, sed sufficit *distributive* personis respiciendo tanquam membra ipsius communitatis. Ratio secundae partis est, quia eo ipso, quod lex fertur pro obliganda tota communitate, oportet ut sit ad bonum illius procurandum, omnes enim homines si rationabiliter operari volunt, stricte tenentur bonum prosequi, malum vitare, quare nequeunt obligari ad aliquid, quod bonum non sit. 4.° Ut sit *stabilis ac perpetua* tum ex parte legislatoris, qui stabiliter obligare intendit; tum ex parte subditorum, quia lex fertur pro bono communitatis, quae est permanens suumque bonum semper exigit; tum ex parte ipsius legis, quia cum feratur prospiciendo futuris et bona gubernatio importet uniformitatem et stabilitatem lex semel lata semper durat, quando non revocatur, vel materia aut finis ita mutantur, ut iusta esse desinat.

94. Actus legis sunt: praecipere, prohibere, permittere et punire; nam actuum humanorum a lege ordinandorum alii sunt ex genere suo boni, et hi praecipiri possunt; alii mali et hi prohiberi debent; alii indifferentes et hi a lege ex se nec praecipuntur, nec prohibentur, sed permittuntur. Tandem cum legi competat, non solum dirigere, sed etiam efficaciter inducere ad sui observantiam, id puniendo consequitur.

Effectus legis sunt. 1.° Vere obligare. Nam lex est actus legislatoris habentis potestatem et efficacem voluntatem obligandi, cumque subditis practice intimantis. Sed efficax voluntas, supposita potestate, sortitur suum effectum. Ergo. Ad rem S. Hieronymus (1). «Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est; ubi praeceptum necessitas servitutis.»

(1) Lib. 2, contr. Jovinian.

Dices: Leges permittentes mala et concedentes privilegia non obligant. Ergo...

Resp. Neg. *anteq.* Nam obligant ad non impediendum exercitium rei permissae vel concessae. Poenales obligant ministros iustitiae ad executionem poenae legibus constitutae.

2.° Reddere homines bonos, eos obligando ad actus bonos; legis quidem supernaturalis per virtutes supernaturales, legis naturalis per virtutes naturales, legis civilis ut evadant boni cives; ecclesiasticae boni christiani, saltem quoad actus exteriores.

95. Lex multipliciter dividi potest; prout theologos spectat solet partiri: 1.° *In aeternam et temporalem*. *Lex aeterna* secundum Augustinum (1): «est ratio vel voluntas Dei, quae rerum ordinem servari jubet, perturbari vetat.» *Temporalis* est, quae in tempore a legitima potestate imponitur hominibus. *Subdividitur in naturalem*, de qua loquitur Apostolus ad Romanos (2) cum dicit: «*Genes, quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt faciunt*» et in *positivam*, i. e. ab aliquo legislatore extrinsece positam. 2.° *Positiva* dividitur in *divinam* quae a Deo per externam promulgationem lata est, et *humanam*, quae ab humana potestate proficiscitur. 3.° *Quoad modum, in affirmativam*, quae actum imperat; et *negativam*, quae actum vetat.

ARTICULUS I.

De lege aeterna et naturali.

THESIS XII.

Existit in Deo lex aeterna, a qua omnes aliae derivantur.

96. Quid sit lex aeterna in Deo juxta S. Augustinum, diximus numero praecedenti. S. Thomas (3) ejus rationem reponit in aeterno divinis legis conceptu «secundum quod a Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso praecognitarum,» quod fit, animadvertit Suarez (4), praesupposito libero decreto voluntatis Dei, statuentis rerum ordinem servandum esse.

1.° Pars, Prob. 1.° Deus, juxta Sapientiae librum (5) «*attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.*» Ergo Deus ab aeterno decrevit omnes res ad suos fines efficaciter perducere, ordinare, seu statuit rerum ordinem servandum esse.

(1) Contr. Faust. L. 22, c. 27.—(2) II, 14.—(3) 1. 2. Q. 91, a. 1, ad 1.—(4) De leg. l. 2, c. 3, n. 9.—(5) VIII, 1.

Atqui in hujusmodi ordinatione voluntaria Dei stat lex aeterna. Ergo...

2.° Ipsi gentiles hanc legem agnoverunt, Cicero (1), shanc video sapientissimam... legem... aeternum quiddam, quod universum mundum regeret, imperandi prohibendique sapientia.»

3.° Lex principaliter consistit in actu intellectus practici (supr. n. 91), hinc Angelicus (2) nostram probat thesim: «Nihil est aliud lex quam dictamen practicae rationis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam. Manifestum est autem, supposito quod mundus divina providentia regatur... quod tota communitas universi gubernatur ratione divina. Et ideo ipsa ratio gubernationis rerum in Deo sicut in principe universitatis existens legis habet rationem. Et quia divina ratio nihil concipit ex tempore, sed habet aeternum conceptum, ut dicitur Proverb. VIII, unde est quod hujusmodi legem oportet dicere aeternam.»

97. II.° Pars. Prob. 1.° Divina eloquia a summa Dei auctoritate et aequitate alias leges suam vim et justitiam trahere testantur, v. g. Proverb. 13: «Per me reges regnant, et legem conditores iusta decernunt.» Paulus ad Rom. (4): «Non est enim potestas nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt.» Vide etiam Sapientiam VI, 4; Ecclesi. XVII, 14.

2.° Ex S. Augustino (5): «Nihil est in temporali lege iustum, quod ex lege aeterna non derivetur.» Leo XIII (6): affert testimonium S. Augustini (7): «Non tribuamus dandi regni et imperii potestatem, nisi vero Deo.» Et docet: «Unice rerum omnium procreatori et legislatori Deo ea potestas est (obligandi in conscientia), quam qui exercent, tamquam a Deo secum communicatam exercent necesse est. Unus est legislator et iudex, qui potest perdere et liberare.» (Jacob. IV, 12.)

3.° Cum Suario: «Lex aeterna est lex per essentiam, et omnis alia est per participationem; ergo necesse est ut omnis alia lex sit effectus legis aeternae. Declaratur praeterea, quia lex duo requirit, unum ut sit iusta et rationi consentanea; aliud ut sit efficax ad obligandum; sed omnis recta ratio creata est ex participatione divini luminis, quod signatum est in nobis, et omnis potestas hominum semper datur, et a Domino Deo est; ergo omnis lex in hominibus existens est ex lege aeterna (8).»

98. Obj. De essentia legis est promulgatio. Sed aeterna a Deo creaturarum ordinatio non potuit ab aeterno promulgari. Ergo non fuit in Deo ab aeterno.

(1) 2 De legib. — (2) 1, 2, Q. 91, art. 1. — (3) VIII, 15, 16. — (4) XIII, 1. — (5) De lib. arbit. l. 2, c. 9. — (6) Encyclica, *Distantum*, De politico principatu. — (7) De civit. Dei. l. 5, c. 21. — (8) De legib. Lib. 2, c. 4, n. 5.

Resp. Dist. maj. Prout lex respicit subditos: conc. Prout est in solo legislatore: neg. Nam iudicium practicum de agendis a creaturis sicut et voluntas illas obligandi sunt aeterna in Deo. *Mia.* conc. vel dist. Non fuit promulgata actu et formaliter, conc. habitu et virtualiter: neg. Singulare est in hac lege, ait Suarius (1), quod censetur consummata et perfecta eo ipso quod in mente legislatoris stabilita est, ratio autem reddi potest, quia decretum Dei aeternum immutabile est, et sine ulla sui mutatione pro suo tempore obligat, decretum autem hominis mutabile est, unde quando non promulgatur per modum legis, semper se habet potius per modum propositi ferendi legem, quam per modum legis firmiter stabilitae et latae.»

SCHOLION I.

De subjecto legis aeternae.

99. Illud constituunt stricte loquendo creaturae rationales, quae solae sunt obligationis capaces et consequenter unice *legis proprie* dicta dirigibiles: minus stricte et late etiam res aliae irrationales, quia omnes sapientissimae Dei ordinationi et imperio subsunt iuxta illud Proverbiolorum (2): de divina Sapientia: «Quando *opto* parabat caelos aeternam; quando *corta* lego et gyro *vallabat* abyssos... et legem ponebat *equis* ne transirent fines suos: quando *appendebat* fundamenta terrae: cum eo *eram* cuncta componens.»

SCHOLION II.

In quo Dei actu sit lex aeterna.

100. Dicendum: esse in actu libero non necessario Dei.

Ita sumitur ex definitione S. Augustini: nam legis aeternae subjectum sunt opera Dei ad extra, quorum ordinem servari jubet, perturbari prohibet. Sed hujusmodi ordo non est, nisi in rebus creatis. Ergo sicut opera ad extra libera sunt ita et lex illa ordinans. Confir. Non potest lex esse sine respectu ad ea, quae per illam gubernanda sunt; sed lex aeterna non imponitur Deo, qui est summa regula indefectibilis; ergo restat ut solis creaturis imponibilis sit. Sic D. Thomas (1. supr. c.) niebat: «Aeternus divinae mentis conceptus habet rationem legis aeternae, secundum quod ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso praecogitarum.»

Hinc inferitur legem aeternam involvere decretum liberum voluntatis Dei statuentis ordinem universi servandum esse, et fit planum: a) legem aeternam non confundi cum idea divina, quae solum

(1) De leg. L. 2, c. 1, n. 11. — (2) VIII, 27-30.

est ratio divinae Sapientiae quatenus per eam cuncta creata et creabilia sunt ordinanda vel ordinabilia in suos fines: b) non confundi cum divina Providentia, quae est ratio divinae sapientiae media ad finem applicatis: unde divina idea legem aeternam natura. antecedit, Providentia eam subsequitur.

THESIS XIII.

Lex aeterna prout dictaminibus rationis naturaliter homini infligitur, est lex naturalis: omnibus communis, immutabilis ac indispensabilis.

101. 1.^a Pars. An sit et quid lex naturalis.

Nota. I. Existentiam legis naturalis negarunt inter antiquos epicurei alique gentiles, discrimen inter honestum et inhonestum non a natura, sed a libita et commodo hominum repetentes. Hos sequuti sunt duce Machiavelo (1527) pseudo-politici sui aevi, athei, pantheistae, rationalistae, positivistae et liberales, qui moralem quamdam universalem a Deo independentem confingendo, putant theoretice plures, practice fere omnes, populos, ac si Deus non-esset, gubernandos esse, legesque vim sortiri a. sola populi vel principis voluntate. Nihilominus existere legem naturalem a Deo latam, est unanimis et certa sententia in Ecclesia catholica.

H. Si attenditur ad ea, quae sunt de ratione legis statim intelligitur, legem naturalem non posse consistere: a) *in ipsa natura rationis* (1), quia haec potius dirigenda quam directrix est, quia sibi ipsi nequit veram, ut exigit lex, obligationem imponere, docente S. Thoma (2), lex est directiva actuum, qui conveniant gubernationi alienius; unde nullus proprie loquendo, suis actibus legem imponit. b) Neque *in lumine rationis* (3) aut *in dictaminibus practice rationis*, si haec praesive a voluntate Dei considerentur; pari ratione, quia tum lumen tum dictamina carent vi obligandi et non sunt nisi *medii* quae suprema Dei lex nobis denuntiat. c) Neque *in sola Dei libera voluntate*, 4), nam lex principaliter est ordinatio rationis, et ad hoc vel illud obligari lege naturali non pendat a libera voluntate Dei, sed a bonitate vel malitia rerum objectiva; non enim res sunt bonae vel malae, quia a Deo praecipiantur aut prohibentur, sed ideo praecipiantur aut prohibentur quia sunt bonae vel malae. Consequitur aut Leo XIII (5) ut naturae lex sit ipsa aeterna, insita in iis, qui ratione utuntur.

(1) Ita Vasquez 1, 2, Q. 150, ar. 3.—(2) 1, 2, Q. 93, ar. 3.—(3) Aeneas Summ. p. 3, q. 27.—(4) Ockan et nominalistae.—(5) Encyclica Libertas § Quoniam.

eosque inclinans ad debitum actum et finem, eaque est ipsa aeterna ratio creatoris universumque mundum gubernantis Dei.

102. Prob. 1.^a Dictamina rationis naturalis habere vim legis ac proinde divinae seu aeternae, cum homines universim sumpti alium superiores non habeant nisi Deum, testis est S. Paulus (1). «Cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex; qui possidentur opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus.» Ubi Apostolus distinguit formam legis manifestatae Judaeis per positivam revelationem (Moysi factam), secundum quam gentes legem non habent, et rem ipsam legis (τὸ νόμον, τὸ ἔργοι τοῦ νόμου), quam habent etiam gentes, sed per aliam manifestationem. Lex positive revelata dicitur a vobis: sed etiam absque revelatione innotescunt: quae sunt legis, opus legis. Est ergo oppositio apud Paulum non inter legem et ejus negationem; sed inter unum et alterum modum manifestationis, qui pro Judaeis est positiva revelatio, pro gentibus autem negatur revelatio positiva, et modus manifestationis oppositus declaratur esse manifestatio per ipsam naturam rationalem, h. e. quod absque positiva revelatione legis intelligunt lumine rationis bonum et malum morale, atque obligationem illud faciendi, hoc vitandi: «naturaliter (per naturam rationalem) ea, quae legis sunt faciunt» (2).

2.^a Ex Patribus Tertullianus (3): «Quaeris Dei legem? habes communem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad aequos et Apostolus solet provocare, ut cum ad Romanos natura facere, dicens, nationes ea, quae sunt legis, et legem naturalem suggerit et naturam legalem.» S. Ambrosius (4): «Lex non inscribitur, sed innascitur, nec aliqua percipitur lectione, sed profuso quodam naturae fonte in singulis exprimitur... ejus testis conscientia nostris tacitis cogitationibus apud Deum ipsa se prodit; quibus vel redarguitur improbitas vel defenditur innocentia.» Nec alieni fuerunt ab hac veritate ethnici. Cicero (5): «Est enim haec, Judaeis, non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.»

3.^a Dari dictamina naturalia rationis hominem obligantia, intimo uniuscujusque sensu est manifestum. Omnes, si rationis compotes sint ipsa, actiones aliquas necessario bonas, alias necessario malas

(1) Ad Rom. II, 14, 15.—(2) Franzelin. De Deo uno, Thes. III.—(3) De carnis, c. VI.—(4) L. 9, epist. 9.—(5) Oratio pro Mil. n. 4.

esse agnoscunt, has ab auctore naturae confuse saltem apprehensio omnino prohiberi, ut si secus faciant, conscientiae stimulis crucientur et poena digni existimentur. Atqui haec dictamina sunt intimatio naturalis legis aeternae. Ergo dictamina practica naturalia rationis prout sunt legis aeternae intimatio constituunt legem naturalem. *Mia*, prob. Ista dictamina sunt signa practica divinae rationis vel voluntatis ordinem naturalem homini convenientem servari iubentis perturbari vetantis. Ergo sunt intimatio naturalis legis aeternae. *Antec*, prob. Quia Deus, ut sapiens gubernator, ideo illa indidit naturae humanae ut eam ad suum finem, bonum sectando, malum vitando perduceret, sem ut homo divinae voluntati conformaretur. Ergo, Vide Angelicum (1), Optime Wirceburgenses (2): «Est ergo lex naturalis *ordinatio divina*, per dictamen rationis homini manifestata, dirigens hominem ad finem ultimum per media necessaria: unde *auctor* hujus legis est *Deus*, subiectum homo; *objectum* media necessaria; *praeco* humana ratio.»

103. II. Pars. Legis naturalis proprietates.

Nota. I. Juristae jus naturale vocant, quod est homini commune cum brutis, ut conjunctio maris et foeminae, liberorum procreatio, educatio. Jus gentium vocant, quod solis hominibus inter se commune est, ut religio erga Deum, obsequium erga patriam et parentes. Et hoc jure dicunt introducta esse bella, servitutes, dominis, contractus. Theologis jus naturae est illud, quod ex instinctu naturae rationalis omnibus hominibus inter se commune est. Jus gentium, quod ex consensu populorum illis fere omnibus commune est. Jus naturale convenit naturae rationali secundum se consideratae, jus gentium convenit eidem naturae in societate et republica civili constitutae. Hinc sequitur, ad legem naturalem pertinere omnia praeccepta, quaecumque recta ratio ex instinctu naturali dicat servanda esse ab homine absolute considerato, ut Deum esse honorandum, nulli injuriam faciendam: ad jus gentium, quae in civili societate, communi populorum consensu constituta sunt: ut divisiones bonorum, contractus, servitutes et similia.

II. «Primum principium in ratione practica, ait D. Thomas (3) est quod fundatur supra rationem boni, quae est: Bonum est quod omnia appetunt. Hoc est ergo primum praecceptum legis, quod bonum est faciendum et prosequendum, et malum vitandum; et super hoc fundantur omnia alia praeccepta legis naturae, ut scilicet omnia illa facienda vel vitanda pertineant ad praeccepta legis naturae, quae ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana.» Unde ex hoc primo praeccepto practico, tamquam ex quodam

fonte, proxime deducuntur alia praeccepta legis naturae ut sunt generatim omnia praeccepta Decalogi (1) et quotquot illis affinia sunt.

III. Dispensationem legis differre a mutabilitate legis, quae fit irritatione, abrogatione et derogatione. Irritatio est quando lex tollitur, antequam perfecte obliget, v. g. si Pontifex nolit approbare legem a concilio factam. Abrogatio est, quando lex, quae jam perfecte obligabat simpliciter aboletur. Derogatio, quando lex ex parte tollitur, et ex parte manet. Dispensatio tunc proprie habetur quando in aliquo casu, quo revera viget et obligat lex, tollitur obligatio legis pro aliquo homine in particulari, reliquis manentibus obligatis. Thesis est communis theologorum etiam quoad tertium pronuntiatum contra paucos veteres, qui existimant posse Deum absolute dispensare in omnibus praecceptis naturalibus, imo et totam legem abrogare: alii distinxerunt inter praeccepta decalogi et alia, quae in eo non continentur. Scotistae concedunt Deum posse dispensare in praecceptis secundae tabulae, quae respiciunt ad proximum excepto mendacio, non vero in praecceptis primae tabulae, quae pertinent ad Deum.

104. Prob. 1^a et 2^a pronuntiatum legem naturalem esse omnibus communem et immutabilem. Esse communem omnibus hominibus inde patet, quod in una eademque natura specifica homines conveniant, quod unus sit legislator Deus, qui ut providus gubernator omnes homines ad unum eundemque naturalem finem prosequendum, ejusdem naturae practicae dictaminibus, conducit. Quod sit immutabilis prob.

1^a Decreto Gratiani (2) ubi inter differentias legis naturalis a positiva ista assignatur, quod «jus naturale non varietur tempore sed immutabile semper permanet.» S. Isidorus (3): «Jus naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturae, non constitutione aliqua habeatur.»

2^a Lex naturae mutaretur prout est in homine vel prout est in Deo. Sed neutrum accidere potest: non primum, quia lex naturalis in homine nihil est aliud, quam naturale dictamen rectae rationis in una eademque immutabilique natura fundatum; non secundum, quia ex hypothesi creatae naturae rationalis Deus, sanctissimus et sapientissimus gubernator non potest non obligare homines ad ordinem naturalem servandum.

105. Est indispensabilis. Dispensare in lege est concedere alicui ut agat contra legem quando lex viget et obligat seu permanentibus omnibus circumstantiis sub quibus lex vigere non desinit. Sed Deus qui solus est auctor legis naturalis, non potest alicui conce-

(1) I, 2, Q. 91. art. 2.—(2) De leg. c. 1, n. 12.—(3) I, 2, Q. 94. art. 2.

(1) Vid. D. Thom. 1, 2, Q. 100, art. 5.—(2) D. 5.—(3) *Etholog.* L. 5, c. 4. THEOL.—Tom. IV.—P. I.

dere, ut agat contra legem naturalem, omnibus permanentibus circumstantiis, sub quibus lex naturalis viget et obligat. Ergo non potest dispensare in lege naturali. *Mia*, prob. Quidquid fit contra legem naturalem quando viget et obligat, hoc intrinsece malum ac turpe est. Ergo non potest fieri licitum et honestum per dispensationem. Confirm. ulterius; quidquid conforme est rectae rationi, ita bonum est ut non possit fieri malum, permanentibus circumstantiis, secundum quas est bonum. Et contra, quidquid est difforme rectae rationi, ita malum est, ut non possit fieri bonum manentibus circumstantiis, secundum quas est malum. Sed quidquid fit contra legem naturalem, est difforme rectae rationi. Ergo quidquid fit contra legem naturalem ita malum est, ut iisdem circumstantiis remanentibus non possit fieri bonum, ac proinde nec licitum per dispensationem.

106. *Corollarium*. Ex discursu facto sequitur aliqua praecepta legis naturalis obligare pro aliquibus non pro omnibus circumstantiis; unde ulterius duplex praeceptorum classis oritur. Aliqua sunt simpliciter et semper obligantia, positae quibuscumque circumstantiis, alia non ita, sed solum tamdiu quamdiu eadem manent circumstantiis. Primae classis sunt ea, quibus prohibetur odium Dei, mendacium, perjurium et alia hujusmodi, quae nullo in casu sunt licita; secundae classis illa, quae mutatis circumstantiis ipsa lex naturae contrariae dicitur, v. g. in praecepto occisionis hominis, lex illam prohibet privata auctoritate et extra casum justae defensionis, jubet vero si reus morte mulctatur, si Deus praeceptum alium etiam innocenter occidere, idemque accidit in aliis praeceptis quorum materia subest dominio libero Dei aut participato humanae auctoritatis. Hoc sensu debet intelligi D. Thomas cum dicit (1), «quantum ad prima principia legis naturae, lex naturae est omnino immutabilis, quantum autem ad secunda praecepta, quae diximus esse quasi quasdam proprias conclusiones, propinquas primis principiis... potest... mutari et in aliquo particulari, vel in paucioribus propter aliquas speciales causas impediens observantiam tallum praeceptorum.»

107. Obj. 1.^o Legis obligatio potest auferri voluntate legislatoris, qui illam dedit. Sed Deus est qui legem naturae dedit. Ergo pro sua voluntate poterit illam abrogare.

Dist. Maj. Si lex est positiva; conc. Si est naturalis; neg. Haec non pendet a voluntate Deo libera, facta hypothesei creationis naturae rationalis.

Obj. 2.^o De facto Deus dispensavit: a) cum Abrahamo ut posset

(1) 1, 2, Q. 94, ar. 5.

occidere filium suum Isaac; b) cum Israelitis ut possent aegyptios spoliare; c) cum propheta Osea, ut posset fornicari; d) cum Patriarchis ut plures uxores simul haberent; e) cum Judaeis, eis concedendo libellum repudii dare; f) cum christianis quotidie, dum per Pontificem vota et juramenta dispensat. Ergo.

Resp. Ad a) ut jam notatum est, dispensavit ut occideret propria auctoritate; neg. Dei iubentis, qui est supremus Dominus vitae et mortis omniumque rerum; conc.

Ad b) idem respondendum, Deus dedit Israelitis aegyptiorum pretiosa.

Ad c) Explico, Deus concessit fornicari; neg. jussit ducere fornicariam in matrimonium; conc. S. Hieronymus (1): «nec culpandus Propheta, si meretricem convertit ad pudicitiam, sed potius laudandus quod ex mala bonam fecerit... ex quo intelligimus non Prophetam perdidisse pudicitiam fornicariae copulatum, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quam antea non habebat.» filii Prophetae dicuntur, *filii fornicationum* vel ratione matris, quae fuerat fornicaria (2), vel ratione ipsorum filiorum, qui grandiores facti se dederunt fornicationibus (3), vel ut aliis (4) magis placet ratione typica, qua isrl filii suis nominibus representabant veros fornicationum filios i. e. israelitas contra Deum peccantes ab eoque rejiciendos.

Ad d) et e) Dispensavit disponens de rebus suis tanquam supremus Dominus; conc. Ut Legislator tantum; neg. Potest enim Deus ut supremus omnium Dominus usum corporis, qui per priorem contractum matrimonialem uni tantum foeminae datus est permittere communem esse duabus. Facta autem hac permissione non amplius obligat lex naturalis ex se et ordinarie prohibens polygamiam, quia eam solum prohibet pro casu, quo Deus supremo suo dominio illam non concedat. Idem dicit de libello repudii (5).

Ad f) Pontifex dispensat interpretando promissionem Deo factam relaxari ab ipso Deo, conc. Aliter; neg. Idem accidit in promissione homini facta, quae tamdiu durat quamdiu non relaxat qui eam acceptavit, si vero relaxat jam non amplius promittens obligatur.

Obj. 3.^o Sicut jus alterum non occidendi Deo subest, ita jus alterum non decipiendi seu mentiendi. Poterit ergo Deus aliquando permittere ut licitum mendacium tanquam supremus Dominus.

Resp. Neg. parit. et *conseq.* Nam in primo casu agitur de dispositione rei materialis, quam Deus conservare vel destruere potest, non homo; in secundo de mutatione ipsius regulae honestatis seu de re morali invariata manente sub quacumque hypothesei. «Men-

(1) In Oseam, c. I.—(2) In Alap. et Menoch, etc.—(3) Ribera et alii.—(4) Knabenbauer, S. I.—(5) Vid. V, III. Disq. VIII. De Matrim. nn. 114, 120.

«adacium, sicut Plinelli, (1) talis est malitiae et naturae, ut nullis circumstantiis possit bene fieri; alioqui enim etiam ipse Deus posset mentiri, et Prophetas ac Evangelistas determinare ad mentium, quae omnia repugnant infinitae ejus veritatis fidem.» summe indubitatae exigenti: alias enim nutrentur omnia fidei nostrae principia.»

SCHOLION.

An lex naturalis possit deleri de cordibus hominum.

108. Respondendum cum Angelico (2), quoad communia principia, eorummodi est illud primum: «Bonum est faciendum, malum vitandum» deleri non posse, quoad secundaria ex illis deducta, posse.

Nam possibile est, ut legenda experientia demonstrat, falsis opinionibus, pravis peccandi consuetudinibus ita obscurari intellectum ut in particulari vix decernatur quid honestum justumque sit. Jam Paulus de improbis sui temporis: «Obscuratum est insipientis vis eorum» (3). *Tenebris obscuratum habentes intellectum rationati a vita Dei per ignorantiam, quae est in illis, propter caecitatem cordis ipsorum* (4).»

ARTICULUS II.

De lege positiva.

Cum fides doceat homines ad finem supernaturalem vitae futurae per convenientia media in hac vita exequenda ordinari, recte theologo inferunt, legem positivam partiri in divinam et humanam. Divinam in veterem seu Synagoga et novam seu Ecclesiae. Humanam in ecclesiasticam et civilem. Praeter has, non potest dari hominibus lex alia positiva, quia plures non sunt rerum humanarum legislatores, nam Angeli carent potestate in homines si ordini naturali standum est, et nullibi revelatur talem potestatem eis a Deo concessam esse.

Lex illa dicitur proprie positiva (5), quae non est innata cum natura vel gratis, sed ultra illas ab aliquo principio extrinseco habente potestatem posita est; inde enim positiva dicta est, quasi addita naturali legi, non ex illa necessario manans. Cum de legifera Dei suprema potestate jam satis constet, et de legibus divinis positivis in decursu Theologiae, praesertim ubi de Ecclesia, fide, sacramentis, disseratur, hic solum de legibus positivis humanis breviter et in genere agendum est.

(1) De Legib. n. 405.—(2) 1. 2. Q. 94, art. 6.—(3) Rom. I. 21.—(4) Ephes. IV. 18.—(5) Saar. De leg. I. c. 3, n. 14.

THESIS XIV.

Principes saeculares potestatem habent con-
dendi leges civiles, quae obligent in con-
scientia.

109. 1. Pars est de fide contra antiquissimos haereticos, qui jam tempore Christi (1) detractabant tributum dare Caesari, contra modernos lutheranos et anabaptistas (2) nec non recentissimos anarchismi auctores, quorum tessera est: «Nec Deus, nec dominus ullus.» Illos praedammarunt Christus D. ejusque Apostoli tum sua agendi ratione, tum doctrina, quare:

Prob. 1.º Christus D. pharisaeis eum tentantibus respondit (3): «Reddite... quae sunt Caesari, Caesari; et quae sunt Dei, Deo.» imo quamvis ipse liber esset, ne scandalizaret judaeos tributum solvit (4). S. Paulus ad Roman. (5): «Omnia animo potestatis sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.» Ad Titum (6): «admonere illos principibus et potestatibus subditas esse, dicto obedire.» Et Apostolorum caput S. Petrus (7): «Subjetti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sive regi, quasi procellenti: sive ducibus tanquam ab eo missis.» Ex quibus et aliis, quae offerri possent manifestum est posse principes saeculares imperare. Sed modus imperandi et gubernandae societatis praecipuus legum civilium conditione obtinetur. Ergo...

2.º Traditione veterum Patrum, qui, ut sapienter notat Leo XIII, hoc potissimum argumento iniquum esse convincebant in christianos animadvertere legibus, quod in oculis omnium convenienter legibus in exemplum viverent (8). Tertullianus (9): «Christianus nullius est hostis, nedum imperatoris, quem sciens a Deo suo constitui, necesse est ut ipsum diligat et reveratur et honoret et salvam velit cum toto romano imperio.» Gregorius Nazianz (10): «Submittamus nos tum Deo, tum aliis, tum illis, qui imperium in terra gerunt: Deo quidem omnibus de causis, illi autem aliis propter charitatis foedus, principibus denique propter ordinem publicaeque disciplinae rationem.» Quae haec in re sit norma et doctrina Ecclesiae praecclare expressit Augustinus (11): «Haec ergo caelestis civitas, dum peregrinatur in terra ex

(1) Matth. XXII, 21.—(2) Bellarm. De laicis I. 2, c. 2.—(3) Matth. XXII, 21.—(4) Ibid. XVII, 26.—(5) XIII, 1.—(6) III, 1.—(7) 1 epist. II, 13.—(8) De politic. principat.—(9) Apolog. n. 35.—(10) Orat. 17.—(11) De civit. Dei, I, 19, c. 17.

omnibus gentibus cives evocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit societatem, non curans quidquid in moribus, legibus institutisque diversum est, quibus pax terrena vel conquiritur, vel tenetur, nihil eorum rescindens vel destruens: imo etiam servans, ac sequens, quod licet diversum sit in diversis nationibus, ad unum tamen eundemque finem terrena pacis intenditur, si religionem, qua unus summus et verus Deus colendus docetur, non impedit.

3. Ratione agendi Ecclesiae, quae semper damnavit praetextus et legibus humanis exemptionem. Clemens V. cum concilio Viennensi inter Beguardorum et Beguinarum errores notavit: «Quod illi, qui sunt in praedicto gradu perfectionis et spiritu libertatis non sunt humanae subjecti obedientiae, nec ad aliqua praeccepta Ecclesiae obligantur: quia (ut asserunt) ubi spiritus Domini, ibi libertas.» Concil. Constantiense sub Martino V. articulo 15 Wiclef et 30 Huss damnavit: «Nullus est dominus civilis, nullus est praelatus, nullus est episcopus dum est in peccato mortali.» Concil. Tridentin. anathema dixit in eos qui profiterentur (1): «nihil praecceptum esse in Evangelio praeter fidem, caetera esse indifferentia, neque praeccepta, neque prohibita, sed libera, aut decem praeccepta nihil pertinere ad christianos, vel hominem iustificatum, et quantumlibet perfectum... non teneri ad observantiam mandatorum Dei, et Ecclesiae, sed tantum ad credendum...» Leo XIII (2): «catholici homines, aut, si imperandi a Deo repetunt, velut a naturali necessarioque principio.»

4. Ratione D. Thomae (3), quam eleganter exposuit Leo XIII. (l. c.): «Et sane homines in civili societate vivere natura jubet, seu verius auctor naturae Deus: quod perspicue demonstrant et maxima societatis conciliatrix loquendi facultas, et innatae appetitiones animi plures, et res necessariae multae et magni momenti, quas solitari assequi homines non possunt, iuncti et consociati cum alteris assurgunt. Nunc vero, neque existere neque intelligi societas potest, in qua non aliquis temperet singulorum voluntates ut velut unum fiat ex pluribus, easque ad commune bonum recte atque ordine impellat, voluit igitur Deus ut in civili societate essent, qui multitudini imperarent.» Necessitas demum auctoritatis legitime ipsa experientia comprobatur ut praecaudatas Summus Pontifex (l. c.) notavit: «Etsi homo arrogantia quadam et contumacia incitatus frenos imperii depellere saepe contendit,

(1) Ses. 6, can. 19, 20.—(2) *Diarum*. De politic. princip.—(3) *Opus de Reg. princip.* lib. 1, c. 1.

numquam tamen assequi potuit ut nemini pareret, Praeesse aliquos in omni consociatione hominum et communitate cogit ipsa necessitas, ne principio vel capite a quo regatur, destituta societas dilabatur et finem consequi prohibeatur, cuius gratia nata et constituta est.»

110. II. Pars, quam specialiter negavit Calvinus concedens principibus potestatem leges ferendi, quin tamen fidelium conscientiam obstringerent, est omnium catholicorum et certa. Juxta Suarium (1) de fide vel proxima fidei. Probatur iisdem argumentis, quibus prima pars, nam omnia eo tendunt, ut probent juxta Dei ordinationem esse in principibus potestatem leges ferendi et consequenter in subditis obligationem eas servandi. Sed Dei ordinationi sine conscientiae noxa non resistitur. Ergo, Praeterea id expresse declaravit 1.º Paulus ad Rom. (2) addens verbis pro prima parte relatis. «*Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt... Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed propter conscientiam. Ideo enim et tributa praestatis, ministri enim Dei sunt, etc.*» Sed nemo damnatur nisi propter peccatum. Ergo.

2.º Pius IX damnans Syllabi propositiones: 56.º «Morum leges divina haud egent sanctione, minimeque opus est ut humanae leges ad naturae jus conformentur aut obligandi vim a Deo accipiant;» et 63.º «Legitimis principibus obedientiam detrectare, summo et rebellare licet.»

3.º Leo XIII leges civiles obligare in conscientia idque habere ex participatione divinae auctoritatis docens (3): «Il, quorum auctoritate respublica administratur, debent cives ita posse cogere ad parendum, ut his plane peccatum sit non parere. Nemo autem hominum habet in se aut ex se, unde possit huiusmodi imperii vinculis liberam caeterorum voluntatem constringere. Unice rerum omnium procreatori et legislatori Deo ea potestas est: quam qui exercent, tamquam a Deo secum communicatam exerceant necesse est.» Ex quo, arguit infra, subesse cives et dicto audientes esse principibus, uti Deo, oportebit non tam poenitentium formidine, quam verecundia majestatis, neque assentationis causa, sed conscientia officii.»

THESIS XV.

Ecclesiae Praesules potestatem habent ferendi leges conscientiam subditorum ligantes.

III. Nota. In Ecclesia triplex est potestas. Una ordinis, quae re-

(1) De legib., l. 3, c. 21.—(2) XIII, 1.—(3) De polit. princip.

fertur ad sacramenta conficienda et ministranda; altera fori interni ad regendum populum christianum in foro conscientiae, quod fit absolvendo et ligando; tertia, de qua nunc proprie agimus, ad eundem populum gubernandum in foro exteriori, quod fit leges condendo, causas cognoscendo, rebelles puniendo et quae similia sunt. Hanc potestatem ferendi leges negarunt olim Waldenses, Wiclef et Hus, Calvinus concessit, sed vim obligandi in conscientia ab eis ademit. Theses est de fide quoad utramque partem.

Prob. 1.^o Concil. Tridentino (1): «Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctae Ecclesiae praeceptis, quae vel scripta, vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint; anathema sit.» Innocentius XI. damnavit propositionem inter alias 52.^a: «Præceptum serrandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus» Alexander VII. hanc aliam 23.^a: «Frangens jejunium Ecclesiae, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult se subijcere praecepto.» Vids supra (n. 109. Prob. 3.^o) Concil. Viennense aliosque canones concilii Tridentini.

2.^o Ut in disquisitione de Ecclesia probatum est, Christus alloquens Petrum (2), omnibus ejus successoribus Romanis Pontificibus dixit: *Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.* Verba quidem universallissima, quae sub se comprehendunt omnem potestatem ferendi leges conscientiam adstringentes, cum nullus terminus ligandi potestati definiatur, Episcopus hortatus est Paulus (3): *Attendite vobis, et universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopus, regere Ecclesiam Dei.* Sed regere imbitam habet facultatem condendi leges. Ergo. Jam vero legibus ecclesiasticis esse parendum, auctor est Christus, apud Lucam (4) dicens Apostolis, quorum successoras sunt Papa et Episcopi: *Qui vos audit me audit et qui vos spernit, me spernit.* Et apud Matthaeum (5): *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.*

3.^o Usu constanti Ecclesiae, quae a tempore Apostolorum (6) seu a primo concilio Hierosolymitano tam per Pontifices et Episcopos, tam conciliis tam generalibus quam particularibus sanctissimas pro temporum necessitatibus leges in conscientia obligantes

(1) Sess. VII, de Baptism., can. 8.—(2) Matth. XVI, 19.—(3) Act. apost. XX, 28.—(4) X, 16.—(5) XVIII, 17.—(6) Act. apost. XV, 28.

semper tulit, quemadmodum totum corpus juris canonici et communis fidelium sensus luculenter testantur.

4.^o Deducitur haec veritas ex ipsa divina Ecclesiae constitutione. Est enim una perfecta societas, unum corpus Christi mysticum: ut ex tractatu de Ecclesia suppono. Atqui non esset perfecta societas nisi haberet potestatem proportionatam, qua regeretur ac gubernaretur; nam aliter esset corpus sine capite, multitudo sine ordine. Ergo cum «in domo Dei, ut dixit S. Leo Papa (1), nihil inordinatum esse debet,» est in Ecclesia spiritualis principatus, qui suis legibus possit perpetuo fideles ad suum finem dirigere ac in officio continere; aliter inutilis esset gubernatio, nisi esset necessitas obediendi.

COROLLARIUM.

Principes Ecclesiae suas leges sancire possunt poenis etiam corporalibus.

112. Quod possint poenis saltem spiritualibus est de fide, quod etiam corporalibus de doctrina catholica.

Prob. Ex thesi praecedenti, juxta quam Ecclesiae data est plena potestas ferendi leges ad populum Dei perfecte gubernandum. Sed potestas humana, quae non valet sancire suas leges poenis etiam corporalibus est valde imperfecta ad populum perfecte gubernandum: nam contumaces et rebelles non satis morentur nec continentur in officio solis poenis spiritualibus. Ergo Principes Ecclesiae in quibus est potestas ferendi leges etc. Insuper doctrina hujus corollarii documentis et divinis et ecclesiasticis confirmatur.

1.^o Ex testimonio ipsius Christi D. (2): *«Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.»* Ex Apostolo (3): *«Quid vultis in circha veniam ad eos, an in charitate, et spiritu mansuetudinis?»* et pluribus aliis in locis (4).

2.^o Bonifacius VIII (5) «Uterque (gladius) est in potestate Ecclesiae, spiritualis scilicet gladius et materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, illa vero ab Ecclesia exercendus. Ille sacerdotis in manu regnum et militum, sed ad nutum et patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, et temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati.» Pontifices damnarunt aliter sentientes (6). Joannes XXII. hanc propositionem Marsilii: «Quod tota Ecclesia simul juncta nullum hominem punire potest punitione coa-

(1) Epist. 85, vel. 87.—(2) Matth. XVIII, 17.—(3) 1.^a Corinth. IV, 21.—(4) 1.^a Corinth. V, 4; 2.^a Cor. X, 6; XIII, 2; 1. Timoth. 1, 20.—(5) Bull. Unam sanctam. Extravag. Comm. L. 1, tit. 8, c. 1.—(6) Martini-Bam Patav., De Dominis, Fabronium, etc.

activa, nisi concedat hoc imperator.» Ex mandato Martini V. suspecti errorum Wiclef et Hus interrogandi erant, artic. 32 «Utrum credat quod inobedientia sive contumacia excommunicatorum crescente, praelati vel eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem aggravandi et reaggravandi, interdictum ponendi et brachium saeculare invocandi; et quod illis censuris per inferiores sit obediendum.» Pius VI. jansenistarum propositionem 4^a synodi Pistoriensis, «abusum fore auctoritatis Ecclesiae, transfereudo illam ultra limites doctrinae et morum, et eam extendendo ad res exteriores; et per vim exigendo id, quod pendet a persuasione et corde; tum etiam, multo minus ad eam pertinere, exigere per vim exteriorum subjectionem suis decretis» ita notavit: «Quatenus indeterminatis illis verbis extendendo ad res exteriores notet velut abusum auctoritatis Ecclesiae usum ejus potestatis acceptae a Deo, qua usi sunt et ipsimet Apostoli in disciplina exteriori constituenda et sancienda: haeretica... quatenus intendit Ecclesiam non habere collatum sibi a Deo potestatem non solum dirigendi per consilia et suggestiones, sed etiam jubendi per leges, ne devios accontumacesque exteriori judicio ac salubribus poenis coercendi atque cogendi: ex Benedicto XIV. [1] inducens in systema talia damnatum ut haeticum.» Pius IX. syllabo errorum nostrae aetatis adnumeravit propos. 24. «Ecclesia vis inferendae potestatem non habet, neque potestatem ullam temporalem directam vel indirectam.» Leo XIII [2]; «Revera Jesus Christus »Apostolis suis libera mandata dedit in sacra, adjuncta tunc fereudorum legum veri nominis facultate, tum gemina, quae hinc consequitur, iudicandi puniendique potestate [3].»

Nota. Quamvis Ecclesia possit, cum crimen id postulat poenam capitalem imponere et propria auctoritate executioni mandare, convenientissime tamen utitur ad hoc gladio temporali sibi subiecto, ne ipsa sponsa ejus, qui dedit pretium salutis sanguinem immaculatas manus errore polluat [4].

SCHOLION I.

*De potestate principum malorum et de obligatione
subditorum iustorum*

Dico: Nec mali mores, nec ipsa haeresis ex se adimunt principibus legitimam potestatem, si-

(1) Brev. *Ad assidua* ann. 1755, ad Episcop. Polon.—(2) Encycl. *Immortale Dei*.—(3) Vid. alia Vol. I. *Disc. de Relig. revelat.* nn. 24-28.—(4) Vid. *Bellar. De laic. cc. 21, 22.* Summ. *Defens. fidei cathol.* L. 3, c. 6; De fide, DD. 20, 25. Ex modernis Palmieri *De Eccles.* 8, 19.

ent nec sanctitas eximit justos ab obedientia legibus praestanda.

113. I.^a Pars est de fide contra Wiclef et Hus, in quorum doctrina damnatus est a Martino V. cum concil. Constantien. articulus 15 Wiclef cum 30 Hus: «Nullus est Dominus civilis, nullus est Prelatus, nullus est Episcopus dum est in peccato mortali.»

Prob. 1.^a de potestate civili ex Paulo ad Romanos XIII, 1, ut in thesi XIV (n. 109, Prob. 1.^a) ubi fideles hortatur ut Regibus et Principibus obediant tamquam Dei ministris, Sed Reges et Principes tunc temporis erant infideles et improbi, Ergo. Confirmat ratio, nam potestas dominandi ac consequenter leges ferendi immediate per se fundatur in jure naturali. Sed jus naturale per se est independens a fide et bonis moribus hominum. Ergo cui ex jure naturae competit dominandi potestas: independenter a fide et bonis moribus competit.

2.^a De potestate ecclesiastica, nam: a) Christus ad docendum nos de Principibus antiquae Synagoga dixit: [1] «*Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisaei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis servate et facite: secundum opera vero eorum nolite facere.*» Ergo idem de Principibus Ecclesiae sentendum est si qui sunt mali et haeretici.

b) Potestas spiritalis, sicut quaevis gratia gratis data ordinatur ad utilitatem aliorum, et potest Deus per multos amicos beneficere, et justa suis fidelibus praecipere: non est ergo ratio ut pendeat a bonis moribus Praelati ecclesiastici aut etiam ab ejus fide tum interna quam externa nam: 2) si potestas imperandi ab actu interno penderet esset valde incerta; 3) quia id exigit visibilitas Ecclesiae ne de principibus ejus legitimis sit dubium. Ideo damnatus fuit artic. 22, J. Hus: «Papa vel praelatus malus et praescitus est aequivoco pastor, et vero fur et latro [2].» Et suspecti de ejus haeresi interrogandi erant: «Utrum credat, quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, ejus nomine proprio expresso, sit successor beati Petri, habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei.» [3] Quia summa esset in Ecclesia inordinatio et confusio, si fideles privato suo judicio de fide et moribus Praelatorum suorum possent eis obedientiam denegare.

Nota. Propter easdem rationes praelatus, qui non tantum interne, sed etiam externe et quidem notorie sit haeticus, quamvis ipso facto incidat in excommunicationem speciali modo Pontifici reservatam [3] valide jurisdictionem exercet quoadmodum est toleratus, peccat tamen si extra casum necessitatis aut non rogatus eam exercet. Confirmatur Ecclesiae consuetudine, quae nunquam aliquem Episcoporum privavit jurisdictione nisi praemonitum et obstinate in sua haeresi perseverantem.

114. II.^a Pars. Est etiam de fide contra burgardos, et protestantes, Prob. 1.^a Conciliis Viennensi et Tridentino supra [n. 109, prob. 3.^a] adductis.

(1) Matth. XXIII, 2.—(2) Vid. art. 11-13; 24, 26.—(3) Const. Pii IX «Apostolicae Sedis.»

2.^o Hisdem Scripturae testimoniis thesium XIV, XV, quae universim de omnibus loquuntur, nullum excipiunt ab obedientia potestati a Deo ordinatae tribuenda *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Ergo etiam fideles sive iusti, sive iniusti subiunguntur legibus tum ecclesiasticis tum politicis, quae a potestate a Deo hominibus collata procedunt.

3.^o Lex evangelica non auferat a principibus civilibus potestatem legislativam sed eam approbat, commendat, roborat (1); potestas vero ecclesiastica a Christo D. instituta, est pars ipsius legis evangelicae; ergo cum fideles et iusti sint membra tum societatis civilis, tum ecclesiasticae tenentur a trique potestati obedire.

115. Obj. 1.^o contra Principum civilium potestatem: a) Oseam (VIII, 4) dicentem de regibus: *Ipsi regnaverunt, et non ex me; principes exheredavit, et non cognovi.* b) S. Augustinum (De civit. Dei, l. 19, c. 15) docentem Deum voluisse hominem homini dominari sed bestias. c) Ipsum S. Augustinum (2) statuentem imperatorem posse ad carcerem damnare, non ad gehennam ut exigeret obligare in conscientia. d) Finem civilis potestatis esse ordinare subditos ad bonum temporale prosequendum, unde et ipsa est mere temporalis. Sed potestas mere temporalis nequit inducere vinculum spirituale quae est peccatum. Ergo.

Resp. Ad a) Explico, regnaverunt et non ex me, non cognovi, propter abusum suae potestatis; conc. Propter carentiam potestatis; neg. Eodem modo explicandi sunt Patres cum aliquando non probant civiles principatus.

Ad b) Deum, voluisse juxta Augustinum (l. c.) hominem homini dominari, auctoritate politica; neg. Dominatu servili servitutis, subdit. in statu naturae integrae; conc. Lapsae; neg.

Ad c) Prout arguitur auctoritate S. Augustini, dico, S. Doctorem eo sensu loqui quod Christus adversus injusta praecipientes nos praemuniit (3): *Nolite timere eos qui occidunt corpus,*

(1) Ad rem Leo XIII, De politic. princip. «Egregie Pontifices Romani communi utilitati servisse iudicandi sunt, quod Novatorum frangendos semper curaverunt tumidos inquietosque spiritus, ac persepe monuerunt, quantum in civilis civitati societati periculosi. Ad hanc rem digni, quae commemoraretur, Clementis VII sententia est ad Ferdinandum Bohemiae et Hungariae regem: In hac fidei causa tua etiam et ceterorum principum dignitas et utilitas vincula est, cum non possit illa convelli quin vestrarum etiam rerum labefactionem secum trahat.» Fundamentum praecipuum exhibet supra, quia vim nullam poterant futuram tangant, quae conservare republicas sola possit. «Metus enim ut praedare docet S. Thomas, est debile fundamentum, atque obediendi affortem et efficaciorum causam adhibere necesse est... nec regem esse posse fructuosam severitatem, nisi homines impellantur officio, salutarique metu Dei permoveantur. Id autem impetrare ab his maxime Religio potest quae sui vi in animos influit, ipsaque hominum inflectit voluntates, ut eis, in quibus ipsi reguntur, non obsequio solum, sed etiam benevolentia et caritate adhaerescant, quae est in omni hominum coetu optima custos incolumitatis.»

—(2) De verb. homin. ser. 6, c. 8.—(3) Matth. X, 28.

malitiam autem non possunt occidere: sed potius timete eam qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.» prout ex eius verbis fit argumentum ad elevandum obligationem in conscientia, dist. Imperator seu legislator humanus non potest damnare ad gehennam directe et immediate; conc. Indirecte et mediate, quatenus Deus, cuius minister est legislator, praecipit ei obedire; neg.

Ad d) Eodem modo distingue *maiores*, nam eadem ratione, quia Deus vult ordinem servari, a potestate temporali et humana praecipiente oritur spirituale vinculum obligationis obediendi in conscientia, non secus ac obligatio conscientiae standi iusto contractui mere civili et temporali.

116. Obj. 2.^o contra potestatem legiferam Ecclesiae: a) Deum prohibuisse addere mandata hominum legibus religiosis. In Deuteronomio (1): *Quod praecipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas.* Apud Matthaeum (2), Christus ait: *Sine causa autem colunt me docentes doctrinas et mandata hominum.* b) Apostolus asseruit fideles et justos esse liberos et quidem a lege, nam Corinth. monuit (3): *Nolite fieri servi hominibus;* et Galatas (4) edocuit: *Vos in libertatem vocati estis.* Ad Timotheum (5) clare scripsit: *Lex iusto non est posita, sed injustis.*

Resp. ad a) Nego assumptum, nam in objectis sacrae Scripturae locis Deus solum prohibet leges humanas divinae contrarias, in ultimo reprehendit phariseos, qui divina transgressiones mandata vanas consuetudines religiosis observabant.

Ad b) Apostolus vult, fideles non esse hominum servos, esse vocatos in libertatem; exemptione obedientiae iustis legibus debita; neg. Obedientia indubita vel legibus contrariis divinae vel veteri abrogatae; conc. Dicit legem non esse positam iusto, sed injustis, qua coercitivam poenis; conc. Qua directivam, cui ultro absque timore sed necessario se conformant; neg.

117. Obj. 3.^o contra potestatem coercitivam Ecclesiae: a) Aliquos SS. Patres, qui videntur huiusmodi potestatem Ecclesiae non concedere v. g. Origenes (6): *Principatus eorum principum spiritualium in dilectione subditorum debet esse positus, non in timore corporali.* S. Joannes Chryost. (7), dicit Pontificem tantum suasionibus subditos emendare posse. S. Ambrosius (8) *Lacrymae meae arma sunt; aliter neque debet, neque spossunt resistere.* S. Bernardus (9): *Non monstrabunt, sputo, qui hoc dicunt, ubi aliquando quispiam Apostolorum iudex sederit.*—b) Quasdam rationes: a) Si Ecclesia posset imponere corporales poenas esset status in statu. Sed hoc est ordini contrarium, unde Optatus Milevit (10) dixit: *Non enim Respublica est in Ecclesia, sed Ecclesia in Republica est.*—b) Religio est libera; ergo ipsius Praelati nequeunt poenarum metu ad ejus observantiam invitos cogere.

(1) XII, 32.—(2) XV, 9.—(3) I, 7.—(4) V, 23.—(5) I, 9.—(6) Tract. 12, in Matth. c. 20.—(7) Lib. 2 de Sacerd.—(8) Lib. 3, contra Parmenian.—(9) Lib. 1, De consideratione.—(10) Lib. 3, contra Parmenian.

Resp. ad a) in genere, aliqui SS. Patrum non concedunt Ecclesiae puniendi potestatem, eam negando sive jus excludendo; neg. In aliquibus circumstantiis in quibus Ecclesiae vel est impossibile vel non expedit usus sui juris, vel quia ordinario Ecclesia potius amore trahit suos, quam meta poenarum terret, conc. Hoc ultimo sensu loquitur Origenes, S. Joannes Chrysost. agit de emendatione interna animi, quae fieri non potest sine concursu libero voluntatis; jus puniendi nec excludit, nec negat. S. Ambrosius dicit praeter lacrymas non habere alia arma ratione circumstantiarum nempe barbarorum invadentium Italiam, quibus non poterat resistere. S. Bernardus solum significat Apostolos non sedisse iudices pro rebus fori civilis, nullo modo excludens potestatem ad res fori ecclesiastici iudicandas.

Ad b) quoad c) Dist. maj. Eset status in statu sine subordinatione regni temporalis spirituali; neg. Cum hac subordinatione; conc. *M. contr.* dist. Est ordini contrarium sine subordinatione unius alteri; conc. Cum subordinatione; neg. Dictum Optati Milevit. opendum est respective, quatenus Ecclesia potest significare fideles laicos prout sunt cives et pars communitatis temporalis; non absolute, nam cum Ecclesia sit potestate divina dignior, universalitate ex se major quavis republica, potius singula regna sunt in Ecclesia, quam e contra.

Quoad d) Dist. int. Est libera quatenus nemo debet cogi religionem amplecti; conc. quatenus si amplexatus fuerit non possit cogi delinquens. Neg. (Vid. Palmieri) S. J. — De Rom. Pont. § 19).

118. Obj. 4. ut probes haereticos et malos principes amittere potestatem; a) Potestas civilis est ad bonum commune procurandum. Sed non est speranda bonum commune procurari a principibus malis et haereticis praesertim ecclesiasticis, quorum munus ad aliorum sanctificationem ordiatur. Ergo. b) Fides est fundamentum spiritualis aedificii; ergo et spiritualis potestatis. Confir. sententia plurium SS. Patrum, qui aliquam potestatem remanere in haereticis negant.

Resp. ad a) Dist. min. Si in legibus ferendis non sunt iniqui, neg. Si sunt iniqui etiam in ferendis legibus; subdit Bonum commune non procurant perfecte; conc. Imperfecte et relative melius seu cum minori incommodo, quam si liceret subditis omnem obedientiam etiam iustis legibus denegare; neg. Ad rem Suarezius (1); multo majora incommoda contra bonum commune sequi, si potestas civilis (idem die de ecclesiastica) pendeat ex privata fide vel bonis moribus ipsius principis, quis nulla esset pax neque obedientia in republica, sed quilibet subditus vellet superiorem suum iudicare, et consequenter illi obedientiam negare, quod absurdissimum est.

Ad b) Dist. aetoc. Fides est fundamentum spiritualis aedificii propriae sanctificationis unius cuiusque; conc. Est fundamentum donorum aliorum sanctificationem respicientium; neg. Patres in confirmationem adducti loquuntur de haereticis sive sententia publica sive alio aequivalenti modo ab Ecclesia expulsis, non de illis qui adhuc in Ecclesia tolerantur.

(1) De legib., l. 3, c. 10, n. 10.

SCHOLIUM II.

De legibus pure poenalibus.

119. Lex est pure praeceptiva aut prohibitiva si aliquem actum praecipit aut prohibet non statuta in transgressores. poena, est mixta si praecipit aut prohibet statuendo poenam in violatores legis, est pure poenalis si disjunctive obligat vel ad actum ponendum aut omittendum, vel ad subeundam poenam si infligitur. Cum fere communi doctorum sententia;

Dico: Possibiles sunt leges pure poenales et de facto aliquae dantur.

I.* Pars. Prob. Potest legislator velle solum obligare disjunctive ad legis observantiam vel poenam, non secus ac potest velle obligare simul ad observantiam seu sub culpa et ad poenam. Sed in primo casu si sum voluntatem intimat subditis dabitur lex pure poenalis. Ergo...

II.* Pars. fit manifesta pluribus regulis ordinum religiosorum, quae nec sub levi obligant in conscientia religiosos, sed solum superiores ad imponendam poenam transgressoribus et hos ad eam subeundam (1).

SCHOLIUM III.

De reliquis legem humanam spectantibus.

120. Dico I. Lex humana non potest directe praecipere, vel prohibere actus mere internos; potest tamen indirecte et concomitanter praecipere actus internos necessarios tum ad esse physicum tum ad esse morale actuum exteriorum.

De hac re tres sunt praeputae sententiae 1.* quae ab uno vel altero defenditur admittit, actus mere internos posse generatim ab humano legislatore praecipere vel prohiberi. 2.* D. Thomae (2) et plurium negat legem humanam posse directe ad actus mere internos obligare, concedit tamen indirecte i. e. ad illos actus internos, qui ad esse physicum aut morale actuum sunt necessarii. 3.* Patris Lacroix (3) et aliorum (4) tradit legem ecclesiasticam posse praecipere actus mere internos tum lege mere directiva i. e. non apposita poena ab homine, tum coercitiva coactione aliqua interna.

I.* Pars. De lege ecclesiastica unde a fortiori de civili idem patet. Prob. I.* Num licet Christus absolute potuerit eam potestatem suae Ecclesiae communicare, de facto tamen non communicavit, cum a) ex nullo capite id efficaciter ostendi possit neque.

(1) V. gr. Ordo Praedicatorum. S. Thom. 2, 2, Q. 186, art. 9, Ordo S. I. — (2) 1, 2, Q. 91, art. 4, Q. 100, ar. 2 — (3) L. 1, n. 651. — (4) Superime B. ou- quillon a. 101. Theol. mor. fundament.

b) Ecclesia ea potestate nunquam usa sit, sed potius contrarium per Innocentium III declaravit (1): «Nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare.»

2. Presumendum est Christus dedisse Ecclesiae potestatem leges ferendi modo maxime connaturali. Sed D. Thomae (2) aliisque communius non est connaturale legislatorem de his ferre legem de quibus non potest iudicare et cognoscere, cum posse cognoscere et iudicare sit proprietatis potestatis legislativae. Ergo si Ecclesia, ut revera accidit, non valet de mere internis iudicare, non erit ei connaturale de illis legem ferre.

II. Pars. Quod primum patet, quia lex humana non potest obligare ad actum externum, quin obliget ad id sine quo non potest physice poni v. g. ad actum internum liberum imperantem externum. Quoad secundum etiam, quia humana potestas legislativa est essentialiter directiva hominis qua hominis: ergo potest praecipere actiones humanas qua humanas et liberat: ergo indirecte etiam actus internos necessarios ad has actiones humanas qua tales.

Hinc primum est deducere posse Ecclesiam praecipere veros actus virtutum qua tales, v. g. veram orationem vocalem, verum votum, Sacrificium, etc., ad quos requiruntur actus interni honorandi Deum, se obligandi, etc.

121. Obj. 1.º Christus sine ulla restrictione dixit Petro «*Quodcumque ligaveris, etc.*» Ergo non sunt actus interni excipiendi a potestate legislativa Ecclesiae.

Resp. Verba Christi D. non sunt intelligenda de quocumque possibili, secus S. Petrus fuisset creatus rex temporalis universae terrae, sed accommodata et connaturaliter ad exigentiam materiae, unde dist. *conseq.* Non sunt excipiendi actus interni a potestate interni foris ministeriali Ecclesiae; conc. A potestate externi fori seu quae ab Ecclesia proprio nomine exercetur: neg. Hinc enim non est connaturale de internis iudicare; ergo nec ei adserenda potestas de illis leges ferendi nisi a Deo extraordinarie concessa probetur.

Obj. 2.º Ecclesia aliquando actus mere internos praecipit v. g. attentam officii recitationem, auditionem sacri, annuum communionem et confessionem, quibus non fit satis communionem et confessionem sacrilegis (3). Ergo.

Resp. Dist. assertum praecipit actus internos indirecte ut dictum est in probationibus conc. directe: neg.

122. Dico II. Leges pontificiae, quae de loco promulgationis nihil decernunt, non egent publicatione in singulis dioecesibus, ut in his obligare incipiant.

Promulgatio, legi essentialis (supr. n. 92), est prima propositio seu intimatio legis latae a Principe eo modo et loco facta, quo ipsa lex vel consuetudo determinat, ut moraliter ad publicam subditorum notitiam perveniat. Sedulo distinguenda est a divulgatione,

(1) Cap. Tua. nos; De Simonia. — (2) 1, 2, Q. 91, ar. 4. — (3) Innocentius XI. Prop. 55; Alexandre VII. Prop. 14.

quae est primae promulgationis extensio ad notitiam omnium, aut majoris partis subditorum. Ad obligandum *jure* sufficit promulgatio, ad obligandum *de facto* singulos, necessaria est divulgatio, nullus enim sub culpa et poena obligatur quandiu legem invincibiliter ignorat; ita statuitur in jure (1): «quod lex... et mandatum nullus adstringunt nisi postquam ad notitiam pervenerint, eorundem, aut nisi post tempus; intra quod ignorare minime debuissent.»

Leges pontificiae, decernentes locum et modum promulgationis in singulis dioecesibus, vel e contra clare asserentes solam publicationem Romae factam inducere obligationem, tunc incipiunt subditos constringere cum in dioecesibus vel Romae respective promulgantur. Sed quid si locus non assignatur? Plures auctores in theologia et jure insinuant, ut Sotus et Molina, propugnantur requiri promulgationem in singulis dioecesibus, quorum doctrina jansenistae et gallicani abusi sunt. Alii doctores communius negabant, nihilominus aliqui eorum, ut Valentia, practicam probabilitatem contrariae recognoscebant. Navarrus (2) opinabatur priorem sententiam esse veriorum, si tantum jus scriptum spectetur, posteriorem vero observandam esse propter primum et consuetudinem Ecclesiae et Romanae curiae. Bonquillon (3) ait: «Usque ad finem saeculi elapsi haec sententia communior dici solebat, tum ab ejus patronis, tum etiam ab adversariis: Farinacius tamen eam proclamaverat veriorum et aconizantem in Rota. Castropalao certam et omnino tenendam, Cardenas verum ita ut opposita probabilis non sit; nostro tempore ab omnibus ut certa habetur.» Et ita certo habenda videtur propter consuetudinem quotidie vetustiorum S. Ecclesiae Romanae et longe majorem nostrorum temporum facilitatem vulgandi per universum orbem quae Romae peraguntur.

123. Prob. Cum locus non designatur, promulgatio in singulis dioecesibus esset necessaria vel ex natura rei, vel ex dispositione juris. Sed neutrum datur. Ergo, Non primum, quia ex natura rei, maxime diebus nostris, sufficit, promulgatio Romae facta ut brevi per universas dioeceses divulgatur; non secundum, tum ex praxi, quae ut recte Bonquillon notat (4), a sex fere saeculis Pontifices intendunt leges suas generatim vim suam habere promulgatione facta voce praecoensis et affixione in locis publicis suae respicientiae, ut constat ex formula in bullis et constitutionibus apponi solita, quae declaratur, eas sic publicatas ab omnibus ad quos spectant perinde habendas esse ac si unicuique illorum personaliter intimatae fuissent vel exhibitae, atque ex usu tribunalium Romanorum, quae ad lites definiendas ad solam promulgationem Romanam attendunt, tum ex Pio IV, qui in Bull. *Sicut ad vacantes* declarans, non condens jus dicit, decreta concilii Tridentini mores respicientia incipisse obligare a kalendis Maji an. 1564 seu post tres menses a promulgatione Romae facta pro universa Ecclesia.»

(1) C. Quia cunctis, De *conces. praebendae*, lib. 3, in VI. — (2) Consil. de constit. consil. 1, n. 19. — (3) Theol. moral. fund. n. 106. — (4) *Ibid.*

Ad ea, quae ex iure canonico solent afferri in contrarium si quid faveat oppositae sententiae, dicendum, ea usu et consuetudine contraria esse abrogata. Si aliquando propter effectus alienius legis v. g. tridentinae irritantis matrimonia clandestina conuicijissimum est, cum non obligare donec fere ad singulos notitia legis pervenerit, iam ipsa Ecclesia quemadmodum Synodus Tridentina fecit, providet, unde exceptio, ut solet dici, firmat regulam (1).

124. Dico III. Ex natura rei populi acceptatio non requiritur, ut lex habeat suum valorem; si tamen lex communi modo feratur, probabilis est non obligare, si a maiori parte communitatis non acceptetur.

Est sententia communior. 1. Pars prob. Est de ratione perfectae potestatis, praesertim ecclesiasticae, quae nullo modo a populo pendet, posse ad bonum commune obligare subditos etiam invitos; quia alter potestas gubernantium esset nulla, aut saltem nimis diminuta et fere inutilis. Confirmatur proposit. 28 inter damnatas ab Alexandro. VII. «Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem a Principe promulgatam.»

II. Pars procedit, si lex communi modo feratur i. e. qui appareat legistorem velle absolute obligare, etiamsi populus resistat; nam hoc in casu regimen moderatum et prudens exigit legistorem desistere a lege sua urgenda, quae non in bonum commune, sed in damnum vergeret. Sed ita facere praesumendum est Principem, qui cum posset non cogit subditos suos legem a se solam servare. Ergo.

125. Dico IV. Consuetudo seu frequens eorumdem actuum repetitio habet vim legis, et efformat ius usu introductum, quando est honesta, rationalis, inducta actibus publicis cum voluntate obligandi a maiore parte communitatis habentis potestatem legislativam aut Principem consentientem.

Ratio est, quia si concurrant illae circumstantiae, consuetudo, vel est populi liberi et supremam potestatem habentis ac proinde leges ferendi quae exercite utitur obligando ad consuetudinem; vel est populi habentis Principem, qui ut est caput consentiens suis membris, una, ut ita loquar, cum populo, obligat etiam ad consuetudinem. Sed recta ordinatio rationis ab eo qui curam habet populi indicta, si est ad bonum commune, ut necessario est consuetudo honesta et rationalis constituit legem. Ergo.

Contra sicut consuetudo potest legem novam inducere, ita valet usu receptam abrogare, idque per actus, legi sufficienter propositae, et obligationi contrarios, ac proinde saltem initio illicitos, non enim potest alter consuetudo praevallere legi; tractu vero temporis praevalet, quia si longa experientia, ait Reiffenstuel (2)

(1) Auctores pro opposita nostrae sententiae non bene allegari disserit Balerinus S. J. in op. theol. moral. v. I, app. II, a Palmieri S. J. edito.

(2) Lib. I, tit. 4, n. 11.

optima rerum magistra, constat, legem sive canonem a subditis non observari, sique eam non esse moribus hominum aecommodatam, imo potius deservire ad laqueum conscientiarum, quam ad utilitatem subditorum; tunc ea a legistore subditorum infirmitati condescendente, coeusetur per consensum saltem tacitum atque legalem, denno revocari, cum sit destituta suo fine.

126. Dico V. Interpretatio est legis obscurae explicatio, qua in casu particulari eam obligare vel non obligare declaratur. Est *authentica*, quando fit ab ipso legistore vel eius vicario ad hoc delegato; *usualis*, quae usu et consuetudine populi introducitur; *doctrinalis* tandem, quam iudices et doctores vel alii rerum quari faciunt dum abest legistor et consuetudo tacet.

Doctrinalis, si ob paritatem aut rationis identitatem legem extendit ad personam vel casum in lege non expressum, vocatur *extensiva*, si vero ob circumstantias benigne interpretetur ex bono et aequo, iudicando hunc casum vel hanc personam non contineri in lege alias universalis, dicitur *restrictiva* seu epikeia ex graeco vocabula *επιχειρημα* acquitatem significante; si verba legis juxta sensum a legistore intentum declarat, *simplex* appellatur.

Interpretatio simplex debet fieri *juxta mentem legistoris*, quae dignoscitur, verborum legis proprietate et ratione legis expressa. Dicitur expressa a lege, quia si solum est ab interpretibus adducta, generatim non ultra conjecturam probabilem inserit.

Interpretatio extensiva facta a privatis regulariter non valet ob auctoritatis defectum; e contra si fiat communi consensu juris peritorum valet, quia jam non est mere doctrinalis sed usualis, quae optima est juris interpres. Dicitur regulariter, quia in casibus specialibus, nempe correlationis, connexionis, equiparationis, ubi ratio aperte est eadem et consequenter eadem legistoris voluntas, etiam DD. privati possunt extendere legem.

Sic quando lex vult maritum uxore adulterante luerari dotem, censetur etiam dare uxori jus lucrandi donationes propter nuptias marito adulterante, juxta principium: «ubi est eadem ratio debet esse eadem iuris dispositio.»

127. Epikeiae usus est *necessarius*, quando lex non potest hic et nunc servari sine peccato contra charitatem aut justitiam v. g. deservendo agrum pro audienda Missa; *Est licitus*, quando lex potest servari quidem sine peccato, sed non sine gravi incommodo aut majoris boni impedimento v. g. quod oritur ab observatione jejunii ab infirmo. *Ut sit recta* requiritur: 1.° Ut Superior non possit facile conveniri. 2.° Casus gravis non servandi legem eo in casu. 3.° Consilium viri prudentis, si fieri potest, et res sit magni momenti. *Non datur ejus usus* in lege naturali, quae saltem ut est licet et nunc applicata ad usum, non praecipit actionem in universali, sed in particulari ut vestitam suis circumstantiis; neque in legibus irritantibus et actuali formam tribuentibus v. g. in lege Tridentina de matrimoniis clandestinis, quia haec leges non tam bonum privatorum spectant, quam uniformitatem agendi et rationes communes.

128. Dico VI. Lex humana non potest in materia levi obligare sub gravi: sed in materia gravi potest probabilius sub levi tantum ligare.

Prima pars est certa, secunda S. Thomae (1) Suarezii (2) et aliorum doctorum contra plures contrarium sentientes ut Vazquez (3). Salméron (4), etc.

1.^a Pars prob. 1.^a Sicut lex naturalis et divina circa res leves v. g. furtum leve non obligat nisi leviter. ita lex humana per se non potest ultra obligare in materia levi.

2.^a Lex debet esse rationalis, justa et utilis. Sed si in materia levi obligaret graviter non esset rationalis, constituendo in re levi medium necessarium ad salutem; non justa augendo obligationem ultra capacitatem materiae: non utilis praebens occasionem ruinae et scandali in re minima. Ergo.

Gravitas materiae non est petenda ex conditione actus secundum se, sed ex gravitate finis a legislatore per se intenti, et aptitudine et necessitate medi ad ipsum finem: hinc potest res de se levis multum conducens ad finem magni momenti graviter praecipit aut prohiberi. v. g. comestio pomi in paradiso, ingressus virorum in monasterium virginum, sigillum sacramentale etiam de re levi, etc. In dubio, an lex obliget graviter vel leviter, non est censenda obligatio gravis, quia in obscuris, quod minimum est sequimur (5).

129. II.^a Pars, Prob. 1.^a Cum S. Bernardo (6): «Majora minoraque mandata dixerim, secundum quod magis minusve velle monstraverit ipsum qui praecipiat sive hominem, sive Deum.»

2.^a Legislator potest in re gravi nullam ferre legem, aut per modum consilii eam proponere; ergo a fortiori poterit eam sub levi tantum obligantem ferre; cum haec potestas tantum obligandi in facultate non obligandi vel solum consiliandi a sola legislatoris voluntatis pendente, continueatur.

Attamen per se loquendo quivis legislator censetur obligare juxta capacitatem materiae, cujus gravitas vel levitas definienda est judicio prudentum, ratione finis legis, verborum ejus, poenarum adjectarum etc.

Dices. Praeceptum legis naturalis circa materiam gravem obligat sub mortali. Sed praeceptum humani legislatoris, si existit, est praeceptum legis naturalis, quae jubet obedire legibus humanis. Ergo.

Resp. Dist. min. Est praeceptum legis naturalis mediante et ex voluntate legislatoris, conc. Immediatum independens a voluntate legislatoris: neg.

DIRECCIÓN GENERAL D.

- (1) 2, 2, Q. 105, art. 2. — (2) De legib. l. 3, c. 27. — (3) l. 3, D. 138, c. 4. — (4) in Evang. p. 3, tract. 12. — (5) Reg. jur. in 6.^o — (6) Lib. de praecip. et dispens. c. 10.

THESIS XVI.

Potestas legislativa Ecclesiae est a civili principatu omnino independens.

130. Est sententia catholica contra plures, praesertim liberales politicos novi juris (1) defensores, qui: «Ad summam sic agunt cum Ecclesia, ut societatis perfectae genere et iuribus opinione detractis, plane similem habeant ceterarum communitatum, quas a republica continet: ob eamque rem si quid illa juris, si quid possidet facultatis ad agendum legitime, possidere dicitur concessu beneficioque principum civitatis (2).»

Prob. 1.^a Statutis Conciliorum et SS. Pontificum declarationibus. Chalcedonense. oecumen. IV, act. 4: «ut sine contradictione cessent ea pragmatica decreta imperatorum, quae in detrimentum canonum a quibusdam facta sunt, in omni provincia; canones autem per omnia teneant. Sic enim et fides custoditur et unaquaque ecclesia tutum statum habeat.» Lateranense I, can. IV. «Praeterea juxta beatissimi Stephani Papae sanctionem statuimus, ut laici quamvis religiosi sint, nullam tamen de ecclesiasticis rebus disponendi habeant facultatem; sed secundum apostolorum canones omnium negotiorum ecclesiasticorum curam Episcopus habeat.» Et in praecedenti oecum. VIII, constantinopol. IV, can. XXII, ubi principes excluduntur ab electione episcoporum, additur ratio, cum nullam in talibus (rebus sacris) potestatem quemquam potestativorum vel coetorum laicorum habere conveniat. Pius IX plures in Syllabo (3) proseripsit errores huc perinentes, eorum sententia ocluditur propositione 19.^a «Ecclesia non est vera perfecta societas plane libera, nec pollet suis propriis et constantibus iuribus sibi a divino suo fundatore collatis, sed civilis potestatis est definire quae sint Ecclesiae jura ac limites intra quos eadem jura exercere queat.» Leo XIII (4): «Ecclesiam vero in suorum officiorum munere potestati civili velle esse subjectam, magna quidem injuria magna temeritas est.»

2.^a Scriptura, nam Christus potestatem gubernandi Ecclesiam ac proinde leges ferendi solum Petro et Apostolis (supr. n. III, 2.^a) dedit, quin illos nec principes ab eorum potestate exciperet. Ergo potestas legislativa Ecclesiae etc. Confirm. Potestas legislativa Pontificis et Episcoporum est juxta Scripturam vicaria potestas Christi D. Sed potestas Christi D. erat prorsus independens ab omni civili

(1) Encyclic. Leonis XIII *Immortale Dei*. — (2) Ibid § Hs autem. — (3) § V, et VI. — (4) Encyclic. *Immortale Dei*. § Sic illa.

principatu. Ergo... Major prob. ex S. Matthæo (1) «Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Eantes ergo docete omnes gentes... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.» Ex S. Joanne (2) *Sicut misit me Pater et ego mitto vos.*

131. 3.^a Hosius (sæc. IV) Constantio Imperatori scribebat (3): «Ne te rebus miscas ecclesiasticis, neu nobis his de rebus præcepta mandes, sed a nobis potius hæc ediscas. Tibi Deus imperium tradidit nobis ecclesiasticum concedidit; ac quemadmodum qui tibi imperium subripit, Deo ordinanti repugnat, ita metue, ne si ad te ecclesiastica pertrahas magni criminis reus fias.» S. Ambrosius (4): «Imperator intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est.» S. Joannes Damasc. (5): «Penes Imperatores potestas non est, ut Ecclesie leges sanciant. Attende quid dicat Apostolus (6): *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio pastores et doctores ad perfectionem Ecclesie non adjecti imperatores.*» S. Gregorius Nazianz. (7): «Nos quoque (principes et præfectos) imperio meo et throno meo lex Christi subjicit. Imperium suum nos quoque gerimus; addo etiam præstantius ac perfectius; nisi vero æquum esset, spiritum carni et caelestia terrenis cedere.» S. Thomas Cantuar. (8) Episcopo Londinensi Regis voluntati cedere succedenti hinc respondit: «In hoc nec tibi, nec alii parco, nec angelo si descenderit de caelo, sed statim ut audiero talia commonentem, audiet ex me. *Vade retro, satana, non habes quae Dei sunt.*» (9). Absit a me ista dementia, Avertat a me Deus dementia istam, ut aliquatenus persuadeat aliquibus tergiversationibus inire commercium de Christi corpore, unde ego Judæ venditori et dominus meus (rex) judæis assimiletur emptoribus Christi. Nicolaus I (10) «Nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorum usurpavit: quoniam Christus sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, ut et christiani imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, et Pontifices pro cursu temporalium tantum modo rerum imperialibus legibus uterentur.» Leo XIII (11): «Sicut enim, quo tendit Ecclesia, longe nobilissimus est, ita ejus potestas est omnium præstantissima, neque imperio civili potest haberi inferior, aut eidem esse ullo modo obnoxia.» Et infra (12): «Inter utramque potestatem quandam intereciat necesse est ordinata col-

(1) XXVIII, 18-20. — (2) XX, 21. — (3) S. Athanasius Hist. arianor. n. 44. — (4) Serm. cont. Autent. n. 36. — (5) Or. 2. de imagin. n. 12. — (6) 1. Corinth. XII, 28. — (7) Or. 16, n. 8. — (8) Epist. 130. — (9) Matthæo XVI, 23. — (10) Epist. ad Michael, Imper. — (11) Encyclic. *Immortale Dei*. § Nam unigenitus. — (12) § Itaque Deus.

«ligatio; quæ quidem conjunctioni non immerito comparatur. Imperatores christiani jus supremum Ecclesie agnoverunt, Constantinus in conc. Nicaeno (1): «Dens vos [Episcopos] constituit sacerdotes et potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi, et ideo nos a vobis recte judicamur.» Theodosius junior scribit ad concil. Ephesinum, se mittere comitem Candianum; ut cum questionibus et controversiis, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat; nefas est enim qui sanctissimorum episcoporum catalogo adscriptus non est, illum ecclesiasticis negotiis et consultationibus immiscere (2).»

4.^a Ut alibi probatum est Ecclesia est societas perfecta cujus finis supernaturalis est, adeptio nempe vite æternæ. Sed ad hunc finem omnes alii temporales, ut est finis civilis principatus, subordinari debent. Ergo societas civilis subordinatur Ecclesie seu nequit, non modo non impedire ejus potestatem, sed e contra debet eam tueri. b) Quia aliter Christus D. Ecclesie non sufficienter provideret, si media ad ejus finem consequendum a societate civili vel a quacunque alia penderent. Non enim posset libere populum sibi commissum regere et gubernare.

132. Obj. 1.^a Christus de se dixit (3) «Regnum meum non est de hoc mundo;» ejusque Apostolus (4) docuit *omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit* loquens de potestate civili. Ergo nec Ecclesie potest ferre leges in hoc mundo, nec potest resistere civili potestati.

Resp. Explico primum; *Regnum meum non est de hoc mundo*, origine et modo mundanis et temporalibus, conc. Origine divina et gubernatione non est constitutum in hoc mundo cum potestate ei proportionata scilicet, superiore omni temporali potestate, neg. «Non ait, inquit S. Augustinus (5) *Regnum meum non est aliud, sed non est hinc, hic est enim regnum ejus usque in finem sæculi.*» (6) Explico secundum; *omnis anima subdita sit potestati civili, in iis, quæ sunt hujus propria; conc. In iis, quæ sunt extra ejus ambitum uti sunt res ecclesiasticæ, neg.*

Obj. 2.^a S. Gregorius. M. (7) appellat Mauritium Imperatorem dominum suum. Ergo.

Resp. Dist. Respective ad ditionem imperatoriam Mauriti; conc. absolute et qua Summus Pontifex neg. Nam et ipse iniquam legem Mauriti de militibus non recipiendis in monasteriis correxit, et in

(1) Rufin H. E. I, 2. — (2) Apud Hardouin. t. 5346. — (3) Joan. XVIII, 36. — (4) Rom. XIII, 1. — (5) Tract. in Joan. 113, n. 2. — (6) Vid. vol. II. Disq. VI, n. 307. — (7) Epist. 61.

Ps. 5 poenit. inter Ecclesiae persecutores Mauritium ennumerat, eo quod temerarie jura sacra usurparet.

Obj. 3. Plura facta historica, quibus res ecclesiasticas saepe legum Imperatorum non Pontificum esse compositas demonstratur, v. g. indicendo concilia, eligendo ad Episcopatus, puniendo haereticos, etc.

Resp. in genere, demonstratur res ecclesiasticas esse compositas legum Imperatorum vel delegate ex concessione Ecclesiae, vel ei opem ferendo, ut par est, gladio saeculari, conc. Jure proprio, neg. Illis, qui sine venis et concessione Ecclesiae, quin ipsa eorum auxilium postularer rebus Ecclesiae se immiscere audebant, semper restitit Ecclesia, suorum jurium usque ad martyrium vindex.

Obj. 4. Si principatus civilis dum leges fert debet se conformare legibus Ecclesiae vel saltem eas non laedere, non poterit suis subditis praesertim his temporibus maximum bonum temporale commercii, aliarumque commoditatum, quae ex libertate cultus, preli, etc., consequitur procurare. Ergo.

Resp. Dist. Non poterit maximum bonum temporale unice bestiarum proprium procurare: conc. et neg. suppositum tale bonum esse hominibus rationalibus maximum bonum. Non poterit maximum bonum temporale rationale, unice hominibus dignum: neg. Ratio est manifesta, nam Ecclesiis legibus bonos reddit Principes, bonos subditos, dat ergo Principes paci et prosperitati populorum studentes, subditosque obediētes, suos principes tamquam Dei ministros reverentes, ut procul seditionis periculo amoto, dyssollis severitate repressis, omnes generatim in summa pace, mutua inter se colligatos charitate communi patriae bono certatim adlaborent, Nullam Ecclesia justam honestamque in quovis bonorum genere progrediendi libertatem concreat, sed approbat, vires addit, caelesti sua roborat benedictione. Merito igitur sapientissimus Leo XIII epistolam encyclicam qua hanc veterem et nostrorum temporum calumniam propulsat, solenni hac exorditur sententia: «Immortale Dei miserantis opus, quod est Ecclesia, quamquam per se et natura sua salutem spectat animorum adipiscendamque in caelis felicitatem, tamen in ipso etiam rerum mortalium genere tot et tantas ulro parit utilitates, ut plures inujoresve non posset, si in primis et maxime esset ad tuendam hujus vitae, quae in terris igitur prosperitatem institutum. (1)»

(1) Inter alia documenta hoc offert. S. Augustini: «Qui doctrinam Christi adversam dicant esse reipublicae, dent exercitum talem, quales doctrina Christi esse milites jussit, dent tales provinciales, tales maritos, tales conjuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales reges, tales iudices, tales denique debitorum ipsius fieri redditores et exactores, quales esse praeci-

SCHOLION.

De immunitate ecclesiastica.

133. Dico I. Clericos teneri directive ad observantiam legum civilium, quae bonum commune respicientes non repugnant sacris canonibus vel officio clericali, est certum.

Dicimus directive, quia ut statim probabimus, clerici nequeunt deduci ad tribunal laicum, addimus quae non repugnant, etc., uti sunt praecipue regulantes hominum commercium in contractibus. Ratio est quia clerici praeterquam quod clerici sunt, sunt etiam civiles, et partes quaedam reipublicae politicae: igitur ut tales vivere debent civilibus legibus: non sunt autem aeternae... nisi quae a politico magistratu sunt latae: igitur illas clerici servare debent, Alioquin magna perturbatio, et confusio in republica oriretur, si clerici non servarent civiles leges in commerciis civilibus et humanis (1). Confirm. ex Nicolao I. supra, n. 131.

134. Quaedam leges civiles, alioquin utiles et necessariae reipublicae, non sunt aptae servari a clericis, qui pro Christo legatione (2) inter homines funguntur: inde enata immunitas ecclesiastica seu jus Ecclesiae quo res suae, loca et personae a foro et jurisdictione saeculari tam in criminalibus quam in civilibus eximuntur. Est *laetis*, quae respicit loca pia, ut monasteria, xenodochia, coemeteria, etc. *Realis*, quae afficit res divino cultui dicatas et bona Ecclesiae et ministrorum. *Personalis*, quae ipsas ecclesiasticas personas a jurisdictione civili aufert. His dictis breviter statendum.

Dico II. Clerici exempti sunt a tribunali civili, solutione tributorum, militia caeterisque legibus eorum statui non convenientibus.

Primum est certum ex variis locis Jur. Canonici, et decretis Conciliorum. In decretalibus (3) ex concil. Parisiensi: «Nullus iudicium, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum ultimum, aut minores Ecclesiae sine permisso Pontificis per se distringere aut condemnare praesumat.» Ex Innocentio III (4):

«Igitur doctrina christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicae, immo vero non dubitent eam confiteri magnam, si obtemperentur, salutem esse reipublicae.» Enumeratisque magnis bonis a religione Christi societati civili praestitis, prosequitur S. Pontifex: «Mansissent profecto eadem bona, si utriusque potestatis concordia mansisset: majoraque expectari jure poterant, si magistratio, et consilium Ecclesiae majore esset cum fide perseverantiaque obtemperatum. Illud enim perpetuae legis instar habendum est, quod Ivo Carnotensis ad Paschalem II. Pontificem maximum perscripsit, cum regnum et sacerdotium inter se conveniret, bene regitur mundus, floret et fructificat Ecclesia. Cum vero inter se discordant non tantum parvae res non crescant, sed etiam magnae res miserabiliter dilabuntur.»

(1) Bellarm. De exempti clericis, etc.—(2) 2, Corinth. h. v. 20.—(3) L. 2, tit. 2, c. 2.—(4) Ibid. tit. 1, c. 17.

«Praecipiat ex parte nostra Praelatis, ut laicis de clericis conque-
rentibus plenam faciant iustitiam exhibere... Ne pro defectu ius-
titiae clerici trahantur a laicis ad iudicium saeculare; quod
viximo fieri prohibemus.» Concil. Lateranense V. sess. 9.
«Cum a iure tam divino quam humano laicis potestas nulla in ec-
clesiasticas personas attributa sit.» Has tandem aliasque omnes
constitutiones in favorem ecclesiasticarum personarum, ac libertatis
ecclesiasticae et contra ejus violatores editas... innovat, exacte
ab omnibus observari debere,» vult Concil. Tridentinum (1).
Vid. Prop. XXXI Syllabi.

Secundum et tertium praesertim de militia est sententia tenen-
da. 1.^a A tributis persolvendis nominatim exemerunt Ecclesiam
concil. Lateranense II. et IV (2). Primum sic habet: «Ci-
vitatium rectores... tot onera frequenter imponunt Ecclesis, ut
adterioris conditionis factam sub eis sacerdotium videatur, quam
sub Pharaone fuerit, qui legis divinae notitiam non habebat...
monera sua fere universa imponunt, Ecclesis et tot angariis eas
suffragant, ut eis, quod Jeremias deplorat, competere vi-
deatur. *Prohibens provinciarum facta est sub tributo...* de bonis Ec-
clesiarum et clericorum et pauperum Christi usibus deputatis vo-
luunt fere cuncta compleri... Quocirca sub anathematis districtione
offici de cetero talia prohibemus.» Bonifacius VIII (3) quae-
dam tributa a clericis exigi prohibet, quia: «Ecclesiae, ecclesiasti-
caeque personae ac res ipsarum non solum jure humano, quinimo
et divino, a saecularium personarum exactionibus sint im-
munes.»

2.^a Haec jur. canon. statuta fundamentum desumunt ex doctri-
na Christi (4), qui requisitus cur non solveret didrachma interro-
gavit Petrum. «*Quid tibi videtur Simon? Reges terrae, a quibus ne-
cipiant tributum vel census? a filiis suis an ab alienis? Ille di-
xit: ab alienis. Dicit illi Jesus: Ergo liberi sunt filii. Ul autem non
scandalizetis eos... de eis pro me et te.*» His significavit Christus
nec se, nec discipulos suos tributum debere, se quia filius Dei erat,
non enim ut homo erat filius Caesaris; discipulos suos, quia ipsius
familiares et domestici essebantur, solum ad vitandum scanda-
lum voluit solvere pro se et pro Petro, non ex aliquo debito. Sed
Christo et discipulis ejus succedunt in Ecclesia S. Pontifex et ec-
clesiasticae personae. Ergo, S. Hieronymus (in h. l.): «*Ille
(Christus) pro nobis et crucem sustulit, et tributa reddidit; nos
(ecclesiastici) pro illius amore tributa non reddimus, et quasi
filii Regis a vectigalibus sumus immunes.*»

3.^a Hanc a tributis immunitatem rationabiliter extendi jur.
can. (5) ad bona, quae aliunde quam ab Ecclesia seu patrimonialia
obveniunt clericis probat Suarez (6); a) Si viri nobiles solent
in humana republica ab hujusmodi tributis eximi, cur non magis

(1) Ses. 25. De Reform. c. 20.—(2) Decret. L. 3, tit. 49, c. 4, c. 7.—(3) Cap.
Quoniam in 6, L. 3, tit. 28, c. 4.—(4) Matthaei XVII, 24, 25, 26.—(5) C.
Ecclesiae, c. Quae in Ecclesiis, de constitutione, c. 4, clericus. De Jur. compet.
—(6) Def. fid. L. 4, c. 24, n. 7.

eximentur personae sacrae Deo dicatae? b) Tributa solvuntur qua-
si in signum subjectionis, et in stipendium laboris in administran-
du suprema jurisdictione impensi (1); ergo sicut clerici omnino
exempti sunt a jurisdictione saeculari, ita etiam consequenter ab
omnibus tributis solvendis eximuntur.

135. 4.^a Quoad militiam, immunitatem vindicavit: a) Pius IX
in Prop. 32.^a Syllabi: «Absque ulla et naturalis juris aequitatis
violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ab
onere subeundae exercendaeque militiae eximuntur; hanc vero
abrogationem postulat civilis progressus, maxime in societate ad
formam liberioris regiminis constituta.» b) Lex Ecclesiae prohibens
clericis arma ut constat ex pluribus capitibus (2). Jur. canon.
v. g. «Quicumque ex clero (3) esse videntur, arma militaria non
assumant, nec armati incedant; sed professionis suae vocabulum
religiosis moribus et religioso habitu praebent. Quod si con-
temperint tanquam sacrorum canonum contemptores, et eccl-
esiasticae sanctitatis profanatores proprii gradus amissione mul-
centur, quia non possunt simul Deo et saeculo militare.» c) Ratio,
nam pugna ministros Ecclesiae non decet, qui rebus spiritualibus
contemplationique vacare debent. Praeterea omnes clericorum
gradus ad altaris ministerium ordinantur, in quo Christi passio
missae sacrificio representatur, eoque de causa indecens illis est
sanguinem alienum effundere, sed potius parati esse debent ad
suum proprium pro Christo effundendum, ut quod ministerio
gerunt, opere imitentur. Quocirca merito in Ecclesia institutum
est ut effundentes humanum sanguinem quemquam interficiendo,
sunt mutilando, eo ipso irregulares sint (4).»

136. Dico III. Clerici quando subiciuntur legibus
civilibus, non subiciuntur directe seu ex debi-
to obedientiae potestati saeculari, sed tantum
indirecte ab debitum naturae ordinem.

Nam clerici non subsunt, ex decretali Innocentii III (5), ex
conc. Later. V (supr. n. 134) potestati magistratum saecula-
rium, ideoque eorum legibus non ligantur directe et immediate,
sed mediate jure naturae, aut tacito consensu Pontificis, ob acqui-
tatem naturalem.

Obj. 1.^a Paulus ad Romanos (6) sine ulla alicujus ex-
ceptione scribit: *Omnia animae potestatibus sublimioribus subditae
sunt* quem locum exponens Chrysostomus (7) ait: «Osten-
dens quod ista imperentur omnibus et sacerdotibus et monachis,
et non tantum saecularibus, id statim in ipso exordio declarat,
cum dicit: *Omnia animae* etc. etiam si Apostolus sis si Evange-
lista, si Propheta, sive quisquis tandem fueris, neque enim pieto-
sam subvertit ista subjectio.» Ergo personae ecclesiasticae non
sunt exemptae a potestate civili.

Resp. Verbum Scripturae quam S. Chrysostomi sunt
generalis et quaestionem de immunitate non tangunt, quare intel-

(1) Paulus ad Rom. XIII, 6.—(2) Caus. 23, q. 8.—(3) Ibid. c. 6.—(4) Et
Molina. De just. et jur. tract. 2, D. 108, n. 1.—(5) L. 1, tit. 2, c. 10.—
(6) XIII, 1.—(7) Homil. 33.

ligenda sunt accommode juxta subjectam materiam, nempe si non adsit privilegium vel concessum vel debitum naturae rei excellenti. Hinc dist. Omnis anima subjecta est, si non est jure excepta; conc. Si est, subdit. est subjecta directe: neg. Indirecte et quoad aliqua vi ipsius juris naturalis ut explicatum est. conc. Sic Rex v. g. nisi fuerit in poenam alicujus criminis nec a Papa potest contemni, sed specialius est honorandus. Omnibus reddenda sunt debita officia, sed non omnia omnibus ut ipsemet Paulus docuit (1). *«Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum; cui respectus, respectus; cui timorem, timorem, cui honorem, honorem.»*

Obj. 2.^o Jus canonice non uno in loco testatur agros Ecclesiae subjectos esse tributis, et ex ipso ac jure civili satis perspicuum est. Ecclesiae immunitatem nunc restrictam, nunc ampliorem esse juxta temporum varietatem. Ergo si socialis progressus exigit, poterit immunitas totaliter aboleri.

Resp. Ad primum, dicit subjectos tributis, simpliciter et jure; neg. secundum quid et extraordinarie; conc. Referuntur illi canones ad tempus vel necessitatis, vel dominationis paganorum, vel coactionis principum catholicorum, cui si oportet, ad praevenda majora divina aliquando invitata cedit Ecclesia. Ad secundum nego *conseq.* et supponit *conseq.*; primum, quia ex eo quod usus alicujus juris sit varius non sequitur ipsum jus posse aboleri: homo habet usum vitae, quam moraliter potest protrahere, vel diminueri prout eligat statum vitae commodum vel arduum, non tamen potest se interficere seu juri ad vitam directe renuntiare; secundum, quia nunquam verus socialis progressus exigit aboleri immunitatem Ecclesiae, sed potius eam commendabiliter ac tenebitur (2).

Obj. 3.^o Clerici non carent commodo et utilitate gubernationis et sollicitudinis Principum saecularium. Ergo justum etiam esset ut sicut alii per aliquam contributionem onera publica sustinerent.

Resp. Dist. *conseq.* Justum esset si clerici nullam praebent compensationem, nec publico munere fungerentur, trans. Si praebent compensationem et munere publico funguntur: neg. Societas tenetur Deum cultu publico honorare (3) et per illos debet hunc suum officium adimplere quibus Deus id commisit nempe per sacerdotes, Alimide si clerici a Principibus in spiritualibus juvantur etiam Principes a clericis in spiritualibus juvantur, unde clerici sufficienter compensant beneficium, quod a Principibus accipiunt. Si nos, jubat Paulus (4), *vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamur.*

137. Dico IV. Immunitas ecclesiastica non habuit ortum ex jure civili, sed consequitur ipsam divinam Ecclesiae constitutionem.

Non dicimus non potuisse habere ortum ex jure civili, quia certe licitum erat principibus renuntiare juri suo et quamvis nulla superiori virtute aut potestate cogentur, abdicare se jurisdictione

(1) Rom. XIII, 7.—(2) Vid. n. 132, Obj. 4.^o—(3) Vol. 1, Disq. II, De Religione, nn. 13-23.—(4) 1. Corinth. IX, 11.

temporali in clericos eamque in Pontificem Rom. vel alios Praelatos ecclesiasticos transferre; sed non habuit, ut significum fundamentum primum, certum, inextinguibile immunitatis Ecclesiae non esse jus civile, sed jus quoddam divinae Ecclesiae constitutioni inherens a potestate civili praesertim catholica recognoscendum.

Prob. 1.^o Plus IX in Syllabo proscripsit, tamquam errorem (1) dicere: «Ecclesiae et personarum ecclesiasticarum immunitas a jure civili ortum habuit.» «Laica potestas auctoritatem habet rescindendi, declarandi ac faciendi irritas solemnes conventiones (vulgo concordata) super usu jurium ad ecclesiasticam immunitatem pertinentium cum Sede Apostolica initas, sine hujus consensu (immo et ea reclamante.) Positive a jure tum divino quam humano (ecclesiastico) constitutum vult immunitatem Lateranensem V (2). Tridentinum vero (3) «Principes officii sui admoventes esse consuit, confidens eos ut catholicos, quos Deus sanctae fidei, Ecclesiaeque protectores esse voluit, qui sum Ecclesiae, restitui, non tantum esse concessuros... permisso, ut Officiales aut inferiores Magistratus, Ecclesiae et personarum ecclesiasticarum immunitatem; Dei ordinatione et canonice sanctionibus constitutum aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliquo violent...»

2.^o Christus D. constituit Petrum ejusque successores Rom. Pontifices supremum Ecclesiae caput, suum in terris Vicarium, cui universos homines etiam principes pascendos tradidit. Sed nequirit Summus Pontifex Christi Vicarius amplissimum et divinisimum munus plena libertate ac debito honore exercere, nisi esset exemptus a quacunque potestate civili. Ergo saltem Summus Pontifex ratione sibi traditae potestatis est omnino immunis a laica potestate. *Min.* est innegabilis: nemo non videt quantum detraberetur honori debito supremae, universali ac spirituali Pontificis auctoritati, verbo Majestati Dei in terris visibili, si Pontifex vel in minimo subiretur Regi temporalis; pariter non habiturum Pontificem plenam libertatem ex hoc solo capite patet quod ejus cum fidelibus communicatio posset impedi. Hinc inter alias (4) damnata est a Pio IX propositio: «Civilis auctoritas potest impedire aequum sacrorum Antistites et fideles populi cum Romano Pontifice libere ac tuto communicent.» Et haec alia: «Doctrina comparantium Romanum Pontificem Principi libero et agenti in universa Ecclesia, doctrina est quae medio aevo praevalluit.» Non tantum ergo in medio aevo, sed semper est Pontifex comparandus Principi libero et agenti in universa Ecclesia. (R)

3.^o Caeteri clerici praesertim Episcopi, quamvis in minori gradu, sunt etiam ministri Christi, dispensatores mysteriorum Dei (5), cultui divino cum religiosis viris addicti, dignitate praefulgent quavis politica majori, cui ipsi Reges honorem et obedientiam debent. Sed non est aequum majorem subdi minori. Ergo... Ita agnovit

(1) Prop. XXX.—(2) Supr. n. 134.—(3) Decret. reform. sess. 25, a. 20.—(4) Syllabus, § V, et VI, prop. 49, 54.—(5) 1. Corinth. IV, 1.

Constantinus Imperator alloquens Episcopos (1): «Vos dii estis a summo Deo constituti, aequum non est, ut homo iudicet deos.» S. Gregorius VII (2): «Quis dubitet, Sacerdotes Christi, regum et principum, omniumque fidelium patres, et magistros censeri. Nonne miserabilis insaniae esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subjungere, et iniquis obligationibus illum sine potestati, subjicere, a quo credit non solum in terra, sed etiam in caelis se ligari posse et solvi.»

4. Summo Pontifici data est plena potestas gubernandi et regendi Ecclesiam, eique obedire tenentur omnes et singuli fideles ejusvis sint dignitatis; ergo et ipse prout exigit divina missio, decet et libertas status ecclesiastici potuit immunitatem Ecclesiae constituere. Innocentius IV (7 1254) antequam esset Summus Pontifex proposuit sibi questionem (3), quis exemit clericos? Primo respondet, Papa consentiente imperatore; secundo, quod exempti sunt a Deo, tertio dicit quod Papa, etiam sine consensu imperatoris eos potuit eximere a iurisdictione imperatoris, per suas constitutiones, quia cum clerici spirituales res sint, et ex toto corpus suum et animam dederunt in servitium et sortem Christi, per consequens Papae iudicio, et constitutionibus subsunt.

138. Apud praeter Rom. Pontificem alii clerici sint etiam immunes a potestate seculari immediate jure divino vel mediate jure ecclesiastico seu pontificio in utramque partem versant auctores. Svarius. (4) qui primae adhaeret, ait: conveniunt; ambae sententiae privilegium ecclesiasticae immunitatis esse ex jure divino et humano, cujus ratio reddi potest, quia oportuit tale privilegium esse perpetuum, fixum et immutabile, et ideo debuit esse de jure divino, simulque necessarium fuit esse aliqua ex parte mutabile vel variabile, et ideo juri etiam humano aliquo modo subterni debuit. Conjectura autem utriusque juris circa tale privilegium duplici modo cogitari vel fieri potuit: primo ut jus divinum tantum remote tale privilegium concedi praeciperet, jus vero humanum illud constitueret hominum arbitrio. Secundo e converso, ut jus divinum illud proxime contulerit, commiserit tamen homini, ut illud in particulari moderari et accommodari posset. At vero ex his duobus modis hic posterior convenientior est: ergo credendum est isto modo fuisse a Christo datum Ecclesiae suae hoc privilegium.

ARTICULUS III.

De conscientia.

139. Leges dirigentes ac moraliter stringentis hominis libertatem, ut recta ad suum finem ultimum tendat, in se et objective usque huc consideravimus; nunc considerandae sunt subjective et

(1) Ruffin. L. 10, c. 2.—(2) Gratian. D. 96, c. 9.—(3) Apparatus, sup. decret. ad c. 2, de Major. et obedient.—(4) Defens. fid. L. 4, c. 9, n. 24.

in earum applicatione quatenus efformant conscientiam, quae est regula proxima operationum nostrarum dum illae tantum sunt et vocantur regulae remotae. Est conscientia, prout hic sumitur, iudicium practicum intellectus de honestate vel inhonestate rei agenda. Si sit practicum quatenus est de re aliqua ex qua pendet plus vel minus remote honestas vel turpitudinis actio, dicitur etiam, licet minus proprie, conscientia; sic iudicium quo iudico rem esse meam vel alienam, opus esse servile vel liberale, quod etiam dicitur speculative practicum. Si sit practicum de re agenda hic et nunc, i. e. per se circumstantiis omnibus, est conscientia propria et stricte et dicitur practice practicum.

«Conscientiae nomen, ait D. Thomas (1), significat applicationem scientiae ad aliquid. Quaelibet autem scientia ad aliquid applicari potest; unde conscientia non potest nominare aliquem habitum specialem, vel aliquam potentiam; sed nominat ipsum actum, qui est applicatio ejuscumque habitus, vel ejuscumque notitiae ad aliquem actum particularem. Applicatur autem aliqua notitia ad aliquem actum, dupliciter: uno modo secundum quod consideratur an actus sit vel fuerit (2), alio modo secundum quod consideratur an actus sit rectus vel non. Ultimi applicationis modi duplex est via. Una secundum quod per habitum scientiae dirigimur in aliquid faciendum vel non faciendum; alio modo secundum quod factus postquam factus est, examinatur ad habitum scientiae an sit rectus vel non rectus. Secundum autem utriusque applicationis modum nomine conscientiae utimur. Secundum enim quod applicatur scientia ad actum ut dirigens ipsum, secundum hoc dicitur conscientia instigare, vel inducere, vel ligare; secundum vero quod applicatur scientia ad actum per modum examinationis eorum quae jam acta sunt, sic dicitur conscientia accusare vel remordere, quando id quod factum est invenitur discordare a scientia ad quam examinatur; defendere autem vel excusare, quando invenitur id quod factum est processisse secundum formam scientiae.»

Conscientia differt a synderesi, quae est habitus primorum principiorum ad praxim spectantium, differt a scientia morali, quae est habitus inferens conclusiones ex principiis ad mores pertinentibus; conscientia principia syndereseos et conclusiones scientiae moralis individuam operantis actibus applicat. Synderesis praescindit a particularibus circumstantiis et dicitur principia generalia v. g. honeste vivendum est, scientia moralis ex principiis syndereseos procedit sive immediate sive mediate ad varias conclusiones, quas tamen

(1) De verit. Q. 17, art. 1.—(2) Genes. XLIII, 22, Non est in nostra conscientia qui passiverit eam (pecuniam) in mansuipii nostris.

non applicat ad individuum operationem v. g. qui furatur non honeste vivit; ergo non est furandum; conscientia tandem applicat sive principia generalia sive conclusiones ad individuum operationem v. g. non est furandum, sed si nunc assumerem pecuniam Petri furarer, ergo non possum assumere pecuniam Petri.

140. Conscientia praecepti dividitur: 1.^o In rectam et erroneam; est recta seu vera, si actionis honestati vel turpitudini concordat. Verum quia honestas pendet ex duplici regula proxima et remota, si conscientia tantum concordat cum regula proxima erit recta subjective; si tantum cum remota erit recta objective seu speculative. Sic quando Jacob ex errore invincibili judicavit licitum sibi esse accedere ad Liam, iudicium illud erat verum practice et subjective, non objective ut speculative, e contra si stante illo errore iudicasset non esse reddendum debitum. Licet illud iudicium fuisset practice et subjective falsum; objective et speculative verum. Est erronea quando non concordat actionis honestati vel turpitudini; dividitur, sicut ignorantia a qua procedit, in vincibilem et invincibilem, vincibilem in erissam, affectatam etc. (1).

2.^o In laxam et scrupulosam; prima est, quae levibus rationibus iudicat rem aliquam esse licitam vel quae solum graviora mortalia curat. Si magna parvi et parva magni faciat, ut olim pharisaei (2) est et vocatur pharisaeica. Secunda est quae levibus rationibus putat esse peccatum quod revera non est.

3.^o In certam, probabilem et dubiam. Certa, cujus iudicium practicum excludit omne dubium prudens de opposito; probabilis, cujus iudicium practicum est ex gravi fundamento, sed cum formidine de opposito; dubia quae suspensa inter honestatem et inhonestatem alicuius actionis non potest se resolvere in aliquod iudicium practicum.

THESIS XVII.

Ad honeste operandum dictamen proximum conscientiae de licitate actionis debet esse moraliter certum.

141. Nota. I. Operandum esse juxta conscientiam ex hoc patet quod sit intimatio legis vel divinae vel humanae ad nostras actiones immediate applicatae, quam spernere nefas est. *Omne autem, sicut Apostolus (3), quod non est ex fide peccatum est.* I. e. prout aliter quis agit ac dicat conscientia sua; nam de illis tractat Apostolus, qui existimabant non posse moraliter sumere cibos leges vetitos, quos peccare affirmat si discernant, si iudicent

(1) Vide supr. n. 47.—(2) Matthae. XXIII, 24.—(3) Rom. XIV, 23.

esse illicitos, qui autem discernit si manducaverit, damnatus est quia non ex fide, ut conformiter ad sensum litteralem exponunt communiter theologi cum PP. Chrysostomo, Theodoro, Ambrosio et Theophylacto. Est conscientia juxta S. Bonaventuram (1): *«Praeco Dei et nuntius; et quod dicit non mandat ex se; sed mandat quasi ex Deo, sicut praeco cum divulgat edictum regis.»* Unde ulterius colligitur cum D. Thoma (2) eandem esse vim, qua praeceptum ligat et qua conscientia ligat; cum praeceptum non liget nisi per virtutem scientiae, nec sententia nisi per virtutem praecepti. Unde cum conscientia nihil aliud sit quam applicatio notitiae ad actum, constat quod conscientia ligare dicitur vi praecepti divini... applicatur aliquando etiam conscientia consilii ad particularem actum... sed tunc non alio modo potest obligare quam ipsum consilium; ex quo aliquis obligatur aut non contemnat, sed non ut impleat.

II. Certo inhoneste operatur et peccat, qui dictamine practice dubio procedit ad operandum; nam ejus opus certo non est ex fide, et interpretative vult malitiam in eo apprehensam, hoc ipso quod aequae vult opus sive sit malum, sive non. Extra dubium stricte sumptum, quod dictamen requiratur ad honeste operandum disputant auctores; nostra thesis est communior theologorum, cui adversantur ex una parte exigentes, ut Oviedo et Esparza, dictamen evidens excludens dubium de opposito etiam imprudens; ex altera putantes sufficere, ut Vazquez, Sanchez, etc. dictamen probabile.

142. Prob. 1.^o Ecclesiasticus (3) vult omne opus bonum hominis procedere ex verbo veraci et consilio stabili: *Aute omnia opera verbum verax praecedat te, et ante omnem actum consilium stabile.* Atqui si dictamen solum probabile sufficeret, necessum non esset omnem actum bonum praecedere verbum verax et consilium stabile; et e contra si praecedat dictamen moraliter certum, excludens omne dubium prudens de opposito, jam habetur verbum verax, consilium stabile. Ergo ad actum bonum hominis non sufficit dictamen probabile, sed requiritur saltem moraliter certum.

2.^o Efficacius ille peccat qui voluntarie se committit periculo peccandi formaliter, juxta illud (4) *qui amat periculum in illo peribit.* Atqui qui operatur praecedente tantum dictamine probabili voluntarie se committit periculo peccandi formaliter. Ergo... Nota. Prob. Qui operatur praecedente tantum dictamine probabili, ita iudicat suam actionem esse hic et nunc licitam, ut simul iudi-

(1) D. 39, ar. 1, q. 3, ad 3.—(2) De verit. q. 17, art. 3.—(3) XXXVII, 20.—(4) Eccl. III, 27.

cet forte esse illicitum et formaliter peccaminosam: hoc enim importat dictamen illud solum probabile, quo immediate dirigitur in sua operatione. Atqui qui ita operatur se exponit manifeste periculo peccandi formaliter. Ergo... Confir. Qui jaculatur in aliquem probabiliter judicandus esse feram, et simul prudenter formidans esse hominem, se exponit periculo homicidii. Ergo a pari, qui judicat actionem esse bonam, sed prudenter reformidat esse malam se exponit periculo agendi actionem malam, quod est inhonestum et prohibitum.

3. Auctoritate et ratione D. Thomae (1) sic resolvitur: Eum qui plures praebendas habet, etiam casu quo id revera licitum sit, peccaret, si habet dubitationem de opposito; quia si manente tali dubitatione plures praebendas habet, periculo procul dubio se committit, ac sic procul dubio peccat ubi D. Thomas verbis: «si habet dubitationem de opposito» comprehendit etiam opinionem probabilem, cum ibidem optime distinguat fidem certam ab opinione.

143. Obj. 1.^a Qui probabiliter judicat, hic et nunc sibi licere hoc operari, prudenter hoc operatur. Ergo non se exponit periculo peccandi formaliter.

Resp. Dist. *ante*. Prudenter operatur ex judicio probabili remote ex illo effortans judicium prudens et practice certum, quo immediate dirigitur: conc. Proxime, solum judicio probabili dirigente: neg. Si solum praeselit ut dirigens dictamen probabile eum eo operans imprudenter amplectitur periculum peccandi, quod non auferatur nisi a morali certitudine, nam haec sola excludit dubium prudens de opposito.

Obj. 2.^a Ex principiis tantum probabilibus non potest deduci judicium practice certum de honestate actionis. Atqui conscientia recta juxta quam possumus operari, nititur quandoque judiciis probabilibus. Ergo non requiritur dictamen seu judicium certum. *Maj. prob.* Quia ultimum judicium practicum non potest esse certius judiciis, quibus fundatur. Ergo...

Resp. Dist. *maj.* Non potest deduci judicium practice certum immediate: conc. Remote et praesuppositivae: neg. *Min.* dist. Nititur principia probabilibus remote: conc. Proxime: neg. *Maj. prob. dist.* Non potest esse certius principia tum directis, tum reflexis ex quibus procedit, conc. Tantum directis: neg. Quomodo in probabilibus deveniatur ad judicium practice certum dicemus infra.

Obj. 3.^a Ad honeste agendum non requiritur ut excludatur omnis etiam levis peccandi formido. Ergo non requiritur dictamen mora-

(1) Quolibet, §, art. 13.

lister certum. *Antec. prob.* Qui agit quod ipsi, spectatis omnibus, videatur probabile vel probabilius licitum, prudenter agit. Ergo non peccat; omne enim peccatum est imprudens.

Resp. Dist. *ante*. Non requiritur ut excludatur omnis formido imprudens: conc. Prudens: neg. Rationem *ante*. dist. Agit prudenter, si non adsit simul formido prudens peccati vel haec reflexe ope alicujus principii certi deponatur: conc. Si maneat formido peccandi: neg.

Obj. 4.^a Ideo requiritur dictamen certum ut vitetur periculum formalis peccati. Atqui potest sine eo vitari. Ergo *Min.* prob. Sufficit ut praemissa morali diligentia eligatur quod cuique videatur honestum. Atqui praemissa morali diligentia non semper cuique certum est quod agat honeste. Ergo...

Resp. Neg. primam *min.* Ad probationem, dist. *maj.* Sufficit eligere quod videatur honestum, sed absque prudenti formidine oppositi: conc. Cum formidine prudenti: neg. *Min.* dist. Non semper est certum quod agat honeste, si solum innititur judicio immediato probabilitatis, conc. Si etiam judicio reflexo, quod est certum: neg. Nam, ut deinde exponemus, vi iudicii reflexi, quod est certum, efficitur dictamen practice certum.

THESIS XVIII.

Contra conscientiam erroneam agere semper est illicitum, imò si est certa et invincibiliter erronea datur obligatio eam sequendi.

144. Conscientiam non sequimur cum facimus id, quod ipsa dicit esse prohibitum vel id omissum quod ipsa dicit esse praecipitum; contra eam non agimus, si omissum id quod ipsa dicit esse prohibitum et facimus, si operandum est, quod dicit esse praecipitum. Thesis est communis theologorum, et quoad primam partem adeo certa ut Vazquez censet contrariam esse haereticam.

1.^a Pars, Prob. 1.^a Ex Paulo Apostolo (1): *Qui autem discernit (cibum esse illicitum) si manducaverit damnatus est, quia non ex fide.* Sed illa conscientia erat erronea, nam licet manducatio idolothutorum esset lege Moysis prohibita, non tamen lege Christi. Ergo...

2.^a Ratione communi in hac materia, qui elicit actionem in se bonam apprehendens eam ut malam, interpretative neque fertur in malitiam apprehensam, ac si revera actio esset mala: ergo ample-

(1) Rom. XIV, 23.

ctitur malum et peccat. Radix hujus rationis est, quia actus voluntatis desumit bonitatem aut malitiam ab objecto ut proposito per intellectum; tendit enim in illud prout cognitum; ergo si cognoscitur ut malum ejus vult malitiam.

145. II.^a Pars. 1.^a Ex trito principio: *quod non est ex fide peccatum est.* Sed omissio actus, quem conscientia invincibiliter erronea dicitur esse praeceptum non esset ex fide seu judicio certo ejus licitatis. Ergo...

2.^a Judicans erronee et invincibiliter omissionem alicujus actus esse malam si omittit aequè vult interpretativo malitiam omissionis ac eliciens actionem, quam malam apprehendit; aequè enim consentit in obiectum sibi propositum ut malum.

SCHOLION.

De conscientia invincibiliter erronea.

Dico: Conscientia vincibiliter erronea non est absolute sequenda quando dicitur esse praeceptum quod revera est prohibitum, sed tantum conditionate, nimirum si, ut faciendum est, non deponatur.

146. I.^a Pars. Conscientia vincibiliter erronea potest deponi, si quis esset invincibilis. Atqui si aliquis eam sequeretur antequam deponeret peccaret, si ve ageret juxta si ve contra eam. Ergo. *Min.* patet, quia in utroque casu se committeret periculo peccandi; in primo, quia non est certus conscientiam suam esse certam; in secundo, quia interpretative vellet malitiam apprehensam.

II.^a Pars, constat ex prima theses parte.

147. Obj. 1.^a Omnis moralis obligatio derivatur ex lege Dei aeterna. Sed lex Dei aeterna non potest obligare ad malum v. g. mentiendi ut potest facere conscientia invincibiliter erronea. Ergo haec non obligat.

Resp. Conc. *maj.* *Min.*, dist. Non potest obligare ad malum formaliter, conc. Materialiter, subdist. Absolute: conc. Hypothetice; neg. Lex Dei aeterna non praecipit absolute et simpliciter obediendum esse conscientiae invincibiliter erroneae, sed solum data hypothese seu existentia hujusmodi conscientiae; tum enim nolle facere quod conscientia dicit praeceptum, est velle malum, malum autem velle in omni casu a lege Dei aeterna et naturali prohibetur.

Obj. 2.^a S. Augustinus. Ii aut: «Inferioris potestatis praeceptum non obligat si contrarietur praecepto potestatis Superioris.» Sed conscientia invincibiliter erronea proponit aliquid contra praeceptum Superioris, scilicet Dei. Ergo...

Resp. Explico S. Augustinum distinctione; non obligat

(1) De verb. Domini, serm. 6, c. 8.

si cognoscatur esse contrarium praecepto Superioris; conc. Si non cognoscatur, subdist. Non obligat per se: conc. Per accidens et hypothetice; neg. *Minor.* contradict. Proponit aliquid contra praeceptum Superioris incognitum; conc. Cognitum; neg.

Obj. 3.^a Ut actio sit bona debet procedere a recta ratione. Sed conscientia invincibiliter erronea non est recta. Ergo...

Resp. Dist. *maj.* A ratione recta saltem practice et subjective: conc. Speculative seu objective semper; neg. Et contra dist. *minor.* neg. *conseq.*

THESIS XIX.

Cum dubia est conscientia, pars tutior certo est eligenda in dubio practice pratico, nec non in speculativo pratico, quando hoc est vincibile.

148. Nota. I. Dubium est: a) *negativum*, quando animi suspensio inter utramque contradictionis partem oritur ex eo, quod pro neutra parte apparent rationes; vel adeo leves sunt, ut non sufficiant ad ferendum iudicium aliquod probabile. b) *Positivum* quando dantur rationes et quidem graves pro utraque parte. c) *Facti*, cum est de an sit vel non sit. d) *Juris*, cum est de an liceat vel non liceat. e) *Pure speculativum* si est de veritate ad operationem non relata, v. g. an Deus sit aeternus. f) *Speculativum practicum* si est de licentia alicujus actionis praesive a circumstantiis v. g. an liceat mentiri, uti reticentia mentali. g) *Practice practicum* si est de licentia actionis individualis hic et nunc exercendae vel obmittendae v. g. an hic et nunc interrogatus a iudice possim vel debeam mentiri ad liberandum reum. h) *Vincibile*, si adhibita diligentia deponi potest. i) *Invincibile*, e contra si deponi non potest.

II. Ad dubia tum juris tum facti resolvenda usui sunt theologis et juristis quaedam regulae, inter quas quoad dubium juris praecipuae sunt. «In dubio tutior pars est eligenda. In dubio melior est conditio possidentis.» Haec regulae breviter in thesi et scholis declarabimus. Ad dubium facti pertinent: «Factum in dubio non praesumitur, sed demonstrari debet.» Juxta hanc igitur regulam si accidat dubium de facto principali v. g. de voto emisso vel non emisso, de patrato homicidio vel non, reputabitur non factum, nisi jus specialiter contradicat. Alia est: «Factum in dubio praesumitur, quando de jure faciendum erat, communiter fieri solet, aut favorable est facienti.» Haec regula obtinet, quando non est dubium de facto principali, sed de accessorio requisito ad illius vim, v. g. contracto matrimonio, praesumitur contractum sufficientem deliberatione ac caeteris requisitis. Et recte quidem, quia rationabile est in dubio existimare aliquem suum munus rite obfisse et nihil

necessarium praetermississe. Hinc commune est hoc aliud axioma: «Delictum et defectus non praesumitur, sed demonstrari debet.» His dictis probatur thesis, pro qua nota, tutius esse quod remotius est a periculo peccati, et minus tutum e contra.

149. 1.^a Pars constat, nam si quis in dubio practice pratico non eligeret tutiorem partem certe operaretur cum dubio practice pratico de honestate suae actionis. Sed illicitum est operari cum dubio practice pratico (supr, n. 141. Not. II). Ergo...

II.^a Pars. Quando dubium speculativevum practicum est vincibile, si quis negligit inquirere, non potest sibi efformare iudicium practice certum de honestate actionis. Ergo, si non eligat tutiorem partem, operabitur cum dubio practice pratico, quod est illicitum. Hinc v. g. si quis dubitat an teneatur audire sacrum, quis dubitat an sit dies festus, tenetur inquirere an sit dies festus vel audire sacrum.

SCHOLION I.

De regula: In dubio melior est conditio possidentis.

150. **Dico I.** Quando possessio est certa, dominium vero dubium, conditio possidentis iustus est titulus habendi dominium tanquam certum.

Prob. 1.^a Ex ipsa regula, quae cum communiter, a doctoribus in materia iustitiae recepta sit, non sine solido fundamento est stabilita.

2.^a Possessio natura quoddam est dominii exercitium illiusque complementum. Sed exercitium certum, complementum certum alicujus juris, prudenti iudicio supponit ipsum jus certum. Ergo si possessionem certam legitimam subsequatur dubium de iure domini prudenter expellitur solo titulo possessionis.

3.^a Qui possidet, juri dubio domini superaddit jus possessionis certum. Ergo ejus conditio melior est, aliisque praeferenda; qui solum jus dubium habent.

Nota. Hanc regulam valere etiam pro foro conscientiae, nam ut communiter docent doctores, quoties jus civile et forum externum non innituntur falso praesuppositioni, toties licet eisdem conformari in foro interno conscientiae; sed ut ex probationibus constat, jus civile et forum externum non falsae praesuppositioni hac in re innituntur, ergo licebit in foro conscientiae ei se conformare (1).

151. **Dico II.** Etiam in aliis a iustitia materiis melior est conditio possidentis.

Ita sentiunt communiter probabilistae (2) et prob. 1.^a Non minor est obligatio vitandi peccatum in materia iustitiae quam in aliis materiis: ergo si in materia iustitiae titulo possessionis potest quis

(1) Vid. S. Ligor, L. I. nn. 35, 36; L. IV, n. 210. Quaer. 2.^a—(2) Suarez, de censur. D. 40, s. 5, n. 15; de Relig. l. 4, n. 7...

dubium de honestate domini deponere, idem in aliis materiis sentiendum est.

2.^a Ideo in materia iustitiae melior est conditio possidentis, quia possessio est jus certum, cui non nisi dubia opponuntur. Atqui idem accidit in aliis obligationibus dubiis. Ergo... *Min.* prob. Libertas habet potestatem moralem agendi, nisi legitima prohibitione coarctetur: ergo dum haec solum sit dubia non poterit prevalere contra certam libertatis potestatem.

152. **Dices 1.^a** Qui se exponit periculo utendi re non sua laedit iustitiam. Atqui dubitans de rei dominio eamque retinens, se exponit periculo utendi re non sua. Ergo...

Resp. Dist. maj. Laedit iustitiam, si se exponit periculo formaliter: conc. Si tantum materialiter: neg. Et contra *dist. min. neg. consequ.* Qui certus de possessione dubitat invincibiliter de dominio, eodem modo se habet ac ille, qui uteretur re aliena invincibiliter ignorans esse alterius, quare si forte res est alterius peccabit quidem materialiter, non vero formaliter, nam dubium invincibile conjunctum possessioni certae aequivalat, ut ita dicam, inventioni rei cuius dominus inveniri non potest.

Dices 2.^a In materia iustitiae nemo a legitima possessione deturbatur, nisi certa opponantur argumenta; ergo a pari, in aliis materiis possidebit libertas donec argumenta certa contra ipsam afferantur. Sed haec doctrina nimis est laxa. Ergo...

Resp. Dist. antec. Nisi certa opponantur metaphysice, physice aut moraliter perfectae: neg. Certa moraliter etiam imperfectae: conc. *Conseq. et min.* subsumptam *dist.* eodem modo. Principium, de quo agimus, in dubio melior est conditio possidentis, valet in omnibus materiis si dubium est grave et fundatum, minime vero si dubium in favorem possessionis sit tantum leve et parvi momenti, dum pro parte opposita detur certitudo moralis quamvis lata.

SCHOLION II

Quando in dubio pars tutior possit omitti.

153. **Dico I.** Si facta diligenti inquisitione, dubium de existentia alicujus legis permanet seu est invincibile non est obligatio sequendi tutiorem partem.

Ita omnes, qui probabilismus sequuntur, Prob. 1.^a ex dico 2.^a n. 151, quia etiam in aliis a iustitia materiis melior est conditio possidentis.

2.^a Ex pluribus regulis juris, quae in favorem libertatis dubium decidunt, Sic. XVI, in 6.^a «odia restringi, et favores convenit ampliari.» XXX. «In obscuris minimum est sequendum.» LVII. «Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda.» In c. *Ex parte tua* (1), jubetur: «In his vero, super quibus

(1) De transactionibus.

ius non invenitur expressum, procedas aequitate servata, semper in humaniorē partem declinando.» Haec ex iure canonico cui se conformat ius civile, regula LVI (1): «Semper in dubiis benigniora praeferenda sunt.»

3.° Rationibus, a) Qui invincibiliter ignorat legem, non tenetur eam servare. Sed dubitans invincibiliter de legis existentia, eam ignorat invincibiliter, cum non possit affirmare eam dari. Ergo... b) Quia nimis onerosum esset obligare ad servandas omnes leges dubias saepe difficiles et forte non existentes. Sed onus grave, non est sine solida ratione, qualem nullam afferunt adversarii, imponendum. Ergo...

154. **Dico II.** Si lex est certa, et dubium de cessatione, exemptione vel adimpletione legis pars tutior est sequenda.

Prob. Quia in his casibus lex est in possessione contra libertatem. «Hinc, inquit Platelli (2) inferior dubitans an Superior iuste impiget, tenetur obedire... qui certus est de voto a se emissio aut de legis validitate et dubitat an ei satisfecerit tenetur implere.» Boni auctores limitant hoc dictum ad casus dubii negativi. Vid. Bouquillon. Theol. Mor. fund. De conscient. n. 296 (3).

155. **Dices.** 1.° Maxima pars antiquorum theologorum, si non omnes, in dubio praesertim iuris tutiorem partem esse sequendam asserunt. Ergo, ut quid novum rejicienda nostra sententia.

Resp. Plures antiquorum questionem non attigisse; qui attigerunt forte non fisdem terminis ac recentiores sibi proposuerant, hoc tandem certum est non deesse inter illos, qui recentioribus consentiunt, v. g. S. Antoninus 4: «Eligere viam tutiorem consilii est non praecipit. «Inter duram et benignam circa praeccepta sententiam, benigna est potius caeteris paribus interpretatio facienda; quod etiam asserit Wilhelmus. Hujus ratio est, quia praeccepta Dei et Ecclesiae non sunt ad tollendam omnem spiritus dulcedinem.»

Dices. 2.° S. Augustinus ait (5): «Tene certum, dimitte incertum.» Ergo committere in dubio pars tutior est eligenda.

Resp. S. Doctorem agere de iis, qui ad mortem differunt poenitentiam, nempe quando obligatio poenitendi est certa, adimpletio vero in morte valde dubia.

Dices. 3.° S. Thomas in esse contrariae sententiae, ait enim: a) «Hud autem quod aicitur contra legem, semper est malum, nec excusatur per hoc, quod est secundum conscientiam (6).» b) (7) «Si enim dubium sit, debet vel secundum verba legis agere, vel superiorem consulere.» c) «Qui aliquid committit vel omittit, in quo dubitatur esse mortale peccatum, peccat mortaliter, discrimini se committens (8).»

(1) Fl. De regul. jur. — (2) De conscient. n. 131, 3. — (3) Sanchez de Matrim. l. 2, d. 41, n. 31. bene nota n. 40; Suarez, de Bonit. et malit. d. 12, s. 5, n. 7; Lugo, de Poenit. d. 16, n. 59; J. Bucceroni S. J. qui ait: «ita dimiditate admittere probabilissimum est admittere principia et negare conclusiones.» Inst. theol. mor. v. 1, n. 121. — (4) In l. P. tit. 1, c. 10, § 10. — (5) c. Si quis de poenit. — (6) Quodlib. 8, q. 6, a. 13. — (7) 1, 2^a, q. 96, a. 6, ad 2. Etiam 2, 2^a, q. 20, a. 1, ad 3. — (8) 4, dist. 21, q. 2, 3; simile habet dist. 38, q. 1, 2, 3, q. 1.

Resp. Ad a) Cum S. Antonino (l. c.): «Haec enim verba D. Thomae non possunt intelligi nisi de his, ubi manifeste patet ex Scriptura, vel Ecclesiae determinatione, quod sit contra legem; et non de illis intelligit, ubi non apparet: alias sibi contradiceret in eodem libro, quod non esset credendum.» Loca b et c non sunt ad rem: in primo agitur de casu in quo lex est certa, excusatio vero ratione circumstantiarum incerta: in secundo, ut ipsa verba declarant, «in quo dubitatur esse sermo de dubio praetice-practico.»

Dices. 4.° Plura capita Jur. canonici (1) dubium finiant, allegando pro ratione, in dubiis tutiorem partem esse eligendam; ergo...

Resp. Dist. *autem*. Allegando tamquam regulam generalem cui numquam liceat derogare: neg. Tamquam regulam, quae vel juxta dicta vel ex praeccepto Superioris illi casui applicanda est: conc. Primum distinctionis membrum ex Locis Jur. can. in probatione adductis patet; secundum declarat Suarez: «Ut autem hoc statuat Pontifex, tutius sequendum), necesse non est ut illud principium, in quo fundatur, in dubiis tutiorem partem esse eligendam, sumatur in universam ut necessarium ad vitandam culpam, seu tamquam praecceptum, satis enim fuerit quod Pontifex id existimaverit esse convenientius, et magis consentaneum prudentiae et juxta illud legem statuerit. Et ob eandem causam necessarium non est ut id, quod ibi Pontifex statuit (irregularitas ex dubio homicidio) ac praecipit, per se esset necessarium, ex vi solius rationis naturalis; nam saepe lex positiva statuit aliquid ex prudentiali ratione, quae per se sola non induceret necessitatem, est autem sufficiens ad statuendam legem, quae necessitatem imponat 2.°»

THESIS XX.

Cum obligatio est probabilis, et libertas aequae probabilis vel probabilior licet sequi libertatem.

156. **Nota.** I. Cum dubium est positivum (n. 148) dantur graves rationes pro utraque parte, hinc mens vi huius rationum potest uni prae altera parti adhaerere, cum formidine tamen oppositi. Hoc est proprio *opinari*, medium punctum inter certitudinem quae firmo assensu, et dubium quod nullo assensu adhaeret suo objecto, tenens. Opinio probabilis est, quae habet pro se fundamentum prudenti iudicio solidum etque in Scriptura, Conciliis aut Patribus aut certa ratione nihil repugnat. (3) «Nulli dubium, sit S. Augusti-

(1) Decret. l. 5, t. 12, c. 12, c. 16. — (2) De censur. D. 40, sec. 6, nn. 8-9. — (3) «Quando motum est certum, intellectus prudentis hominis non potest impelli vel sollicitari ad oppositum; et ita nulla haereticus est probabilis: quavis enim pro hac saepe sint difficillima argumenta, quae ideo etiam aliquo sensu dici possunt gravissima, tamen eliduntur per motum oppositum fidei, quod est certissimum. Unde ad veram probabilitatem secundum omnes requiritur

«*U*s contra academicos (1. 3. c. 20). gemino pondere nos impelli ad descendum, auctoritatis atque rationis: unde duplex probabilitatis fundamentum, auctoritas et ratio seu probabilitas alia est intrinseca alia extrinseca. Intrinseca est quando motivum, quo innititur, ex ipsa rei natura petitur: extrinseca, quando motivum est auctoritas eorum, qui eodem modo opinantur; intime connectitur cum procedenti, nam probabilitas extrinseca fundatur in intrinseca: ideo enim doctorum auctoritati cedimus, quia supponimus eos questionem perpensis et in unam vel alteram partem prout ratio dictabat assensum suam inclinasse. Ratione virtutis seu ponderis motivi comparative sumpti, dividitur in probabilem, aequè probabilem, probabiliorē, probabilissimam, quae juxta plures moraliter certae aequivalet. Etiam in dubie vel tenuiter probabilem, quando motivum non est quidem grave sed neque tam leve, ut non sinat iudicium formidolosum pronuntiare.

II. Sedulo advertendum est, vehementer errare eos, qui arbitrantur probabilitatem minorem alicujus opinionis elidi et suffocari a majori et certa probabilitate ejus contradictoriae; nam dummodo hujus certitudo vel fere certitudo non obtineatur, motiva opinionis minus probabilis non cessant esse gravia et digna viro prudenti, ac proinde magistra in toto suo robore servant opinioni, quam fundant, totam suam probabilitatem.

III. Punctum dubium opinionum probabilium potest esse vel de sola honestate, et licetate actionis, vel de aliqua alia conditione actionis eam reddente utilem vel noxiam v. g. an aliqua materia vel forma sufficiat ad valorem sacramenti, an medicamentum sit utile vel noxium, etc. Si primum accidat actionem esse licitam dependet a dictaminae conscientiae et a bona fide operantis, unde quamvis actio forte esset mala, si quis eam bona fide ex motivo honesto amplecteretur; bonam eliceret actionem. E contra in secundo, in quo consequutio effectus, quantum possibile sit certo obtinendi, independens est ab honestate vel inhonestate actionis, unde in iis dubiis extra necessitatis casus, cum nulla alia via nisi probabili potest indigenti subveniri, tutius semper est sequendum. Innocentius XI haec damnavit propositionem: «Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet aut conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabilis tantum attendendum non est in collatione Baptismi. Ordinis sacerdotalis, aut Episcopalis.»

«ut neque Scripturae, neque traditioni, neque communi Patrum sententiae, neque rationi certae adversetur, imo neque communibus theologorum placitis, nisi horum auctoritatem refringant novae et majoris momenti rationes.» Lacroix. Libr. 3, n. 108.

IV. Quando obligatio tutius sequendi non est certa, plures sunt inter auctores sententiae. 1.^o Eorum, qui obligant semper ad sequendam opinionem tutiorem, etsi minus tuta sit unico probabilis, imo probabilissima. Dicuntur rigoristae: «onus Christi leve, ait «Viva (1) et jugum suave reddunt intolerabile, et viam, quae adducit ad vitam non quidem arctam, sed imperviam; cum superet vires humanas assequi semper quod est tutius, atque adeo quod est perfectius.» Eos damnavit Alexander VIII. confixa propositio. 3.^o «Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.»

2.^o Eorum, qui obligant ad sequendam tutiorem, si opposita non sit saltem probabilissima fere moraliter certa. Sunt tutioristae mitigati, valde accedunt rigoristis eodemque argumento repelluntur.

3.^o Eorum, qui dicunt solum licere sequi opinionem minus tutam libertati faventem si sit probabilior. Ita generatim PP. Dominicani.

4.^o Eorum, qui idem concedunt, si opinio favens libertati sit aequè vel fere aequè probabilis. Ita senserunt nonnulli auctores saeculi elapsi et plures moderni, quibus saltem quoad modum loquendi favet S. Alphonsus in ultimis editione, Theolog. Mor.

5.^o Eorum, qui volunt licere sequi opinionem minus tutam et vere, licet minus, probabilem. Hanc ab antiquis desumptam non a se inventam, unico in praxi possibilem una cum pluribus aliis communissime propugnant PP. Societatis Jesu.

6.^o Paucorum, qui etiam concedunt sufficere libertati opinionem tenuiter probabilem. Sunt rejiciendi, quia non se continent intra limites prudentiae, nec videntur posse effugere aliquid damnationis ex his propositionibus: «Generatim dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeat, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.» (2) «Si liber sit alicujus junioris et moderni, debet opinio censori probabilis, dum non constet rejectam esse a Sede Apostolica tanquam improbabilem.»

157. 1.^o Pars. Prob. 1.^o Non tenemur ad id quod est aequè licitum ac illicitum omittere. Atqui si obligatio est aequè probabilis ac libertas, est aequè licitum ac illicitum obligationem dimittere. Ergo... *Major* patet: illicitum, est vinculum morale. Atqui ex aequo ligatus et solutus aliquo vinculo, non constringitur illo. Ergo... *Minor* etiam: nam eatenus illicitum est obligationem dimittere quatenus ratio suadet illam esse veram, seu legem existere. Atqui ratio ex aequo suadet legem non existere. Ergo...

(1) Thea. damnat. Alexandri VIII. 3.^o—(2) Innocentius XI. Prop. 3.^o

Contir. a) «Conscientia nihil aliud est quam applicatio scientiae ad aliquid actum: scientia autem in ratione est (1).» Ergo si ratio ex aequo suadet unum vel aliud, conscientia ad nullum constringitur. b) Si lex aeterna simul diceret: ad hoc teneris, ad hoc non teneris, eo ipso ad nihil obligaret. Atqui «quod ratio humana sit regula voluntatis humanae, ex qua ejus bonitas mensuretur, habet ex lege aeterna (2).» Ergo si ratio ex aequo dicat: ad hoc obligaris et non obligaris, ad nihil obligamur.

2.^o Ex vero non possunt deduci absurda. Atqui absurda sequuntur si tenemur stare obligationi aequae probabilis ac libertas. Ergo... *Mis.* prob. Sit aequae probabilis debitorum solvisse et non solvisse, creditorem accepisse et non accepisse: si standum est obligationi, debitor ad solvendum, creditor ad non accipiendum tenebitur. Sed talis obligatio repugnat, cum moraliter impleri nequeat; imo si velit debitor implere inducit creditorem ad peccandum, ideoque ipse peccat.

3.^o Nequit esse illicitum quod prudenter agitur. Sed prudenter sequitur voluntas libertatem et omittit obligationem aequae probabilem. Ergo... *Mis.* prob. Prudenter sequitur voluntas ea, quae ratio prudenter probat, et prudenter dimittit quae ratio prudenter improbat. Sed ratio prudenter probat libertatem et prudenter rejicit obligationem aequae probabilem. Ergo... *Mis.* ex definitione opinionis probabilis et ex argumentis nuperime datis elucet.

158. II.^o Pars. Deducitur a fortiori ex prima, nam si licitum et prudens est omittere obligationem, quae sit aequae probabilis ac est libertas, prudentius et liberius erit obligationem omittere si libertas est ipsa obligatio probabilior.

THESIS XII.

Etiam cum obligatio est probabilior, et libertas solum sed vere probabilis licet sequi libertatem. 159. Paucis exceptis, si non theoretice saltem practice est thesis hodie communis; nam etiam illi, qui impugnant, licitum habent usum probabilissimi et concedunt neminem etiam confessorium posse poenitentes adigere ad relinquendas suas opiniones, nisi essent aperte irreprehensibiles vel evidenter falsae (3).

(1) D. Thom. 1, 2, Q. 19, art. 5. — (2) Ibid. art. 4. — (3) Vid. l'acroix de consc. n. 445; D'Annibale Summul. P. 1, n. 263. «Quae si ita se habent, recte scribebat Mennhart. S. J. saeculo transacto; censeo rem totam denique ad licitum in praxi usum opinionum aequae probabilium esse reducendam, resecis illis appendicibus: opinio magis probabilis, opinio minus probabilis; opinio notabiliter magis probabilis, opinio notabiliter minus probabilis; quae

Prob. 1.^o Cum obligatio est tantum probabilior et libertas vere probabilis, non constat certo legem ligare, seu lex est dubia, aliter destrueretur hypothesis, obligationem esse tantum probabiliozem. Atqui juxta antiquam Ecclesiae traditionem lex dubia non obligat. Ergo. *Mis.* prob. a) ex SS. Patribus. S. Augustinus (ep. 54, ad *Januarium* c. 2) ut in rebus non certis vitentur contentiones inter fideles hanc regulam statuit: «Quod enim aequae contra fidem, neque contra bonos mores esse *conoscitur*, indifferenter est habendum.» Et de usu idolothorum: «si autem vel non esse scitur, vel ignoratur, sine ullo conscientiae scrupulo in usum necessitatis assumitur» cibus in idolio repertus. (Epist. 47, n. 6). S. Gregorius Nazianz. (ar. 39), novatianum quemdam reprehendentem secundas nuptias sic compellebat: «Quo argumento id confirmas? Aut rem ita esse proba; aut si id nequis, ne condemnemus. Quod si res dubia est, vincat humanitas et facilitas.» S. Hieronymus cum disputaretur suo tempore an esset irregularis bigamus, qui unam uxorem in infidelitate, alteram post baptismum duxerat, licet opinio affirmans esset probabilis et communis ait: «interrogati a fratribus quid nobis videretur, respondimus, nulli praedjudicantes sequi quod valit (1).» b) Ex antiqua jam Ecclesiae praxi, quae sciens et volens, gradus probabilitatis non discernens: permittit in praxi sequi opiniones probabiles faventes libertati. Sed non posset permittere, si esset certa obligatio standi legi probabilii vel probabiliori, ut cum tutoris istis contendunt probabilioristae; tum quia hoc esset agere contra conscientiam et peccare formaliter, tum quia saltem materialiter magna esset corruptela. Ergo. *Mis.* prob. 2.^o generatim: quia non damnabit tot ac praecelarios theologos (prob. seq. afferendos) qui inde a saec. XVI usque ad nostrum propositam thesim defenderunt. Innocentius XI pluries rogatus, ut damnaret propositionem. «Licitum est sequi opinionem minus probabilem pro libertate»

appendices non nisi ad tricas scholasticas et dissidia praesertim apud rerum suorum probe intelligentes in gravissimo conscientiae negotio facienda natae factaque esse videntur. Quid enim, obsecro interest, an duae sententiae invicem oppositae, quando agitur de iuribus licentiae actionis, sint aequae probabiles, vel an una earum paulo plus, altera paulo minus probabilitatis habeat, modo utraque vere, solide ac comparative probabilis sit, ita ut in mutuo conflictu inconcussa stet, nec vinci aut evanesci, queat... Quod si una notabiliter magis probabilis sit, accedet ad classem probabilissimarum, quae sequi licere nemo dubitat: si clare et notabiliter minus sit probabilis, accedet ad classem tenuiter probabilium, quae sequi non licet: certe immunitis non erit a periculo excidendi et finibus verae probabilitatis.» (De ingenua, indol. probabilissimi. Mig. curs. theolog. tom. 11, p. 1376.)

(1) Apol. adv. Ruin. l. 1, c. 7.

«te, quae sit vere probabilis,» nunquam potuit adduci ut faceret (1). Cum Clemens. XIII an. 1761 proscriptisset undecim propositionum plagulam, quarum 8.^a «Genuinus itaque noster probabilismus qui nec morum corruptelam inducit, nec a S. Sede unquam fuit male notatus, origine sua thomisticus, progressu aetatis jesuiticus, utpote a quo arctatus, emendatus, et a Jesuitis contra jansenianos furios propugnatus fuit;» major Poenitentarius S. Alphonsus M. Liguorio jussu et auctoritate Pontificis rescripsit: «non fuisse intentionis S. S. damnare propositiones in scholis catholice controversas et quas multi catholici defendunt (2).» Exemplis; Caelestinus III (3) ad dubium, utrum mulier, quae se falso putabat viduam et vota solemnia in monasterio nuncupaverat, teneatur redire ad monasterium post mortem mariti, qui eam ad domum revocaverat, respondet: «Congruentius ad salutem est, ut ad monasterium redeat, sed invitam credimus non cogendam.» Innocentius III (4) ad dubium utrum separandi conjuges, qui proprium filium e sacro fonte susceperant, respondet: «Nobis videtur quod non sint ab invicem separandi. Idem, conjugii impotentia (5) indulget triennale experimentum. Eugenius IV vetuit inquietari graecos, qui uxores adulteras dimittebant aliasque ducebant, Missionarii Provinciae Paraguariae dubitabant, an barbari ad fidem conversi deberent primam uxorem retinere, an alteri nubere possent? Aliis videbatur primum matrimonium validum, aliis vero invalidum. P. Lugo oratore interrogaverunt S. Pontif. Urbanum VIII, qui respondit: «Non sibi videri speciali sua dispensatione opus esse; ubi doctorum sententiae utrimque probabiles intercederent, sequerentur opiniones pro conditione locorum ac hominum barbaris «*facioribus*» salva interim utriusque partis auctoritate, sinerent doctis hominibus sentiendi libertatem (6).» Hodie tandem permittunt Pontifices lucrum in mutuo solo legis titulo, licet sententia concedens non sit certo negante probabilior. c) Eandem viam sequuntur doctores Ecclesiae teste S. Antonino (7): «B. Thomas in 4 tenet, quod post lapsum in mortale, non oportet aliquem statim confiteri sub praeepto, nisi in paucissimis casibus... Sed Hugo de S. Victore et B. Bonaventura sunt in hoc contrariae opinionis... *sententia illorum opinio reprobatum*, etiam B. Thomae opinio communius teneatur, quae tamen minus «*stata* videtur.» Deinde confirmat, «quod cum bona conscientia po-

(1) Manhart. l. c. 101. — (2) S. Alphons. l. 86. — (3) C. 12, de Con. Conj. — (4) C. 2, de Cogn. spir. — (5) C. 5, de frigid. — (6) Histor. Prov. Paraguariae, a P. N. del Techo. — (7) 1, P. Summae tit. 3, c. 10, §. 10.

«test quis tenere etiam partem alicujus opinionis et secundum eam operari... praecipue quando quis adhibet diligentiam inquirendo *«nec invenit aliquid, quod eum sufficienter moveat ad hoc quod sit illicitum.»* subjungendo: «Ulicus in summa dicit, quod si quis de aliquo agendo dubius magis peritos consulat, de quo nullam habet expressam auctoritatem, utrum ita sit an non, dummodo formet sibi bonam conscientiam, etiamsi res aliter se habeat, quam id quod sentit et quod sibi consultum fuerit excusatur: quia fecit, quod potuit et Deus plus non requirit. Item ex responsis, quae videntur data ab Alberto Magno, habetur, quod frater simplex vel quilibet homo cum salute potest sequi in consiliis quantumque opinionem voluerit, dummodo alicujus Doctoris Magni opinionem sequatur. Hostiensis etiam dicit: ubi sunt diversae opiniones et diversa judicia, semper humanior praefenda et «*aequior.*» Guillelmus etiam in glossa Raymundi dicit, quod in speciebus juris ubi dubitant etiam sapientes excusabilis est ignorantia. Tamen si aliquis bona fide partem illam vel illam elegerit, non debet super hoc habere conscientiam nimis scrupulosam. Item Petrus de Palude... dicit: quod si confessor dubitaret, utrum illud, de quo confitens non poenitet nec confitetur, esset mortale et ipse confitens dicit, quod consilio peritorum illud fecit, de quibus ex scientia et vita probabile est, quod non consulerent nisi bene, illi iudicio se potest conformare. Idem videtur sentire Goffridus de Fontibus, in his scilicet opinionibus contrariis, quae tolerantur ab Ecclesia.»

160. 2.^a Auctoritate DD. qui inde a saeculo xvi. sub propriis terminis questionem theosoc agitarunt. Suarez (1) ait esse doctrinam communem. Terillus (2) numerat 140 DD. atque ante annum 1638 DD. omnes hanc sententiam sequutos fuisse, et assertit pro contraria sententia vix esse unum auctorem pro decem, qui sunt pro nostra. P. Alphonsus Sarasa (3) enumerat 190 auctores, his plures addidit P. Casuedi in suo opere. In selectionibus controversiarum crisis. P. Vazquez et Valentia (4) vocant illam communem, et ex tunc, fatente ipso P. Tyrso Gonzalez, traxit haec sententia ad se fere omnes theologos. Ex PP. Dominicis primarii DD. hanc sententiam tenebant. Joannes a S. Thoma (5) ait: «hanc regulam censo generalem et universaliter veram pro omnibus actibus moralibus.» Illius, Archiepiscopus Tapia et ipse habet hanc sententiam et plures pro ea assertit classicos auctores. Item Illus. Araujo. Ban-

(1) De Rel. tract. 10, P. 4, c. 15, n. 21. — (2) Q. 22, n. 13. — (3) De art. semp. gaudent. P. 2. — (4) In 1, 2. — (5) l. 1, 2.^a Q. 18, d. 12.

nez. (1): De opinionibus prioris generis (utrum sit licitum vel illicitum) verum est posse hominem sequi probabilem opinionem, «relictam probabiliori.» Didacus Alvarez (2): «Potest sequi opinio practice probabilis, relictam probabiliori... tenet hanc sententiam noster Medina et alii doctissimi Thomistae.» Quid plura? Primus qui sub propriis terminis asseruit probabilismum fuit Medina ab Alarcio citato (3): «Si est opinio probabilis, licitum est eam sequi, licet opposita probabilior sit.» Hanc sententiam communiter docuerunt thomistae usque ad medium saeculi xvii ex quo caeperunt omnes partes tutorismi vel probabiliorismi sequi (4). Unde ante hoc tempus fuit nostra sententia in pacifica possessione, a qua tamen non potuit acerrima licet impugnatione deturbari (5). Eam suam fecerant, ut colligit cl. Bouquillon (op. cit. de conscient. n. 300) plures Episcopi, Cardinales, etiam SS. Pontifices; recuperant religiosorum ordines, nominatim Benedictinorum, Dominicorum, Franciscanorum, Augustinianorum, Carmelitarum, Jesuitarum aliorumque; docuerant celeberrimos universitates non solum Hispaniae, sed Italiae, Belgii et Galliae; verbo admirantur absque ulla alicujus momenti repugnantia theologi cujuscunque scholae, instituti et nationis. Ex

(1) 2, 2^{ae} Q. 16 a. 1. — (2) 1, 2, D. 80, a. 9. — (3) 1, 2, q. 19, art. 6. — (4) Plures auctores vide Lacroix, l. 1, n. 269; Stephanus des Champs quæst. facti, c. 4. Ballerini, opus theol. moral. V, 1, tract. 2, c. II, § 2. — (5) Causa impugnationis fuerunt, a) Haeresis Jansenii, cum ipsa odium probabilismi veum habuit, cum ipsa crederet, ipsam esse conitatum, cum ipsa feliciter interit; b) Celebris controversia de auxiliis inter PP. Dominicanos et PP. Societatis Jesu, quae animos ad contraria sentiendum impellebat; c) Non satis solida aliorum DD. probabilismi demonstratio, nec satis solida ipsius applicatio. *Motus impugnantis* plerumque fuit tum, a) veritati quaestioni, tum; b) acquirati et charitati contrarius, videlicet a multis non ipsam doctrinam impugari, sed solum illam Societatem, quae praecipus ejus faetrix immerito habebatur. (Vide Manhart, S. J. De ingenio Indol. probabilis, c. VII.) Concine inter alia (Societas del Probabilis, Dis. §. 4, 5) dicit, probabilismum aperire viam ad omnes sectas, atque omnes homines in quacunque religione salvos facere. Bone Deus! *Effectus impugnationis* fuerunt, a) ex una parte plures DD. praesertim Dominicanos et Augustianos, dereliquisse probabilismum; aliquos Praelatos tum singillatim, tum simul in conventu Gallorum (1682) ipsam damnasse; b) Ex altera multos in probabilismo permansisse Jesuitas, nempe, Carmelitas et Franciscanos generationis, eius sequaces ipsam accuratius deliquisse et aeternae propugnasse; aliquos experientia coactos e castris probabilioristarum ad castra probabilistarum transisse; alios ex tenuis probabilioristas, re et opere probabilistas fuisse. Sedes Apostolica abusus quidem probabilismi extirpare curavit, at ejus substantiam intactam sollicitè voluit, imo non deservierunt Pontifices, qui in scriptis privatis eam gravissimo assensu confirmarent. Ita Benedictus XIV. (De Syn. Dioec. l. 7, c. 11, n. 2). «In tanta opinionum varietate integrum erit Parocho eam sententiam amplecti quae sibi magis arriscent.» (Ex Bouquillon. n. 307.)

hac universali et certa consensione concludit laudatus auctor (ibid): a) probabilismi doctrinam non esse pravam et falsam, sed sanam et veram; si enim fuisset falsa, minime fuisset a doctoribus communiter recepta, aut saltem Ecclesia eam non tolerasset; b) Non esse peregrinam et novam sed esse a Patribus traditione acceptam, sensui christiano perpetuo conformem, quamvis, latendum sit, ipsam aetatum decursu successive illustratam ac evolutam fuisse; c) Non esse alienam a mente Magistrorum scholae, praesertim S. Thomae: nam impossibile est, viros eruditissimos a ducibus quibus erant addictissimi, in quorum verba jurabant, unanimitè in re gravi recessisse. Haec summa animorum consensio eo magis miranda quod tunc acciderit quando erant innumeri viri summo ingenio praestantes; quando acerrima de rebus disputabilibus erant inter scholas catholicas dissidia; quando maxima vigeat inter familias religiosas aemulatio; quando omnimoda erat libertas theologorum ut sua scripta, mutuo judicarent ac censuris afficerent; ea praesertim aetate, quae inter omnes gloriatur sanctiorum multitudine et catholica in concilio Tridentino morum renovatione. Caute igitur sunt legendi auctores aliqui Dominicani, qui tunc de convitiis tacem doctrinam theos nostrae tanquam ab Ecclesia proscriptam traducunt.

3^o *Rationibus:* a) Ex D. Angelico (1): «Ad videndum autem quomodo liget conscientia sciendum est, quod ligatio metaphisica a corporalibus ad spiritualia sumpta necessitatis impositionem importat. Ille enim qui ligatus est necessitatem habet consistendi in loco, ubi ligatus est et auferitur ei potestas ad alia divertendi... Alia vero est necessitas conditionata, scilicet ex fluxu suppositione, sicut imponitur alicui necessitas, ut si non fecerit hoc, non consequatur summ praemium.» Haec necessitas voluntati imponi potest, ut scilicet necessarium sit hoc eligere, si hoc bonum debeat consequi; vel si hoc malum debeat vitare... Actio autem, qua voluntas movetur est imperium regentis et gubernantis... Ita se habet imperium alicujus gubernantis ad ligandum in rebus voluntatis illo modo ligationis, qui voluntati accidere potest, sicut se habet actio corporalis ad ligandum res corporales necessitate coactionis, Actio autem corporalis agentis nunquam inducit necessitatem in rem aliam, nisi per contactum coactionis ipsius ad rem, in quam agit. Unde nec ex imperio alicujus regis, vel domini ligatur aliquis, nisi imperium attingat ipsum, cui imperatur: attingit autem ipsum per scientiam. Unde nullus ligatur per praeceptum aliquod, nisi mediante scientia illius praecepti...

(1) De veritate, q. 17, art. 3.
Theol.—Tom. IV.—P. I.

«Si autem (aliquis) non teneatur scire (praeceptum), nec sciat; nullo modo ex praecepto ligatur, sicut in corporalibus agens corporale non agit, nisi per contactum; ita in spiritualibus praeceptum non ligat nisi per scientiam.» Atqui cum obligatio est solum probabilior non datur scientia praecepti seu certa cognitio ipsius. Ergo juxta mentem Angelici nulla est obligatio, standi obligationi libertate probabiliori, dummodo libertas sit vere probabilis. *Min.* est evidens, *major* desumpta verbo ad verbum ex Angelico, qui semper scientiam opinioni opposuit: «Scientia enim cum opinione simul esse non potest simpliciter de eodem, quia de ratione scientiae est, quod id quod scitur existimetur esse impossibile aliter se habere; de ratione autem opinionis est quod id quod est opinatum existimetur possibile aliter se habere» (2, 2.^a Q. 1, art. 5.) [1]. Praeterea ratio D. Thomae est perspicua ex terminis, nam si effectus nequit superare causam, obligationi ut incertae apprehensae, non potest respondere dictamen practicum rationis certo obligans ad obediendum legi, quemadmodum contendunt probabilioristae. Si reponunt imprudenter agere et peccare, eum qui relicta probabiliori sententia, se committit probabilis discrimini peccandi, eos corrigam: b) ratione Ilni. Tapia Archiep. Hispanensis dominicani [2]; nemo tenetur ex praecepto operari quod melius est et securius, sed sufficit operari bonum et tutum. Atqui ita se habet obligatio probabilior respectu libertatis vere probabilis. Ergo ad illam non tepemur. *Minor* patet, nam tam opinio, quae stat pro obligatione, quam quae stat pro libertate vere et solide rationi congruit, totaque differentia inter magis et minus versatur. Atqui ratio est regula voluntatis ex qua ejus bonitas mensuratur, ut dicit D. Thomas [3]. Ergo obligatio probabilior et libertas minus probabilis se habent ut melius et bonum, ut securius et tutum. c) Praeceptum non est exploratum seu promulgatum, libere negari potest, ideoque non obligat. Sed obligatio quumvis probabilior, si libertas est probabilis, est praeceptum incertum non sat exploratum seu promulgatum. Ergo libere negari potest, seu non obligat. 4) D. Thomas [5] quaerens: «Utrum discipuli sequentes diversas opiniones magistrorum excusentur a peccato erroris?» respondet: «Qui ergo assentit opinioni alienius magistri contra manifestum Scripturae testimonium, sive contra id quod publice tenetur secundum Eccle-

[1] 1. Alphons. M.^a Liguori (syst. mor. n. 76) «Quod sub nomine scientiae intelligitur probabilis notitia, haec est novi vocabularii nova significatio, dum philoosophi omnes cum S. Thoma distinguunt opinionem a scientia, quae accipitur ut cognitio certa alienius veritatis.»—(2) Caton. mor. doctrin.—(3) 1, 2.^a Q. 19, 4, 3.—(4) Svar. de Bonit. et Malit. d. 11, sect. 6, n. 8.—(5) Quodlibet 1, ar. 10.

stiae auctoritatem, non potest ab erroris vitio excusari.» Ergo ut quia tenetur aliquam doctrinam sequi, haec debet esse manifesta. Talis autem non est dum opposita est solide probabilis. d) Qui prudenter agit non peccat. Atqui sequens probabilem libertatem solida ratione inixus, prudenter agit. Ergo qui sequitur libertatem minus obligatione probabilem non peccat. e) Si teneremur ad probabiliorum obligationem, omnium confessionum forent confusio et anxietas plenae. Sed hoc repugnat suavi Dei providentiae. Ergo non datur talis obligatio. *Major*, prob. Quemadmodum debemus cognoscere quid sit honestum quia tenemur honeste agere, ita teneremur cognoscere et inquirere quid sit probabilius, si teneremur ad probabiliora. Jam vero, ad dignoscenda probabiliora oportet comparare ad invicem omnes rationes omnium opinionum circa quamlibet questionem incertam versantium, nulla opinione, nulla ratione cujuscumque opinionis voluntarie praetermissa. Opiniones de eodem re quandoque sunt quinque, decem et plures; imo non sufficere perpendere actuales, sed etiam possibles, nam inter possibles forsitan invenitur veritas, vel saltem probabilioritas. Numerandi etiam erunt DD. pro utraque sententia: verum quia forte unus valet pro centum, meritum cujusque pendendum erit, ut major probabilitas extrinseca prudenter definiatur. Insuper quoniam non omnia possunt omnes, quilibet christianus definire debet. Quomodo? An per sola momenta intrinseca, ut faciebat S. Augustinus [1]? an per extrinseca? an utrisque? Si per intrinseca, quis ut Augustinus? Si per extrinseca, quis adeo se bardum putabit, ut nihil rationis capere possit? Hoc autem admissio, omnes ad sapientiorem consulendum tenebuntur. Si utrisque, quis erit finis consultationibus et anxietatibus [2]? Inde, ubinam invenietur sa-

[1] Epist. 19. «Alios ita lego, ut quantalibet sanctitate ac doctrina praepolent, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores, canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat persuaadere poterunt.»—(2) Accommoda practica et singulariora vide apud Dactyl. 1, 4, n. 293. Ron cagliozzi al. «Probabiliora sequenda docuit me mecum praepceptor, et ego pariter... eandem docui sententiam. Ad experientia vidi nihil ad praxim deservire: quis enim vel studendo, et inde definire hoc est minus, potest omnis momenta utriusque partis librare, et inde definire hoc est minus probabile, hoc probabilis? Hoc esset onus intolerabile.» (Theol. mor. tr. 1, q. 1, c. 2.) Idem praxi «non sine magno animi moerore videbat facere. Gaxaniga (De conse. probi. n. 137) nonnullas probabilioristas sui temporis, quos ita reprehendit: «Argumentum adversariorum nostris suppeditamus... quo plerique simpliciter vulgo factum facere solent... cumque plus moveant exempla quam verba, non facile dictum est, quot hac arte ad benigna probabiliorum castra perstrahantur... Sentiamus igitur ut probabilioristae, loquamur ut probabilioristae, sed quod magis nostrae aliorumque saluti proderit, secundum probabilioristarum principia operemur.»

cerdos tanta instructus scientia, qui sine periculo graviter errandi ac proinde peccandi possit confessiones fidelium excipere eorumque dubia tuta conscientia resolvere? f) Ad hominem, juxta adversarios et nos etiam, licet sequi opinionem probabiliorum faventem libertati. Atqui opinio theosorum nostrae favens libertati tum intrinsece ex argumentis licet 3.^o datis, cum extrinsece ex auctoritate (n. 160., praesertim si consideres nonnullos auctores adversae sententiae fuisse jansenianos, est probabilior. Ergo licitum est, etc.

161. Adversus thes. XX, obj. 1.^o Scriptura (1) docet amandum esse Deum *ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, ex omni mente.* Sed non ita amat qui cum obligatio est probabilis indulget suae libertati quamvis probabiliori. Ergo...

Resp. Explicio *major.* *Ex toto corde,* quatenus ad perfectè Deum amandum opus est vitare omne peccatum certum sive mortale sive veniale: conc. Etiam peccatum speculative dubium materialiter possibile, observando leges dubias: neg.

Obj. 2.^o Stante aequali probabilitate inter licitum et illicitum, non est ratio ut intellectus judicet unum prae alio. Ergo necessario manet dubius, ideoque nequit honeste agere ita affectus.

Resp. Dist. *ante.* Non est ratio ut judicet unum prae alio reflexe, neg. Directe, subdist. si a voluntate moveatur, neg. Si non moveatur, transit.

Inst. cum P. Gonzalezio, voluntas nequit honeste movere intellectum ad assensum minus tutum. Ergo... *Antec.* prob. Nullum praeclucet in mente dictamen de honestate talis assensus, dum non constat de honestate objecti assensus. Atqui non constat de honestate objecti assensus, antequam intellectus assensum praebat parti minus tute. Ergo voluntas, etc.

Resp. Neg. *ante.* Ad ejus prob. dist. *major.* Nullum praeclucet, dictamen reflexum; neg. Directum subdist. Judicativum: conc. Apprehensivum: neg. Quomodo reflexe efformetur certa conscientia, infra dicemus.

Obj. 3.^o Peccat formaliter qui non adimplet obligationem vere probabilem, nam practice dicit, et quidem prudenter: forsan contra legem ago. Ergo si obligatio est saltem probabilis semper est adimplenda.

Resp. Neg. assumptum ejus rationem dist. Practice et prudenter dicit, forsan contra legem *obligantem* ago; neg. Non enim potest prudenter dici quod adversatur praxi Ecclesiae, Pontificum, SS. Patrum et DD. Contra legem non obligantem: subdist. Ita ut prudenter dicat, forsan ago contra legem ullam: conc. Aliter: neg.

(1) Deuter. VI, 5; Luc. X, 27, etc.

162. Adversus thesim XXI, obj. 4.^o *«Quam angusta porta, (ait Christus, et arcta via est, quae ducit ad vitam (1). Sed si licet omittere obligationem etiam probabiliorum erit valde spatiosa ac proinde ducet ad perditionem juxta verbum Domini. Ergo...»*

Resp. Via vitae est arcta eo quod leges dubiae observandae sint; neg. Eo quod leges ejus certae, v. g. justitiae, castitatis, etc., hominem solertem, sui vigilem, mundi contemptorem exigant, conc. Satis arcta et angusta est via ad caelum, si praecipua et leges, de quibus satis constat sancte observentur: eadem Veritas, quae vocat arctam et angustam portam dicit etiam: *«Jugum enim meum suave est, et onus meum leve (2).»*

Probabilioristae aliqui, incipiendo a peccato Adami et Evae usque ad sententiam Pilati adversus Christum, aliqua facta ab Scriptura reprobanda, nullis veris rationibus sed meris cavillis, contentant usu probabilissimi excusari potuisse; at quisque videt haec argumenta nihili faciendae, tum quia agitur de peccatis adversus leges certas, tum quia urgendo ipsa probabilioristarum cavilla, dici posset Adam aliosque ductos *probabilioritate* peccasse. Quid enim facilius in re morali, aliquem reputare probabilius quod alteri solum est probabile (3)?

Obj. 5.^o SS. Patres volunt, nos operari juxta rei veritatem quantum possumus. Sed non operatur juxta rei veritatem quantum potest, qui obligationem probabiliorum libertate omittit. Ergo... *Maj.* prob. a) Ex S. Augustino (4) docente; summe vigilandum, summe curandum ne quod bonum est malum, aut quod malum est bonum esse credatur: item rejiciendo (5) hoc principium: «Cum agit quisque quod ei videtur probabile, nec errat, nec peccat.» b) Cum Gregorio Nazian. (6): «At perisque secus videtur, inquires. Quid vero mea interest, qui rei veritatem magis curo, imo solum curo?» c) Ex S. Joanne Chrysost. (7): «Valgi opiniones ne circumferamus, sed res ipsas expendamus; quomodo enim non absurdum propter pecunias aliis nos credere... pro rebus autem amplioribus aliorum sententiam sequi simpliciter?» d) Cum S. Bernardo (8): «Et interior oculus vere sit simplex. Nemo illi arbitror necessaria, charitatem in intentione, in electione veritatem.» e) Ex S. Bonaventura (9): «Dubia interpretatio praecipiti est periculosa sicut pons semiputridus: voluntas bona plana via, regia et secura debet incedere, relicta dubietatum diversitatis, quasi suspectis latronum semitis.»

(1) Matthae VII, 14.—(2) Matthae XI, 30.—(3) Vide Wirceburg. de act. human. nn. 244, 245.—(4) De civit. Dei, l. 22, c. 25.—(5) L. 3. *contr. academ.*—(6) Or. 36, n. 7.—(7) Homil. 13, in 24 ad Corinth. —(8) Lib. de praecip. et disput. c. 14, n. 35.—(9) Opusc. de relig. progres. process. 5, c. 12.

Resp. Dist. *Maj.* Quantum possumus moraliter ne in manifestum errorem et certam negligentiam culpam veniamus: conc. Quantum possumus etiam cum anxietate, ita ut obligationibus non certis constringamur, neg. *Mia.* dist. Non facit quantum potest ut vitet culpam certam, neg. Dubiam, ignoratam, materialem tantum quam nemo praecipit vitare; conc. Si hoc ultimum intenderent SS. Patres, nec in casu libertatis obligatione probabilioris liceret omniter obligationem probabilem; nam lex certa vitandi culpam incertam et dubiam, totam vim suam obtineret, cum major libertatis probabilitas nullo modo auferat periculum materialiter peccandi.

Ad prob. *maj.* ad a) S. Augustinus in primo loco inculcat obligationem moralem et communem inquirendi veritatem; in secundo rejicit illud principium in sensu academicorum, qui multis ingerebant veri inveniendo desperationem non in sensu catholico probabilistarum. Ad b) S. Gregorius Nazianz. loquitur adversus suos obtractatores, injuste eum ambitionis accusantes; quare veritatem quaerit, nihili faciens vanas hominum opiniones. c) S. Chrysostomus solum vult, non quoslibet esse audiendos doctores sed bonos et prudentes, ad meliores adeundos non obligat; ita loquitur respective ad ea, quae ex Scriptura et lege Dei sunt certa. Ad d) S. Bernardum et ipsum explicare debent adversarii, cum probabilioritate, quae etiam distat a veritate, contra legem utuntur. Ad e) S. Bonaventura rejicit interpretationes dubias cum praecipuum est clarum, unde illae redduntur improbabiles ut potius sint excusationes quam interpretationes.

S. Thomam non esse nobis contrarium satis prima rationis probatio evincit. Aliqua nihilominus S. Doctoris testimonia opponunt adversarii, ut probent ipsum fuisse nobis positive contrarium, sed frustra, tum quia omnia possunt in ipsos retorqueri, non enim eximit S. Doctor probabilioristas in locis objectis, tum quia non sunt ad rem, agit enim de ignorantia, dubio vincibili aut praetio. Praecipuum locum vide supr. n. 142, 3.^o

Obj. 6.^o Qui sequitur libertatem minus obligatione probabilem imprudenter agit. Ergo peccat. *Antec.* prob. Qui operatur sine dictamine certo licetatis suae actionis imprudenter agit. Sed qui sequitur libertatem minus probabilem operatur sine dictamine certo licetatis suae actionis. Ergo... *Mia.* prob. Licetum esse sequi opinionem minus probabilem legi contrariam non est certum; aliter probabilismus non esset systema sed doctrina omnino certa. Atqui ad hoc ut quis dictamine certo sequeretur libertatem minus probabilem, deberet esse certum, usum probabilissimi licere. Ergo...

Resp. Neg. *antec.* Ejus probationis *maj.* dist. sine dictamine certo vel directe vel reflexe: conc. Solum directe: neg. *Mia.* dist. Operatur sine dictamine certo directe: conc. reflexe; neg. Ad prob. *mia.*

dist. *maj.* Non est certum directe: conc. reflexe, neg. Item dist. prob. Non esset systema si esset certus directe et immediate: conc. aliter: neg. Ultimam *mia.* dist. Deberet esse certum immediate et directe vel mediate et reflexe; conc. Praecise immediate et directe; neg.

163. Tota ergo solutio hujus aliarumque difficultatum ex efformatione reflexa dictaminis certi conscientiae pendet; id obtinetur ope syllogismi cujus ambae praemissae sint moraliter certae et ex quibus legitime dictamen ultimum conscientiae eruatur. Syllogismi enodantur applicatione diversorum principiorum moralium de quibus nemo prudenter dubitat: v. g. a) Non est imponenda aut necessario suscipienda obligatio, nisi de ea moraliter certo constat. Sed hic et nunc mihi non constat certo moraliter de obligatione, licet probabilis existat. Ergo licet mihi eam omittere. b) Quicumque operatur prudenter non peccat. Sed qui sequitur libertatem vere probabilem operatur prudenter, cum id faciat ductus ratione gravi digna viri sapientis. Ergo non peccat. c) Quod mihi probabilis est licitum, revers est tale; nam juxta communem doctorum sensum licet sequi in praxi quod probabilis est. Atqui hic et nunc mihi probabilis est licitum esse sequi hanc sententiam vere et certo probabilem. Ergo revera hoc est mihi licet et nunc licitum. d) Quod nsum obtinet inter fideles pios et doctos si nullatenus ab Ecclesia reprobetur certo est licitum; aperte enim, repugnat sanctitati Ecclesiae, suo silentio et tacita approbatione morum corruptionem generatim permittere. Sed apud plures fideles pios et doctos est probabilissimi usus. Ergo usus probabilissimi certo est licitus (1). Attamen in praxi non opus est expresse efformare hos syllogismos, sufficit illos adstruere virtualiter, vel operari ex certa et bene fundata persuasione licetatis usus probabilissimi.

Obj. 7.^o Imprudenter quis biberet vinum, quod probabilis iudicat veneno infectum, iudex injuste ageret ferendo sententiam juxta opinionem minus probabilem. Ergo a pari, cum quis omittit obligationem probabiliolem et sedet iudex in tribunal sui conscientiae.

Resp. Neg. paritatem, quia non agitur in exemplis propositis uti jam advertimus n. 156, not. III, de sola licetate vel illicetate actionis sed de damno proprio vel alterius, quantum possibile sit vitando.

Inst. Iudex, qui fert sententiam juxta opinionem minus probabilem prudenter operatur. Ergo non peccat omittendo sententiam probabiliolem.

Resp. Ita concesserunt aliqui auctores contra plures, antequam

(1) Confer. Lacros, l. 1, n. 303.

Innocentius XI damnaret propositionem: «Probabiliter existimo iudicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.» Ast non satis solida ratione, ut demonstratur dist. *ante*. Prudenter operatur speculative; conc. Practice; neg. «Quamvis enim prudenter operetur, qui sequitur opinionem practice probabilem; non tamen prudenter operatur, qui sequitur opinionem tantum speculative probabilem, quando datur lex, seu conventio de sequenda probabiliori. Quare sicut non operatur prudenter nec licite Medicus adhibendo pharmacum minus probabile... ita nec iudex, quia datur in his omnibus obligatio sequendi, quod est probabilius ac tutius. Ideo in humanis actionibus licitum est sequi opinionem probabilem, omisa probabiliori... quia tali usu «bona fide adhibito» solum potest incidere in peccatum materiale, quod vitare non tenemur (aliter non possemus sequi opinionem probabilissimam omisa tutiori); at iudex per hoc quod sequatur opinionem minus probabilem, non per hoc vitat damnum colligantis, pro quo sicut opinio probabilior; sicut medicus per hoc, quod det pharmacum minus probabile non vitat damnum negotii (1).

Obj. 8.^o Si quando agitur de licito vel illicito potest adhiberi usus probabilismi, etiam licet in materia fidei et religionis: quum non minus in uno quam in alia agatur de regula ducente ad ultimum fidem. Sed in materia fidei et religionis non est licitus usus probabilismi ut ex Prop. IV inter damnatas ab Innocentio XI est clarum. Ergo...

Rosp. Dist. *Maj*. Etiam in materia fidei liceret usus probabilismi, quoad religionem in communi sumptam, aut quoad propositiones clare revelatas aut ab Ecclesia definitas; neg. Quoad alia non sufficienter revelata et dubia; conc. Et contradist. *minore*, neg. *conseq.* Sola vera religio est evidenter credibilis et erodenda, ideoque non potest de vera religione dubium invincibile esse prout requiritur ad usum probabilismi (2).

SCHOLION I.

De sufficientia iudicii objectivi probabilitalis.

164. Opinio probabilis duplici modo potest esse in intellectu: subjective et objective. Subjective cum elicit actum seu iudicium opinativum; objective cum intellectus cogitat de opinione seu iudicio probabilis.

Dico: Ad usum opinionis probabilis, non debet

(1) Viva Thes. damnat. ab Innocentio XI, prop. 2.^a—(2) Vid. Viva, ibid. prop. 4.^a

opinio esse subjective in mente, sed sufficit ut sit objective seu reflexe.

Prob. 1.^a Auctoritate DD. S. Augustinus (1) permittebat in die Coenae Domini ut non jejuni Euchariam sumerent, licet ipse hoc non defenderet, sed probabile putaret, idem circa communionem quotidianam agebat. S. Thomas (2) usus est opinione suae opposita, ut defenderet licitum esse admittere pueros in religionem; nam ad solvendam difficultatem positam quia «in his, qui eliguntur ad aliquam curam ecclesiasticam, oportet eligere meliores», respondet inter alia: «Secundo quia hoc non conceditur ab hominibus, quod necesse sit eligere meliorem ad regimen praedicationis, sed secundum quosdam sufficit eligere bonum.» S. Bonaventura (3) quaerens an S. Pontifex possit dispensare omnia vota, relatis tribus opinionibus, prima affirmante, duabus limitantibus subdit: «Quae istarum opinionum sit verior, fateor nescire, et easis quaelibet sustineri potest, ideo nullam assero. Si quis tamen velit hanc ultimam acceptare, non occurrit ei inconveniens manifestum ut dicitur.» Denique fere omnes DD. tenent non requiri ad usum alicujus opinionis, ut subjective mens adhaerent.

2.^a Cum Platelli (4): «Vir doctus sequens opinionem alienam probabilem, sequitur iudicium peritorum ac praudentium eis submittendo suum, quod iudicat forte esse falsum: hoc autem est conforme rectae rationi et prudentiae legibus; adeoque prudenter agit et consequenter licite.»

3.^a Ex eodem: «Variis casibus tenetur vir doctus operari juxta aliorum sententiam contra propriam ut: a) Si aliquo periclitetur salus proximi v. g. defectu absolutionis post data signa poenitentiae ante adventum Sacerdotis. b) Si a Superiore praecipitur.»

4.^a Ex declaratione S. Poenitentiarum die 5 Julii 1831 statuente non esse inquietandum confessarium, qui quamvis non pendapat, sequitur opiniones S. Alphonsi, hoc solo ductus motivo, quod sedes Apostolica in illis nihil invenit dignum censura.

SCHOLION II.

De iis, quae confundunt anti-probabilistae.

165. Postquam exposuerimus ea, quae sunt fundamentalia pro usu probabilismi, dum caetera minus principalis moralistae reliquimus, hic breviter colligemus notiones, quae anti-probabilistae confundunt; ita dissipatis nubibus clarior apparebit probabilismi licitudo. Itaque confundunt:

1.^a Probabilitatem cum veritate. Sicut ex contradictoris unum tantum est verum; ita volunt unum tantum esse probabile.

2.^a Probabilitatem practicam cum dubio practico. Volunt practice dubitare eum qui practice probabiliter opinatur: at opinari et dubitare contradictoria sunt.

3.^a Simultatem probabilitatis objectivae cum si-

(1) Ep. 54, ad Januarium. — (2) Quodlib. 4, art. 23, ad 12. — (3) In 4, D, 38, ar. 2, q. 3.—(4) De consc. n. 155.

multate probabililitatis formalis. Volunt habere duo iudicia contradictoria probabilia eum, qui iudicat duas opiniones esse probabiles.

4.^o Probabilitatem cum laxitate. Volunt licitas esse laxas opiniones, si liceant probabiles. At inventores laxarum opinionum habebant eas ut probabiliores.

5.^o Probabilitatem speculativam cum practica. At speculative probabile saepe non est practice probabile, quin opponitur speciali virtuti, cui non opponitur speculative. Imo saepe quod est probabilis speculative non est practice probabile.

6.^o Probabilitatem practicam directam cum probabilitate practica reflexa. At potest aliquid esse directe probabile, et non reflexe, puta si votum emisisset sequendi tutiorem, non posset probabilem, probabiliorum vel probabilissimam practice ac directe sequi, quia reflexe esset improbabilis.

7.^o Minus probabilem cum improbabili contra universam antiquitatem.

8.^o Supponunt necessum esse assentiri directe opinioni ut illam sequamur, quod supra rejectum est.

9.^o Confundunt denique aliqui eorum probabilitatem academicorum, quae excluderet inquisitionem veritatis, et erat merum libitum, cum probabilitate vera, cui nihil certum opponitur.

SCHOLIUM III.

De conscientia perplexa et scrupulosa.

166. **Nota.** Conscientia perplexa est illa, qua aliquis hic et nunc existimat utramque electionis partem esse peccatum, sive ponat sive omitat aliquam actionem, v. g. assistens die dominica infirmo de vita periclitanti existimat peccare tam si relinquit infirmum quam si sacrum non audit. Est vincibilis si deponi potest, invincibilis si deponi non potest.

Conscientia scrupulosa est apprehensio inanis et ex frivolis orta rationibus, ita ut suspicetur aliquod esse aut fuisse peccatum ubi nullum est. Qui hac conscientia laborat potest id cognoscere vel non, in dicendis supponimus scrupulosum cognoscere suum statum.

167. **Dico I.** Qui est invincibiliter perplexus si putat: a) unam electionis partem esse majus alia peccatum, debet eligere minus peccatum; b) si aequale peccatum pro utraque parte, potest eligere quodvis, et non peccat quamvis existimet se peccare.

Prob. 1.^o Pars. Dicimus invincibiliter, nam si perplexitas est vincibilis, evidens est obligatio eam deponendi, quod si deponi non potest, eligere majus peccatum saltem quoad excessum malitiae esset libere eligere malum. Sed libere eligere quod malum apprehenditur est peccatum. Ergo... (2) Qui imprudenter agit peccat. Atqui ex duobus malis necessariis imprudenter eligitur majus. Ergo...

Prob. II.^o Pars. Qui aequale peccatum pro utraque parte apprehendit, si est invincibiliter perplexus, ex una parte non potest vitare malum, cum teneatur hic et nunc unam vel alteram partem eligere; ex altera vero cum utraque pars appareat illi aequale mala, non teneatur unam partem prae altera omittere. Atqui ex hoc ultimo patet, eum posse eligere quodvis, et ex primo, non esse liberum in electione, ac proinde non peccare. Ergo qui perplexus aequali, etc.

168. **Dico II.** Qui cognoscit se esse scrupulosum potest, imo omnino oportet, et agit contra dictamen conscientiae scrupulosae.

Prob. 1.^o Qui in operabilibus sequitur dictamen viri prudentis recte agit et non peccat. Atqui communiter doctores sapientes et prudentes tenent scrupulosum posse agere contra dictamen propriae conscientiae sive ex consilio, sive ex mandato confessarii. Ergo...

2.^o Qui noscit se esse scrupulosum, agens contra dictamen suae conscientiae scrupulosae, prudenter agit, despicit enim dictamen levibus et contemnendis motivis fundatum vel vanam peccati apparentiam.

Quod vero oporteat contra conscientiam scrupulosam agere, facile ostenditur: nam scrupuli, animi tranquillitatem turbant, illumque disponunt ad desperationem vel fatuitatem.

Reliqua ad praxim spectantia lege in auctoribus Theologiae Moralis.

CAPUT III.

De peccatis.

ARTICULUS I.

De peccato actuali.

THESIS XXII.

Actus humanus, cum est factum, dictum aut concupitum contra legem aeternam, constituit peccatum.

169. **Nota.** I. Varia est peccati acceptio in sacris Litteris. 1.^o pro poena peccati: «Portabat ambo peccatum suum, sine liberis morientibus» (1) 2.^o pro effectu peccati et causa novi peccati: ut Paulus (2) de concupiscentia: «Jam non ego operor illud, sed quod habet in me peccatum»; quia, sicut Tridentinum (3): «sex peccata est, sed ad peccatum inclinat.» 3.^o pro materia peccati, ita Moyses (4):

(1) Lev. XX, 20.—(2) Rom. VII, 17.—(3) Sess. 5, decret. de pecc. origin.—(4) Deuter. XI, 21.

multate probabilitatis formalis. Volunt habere duo iudicia contradictoria probabilia eum, qui iudicat duas opiniones esse probabiles.

4.^o Probabilitatem cum laxitate. Volunt licitas esse laxas opiniones, si liceant probabiles. At inventores laxarum opinionum habebant eas ut probabiliores.

5.^o Probabilitatem speculativam cum practica. At speculative probabile saepe non est practice probabile, quin opponitur speciali virtuti, cui non opponitur speculative. Imo saepe quod est probabilius speculative non est practice probabile.

6.^o Probabilitatem practicam directam cum probabilitate practica reflexa. At potest aliquid esse directe probabile, et non reflexe, puta si votum emisisset sequendi tutiorem, non posset probabilem, probabiliorem vel probabilissimam practice ac directe sequi, quia reflexe esset improbabilis.

7.^o Minus probabilem cum improbabili contra universam antiquitatem.

8.^o Supponunt necessum esse assentiri directe opinioni ut illam sequamur, quod supra rejectum est.

9.^o Confundunt denique aliqui eorum probabilitatem academicorum, quae excluderet inquisitionem veritatis, et erat merum libitum, cum probabilitate vera, cui nihil certum opponitur.

SCHOLIUM III.

De conscientia perplexa et scrupulosa.

166. **Nota.** Conscientia perplexa est illa, qua aliquis hic et nunc existimat utramque electionis partem esse peccatum, sive ponat sive omitat aliquam actionem, v. g. assistens die dominica infirmo de vita periclitanti existimat peccare tam si relinquit infirmum quam si sacrum non audit. Est vincibilis si deponi potest, invincibilis si deponi non potest.

Conscientia scrupulosa est apprehensio inanis et ex frivolis orta rationibus, ita ut suspicetur aliquid esse aut fuisse peccatum ubi nullum est. Qui hac conscientia laborat potest id cognoscere vel non, in dicendis supponimus scrupulosum cognoscere suum statum.

167. **Dico I.** Qui est invincibiliter perplexus si putat: a) unam electionis partem esse majus alia peccatum, debet eligere minus peccatum; b) si aequale peccatum pro utraque parte, potest eligere quodvis, et non peccat quamvis existimet se peccare.

Prob. 1.^o Pars. Dicimus invincibiliter, nam si perplexitas est vincibilis, evidens est obligatio eam deponendi, quod si deponi non potest, eligere majus peccatum saltem quoad excessum malitiae esset libere eligere malum. Sed libere eligere quod malum apprehenditur est peccatum. Ergo... (2) Qui imprudenter agit peccat. Atqui ex duobus malis necessariis imprudenter eligitur majus. Ergo...

Prob. II.^o Pars. Qui aequale peccatum pro utraque parte apprehendit, si est invincibiliter perplexus, ex una parte non potest vitare malum, cum teneatur hic et nunc unam vel alteram partem eligere; ex altera vero cum utraque pars appareat illi aequae mala, non teneatur unam partem prae altera omittere. Atqui ex hoc ultimo patet, eum posse eligere quodvis, et ex primo, non esse liberum in electione, ac proinde non peccare. Ergo qui perplexus aequalis, etc.

168. **Dico II.** Qui cognoscit se esse scrupulosum potest, imo omnino oportet, ut agat contra dictamen conscientiae scrupulosae.

Prob. 1.^o Qui in operabilibus sequitur dictamen viri prudentis recte agit et non peccat. Atqui communiter doctores sapientes et prudentes tenent scrupulosum posse agere contra dictamen propriae conscientiae sive ex consilio, sive ex mandato confessarii. Ergo...

2.^o Qui noscit se esse scrupulosum, agens contra dictamen suae conscientiae scrupulosae, prudenter agit, despicit enim dictamen levibus et contemnendis motivis fundatum vel vanam peccati apparentiam.

Quod vero oporteat contra conscientiam scrupulosam agere, facile ostenditur: nam scrupuli, animi tranquillitatem turbant, illumque disponunt ad desperationem vel fatuitatem.

Reliqua ad praxim spectantia lege in auctoribus Theologiae Moralis.

CAPUT III.

De peccatis.

ARTICULUS I.

De peccato actuali.

THESIS XXII.

Actus humanus, cum est factum, dictum aut concupitum contra legem aeternam, constituit peccatum.

169. **Nota.** I. Varia est peccati acceptio in sacris Litteris. 1.^o pro poena peccati: «Portabat ambo peccatum suum, sine liberis morientibus» (1) 2.^o pro effectu peccati et causa novi peccati; ut Paulus (2) de concupiscentia: «Jam non ego operor illud, sed quod habet in me peccatum»; quia, sicut Tridentinum (3); «sex peccata est, sed ad peccatum inclinat.» 3.^o pro materia peccati, ita Moyses (4):

(1) Lev. XX, 20.—(2) Rom. VII, 17.—(3) Sess. 5, decret. de pecc. origin.
—(4) Deuter. XI, 21.

«*Peccatum autem vestrum quod feceratis; id est, vitulum, arripientis, sive combussis.*» 4.^o pro hostia et sacrificio pro peccato oblati; sic Paulus de Christo (1): «*Item qui non noceret peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos affereremus iustitia Dei in ipso.*» 5.^o et proprie, nam quae praecedunt sunt tropicae acceptiones, pro actu humano regulae morum difformi. In hoc sensu definitur ut in thesi ex S. Augustino (2) cum D. Thoma (3). Per dictum intelliguntur peccata oris, per concupitum intelligitur concupiscentia, seu affectus inordinatus, qui etiamsi opere non consummetur, est peccatum; per factum intelliguntur tam peccata commissionis quam omissionis; quia omissio est, etsi negative, exercitium liberum, transgressio legis et inobedientia legis. Haec definitio quamvis exacta est simul descriptiva. Brevior et compendium hujus est definitio Suarezii (4): «*Peccatum est transgressio libera divinae legis.*»

II. Peccatum est: 1.^o commissionis, si fiat positive quod prohibetur; omissionis, si non fiat quod jubetur. 2.^o Actuale, quod actu exercetur; habituale, est praeteritum non remissum, moraliter aestimative perseverans. 3.^o Personale, quod propria cuiusque voluntate committitur; originale, quod in aliena Adami voluntate quotquot ex eo nascimur contrahimus. 4.^o Mortale, quod animae mortem seu damnationem aeternam affert; veniale, quod displicet Deo, sed non solvit ejus amicitiam, nec poenam aeternam meretur.

170. Thesis est communis et prob. 1.^o Ex sacra Scriptura: «*Prævaricantes reputast; agebat David (5), omnes peccatores terrae; ergo omne peccatum est prævaricatio; sed juxta Apostolum (6): «ubi enim non est lex, nec prævaricatio.» Ergo omne peccatum est transgressio legis divinae, de qua agebat Apostolus, et in quam omnes etiam humanae leges reducuntur. Confirm. ex verbis sequentibus: «ideo, prosequitur David, dilexi testimonia tua.» i. e. legem tuam, ut longius essem ab ejus transgressione.*

2.^o Ex Patribus. S. Augustinus (l. c.); peccatum est factum vel dictum, vel concupitum aliquid contra aeternam legem. S. Ambrosius (7): «*Quid est peccatum nisi prævaricatio legis divinae et caelestium inobedientia praeceptorum?*»

3.^o Cum D. Thoma (l. c.): actus humanus est malus seu peccatum eo quod careat commensuratione cum prima regula in ordine ad finem. Sed prima regula dirigens (8) actus nostros ad debitam commensurationem cum fine est lex aeterna (9). Ergo est peccatum, eo quod careat commensuratione cum lege Dei aeterna. Subsumo: sed eatenus caret commensuratione cum lege Dei aeterna, quatenus hanc homo facto vel dicto vel concupito libere transgreditur; si enim non libere, non esset actus humanus. Ergo. Confer. Suarez. D. 1. sect. 1. n. 5 de pecc.

(1) 2. Corinth. V, 25.—(2) Contra Faust. L. 22, c. 27.—(3) 1, 2.^{ae} Q. 71, a. 6.—(4) De pecc. D. 1, sect. 1.—(5) Ps. CXVIII, 119.—(6) Rom. IV, 15.—(7) De Paradis. c. 8, n. 39.—(8) Vid. sup. Thea. VI, n. 38.—(9) Sup. Thea. XII, a. n. 96.

catum, eo quod careat commensuratione cum lege Dei aeterna. Subsumo: sed eatenus caret commensuratione cum lege Dei aeterna, quatenus hanc homo facto vel dicto vel concupito libere transgreditur; si enim non libere, non esset actus humanus. Ergo. Confer. Suarez. D. 1. sect. 1. n. 5 de pecc.

171. Obj. 1.^o Multa sunt prohibita, quia sunt mala; sed si peccatum esset transgressio legis divinae, tunc omnia essent mala quia sunt prohibita. Ergo...

Resp. Dist. *mia*. Omnia essent mala, quia prohibita, tribuente malitiam sola prohibitione; neg. Ipsa aliquarum rerum necessaria difformitate cum regula morum, quam necessario consequitur Dei prohibitio; conc.

Obj. 2.^o Dantur peccata contra leges humanas; sed peccatum contra legem humanam non est transgressio legis divinae. Ergo...

Resp. Dist. *mia*. Non est directe et immediate transgressio legis divinae; conc. Indirecte et mediate; neg. (1).

THESIS XXIII.

Omne peccatum grave est formalis Dei offensae, ac proinde, theologicum; hoc dari sine aliqua Dei cognitione repugnat.

172. Nota. I. Ex dictis de legibus 2 duplex est regula dirigens humanam voluntatem; una, ait Angelicus (3), propinqua et homogena, scilicet ipsa ratio humana; alia prima, scilicet lex aeterna quae est quasi ratio Dei. A theologis, addit (4), consideratur peccatum praecipue secundum quod est offensa contra Deum; a philosopho morali, secundum quod contrariatur rationi. Ratione primae considerationis peccatum est theologicum, ratione secundae, si peccatum consideratur sine respectu ad Deum, est philosophicum. Aliquid rationi contrarium potest inducere levem vel magnam ordinis perturbationem: si primum, materia peccati erit levis; si secundum, gravis; v. gr. adulterium, coelesis innocentes. Thesis procedit de peccato in materia gravi.

II. Convenit inter theologos, omnes homines rationis suae capaces, si aliquid grave contra rationis dictamen admittant, non tantum materialiter et philosophice graviter peccare, sed etiam formaliter et theologicè, i. e. summe Deo displicere fierique dignos poena aeterna. An vero ut haec tanta malitia contrahatur requiratur confusa aliqua saltem Dei notitia, vel sufficiat, etiam in eo qui inculpabiliter et invincibiliter Deum ignorat, solum rationis dicta-

(1) Vid. Suarez. D. 2, sect. 2, n. 2, de pecc.—(2) Theo. XII, et XIII.—(3) 1, 2.^{ae} Q. 71, a. 6.—(4) Ibid. ad 5.

men, disputatur. Aliqui negant, sed affirmant inter alios S. Thomas (1), Suarez (2), Lugo (3), Arriaga (4), qui nostram sententiam dicunt communem.

173. 1.^a Pars, Prob. 1.^a Ex thesi superiori constat, de facto omnia peccata esse contra legem Dei aeternam. Atqui continentur graviter legem est offendere legislatorem juxta illud: qui offendit legem, offendit regem. Ergo.

2.^a Passim in Sacra Scriptura, graviter peccantes tamquam in Deum insurgentes describuntur. Sic Moyses israelitis de ipso murmurantibus ait (5): «*nos enim quid sumus? nec contra nos est murmuratum, sed contra Dominum.*» De babiloniis sit Dominus per Jeremiam (6): «*cor suum levaverunt contra me.*»

3.^a Denique, qui peccat legem Dei transgreditur in oculis ejus. Atqui etiam inter homines transgredi eorum praecepta ipsis videntibus et praesentibus involvit speciem injuriam et offensam. Ergo multo magis peccata prout sunt legis divinae transgressiones. Hinc David ad sui criminis plenam confessionem postquam dixit: «*Tibi soli peccavi,*» addidit: «*et malum coram te feci;*» quia haec circumstantia divinam offensionem quodammodo complet (7).

174. II.^a Pars, Prob. 1.^a Auctoritate D. Thomae (8) perspicue: «*In quolibet autem peccato mortali principalis ratio mali et agravitas est ex hoc quod avertit se a Deo; si enim posset esse conversio ad bonum commutabile sine aversione a Deo, quamvis esset inordinata, non esset peccatum mortale.*» Ergo casu quo ignoretur invincibiliter Deus, non erit peccatum mortale, cum sit in ea hypothese impossibilis aversio a Deo. Nec resumant adversarii S. Thomam nomina aversionis a Deo, intelligere aversionem formalem vel virtuales, qualem haberet etiam furtum factum cum ignorantia invincibili offensae Dei; quia eo ipso quo aliquis vult violare legem naturae, vult virtualiter violare legem Dei, cujus vicaria est lex naturae; nam convincuntur falsae interpretationis ex ipsis verbis S. Thomae, quibus dicit furtum vel homicidium sine aversione a Deo adhuc fore malum, non tamen peccatum mortale, ut contendunt adversarii.

2.^a Non potest dari peccatum grave, saltem communiter, quod non sit peccatum grave theologicum. Sed non potest esse peccatum grave theologicum sine notitia Dei. Ergo... Maj. patet ex propositione damnata ab Alexandro VIII (9): «*Peccatum philosophicum quantumvis grave, in illo qui Deum vel ignorat, vel de Deo facta non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensae Dei, ne-*

(1) 2, 2, Q. 20, a. 3.—(2) De pecc. D. 2, sect. 2, nn. 5, 7.—(3) De Incarn. D. V, sect. V, VI.—(4) De actib. D. 19, sect. 10.—(5) Ezod. XVI, 8.—(6) II, 1.—(7) Ps. L.—(8) 2, 2, Q. 20, art. 1.—(9) 24, Aug. 1690.

aque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque poena aeterna dignum.» Haec propositio praecisive vel potius exclusive se habet ad casum sive metaphysice sive moraliter possibilem ignorantiae Dei. Alias contradiceret alteri ab eodem Pontifice damnatae (1): «*Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturae, haec in statu naturae lapsae operantem ex ipsa non excusat a peccato formali.*» Supponit ergo illa propositio, communiter et ordinarie peccatum contra rationem esse etiam peccatum contra Deum. *Min.* prob. Peccatum grave theologicum consistit in aversione a Deo sive in offensa Dei imputabili. Sed nequit dari offensa Dei imputabilis sine notitia Dei. Ergo... Prob. *min.* Qui ignoraret Petrum esse sacerdotem, non offenderet dignitatem offendendo Petrum; qui ignoraret hanc esse regis imaginem, non offenderet regem contemnendo imaginem; qui putaret mendacium non opponi naturae rationali, non offenderet naturam mentiendo, ut fatetur Orvidus in praesenti quaestione adversarius. Ergo a pari etc.

3.^a Malum morale est omnino ineligibile etiam ad vitandam destructionem universi. Sed non potest proponi sic ineligibile, quia proponatur ut oppositum Deo, ut diximus supra n. 59. 4.^a sentent.

4.^a Cum Arriaga et Lugo etc. Admissa in peccato ratione offensae divinae vix potest solida ratione explicari cur furtum unius aurei v. gr. quod est peccatum mortale, non puniatur sufficienter horribili inferni poena, durante per decem aut centum aut bis mille annos, sed necessaria sit ejusdem poenae aeternitas. Quomodo ergo ignorato invincibiliter Deo sublatoque fundamento offensae divinae dicere poterimus tam gravem poenam aeternam furto eo casu respondere? Idem evincitur ex capite satisfactionis, quia etiam ex infirmitate personae oritur repugnantia condignae satisfactionis a puro homine pro peccato mortali; ergo ubi supponitur non offendi Deum, non potest esse necessitas satisfactionis tam alti ordinis.

175. Contra 2.^{am} part. obj. 1.^o Paulus ad Corinthios (2) scribit: «*Nolite errare; neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri... regnum Dei possidebitis.*» Sed hic Apostolus sola ratione fornicationis, idololatriae, adulterii etc. excludit homines a regno Dei. Ergo non opus est habere notitiam Dei, ut quis peccet graviter. Confir. S. Augustinus (3) et S. Joannes Chrysost. (4) docent omnes homines esse excusabiles, eo quod saltem habeant in cordibus scriptam legem naturalem dictantem quid bonum malumve sit. Ergo.

(1) 7 Dec. 1690.—(2) 1.^a VI, q. 10.—(3) Epist. 89 ad Hieronymum; conc. 25.—(4) In c. 2 ep. ad Rom.

Resp. Dist. *ma*. Sola ratione fornicationis praesupposita advertentia Dei prohibentis et offensus; conc. Non praesupposita; neg. Eodem modo distingue Patrum confirmationem. Paulus, ad Romanos (1), radicem peccatorum gentilium ex contempta Dei notitia derivat: *vila et sint inexcusabiles, quia cum cognovissent Deum non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed contraverunt in cogitationibus suis et observatum est insipientes cor eorum.* Deum ignorari non posse etiam Patres tenent; sic Augustinus (2): *Haec est vis divinitatis ut creatorae rationali jam ratione utenti non somnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis, in quibus natura nimiam depravata est, universum genus humanum Deum mundi hujus fatetur auctorem.* Caeterum, ut bene advertit Lugo, simili argumento probari posset, quod sine advertentia ad malitiam peccaretur; non enim addit Apostolus, cum advertentia.

Obj. 2.^o Argumentum, quod multum urget P. Uho a (3), si notitia Dei est necessaria ad peccandum mortaliter, sequeretur multa gravissima scelera, non esse peccata mortalia propter inadvertentiam ad Dei offensam, maxime inter barbaros, quorum multi Deum penitus ignorant.

Resp. Neg. primam *conseq.*; nam omnes, qui Deum agnoscunt, eo ipso sciunt peccatum grave summe ei displicere ab eoque consequenter prohiberi et puniri; Suppositum secundae *conseq.* neg. cum S. Augustino supra, et auctore Sapientiae (4): *Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei; et de his, qui videntur boni, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnoscerant quis esset artifex.* Confirmant impossibilitatem ignorantiae Dei moderni Africæ exploratores qui nullam adhuc tam barbaram abjectamque invenerunt gentem, quae confuso saltem modo Deum malorum vindicem non agnoscat. Sedulo tamen haec in re discernenda ignorantia vincibilis ab invincibili, nam si haec de facto jugiter daretur, a peccato theologico et gravi omnino excusaretur.

Obj. 3.^o Ante Dei prohibitionem homicidium est grave malum et Deo graviter displicens; ergo et offensiva gravis Dei.

Resp. Dist. *ante*. Est grave malum propter oppositionem summe Dei bonitati quam necessario consequitur Dei prohibitio; conc. Propter solam oppositionem naturae rationali; neg. Recole dicti de bonitate et malitia supra Thes. VI.

Obj. 4.^o Si sola ratione offensae divinae peccata sunt mortalia, omnia peccata mortalia erunt aequalia, cum in ratione offensae non differant.

(1) I, 20, 21.—(2) Trac. 106 in Joann.—(3) De actib. D. 2.—(4) XIII, 1.

Resp. Neg. illatum; rationem dist. In ratione offensae non differunt secundum quamdam rationem genericam; conc. Quantitativam, prout Deus in hac vel illa materia plus minusve ei displicent, intensiore vel remissiore voluntate offenditur; neg.

Obj. 5.^o Si quis se projiciat voluntarie in profundam aliquam foveam, eo ipso se exponit omni eventui et implicite vult quoddamque malum inde sequatur; ergo similiter qui noscit peccatum esse quoddam grave rationis malum et illud admittit, implicite vult Dei offensam.

Resp. 1.^o Neg. proficentem se in foveam velle implicite omnino malum inde sequutum, si istud non praevidebatur aut non erat necessario cum projectione conjunctum, v. gr. si putabat foveam esse siccam et invenit plenam aquae. Resp. 2.^o Nego paritatem, nam mala quae sequuntur ex projectione in foveam sunt mala physica necessario obventientia, sed offensae Dei est malum morale quod debet respondere morali malitiae offensae divinae quae incognita Deo nequit haberi, cum nihil volitum sit, nisi praecognitum fuerit.

SCHOLION I.

De peccato philosophico.

176. Dico: Peccatum pure philosophicum in materia gravi est saltem moraliter impossibile.

Prob. 1.^o Propositione 2.^a damnata ab Alexandro VIII (1): *Peccatum philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniens naturae rationali, et rectae rationi; Theologicum vero, et mortale est transgressio libera divinae legis. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensiva Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque poena aeterna dignum.* Hujus propositionis ultimae partis veritas exigit communiter et ordinarie peccatum grave philosophicum esse etiam offensam Dei. Sed non evenire ea quae communiter et ordinarie accidunt est moraliter impossibile. Ergo...

2.^o Cum Viva (2) in praesenti providentia non datur ignorantia Dei invincibilis in hominibus ratione utentibus ut patet ex responsis ad 1.^{am} obj. n.^o 175. Ergo impossibile est in praesenti providentia, advertentem ad dissonantiam operationis cum natura rationali, non habere simul virtualiter, saltem et exercite aliquam cogitationem de Deo illam prohibente. Unde sicut religiosus ex. gr. dum peccat contra castitatem, quamvis explicite ad votum castitatis non advertat; quia tamen ad illud implicite et exercite advertit, contrahit malitiam sacrilegii; ita non ignorans Deum, dum peccat contra naturam rationalem, peccat etiam contra Deum, cujus pro-

(1) 24 August. 1690.—(2) Thes. damnat.

hibitionis implicite saltem et exercite non obliviscitur. Praeterea transmittendo aliquos ad depravatos mores de Deo non cogitare dum peccant, adhuc cum eorum ignorantia sit vincibilis, eos non excusat a peccato et offensa Dei, quare omni ex parte in praesenti providentia peccatum pure philosophicum apparet impossibile saltem moraliter.

3.^o Cum eodem (l. c.), quis non tantum moraliter, sed etiam metaphysice (1) videtur repugnare peccatum pure philosophicum; nam praecise per hoc quod peccatum attingatur explicite ut disconveniens naturae rationali et rectae rationi, attingitur implicite ut illicitum, atque adeo ut prohibitum et nullatenus patrandum; ergo etiam attingitur implicite ut oppositum divinae voluntati illud prohibenti, atque adeo ut contemptivum divinae prohibitionis et ut Dei offensa. Prob. *conseq.* quia quoties peccatum apparet ut prohibitum ita ut nullatenus liceat, apparet ut prohibitum ab ea voluntate quae unice potest illud prohibere; atqui sola Dei lex et voluntas potest peccatum prohibere, ita ut nullatenus liceat, quibuscumque creaturis illud sudentibus, aut praecipientibus; ergo quoties peccatum apparet ut omnino prohibitum, apparet etiam oppositum divinae voluntati illud prohibenti, atque adeo ut contemptivum divinae legis.

177. *Nota.* Alexandrum VIII. nec implicite quidem damnassee auctores aliquos scholasticos, qui speculative et per accidens in casu invincibilis ignorantiae Dei possibilitatem peccati pure philosophici admittunt.

Ratio est, ait Viva, tum quia Alexander VIII. thesim proscribit tanquam de novo ex greco-emersam, unde non proscribit in ea doctrinam olim a doctoribus laudatis primae notae traditam: tum etiam quia thesis eonfixa intelligi debet de ignorantia Dei vincibili, ita ut sensus sit, peccatum grave philosophicum non esse offensam Dei in illo qui Deum ignorat, vel de Deo actu non cogitat vincibiliter; non vero si per possibile aut impossibile Deum ignoraret invincibiliter; cum certissimum sit ex propositione secunda inter triginta et unam ab eodem Alexandro VIII. proscripta, ignorantiam invincibilem juris naturae, atque adeo Dei, excusare a peccato formali.

SCHOLION II.

De inaequalitate peccatorum.

178. Dico: Non omnia peccata sunt aequalis gravitatis.

Est contra haereticum Jovinianum, qui teste Augustino (2): «omnia peccata, sicut stoici philosophi, paria esse dicebat.»

Prob. 1.^o Christus D. (3) Pilato respondebat. «*Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.*» Idem docebat (4): «*Qui irascitur fra-*

(1) Aliqui insignes auctores negant: Herinx, Pontius, Lugo, etc. Vide Vivam (l. c.)—(2) Advers. haeres. c. 82.—(3) Joann. X (X, 11.—(4) Matth. V, 22.

tri suo, reus est iudicio: qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio: qui autem dixerit, satve, reus erit gehennae ignis.» «*Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro* (1).»

2.^o Ratione. a) Quia, ut infra probandum est, peccatorum alia sunt venialia, alia mortalia. b) Inter mortalia odium Dei, blasphemia et haeresis majora sunt in ratione malitiae, quam furtum, quia magis dissonant rationi et regulae morum. c) Alia peccata non uni tantum, sed multiplex honestati adversantur, v. gr. adulterium justitiae et castitati, furtum in religioso justitiae et paupertati, etc.

THESIS XXIV.

In gravi peccato formalis offensa Dei non est simpliciter infinita; sed tantum secundum quid.

179. *Nota.* I. In peccato theologico datur ratio malitiae, offensae et demeriti. Malitiae, quatenus deviat a regula morum; offensae, quatenus respicit Deum eum contemnendo et postponendo creaturae; demeriti, quatenus respicit poenam qua dignum est peccatum. Malitiam pure philosophicam peccati, i. e. quae posset reperiri in furto etiamsi Deus per impossibile non existeret aut ignoraretur invincibiliter a peccante, esse finitam, ambigendum non est. Malitiam vero theologiam, quam habet peccatum ex oppositione ad divinam legem, realiter convenire cum offensa, videtur clarum; nam injuria seu offensa Dei nihil est aliud quam oppositio voluntaria cum ejus praecipis, vi cuius Deus contemnitur et creaturae postponitur; ergo sub hoc respectu, malitia theologica idem est cum offensa Dei tantumque haec erit finita vel infinita quantum fuerit finita vel infinita malitia theologica.

II. Infinitum aliud est simpliciter tale, aliud secundum quid, aut respective tale. Simpliciter tale est quod formaliter vel eminenter continet totam rationem perfectionis, aut imperfectionis, generis aut speciei in qua est infinitum; sic infinitum in ratione entitatis seu per essentiam, qualis est Deus, est quod formaliter vel eminenter continet omnem perfectionem et valet se solo tantum quantum conjunctum ex omni bonitate et perfectione. Infinitum secundum quid, seu respective, est illud quod licet non contineat formaliter quicquid pertinet ad illam lineam, non potest adaequari per plures et plures additiones illorum, relate ad quae dicitur infinitum. Sic homo dicitur respective et secundum quid infinitum relate ad formicas; quia etsi non valet se solo quantum conjunctum ex ipso et formicis, non potest adaequari per plures et plures additiones for-

(1) Matth. XII, 32.

micarum. Hoc modo peccatum lethale est infinitum respectively ad peccata venialia in infinitum multiplicabilia; et juxta communem sententiam infinitum etiam respectively ad satisfactiones purae creaturae.

III. Cum certum sit puram creaturam non posse condigne pro peccato mortali satisfacere (1), omneque peccatum mortale etiam in suo genere minimum, v. g. consensum instantaneum in pravam cogitationem juste mereri poenam aeternam; aliqui auctores inductive, alii a priori, ut melius illas veritates defenderent, conati sunt demonstrare offensam in peccato gravi Deo illatam, esse simpliciter infinitam. Ita communiter sentiunt thomistae et aliqui ex nostra Societate, contradicentibus communiter scotistis et nostris, qui oppositum tuentur.

180. Prob. I.^a Pars. I.^a Auctoritate D. Thomae categorice asserentis (2): «Dicens quod a bono infinito avertitur actu finito, et ideo peccatum essentialiter finitum est, licet habeat aliquam habitudinem ad bonum infinitum.» Confirm. Si peccatum esset infinitum in ratione offensae, omnia peccata essent aequalia formaliter, seu ex Deo contempto. Sed aliqua peccata sunt majora aliis formaliter, et ex Deo contempto, et in ratione contemptus. Ergo. *Mis.* est D. Thomae (3): «Contemptus ex duplici parte commensurari potest: uno modo ex parte contemptentis, et sic non potest fieri comparatio unius generis peccati ad aliud: alio modo ex parte reus, qui contemnitur: et sic est talis ordo peccatorum, quod illud, in quo Deus in se ipso contemnitur, est peccatum gravissimum.»

2.^a Omnia quae concurrunt tum ex parte intellectus, tum ex parte voluntatis ad constituendum peccatum sunt finita: ergo peccatum est finitum in ratione quacunque, ac proinde offensae. Prob. *antec.* Quia ex parte intellectus concurrunt cognitio et advertentia; ex parte voluntatis, affectus et conatus seu intentio, quae sunt finita. Ergo... Confirm. Eatenus peccatum esset infinitum in ratione offensae, vel a) quatenus Deus esset subjectum morale et forma gravificans offensam activam seu actum finitum peccantis; vel b) quatenus esset subjectum offensae passivae, seu privaret Deum ratione ultimi finis; vel c) quatenus esset postpositio Dei ad creaturam. Sed ex nullo ex his capitibus est simpliciter infinitum. Ergo non est simpliciter infinitum in ratione offensae. *Mis.* ult. prob. Non a) quia, quod solum gravificat et dignificat ut cognitum, solum gravificat et dignificat ut objectum. Sed Deus solum gravificat offensam ut cognitum: Ergo... *Mis.* prob. Id quo praecise deficiente, Deus non gravificaret offensam, est constitutivum gravita-

(1) Vol. II, Disq. VII, Thes. LXXIX.—(2) De mal. Q. 2, art. 9, ad 5.—(3) in 4. D. 9, q. 8, art. 3.

tis, quam Deus tribuit offensae. Sed praecise deficiente cognitione Dei, Deus non gravificaret offensam, et si cognitio proponeret offensam esse levem, Deus non gravificaret: et si exigua cognitione et semiplena advertentia cognosceret gravitatem, leviter gravificaret. Ergo Deus solum ut cognitum gravificat offensam, nullo modo ut subjectum et forma praecise a cognitione. Non b), quatenus apprehenditur ut subjectum offensae passivae; nam si offensae activa esset finita et offensae passiva infinita, Deus offenderetur plusquam homines eum offenderent, quod est inconveniens. Deinde a parte rei idem est offendere aliquem ac aliquem offendi. Sed homines active offendere Deum est quid finitum, ut concedunt auctores hac ratione utentes. Ergo Deum offendi est quid finitum. Non c), postposito Dei ad creaturas; quia quantitas contemptus non est aequalis in omnibus peccatis quantitate desumpta ex objecto, ut vidimus ex D. Thomae prob. 1.^a Ergo non omnia peccata sunt aequalia in ratione formali contemptus et postpositionis Dei ad creaturam.

3.^a Si peccatum est simpliciter infinitum in ratione offensae, satisfactio Christi non fuit superabundans. Sed hoc est contra fidem. Ergo... *Maj.* prob. Unam peccatum simpliciter infinitum in ratione offensae, jam meretur omnem poenam possibilem i. e. intensive et extensive infinitam, unde ad condignum satisfactionem postularet meritum simpliciter infinitum seu exhaustiret totum meritum unius operis Christi. Ergo cum peccata sint innumerabilia, et ut videtur certo plura operibus satisfactoris Christi, hujus satisfactio non fuisset superabundans, imo nec aequivalens.

181. II.^a Pars. Prob. breviter eum Suario (1): malitia contra Deum ac proinde ejus offensae ex specie sua est summe prava et turpis inter omnes malitias quae esse possunt, etiamsi illae in infinitum multiplicentur. Ergo offensae Dei in peccato est secundum quid infinita. *Antec.* prob. Inter mala majus est malum culpae quam poenae, et inter mala culpae maxime in essentiali gravitate est odium Dei, cuius gravitatem peccatum mortale participat. Ergo inter omnia mala finita, peccatum mortale est primum et omnia alia superat.

182. Obj. I.^a Quot gradibus crescit dignitas personae offensae, tot gradibus crescit offensae. Sed dignitas Dei crescit supra omnes dignitates creatas regum, imperatorum, sanctorum, ipsius Bae. Mariae Virginis simpliciter infinite. Ergo offensae, quae committitur in Deum est simpliciter infinita.

Resp. Dist. *maj.* Tot gradibus crescit offensae in ordine propor-

(1) De pecc. D. 2, sect. 3, n. 2.

tionis; conc. In ordine aequalitatis; subdist. Offensa inter personas finitas; conc. Offensa personae infinitae; neg. vel iterum subdist. Crescit simpliciter infinite; neg. Secundum quid; conc. Peccatum eo ipso, quod sit offensa divina transcendit omnem ordinem creatum et fit ordinis divini eique ita proportionatur, ut nullo obsequio inferioris ordinis aequalitate justitiae compensari possit. Inde tamen non sequitur, offensam esse simpliciter infinitam, sed solum secundum quid propter rationes in probationibus datas, hic non repetendas.

Obj. 2.^a Sicut infinita dignitas obsequentis dignificat infinite obsequia; ita infinita vilitas offendentis gravificat infinite offensam. Sed homo offendens est infinite vilis. Ergo... Prob. *min.* Quod infinite distat ab infinite perfecto, est infinite vile. Sed homo distat infinite a Deo infinite perfecto. Ergo...

Resp. Trans. *maj.* Neg. *min.* Hujus probationis dist. *maj.* Quod infinite distat per recessum sui ab infinite perfecto est infinite vile; conc. Per excessum infiniti perfecti; neg. *Min.* etiam dist. Homo distat infinite a Deo per excessum Dei; conc. Per recessum sui; neg. Ratio primi membri est, quia Deus valet tantum quantum ipse Deus et creaturae intermediae usque ad hominem, et consequenter entitativae et per excessum Dei tantum distat ab Angelo quantum ab homine; ratio secundi est, quia possibiles sunt creaturae infinite magis et magis recedentes et magis viles; ideoque homo non est infinite vilis, cum non contineat vilitatem omnium creaturarum; siquidem possibilis est alia vilior.

Obj. 3.^a Punictio respondet gravitati offensae. Atqui ex aeternitate poenarum constat non esse possibilem punitionem finitam nec passionem pure creaturam adaequantem meritum peccati mortalis. Ergo poena ei respondens est simpliciter infinita ac proinde etiam offensa. Confirm. Merita Christi ideo sunt infinita, quia sunt ultra omne praemium; et quia non est timendum quod ullo praemio exhaerantur. Ergo a pari meritum peccati mortalis, etc.

Resp. *Maj.* conc. *Min.* dist. Non est possibilis punictio finita categorematice et absolute existens adaequans meritum peccati mortalis; conc. Syncategorematice; neg. Confirmationem dist. Merita Christi sunt infinita; quia sunt supra omne praemium gratiae et gloriae possibile, tum categorematice quam syncategorematice; conc. Praecise syncategorematice possibile; neg. Itaque non est possibilis categorematice punictio et passio existens absolute, adaequans meritum peccati mortalis, quia poena categorematice sumpta, utcumque intensa supponatur, semper est et ab omnibus reputatur ut simpliciter finita et minus gravis poena minus intensa sed aeterna. Merita autem Christi sunt infinita: vel quia merentur praemium infinitum; vel quia sunt ultra omne praemium gratiae

et gloriae possibile etiam syncategorematice, i. e. exigunt majorem et majorem gloriam sine fine in intensione, et sine fine in duratione. Poena tamen major et major sine fine in intensione, et sine fine in duratione adaequaret vel excederet meritum peccati mortalis.

Obj. 4.^a Peccatum mortale est majus malum omni malo possibili: quia ineligibilis est omni malo possibili. Sed quod est majus malum omni malo possibili est infinitum malum. Ergo...

Resp. 1.^a Eodem argumento probaretur veniale peccatum esse malitiae infinitae. Resp. 2.^a Dist. *Maj.* Est majus malum omni malo morali; neg. Malo physico; subdist. Est majus malum qualitative; conc. Quantitative; neg. Ratio est, quia ut aliquid sit infinite malum in linea morali requiritur quod non sit possibile majus in sua linea; jam vero peccata esse posse majora et majora certum est; verum licet quantitative peccatum mortale sit minus malum malo aliquo physico, non tamen qualitative seu ratione offensae Dei, quia talis est conditionis et tam diversum malum, ut sit ineligibilis omni malo physico, quod non est esse majus malum, sed diversum i. e. altioris ordinis, nempe divini; qui nunquam prudenter praetermittitur.

Obj. 5.^a Peccatum mortale: a) privat Deum bono infinito, i. e. impedit ipsum esse finem ultimum creaturae rationalis; b) hominem ipsum privat Deo, qui est bonum infinitum simpliciter. Ergo ejus malitia et offensa est simpliciter infinita.

Resp. ad a) Impedit Deum esse finem ultimum extrinsece; conc. Intrinsece, auferendo ab eo aliquam excellentiam vel bonitatem; neg. «Si peccaveris, quid ei accedebis [1] et si multiplicata fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum?». Ad b) Dist. Privat hominem Deo infinito, infinite simpliciter possidendo; neg. Non infinite simpliciter possidendo, sed tantum secundum quid; conc.

Obj. 6.^a Peccator affective vult destruere Deum. Sed si creatura destrueret Deum, offensa esset infinita. Ergo modo est infinita, cum opus externum per se actui interno malitiam non addat.

Resp. Neg. generatim majorem; nam peccatores ut plurimum non intendunt destruere Deum nisi interpretative. *Min.* dist. Si creatura destrueret Deum offensa passiva esset infinita; conc. quia in re laederet et laesio gravificatur a persona in re. Offensa activa esset infinita; neg. Quia haec limitatur a cognitione, conatu et voluntarietate: cum ergo modo solum defur offensa activa, etiam in Christiciditio, quod personam divinam non laedit in se neque in natura divina; sed solum destruit unionem finitam, licet impediatur sic

(1) Job, XXV, 6.

merita: hinc est, quod nec Christicidium, nec intentio destruendi Deum esset infinita, nec actus, quo quis peccaret iudicans esse infinite malum, quia etiam limitatur; ut patet si iudicaret actum esse infinite bonum.

Nota. De peccato purae omissionis vide supr., n. 5. De constitutivo malitiae peccati vide. Thes. VII, a n. 62.

ARTICULUS II.

De distinctione peccatorum.

THESIS XXV.

Quaedam peccata sunt mortalia, quaedam levia natura sua.

183. **Nota. I.** Peccatum ex eo dicitur mortale (supr. n. 169, II) quod mortem animae cum damnatione aeterna afferat. Veniale ita appellatur a venia, quia veniam facile meretur. Varie tamen a Patribus usurpatur, aliquando enim vocant veniale *ex effectu*, illud cuius veniam consequimur: aliquando vero *ex causa*, quod aliquo modo venia dignum est, quia ex passione vel ignorantia commissum (1): proprie, ut hic sumimus, illud est quod neque spiritualem mortem affert animae, neque aeterna poena per se punitur.

II. Praeter Jovinianum (n. 178) et Pelagium, quibus omnia peccata erant mortalia, thesim negarunt alii haeretici, qui discrimen mortalis a veniali a diversitate subjecti petierunt, scilicet quatenus Deus ratione habitae personae, peccata ex se gravia ad mortem non imputabat, Ita Wicel, qui voluit omnia peccata reproborum esse mortalia, praedestinatorum vero omnia venialia. Lutherus dicit omnia peccata infidelium esse mortalia, reatorum vero omnia esse venialia praeter infidelitatem. Utriusque errorem miscuit Calvinus cum dixit peccata fidelium esse venialia ex Dei misericordia et fideles esse certo praedestinos eo quod donum fidei inamissibile sit. Ab hac haeticorum sententia, non multum quoad substantiam distat alia antiquorum et paucorum catholicorum (2) doctum, peccata omnia de se esse mortalia et solum Dei benignitati tribuendum, si aliqua de facto sunt et reputantur venialia. Thesis ut contraria haeticis est de fide, ut contraria catholicis omnino certo.

184. I Pars. Prob. 1.^a Tridentinum ses. 6, can. 23, definit:

(1) S. Ambros. De Paradis. c. 1; S. Augustin. De civit. l. 21, cap. ult.—(2) Gerson Vit. spir. sect. 1; Almainus, Moral. tract. 2, cap. 32.

«Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere; atque ideo cum, qui labitur et peccat numquam vere fuisse justificatum: aut contra posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare... anathema sit.» Ubi clarissime peccata mortalia a venialibus distinguit.

2.^o Ex sacra Scriptura. a) Quaedam peccata in ea dicuntur mors animae, excludere a regno caelesti. Sic Christus D. apud Matthaeum (1) praecipit peccati occasiones reseccare, quia «*bonum tibi est ad vitam ingredi debitem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem aeternum.*» Item (2) adolescenti respondit: «*Si vis ad vitam ingredi serva mandata.... Non homicidium facies; non adulterabis, etc.*» Ergo haec praeepta non servare, vita privat seu generat mortem aeternam. Brevius S. Jacobus (3): «*Peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem.*» Alia vero peccata inesse ipsis justis et sanctis Dei amicis, quin propter ea justitiam amittant. Ita in Proverbiis (4): «*Septies cadet justus et resurget.*» Eccl. (5): «*Non est homo justus in terra, qui faciat bonum et non peccet.*» S. Joannes (6): «*Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.*» et S. Jacobus (7): «*In multis offendimus omnes.*» Sed haec verba universim et de ipsis Apostolis dicta, non possunt de mortalibus intelligi. Ergo praeter peccata mortem inducentia, dantur quaedam alia, etc. b) Peccata quaedam comparantur rebus levissimis festucis, (8) culicibus (9), stipulis et foeno (10), cum alia peccata ibidem trabibus, camelis, aeri conferantur. Ergo peccatorum, sicut res quibus comparantur, alia sunt levia, alia gravia. 3.^o Traditione S. Augustinus (11): «*Crimen est quod damnationem meretur, veniale autem est quod non meretur damnationem.*» S. Hieronymus (dial. 2, advers. Pelag. n. 4) exponens verba Psalmi XXXI «*Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.*» quaerit: «*Si sanctus est, quomodo orat pro iniquitate? Si iniquitatem habet, qua ratione sanctus appellatur? Juxta illum videlicet modum, qui et in alio loco scribitur: Septies cadet justus et resurget.*» Etiam sanctos, dum vivunt in hoc mundo vere dicere, dimitte nobis debita nostra i. e. peccata propria, quae non possunt esse mortalia, definit Milevitanum Concilium (12) idemque repetit Tridentinum (13): «*Licet enim in hac mortali vita quantumvis sancti et justi in levia saltem et quotidiana, quae etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non*

(1) XVIII, 8.—(2) Matthaei XIX, 17, 18.—(3) I, 15.—(4) XXIV, 16.—(5) VII, 21.—(6) I^a, I, 8.—(7) III, 2.—(8) Luc. VI, 41.—(9) Matth. XXIII, 24.—(10) I^a Corinth. III, 12.—(11) In Joann. tract. 41.—(12) II, Can. 7.—(13) Sess. 6^a, cap. 11.

»propterea desinunt esse justi. Nam justorum illa vox est et humilis et verax: dimitte nobis debita nostra.»

4.^o Ratione. a) Sicut inter homines reperiuntur offensae graves, quae ex se solvunt amicitiam, et offensae leves, quae rationabiliter sufficientes non sunt ad amicitiam solvendam, ita inter homines et Deum non quolibet peccata etiam minima valent auferre amicitiam Dei: aliter, moraliter perseverare in amore Dei esset impossibile, cum moraliter impossibile sit sine levibus peccatis vitam transigere. b) Quia ex ipsis terminis apprehenditur esse contra infinitam Dei sapientiam, misericordiam et bonitatem hominem summe fragilem divina amicitia privare ac in aeternum damnare propter mendacium focosum, visum immoderatum, non plenum consensum tentationi vehementi, etc. Ergo dicendum est non omnia peccata privare amicitia Dei, ac proinde non omnia esse mortalia. Vide *Angelicum* (1).

185. II Pars. Prob. 1.^o Peccatum veniale non est tale ratione habita personae peccantis, nec ratione benignitatis Dei aliqua peccata ad mortem non imputantis. Ergo est tale natura sua, cum medium non detur. *Antec. prob. quoad 1.^{am} partem.* a) Adamus, David et Petrus fuerunt fideles justi ac praedestinati, et tamen certum est ipsorum peccatum fuisse mortale: ut patet ex S. Augustino (2) de Petro sic loquente: «mortuus est negando et rexit plorando.» b) Quid sit veniale peccatum, quidve mortale per se patet, et colligitur ex Tridentino (3) ubi assertit in confessione necessario esse declaranda omnia et singula peccata mortalia, non autem venialia. Quis autem sit reprobus, vel quis praedestinatus non constat nobis juxta ipsum Tridentinum sess. 6. cap. 3. c) Quia hic error alium supponit, scilicet reprobus nullum peccatum vere remitti, praedestinatus autem nullum peccatum unquam imputari, contra veritatem et necessitatem sacramentorum Baptismi et Poenitentiae. d) Sancti censent peccata christianorum caeteris paribus esse graviora, propter majorem scientiam et accepta beneficia: ut colligitur ex epistola ad Hebraeos cap. VI et X. Ergo mendacium leve, vel verbum otiosum non minus est peccatum in infideli quam in renato. Probatur jam quoad 2.^{am} part. *Antec. n)* Ex Tridentino (4): «Si quis in quolibet bono opere justum saltem venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilis est, mortaliter, atque ideo poenas aeternas mereri; tantumque ob id non dampnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema sit.» b) Peccatum solum esse veniale quia Deus non im-

(1) I, 2, Q. 87, art. 5.—(2) Tract. 26 in Jo an.—(3) Sess. 14, cap. 5, can. 7.—(4) Sess. 6, can. 25.

putat, est: a) contra justitiam Dei et ea Scripturae testimonia, quae peccantibus graviter aeternas minantur poenas; b) contra bonitatem Dei et Scripturae loca, quibus dicitur Deus odisse impium et impietatem ejus; c) contra justorum innocentiam quam Scriptura saepe praedicat et commendat. 3) Peccata aliqua solum ex benignitate Dei esse venialia, dupliciter fieri potest: primo, quia revera habent turpitudinem mortalius propriam, quam Deus tamen in illis dissimulat; et in hoc sensu sententia est haeretica a Tridentino damnata: secundo, si considerantur haec peccata ut ex se apta ad talem turpitudinem, quia posset Deus si vellet, obligare hominem, ut sub reatu culpae mortalis vitaret ea peccata, quae nunc sunt venialia: illam tamen turpitudinem in his jam non inveniri. Sed hic sensus falsus est, non tamen haeticus, nam ex natura rei praecepta Dei non magis hominem obligant, quam ipsis rebus et actionibus sit consentaneum. Adde, concessa hac secunda hypothesis adhuc peccata quaedam futura natura sua venialia; praecipuum enim positivis non sunt ea, quae sunt mortalia venialia; sed e contra, quae ex se non nisi venialia sunt, mortalia evadunt.

2.^o Pius V. et Gregorius XIII damnarunt hanc Bani propositionem 20.^{am} «Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur poenam aeternam,» cujus vera contradictoria est: aliquid est peccatum ex natura sua veniale, nec omne peccatum meretur poenam aeternam.

3.^o Ex argumentis primae partis; b) prob. 2. et ex prob. 4 n. 184. 186. Obj. 1.^o Sacra Scriptura: a) pluribus in locis peccatum indefinite sumptum mortem animae causare testatur, v. g. Ezechiel (1): «Anima, quae peccaverit, ipsa morietur.» Paulus (2): «Stipendia peccati mors.» b) Apud Matthaeum (3), affert sententiam Christi: «Qui solverit unum de mandatis istis minimis... minus [i. e. nullus] vocabitur in regno caelorum.» Et apud Joannem (4), hanc aliam dictam Petro volenti de venialibus, lotione pedum significatis, mandari: «Si non laveris te, non habebis partem mecum.» c) Praecipit (5) Deum diligere ex toto corde. Sed dilectioni ex toto corde repugnant omne peccatum. Ergo.

Resp. Ad a) Dist. Peccatum indefinite sumptum mortem animae causare testatur materialiter, conc. Formaliter, neg. Nam, in omnibus locis, quae ab haeticis obijciuntur agitur de peccatis mortalibus ut legenti contextum apparebit. Praeterea peccatum solitarie positum in textu, nisi adjuncta aliud suadeant debet sumi pro principali membro seu peccato mortali, quod unice hominem a Deo avertit.

(1) XVIII, 4.—(2) Rom. VI, 23.—(3) V, 19.—(4) XIII, 8.—(5) Matthae. XXII, 36.

Ad b) Explico: de mandatis minimis erronea pharisaeorum opinione, sed re gravibus, conc. Vere minimis seu venialibus, neg. Hanc reputo meliorem inter alias solutiones, quas videas apud interpretes. Similiter S. Petrus arcebatur a regno caelorum propter sola venialia, neg.: propter gravem inobedientiam, conc.

Ad c) Dist. *min.* Dilectionis ex toto corde repugnat omne peccatum graviter vel leviter, conc. Semper graviter sub comminatione odii Dei, neg. Distinctio constat ex probationibus thesae.

Obj. 2.^o SS. Patres peccatis, quae venialia habemus tribuunt; a) gravitatem seclusa misericordia Dei. S. Augustinus (1): «Vae etiam laudabili vitae hominum, si remota misericordia excutias eam.» Et alibi (2) «Ista levia, quae dicimus non contemnere... levia multa faciunt unum grande. Multae guttae implent flumen: multa grana faciunt massam.» b) Esse «stimulum mortis» sic S. Basilius Regul. comp. interrog. 4. c) Paritatem cum mortali, ita S. Joann. Chrysostomus (3) populum docebat, non esse levius peccatum parum aliquid de pretio subducere, quam subripere magnam pecuniam quantitatem.

Resp. ad a) Tribuunt gravitatem aequalem mortali, neg. Inaequalem et respective gravem, quatenus peccata venialia Deum offendunt, gravissimas purgatorii poenas merentur et nisi emendantur disponunt ad mortalem, conc. S. Augustinus in primo loco affert rationem, qua movebatur, ut pro defuncta matre sua oraret.

Ab b) Dubitatur an opus allegatum sit S. Basilii vel potius Eustathii sebasteni in concil. Gangrensi damnati, sed permitto opus esse S. Basilii et explico ut antea, omne peccatum est stimulus mortis proxime vel remote, conc. semper proxime, neg.

Ad c) S. Joannes Chrysostom. loquitur de eo, qui animo furandi magnam quantitatem levem subripit, quia majorem non potest.

187. Obj. 3.^o Peccatum respiciens creaturam tamquam finem ultimum est grave. Sed peccatum veniale, cum sit irreferibile ad Deum, respicit creaturam ut finem ultimum. Ergo.

Resp. Dist. *maj.* Respiciens, tamquam finem ultimum operantis, conc. Operationis, neg. Et contradistincta *minore* neg. *conseq.* Finis ultimus operantis est ille, qui praefertur omnibus alijs rebus; respicitur tamquam ultima quies et maximum bonum consequibile, pro quo consequendo parata est voluntas quaevis alia conte-

(1) Confess. l. 9, c. 3, n. 34.—(2) Tract. in Joan. epist. 1, n. 6.—(3) Homil. 60 (a. 39) in Joann. n. 6.

nnere et despiciere, etiam ipsam Deum, si ponatur in creatura: hac ratione creatura est quodammodo finis ultimus operantis in admissione gravis peccati. Finis ultimus operationis est ille, in quem ultimo terminatur operatio, sistendo in illo: non tamen illum appetiando voluntate disposita ad omnia relinquenda et contemnenda pro eo consequendo; et ita tendit veniale in creaturam, non plus ipsam quam Deum appetiando, nam illud peccatum veniale nonlet transgressor, si seiret, illius admissione Dei amicitiam dissolvi.

Obj. 4.^o Peccatum, etiam quod dicimus veniale, est magis intelligibile quam quaevis mala v. g. ipsae inferni poenae. Sed poenae inferni tantum sunt malum, quod solum peccato mortali aequatur. Ergo quodvis peccatum est mortale.

Resp. Argumentum probat et actum misericordiae levem plus valere, quam omnia bona physica etiam gloriae, quia est magis eligibilis: ideo concessa *maj.* dist. *minor.* Poenae inferni solum possunt aequari peccato mortali quantitative, conc. qualitative, neg. Solum peccatum mortale potest per se mereri poenas aeternas, et hoc ipso solum peccatum mortale est quantitative aequale poenis inferni; at vero quodvis malum morale ratione sui est talis conditionis et ordinis superioris, ut sit intelligibilis quovis malo poenae, et hoc ipso quamcumque poenam qualitative superat, licet non quantitative.

Obj. 5.^o Omni bono operi ex gratia profecto, quamvis minimo, respondet praemium aeternum. Ergo similiter cuiuslibet operi malo poena aeterna respondebit.

Resp. Neg. paritatem, nam quodcumque opus hominis justi gratia factum est opus excellens participatione divinae naturae elevatione; non e contra quaelibet offensae tantae est malitiae, ut sit in illa sufficiens motivum damnationis aeternae, praesertim si fiat ab homine amico Dei.

Obj. 6.^o Velle sibi malum physicum grave, est peccatum mortale. Sed per peccatum, quod dicitur leve, homo vult sibi malum physicum grave, nempe poenas purgatorii longe majores morte et quavis gravi infirmitate. Ergo.

Resp. Dist. *maj.* Velle sibi malum grave directe, conc. Indirecte ratione demeriti et poenae, subdist. Si non constet illud malum grave esse poenam demeriti levis, conc. Si constat, ut certum est ex fide, illud malum grave esse poenam demeriti levis, neg. *min.* similiter disting. et nego *conseq.* Ratio est, quia voluntati quae per modum demeriti, quod ex fide constat esse leve, vult malum grave, non est perfecte voluntarium illud malum grave; quia solum est voluntarium in causa, quam ut aliunde constat, solum tenetur vitare sub levi et consequenter malum grave non est perfecte voluntarium, sed imperfecte, et solum ratione, qua imputabilis est causa i. e. sub levi.

THESIS XVI.

Differentia mortalis a veniali in eo constituenda videtur, quod illo, homo contemnat ultimum suum finem seu praeferat creaturam Deo; hoc vero non ita, sed medium praeceptum, quamvis non necessarium ad consequitionem ultimi finis, contemnat.

188. Nota. Aliquicum Scoto dicunt mortale a veniale differre in eo quod mortale sit contra legem, et veniale contra consilium. Alii cum S. Bonaventura dicunt mortale esse contra legem, veniale praeter legem. Alii cum eodem S. Bonaventura, mortale esse offensam Dei, non veniale. Alii cum Adriano, mortale esse contra praeceptum graviter obligans, veniale contra praeceptum leviter obligans. Recte quatenus de essentia peccati est esse contra legem: sed hic potius quaerimus cur lex aliquando sub gravi, aliquando sub levi praecipiat. Alii tandem cum Cajetano mortale esse contra Deum ut finem, veniale contra media. Haec sententia videtur congruere cum opinione D. Thomae (1), Suarezii (2), Vazquesii aliorumque licet non isdem verbis expressa. Dixi veniale consistere in omissione *medii praecipi non necessarii*, ut excluderem consilii praeritionem, quae per se nec leviter maculat. Nec *medium* sumitur in eo rigore, ut solum significet actus circa creaturas, sed quoslibet actus morales, sive circa Deum sive circa creaturas, quibus homo suum finem consequi vel ab eo averti potest.

189. Prob. 1.^a Ex Evangelio. Evolvens Christus malitiam mortalis peccati dixit (3): *qui diligit patrem et matrem plusquam me, non est me dignus.* Item Jeremias (4): *Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas.*

2.^a S. Augustinus (5): *Voluntas adhaerens incommutabili bono, impetrat magna hominis bona: voluntas aversa ab incommutabili bono et conversa ad proprium aut exterius, aut inferius, peccat... et ita homo superbus, et curiosus et lascivus effectus, excipitur ab alia vita, quae in comparatione superioris vitae mors est.*

Unde 3.^a Differentia mortalis a veniali sita est in eo, quo in malitia differunt. Sed differunt in malitia quatenus mortale est recessus a Deo summo bono, qui est ultimus finis; et veniale est retar-

(1) Q. De malo art. 9, 1, 2, Q. 87, n. 3, etc.—(2) De pecc. D. 2, sect. 1, n. 3.
(3) Matthaei X, 37.—(4) II, 13.—(5) De civ. Dei, l. 2, c. 19, n. 33.

datio ab eodem fine, scilicet omitendo medium praeceptum non necessarium ad eundem finem absolute consequendum. Ergo mortale, etc. *Mia*, prob. Differunt in malitia mortale et veniale prout differunt in difformitate a regula honestatis. Atqui recessus a Deo summo bono, qui est ultimus finis, et retardatio ab eodem fine, sunt diversae difformitates a regula honestatis. Ergo mortale et veniale differunt in malitia, etc. Confr. Cum summum bonum sit finis hominis triplici modo se habere ad illud potest: tendendo plus vel minus perfecte: recedendo: retardando. Atqui primo modo agit perfecte vel minus perfecte, ideoque non peccat: secundo et tertio peccat, at longe plus recedendo quam retardando. Ergo in eo differt mortale a veniali, quod tollit ordinem ad ultimum finem.

190. Obj. 1.^a Saepe accidit aliquos mortaliter peccare ex ignorantia, imo putando obsequium se praestare Deo. Sed qui ita peccant non praeferrunt creaturam Deo. Ergo non omne peccatum, etc. Resp. Dist. *mia*. Non praeferrunt creaturam Deo, putative et miseranda deceptione: conc. Realiter, neg. Ipso opere ex ignorantia culpabili facto, Deum contemnunt.

Obj. 2.^a Non raro aliquis ita peccat voluptate, ut propter eam non amitteret divitias, honorem, vitam, ipsam Dei fidem. Ergo cedendo voluptati non necessario hanc Deo ultimo fini praefert.

Resp. Dist. *Conseq*. Non necessario praefert secundum quandam dispositionem animi, cui peccando contradicit, conc. Actu peccati, subdist. Non praefert semper expresse et formaliter. Conc. Implicitet et interpretative, propter impossibilitatem cum amicitia Dei, neg. Ita Suarezii (1): *eratio est, quia voluntarie complectitur, id quod Dei amicitiae repugnat: item, quia medium deserit ad reum ultimum finem consequendum necessarium, unde quod in se est perpetuo se illa felicitate privat.*

Obj. 3.^a Qui peccat spe veniae, quam si non haberet, non auderet peccare, re vera non vult semper Deo carere. Ergo adhuc vult Deum tanquam suum ultimum finem.

Respondendum est cum Suarezio (l. c.) ut superioribus difficultati: *nam illud de spe veniae nihil refert, non enim tollit pravam voluntatem, seu auget potius, et ille nihilominus, quod in se est, omnino deserit ultimum finem, quem per se iterum non potest obtinere.*

(1) De peccat. Disput. 2, Sect. 1, n. 6.—(2) Ibid. n. 6.

SCHOLION I.

An veniale peccatum sit offensum Dei.

191. Variæ respondent auctores, qui potius in modo loquendi quam re dissentiunt.

Dico: Peccatum veniale est aliqua Dei offensum; non tamen simpliciter sed secundum quid.

I Pars. Prob. I.^a Aligua est offensum Dei non ordinari ad ultimum finem. Sed peccatum veniale est quaedam deordinatio hominis respectu ultimi finis, alias nullum esset peccatum. Ergo...

2.^a Deus omne peccatum, etiam veniale odio habet, quia aliquo modo pugnat cum ejus bonitate infinita. Sed facere quod Deo displicet aliquo modo eum offendit. Ergo...

II Pars. Prob. cum Suario (1) «Et imprimis si peccatum veniale sit actus indeliberatus, id constat, quia offensio, vel injuria proprie non fit sine actu humano; at vero illa non est simpliciter actus humanus. Deinde si veniale sit quod ad Deum non pertinet, non est alia ratione offensum Dei, quia peccatum mortale non est, aequè ex hac offensione contrahit propriam speciem malitiæ, et adeo quasi materialiter potius quam formaliter est Dei offensio. Tandem si malitia ipsa peccati venialis versetur proxime circa Deum, et non versetur circa illum formaliter, ut ultimus finis est, adeo est levis, ut nihil fore censetur ad Dei honorem pertinere secundum moralem existimationem.»

SCHOLION II.

De regula dignoscendi mortale et veniale.

192. **Dico:** Regula mensurans qua dignoscitur mortale et veniale est Deus ut summum bonum et finis ultimus; regula dirigens suprema divina voluntas; regula proxima ratio.

I.^a Pars. Prob. I.^a Voluntati divinae prohibenti mortale sub poena aeterna, et veniale sub temporali, præluet ratio divina dictans quid sit mortale, quid veniale dignum tali poena. Atqui non posset ratio divina ita præluere, si ipsa voluntas esset regula prima mensurans. Ergo Deus ut summum bonum et ultimus finis est regula mensurans, qua, etc.

2.^a Si per Deum ut summum bonum, præcisa voluntate, non posset dignosci mortale et veniale, ideo esset, quia nullum peccatum præcisa voluntate avertit a Deo ut summo bono et ultimo fine, sed hoc est falsum. Ergo. *Min.* prob. Cultus idoli, contemptus Dei, per se avertunt a Deo ut summo bono et ultimo fine. Ergo.

II.^a Pars. Ea, quæ necessaria sunt ad rationem summi boni et ultimi finis, necessario vult Deus: ergo quoad illa, est regula diri-

(1) De pecc. Disp. 2, Sect. 5, n. 15.

gens divina voluntas. Ea vero quæ ex se non sunt necessaria sed hypotheticæ, ut talis cultus, talia sacramenta, etiam vult Deus, a quo determinantur. Ergo quoad illa, est etiam regula divina voluntas. Idem dic de his, quæ vel necessario, vel hypotheticè tantum retardant ab ultimo fine, eo quod ex se non sufficiunt ad dissolvendam amicitiam et amorem Dei.

III. Pars. I.^a Omnes doctores ex ratione semper definire solent an aliquis actus sit mortalis.

2.^a Sane homo ratione duci debet: ergo ex ratione elucere debet quid sit mortale, quid veniale.

SCHOLION III.

De distinctione specifica peccatorum.

193. «Valde difficile est, ait La Croix (1), invenire unam regulam, quæ sit adæquata, i. e. quæ conveniat omni et soli distinctioni specificæ...» Inter octo sententias, quas hic autor enumerat, duæ non sunt prætermittendæ; una S. Thomæ (2) quæ colligit diversitatem specificam ex objecto, fine, circumstantiis et modo tendendi. Altera Scoti et aliorum ex diversitate legum seu præceptorum sub diversa ratione formalis obligantium (3). Quamvis hæc ultima regula pro praxi sit valde utilis, eo quod peccata juxta præcepta, vulgo notata, discernat; atamen speculative inspecta non placet pro theologo, qui in ipsis præceptis, sine quibus certo peccatum non esset, formalitatem eorum diversitatis specificæ investigare tenetur. Ipsi ejus auctores addunt, sub diversa ratione formalis obligantium. Quæro undenam hæc diversa ratio formalis desumitur, an ex ipsis præceptis? Deveniendum igitur est ad sententiam D. Thomæ supra de actibus humanis expositam, eam applicando actibus humanis moraliter malis seu peccatis, quatenus objectum, circumstantiæ, finis extrinsecus vel modus tendendi actus pravi sint notabiliter diversi in genere moris.

Ita La-Croix (1. c.) qui addit a modo tendendi «quia multi docent duo peccata v. g. duo desideria circa idem objectum turpe, eodem modo et cum eisdem circumstantiis representatum dari posse, quorum unum sit mortale, alterum veniale, præcisè ratione consensus pleni aut semipleni ex parte modi diversi tendendi.» (qui est quaedam circumstantia actus) quem habet voluntas, quamvis ex parte intellectus sit eadem prorsus advertentia ad malitiam: quam sententiam pro nunc admitto, in hac autem assignari non potest ullum specificativum diversum ex parte objecti: ergo peti debet ex modo, quo se applicat voluntas, vel tendit in objectum.»

De distinctione numerica peccatorum, vide Vol. III. disq. V. nn. 186 et seq.

(1) L. 5, de Pecc. n. 127.—(2) 1, 2, Q. 72, art. 1, Vid. sup. cap. I, art. IV.—(3) Vide P. la 121 ff. De pecc. n. 183.

194. **Quaeres** ultimo, an peccatum mortale et veniale conveniant inter se univoce, vel tantum analogice?

Breviter et recte respondet P. Struggl (1): a) Peccatum mortale et veniale in ratione transgressionis legis aut conversionis ad obiectum convenire univoce. Patet in furto gravi seu magne quantitatis pecunie, quod est mortale, et in furto exiguae quantitatis, quod est veniale; nam utrumque peccatum grave et leve est transgressio legis, unius gravior, alterius leviter obligantis; utrumque est conversio ad obiectum unum grave, alterum leve moraliter specie diversa. Nec obstat plures SS. Patres dicere peccatum veniale non esse contra legem, sed praeter legem, nam loquuntur non absolute, sed respective ad legem charitatis seu amicitiae Dei, quae venialibus non dissolvitur.

b) In ratione vero aversionis ab ultimo fine non conveniunt univoce, sed solum analogice. Ratio est, quia peccatum mortale in linea morali est formaliter aversio a fine ultimo; veniale vero solum dispositiva, juxta illud (2). *Qui spernit moxiam, paulatim decidet.*

Haec, si praeculis habes, facile conciliabis sententias in specie contrarias. B. Thomae 1. 2. Q. 72. art. 3 ad 1, et 1. 2. Q. 88. art. 6. ad 1.

ARTICULUS III.

De peccato habituali.

THESIS XXVII.

De fide constat transeunte actu peccati, perseverare peccatum aliquo modo, seu dari peccatum habituale, si cujus auctor illius vere est peccator, quousque a Deo peccatum remittatur.

195. **Nota.** Peccatum habituale dicitur etiam macula quatenus eum, qui peccavit nota indignitatis et cujusdam vitiositatis inurit, ad eum modum, quo carnifices v. g. viles habentur, non tamen distinguitur a peccato habituali nisi secundum rationem vel potius secundam etymologiam... peccatum enim dicitur, ut avertit hominem ab ultimo fine, macula vero quatenus reddit ipsum hominem turpem; et propterea macula ut sic non fit a Deo, quia ad malum culpae spectat, et idem prorsus est de aversione habituali (3).

Prob. 1.º Ex Tridentino sess. 6.º cap. 5 et 7, ubi qui peccaverant, quousque peccata illis remittantur, exhibentur tamquam peccatores se esse intelligentes, tamquam qui «ex injusto fit justus, ex inimico amicus;» qui «in impij justificatione... veram...

(1) P. 1, tract. 3, D. 2. De pecc. mort. et venial. art. 1, n. 10.—(2) Ecclii. XIX, 1.—(3) Sua res. De pecc. D. 8, sect. unica, n. 13.

justitiam accipientes, eam seu primam stolam pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi, et nobis perdidit, per Christum Jesum illis donatam candidam et immaculatam jubentur statim renati conservare.»

2.º Pluribus Sacrae Scripturae locis. S. Matthaeus (1): *Multi publicani et peccatores discumbent cum Jesu.* S. Lucas (2): *Eti a me Domine, quia homo peccator sum, Mulier, quae erat in civitate peccatrix* (3). Etiam maculati dicuntur peccatores, sic Jeremias (4): *Maculati est in iniquitate tua coram me.* Christus D. (5): *Quod procedit ex corde hoc conquinat hominem.* Hinc fit ut illi, quibus remittitur peccatum dicantur esse abluti et mundati. Act. (6): *Ablute peccata tua.* 1.º Corinth. (7): *Abluti estis sanctificationi estis.*

3.º Ex Patribus sufficit Augustinus (8): «Manent ergo (peccata) nisi remittantur: sed quomodo manent, si praeterita sunt, nisi quia praeterierunt actu, manent reatu?» Antea ibidem dixerat: «Si quis fecerit adulterium, etsi deinceps numquam faciat, reus est adulterii, donec reatus ipsius, indulgentia remittatur.»

4.º S. Thomas (9) ratione elucidat: «Macula proprie dicitur in corporalibus, quando aliquod corpus nitidum perdit suum nitorem ex contactu alterius corporis, sicut vestis et aurum, et argentum aut aliud hujusmodi. In rebus autem spiritualibus ad similitudinem hujus oportet maculam dici. Habet autem anima hominis duplicem nitorem, unum quidem ex refulgentia luminis naturalis rationis, per quam dirigitur in suis actibus; alium vero ex refulgentia divini luminis, scilicet sapientiae et gratiae, per quam etiam homo perficitur ad bene et decenter agendum. Est autem quasi quidam animae tactus, quando inhaeret aliquibus rebus per amorem. Cum autem peccat, adhaeret aliquibus rebus contra lumen rationis et divinae legis. Igitur importat macula, ait artic. sequenti, «quendam defectum nitoris propter recessum a lumine rationis et divinae legis. Et ideo quando homo manet extra hujusmodi lumen, manet in eo macula peccati; sed postquam redit ad lumen rationis et ad lumen divinum, quod fit per gratiam, tunc macula cessat.»

THESIS XXVIII.

Peccatum habituale non consistit: a) in peccato praeterito non retractato; b) neque in rea-

(1) IX, 10.—(2) V. 8.—(3) Ibid. VII, 37.—(4) II, 22.—(5) Matthaei XV, 11.—(6) XXII, 16.—(7) VI, 11.—(8) L. 1, De nupt. et concup. c. 26.—(9) 1. 2, Q. 86. aa. 1, 2.

tu poenae: e neque in habitu vitioso seu qualitate aliqua morbida.

196. *Nota.* I. Peccatum habituale est aliquid distinctum ab actuali; et intrinsece ab eo pendens. Primum patet: quia actuale est quid praeteritum: habituale est quid actuale et permanens: ergo distinguuntur. Secundum patet, quia impossibile est rem permanere, nisi antes fuerit: sed habituale peccatum est permanentia actualis: ergo impossibile est habituale peccatum nisi actuale fuerit: igitur habituale est intrinsece pendens ab actuali praeterito.

II. Peccatum habituale actualiter praesens et pendens a praesentia peccati actualis, vel est aliquid positivum, vel aliquid privativum: aliquid intrinsece inherens peccatori, vel extrinsece tantum. Inde plures auctorum sententiae: hac thesi eas, quae nobis falsae vel improbabilis videntur rejiciemus: in altera quid probabilius dicatur, statuimus.

197. I.^a Pars est contra aliquos, quos refert Haunoldus (1), et rejicitur, nam de potentia absoluta potest sola gratia Dei condonatione peccatum tolli: e contra data peccati retractatione potest peccatum permanere, si Deus non condonet. Ergo cum peccatum habituale possit destri siue habita retractatione, et esse cum retractatione nequit per hanc essentialiter constitui.

198. II.^a Pars est contra Durandum et Cajetanam reponentes in dignitate ad poenam aeternam, contra Scotum et nominales constituentes in actibus divinis determinantibus hominem ad poenam aeternam propter peccatum praecedens: refelluntur.

1.^a A. Tridentino (2) distinguente reatum poenae a reatu culpae: «Si quis... poenitentia ita culpam remittit et reatum aeternae poenae deleri dixerit: ut nullus remaneat reatus poenae temporalis... anathema sit.»

2.^a Sequeretur culpam venialem esse dignitatem ad poenam temporalem, quod falsum est: et culpam mortalem remissam transire in venialem: cum maneat aliquis reatus.

3.^a Peculiariter adversus Scotum: a. Actus divini honestissimi ac sanctissimi sunt, unde non intelligitur, quomodo ex illis denominetur et sit homo peccator. b. Videtur convenire cum propositione 56.^a Baji damnata a S. Pio V et Gregorio XIII: «In peccato duo sunt actus et reatus: transiente autem actu nihil manet nisi reatus, sive obligatio ad poenam.»

199. III.^a Pars est contra aliquos, qui ut Gregorius Arminensis (3), seu in habitu vitioso, seu in qualitate aliqua morbida relictis ab actu peccati reponebant. Communiter deseruntur, quia:

(1) Tract. 2, n. 501.—(2) Sess. 6, can. 30.—(3) 2, Dist. 30, Q. 2.

1.^a Etiam si actus peccati non relinqueret ullum habitum vitiosum, adhuc homo maneret peccator, et moraliter maculatus usque ad remissionem peccati.

2.^a Saepe remanentibus habitibus vitiosis solvitur peccatum habituale per sacramentum poenitentiae, aut contritionem perfectam: et contra remanente peccato habituali tollitur habitus vitiosus, v. g. intemperantiae per contrarios actus temperantiae. Ergo habitus vitiosus impertinenter se habet ad constituendum peccatum habituale.

3.^a Pro qualitate morbida distincta ab habitibus vitiosis adde ulterius, talem qualitatem nec intelligi nec explicari posse quid sit, quae ejus naturae, quomodo producat praesertim in peccato omissionis.

THESIS LXXV.

In praesenti Providentia peccatum habituale in actuali praeterito et privatione gratiae probabilius constituendum est.

200. *Nota.* Praeter sententias rejectas aliae tres sunt a pluribus auctoribus propugnatae. Prima in sola privatione gratiae constituit, sed communiter non admittitur, quia malitia peccatorum habitualium non est eadem in omnibus, at privatio eadem semper est, imo et graviore peccato minor privatio gratiae, et minori peccato major privatio gratiae respondere potest si peccans gravius, minus est sanctus alio, qui peccat minus graviter. Secunda est Lugonis (1), Ripaldae (2), et plurium recentiorum, qui volunt esse jus Dei se indignandi in peccatorem, i. e. quod peccatum sit commissum et non condonatum. Tertia est Suarez (3), Bellarmini, Toleti, Valentiae, Vazquezii aliorumque graviorum auctorum, ut videtur post D. Thomam, quem communiter sequuntur Thomistae, et reponit ut nos in praeterito actuali cum privatione gratiae. Si solum philosophice agendum esset, secunda sententia palmam obtineret; at si simul philosophice et theologice prout Deus in praesenti providentia, ut signanter dicitur, gratiam constituit unicam condonationis et justificationis forum, tertia ut conformior conciliis prohibitor videtur.

201. *Prob.* I.^a Peccatum habituale est moralis perseverantia peccati actualis. Atqui perseverat moraliter per hoc quod ut actuale praeteritum manet cum privatione gratiae. Ergo... *Mis.* prob.

(1) De poenit. D. 7, sect. 5.—(2) De ente superni, D. ultim. sect. 23.—(3) De pecc. D. 8, sect. unic.

Unumquodque formaliter perseverat, per id per cuius contradictorium formaliter et immediate aufertur et desinit esse. Atqui in praesenti providentia perseverantia moralis peccati praeteriti, formaliter et immediate aufertur et desinit esse per hoc, quod cum fuerit praeteritum infundatur gratia. Ergo peccatum etc. *Mia.* prob. Idem est perseverantia moralis peccati actualis praeteriti, ac perseverantia moralis actualis aversionis a Deo praeteritae. Atqui in praesenti providentia per gratiam sanctificantem formaliter et immediate aufertur moralis perseverantia aversionis a Deo praeteritae, ratione praeteriti peccati, ergo. *Mia.* prob. Nam in praesenti providentia unica formalis ordinatio et conversio ad Deum ut finem supernaturalem et consequenter naturalem etiam, est gratia sanctificans. Ita expresse Tridentinum (1): «Justificatio... non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio... Hujus justificationis... demonstratio unica formalis causa est iustitia Dei: non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostrae et non modo reputamur, sed vere iusti nominamur et sumus iustitiam in nobis recipientes.»

2.° Auctoritate D. Thomae (2): «Dicendum quod macula non est aliquid positive in anima, nec significat privationem solam, sed significat privationem quandam virtutis animae in ordine ad suam causam, quae est peccatum; et ideo diversa peccata diversas maculas inducunt; et est simile de umbra, quae est privatio luminis ex objecto alioquin corporis, et secundum diversitatem corporum objectorum diversificatur umbra.» Jam vero nitorem reddi, umbras expelli formaliter gratia sicut luce tenebras ita dicitur art. sequenti: «Macula... importat quandam defectum virtutis propter recessum a lumine rationis (ratione peccati praeteriti) vel divinae legis. Et ideo: quamdiu homo manet extra huiusmodi lumen, manet in eo macula peccati; sed postquam redditur ad lumen rationis, et ad lumen divinum, quod fit per gratiam, tunc macula cessat.»

202. Obj. 1.° «Plura peccata habitualia dantur, et peiorem faciunt peccatorem quam unum peccatum tantum. Sed privatio gratiae una est nec suscipit magis et minus. Ergo non consistit in privatione.»

Resp. Dist. *mej.* Peiorem faciunt praecise formalitate privationis gratiae, neg. Formalitate respectiva ad actus peccati praeteritos, quorum titulo et malitia inducitur est vel de novo inducitur privatio gratiae, conc. Hae duae formalitates, unam componentes, respectus, scilicet ad actum praeteritum et privatio gratiae dupliciter, ait Becanus (3), differant. «Primo quia, prior habet locum

(1) Sess. 6, c. 7.—(2) 1, 2, Q. 86, art. 1, ad 3.—(3) De pecc. c. 7, q. 1, n. 6.

etiam in statu purae naturae: posterior non item. Secundo, prior oritur ex quovis peccato sive mortali, sive veniali; posterior ex solo mortali. Tertio, prior est propria in unoquoque peccato: et sicut singula peccata actualia sunt inter se distincta, ita singulae maculae ex illis relictae inter se distinguuntur.»

Obj. 2.° Privatio gratiae habet Deum auctorem et est peccati poena. Atqui hoc repugnat peccato, Ergo.

Resp. Dist. *mej.* Ut provenit ab homine peccante, neg. Ut provenit a Deo, conc. Sicut gratia, quae est formalis ordinatio ad finem supernaturalem, est a Deo gratiose data, et ab homine obligatione retinenda, ita ejusdem privatio quatenus ab homine, est complementum peccati habitualis; et quatenus a Deo, peccati poena (1).

Obj. 3.° In statu purae naturae mansisset peccatum habituale sed non fuisset privatio gratiae. Ergo non est de conceptu peccati habitualis privatio gratiae.

Resp. Dist. *conseq.* Pro quolibet statu, conc. Pro praesenti statu, neg. Ideo pluries dixi, in praesenti providentia, Peccatum habituale pro quovis statu consistit in privatione formae disponentis perfecte ad ultimum finem, iuxta perfectionem convenientem unicuique statui, statui autem praesenti elevationis supernaturalis unica forma conveniens est gratia sanctificans.

SCHOLIUM.

De peccato veniali habituali.

203. Dico. Datur peccatum veniale habituale, quod in morali perseverantia praeteriti actualis non condonati reponendum est.


1.° Pars deducitur ex Scriptura, Eccli. (2): *Beatus dives, qui incensus est sine macula.* In Psalm. (3): *Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam.* Quae sententiae omnesque aliae, in quibus dicitur hominem non esse sine peccato et sordibus (supr. n. 184, 2.°), videntur verificari ratione huius maculae levis peccati venialis, quod sine actuali peccato et mortali esse potest. Maculam peccati venialis, respective ad maculam mortalem, esse secundum quid, tradit D. Thomas, 1, 2, Q. 89, art. 1.

II.° Pars. Prob. Quia veniale non expellit ut mortale gratiam, nec eam minuit; restat igitur, ut in sola eius non condonatione moraliter perseveret. Confirmatur ex Suarío (4): 1.° Quia qui

(1) Vid. Disq. II, n. 135, obj. 1.°—(2) XXXI, 8.—(3) XIV, 2.—(4) Dis. 8, de pecc. sect. unica n. 18.

venialiter peccat quamdiu voluntate sua non satisfacit Deo, censetur moraliter perseverare in illa voluntate, atque adeo indignus divina quadam familiaritate et singularissimis auxiliis: propter quod dicunt sancti hanc maculam repugnare fervori charitatis. 2.^o A contrario: remissio venialis peccati ex sententia theologorum sine infusione novae gratiae fieri potest: ergo illa privatio in qua talis macula consistere potest, non privat aliqua forma, et habitu reali physice, quandoquidem sine tali habitu auferri potest per Dei condonationem.

De poenis peccatorum agetur infra, Disquis. VI, De Novissimis.



DISQUISITIO IV.

De humana operatione per gratiam elevata.

PROOEMIUM.

Summus Dominus, qui dicitur est in misericordia... cum exsemus morti peccatis (1), noluit genus humanum, e pristina et supernaturali dignitate lapsum (2), in aeternum perire, sed maxima et pretiosa... promissa (3) ei impertitus est, gratiam scilicet, qui homines divinae consortes naturae effecti e lapsu erigerentur, ad salutariter operandum roborarentur, vitamque aeternam tanquam filii Dei et cohaeredes Christi (4) promererentur. De hac igitur potenti gratia, quae hominem ad finem supernaturalem conducit, post tractatum de actibus et regulis operationum hominis secundum naturam, recte cum D. Thoma (5) disseritur. Sed quoniam gratia tota supernaturalis est, primo de ratione entis supernaturalis aliqua praemittenda sunt (6).

QUAESTIO PRAEIVIA.

De ente supernaturali.


1. Plures vocis *naturalis* acceptiones Disquisit. II, n. 100 dedimus, ubi tandem conclusimus: theologis, naturale esse quod absolute et simpliciter naturale non est, et intra naturae vires et exigentiam continetur; supernaturale e contra, quod excedit omnem continentiam et exigentiam naturae. Quod illic supposuimus, nunc hic fusius declarandum est, solideque probandum. Supernaturale potest considerari relative seu per comparisonem cum natura, et positive seu absolute secundum suam entitatem. Juxta primam acceptionem:

Dico I. Supernaturale relative conceptum est quod totius naturae creatae et possibilis cum

(1) Paul. ad Ephes. II, 4, 5.—(2) Recole Disq. II, c. III, De statu supern. primi hominis.—(3) 2, Petri I, 4.—(4) Rom. VIII, 17.—(5) I, 2, Q. 109-114.—(6) De poeniv. ent. super. vide Palmieri S. J. De Deo: creata et deivante. Thez. XXXVI.

venialiter peccat quamdiu voluntate sua non satisfacit Deo, censetur moraliter perseverare in illa voluntate, atque adeo indignus divina quadam familiaritate et singularissimis auxiliis: propter quod dicunt sancti hanc maculam repugnare fervori charitatis. 2.^o A contrario: remissio venialis peccati ex sententia theologorum sine infusione novae gratiae fieri potest: ergo illa privatio in qua talis macula consistere potest, non privat aliqua forma, et habitu reali physice, quandoquidem sine tali habitu auferri potest per Dei condonationem.

De poenis peccatorum agetur infra, Disquis. VI, De Novissimis.



DISQUISITIO IV.

De humana operatione per gratiam elevata.

PROOEMIUM.

Summus Dominus, qui dicitur est in misericordia... cum exsemus mortui peccatis (1), noluit genus humanum, e pristina et supernaturali dignitate lapsum (2), in aeternum perire, sed maxima et pretiosa... promissa (3) ei impertitus est, gratiam scilicet, qui homines divinae consortes naturae effecti e lapsu erigerentur, ad salutariter operandum roborarentur, vitamque aeternam tanquam filii Dei et cohaeredes Christi (4) promererentur. De hac igitur potenti gratia, quae hominem ad finem supernaturalem conducit, post tractatum de actibus et regulis operationum hominis secundum naturam, recte cum D. Thoma (5) disseritur. Sed quoniam gratia tota supernaturalis est, primo de ratione entis supernaturalis aliqua praemittenda sunt (6).

QUAESTIO PRAEIVIA.

De ente supernaturali.

1. Plures vocis *naturalis* acceptiones Disquisit. II, n. 100 dedimus, ubi tandem conclusimus: theologis, naturale esse quod absolute et simpliciter naturale non est, et intra naturae vires et exigentiam continetur; supernaturale e contra, quod excedit omnem continentiam et exigentiam naturae. Quod illic supposuimus, nunc hic fusius declarandum est, solideque probandum. Supernaturale potest considerari relative seu per comparisonem cum natura, et positive seu absolute secundum suam entitatem. Juxta primam acceptionem:

Dico I. Supernaturale relative conceptum est quod totius naturae creatae et possibilis cum

(1) Paul. ad Ephes. II, 4, 5.—(2) Recole Disq. II, c. III, De statu supern. primi hominis.—(3) 2, Petri I, 4.—(4) Rom. VIII, 17.—(5) I, 2, Q. 109-114.—(6) De poenivul, ent. super, vide Palmieri S. J. De Deo: creata et de-vento, Thez. XXXVI.

en connexae vires superat, ac proinde est illi indebitum.

2. *Nota*. I. Ens supernaturalis juxta communem omnium scholarum sensum est ens quoddam sublimis et naturam excedens; dividitur: a) In supernaturalis simpliciter et absolute, quod omnem substantiam creatam excedit; et supernaturalis secundum quid seu relative, quod aliquam non vero omnem creatam naturam superat, ut vires hominis respectu lapidis. b) In supernaturalis secundum excellentiam dignitatis, Deus, qui solus dignitate excedit omnem substantiam creatam et errabilem; et secundum excellentiam virtutis, quatenus non potest contineri infra aliquam virtutem naturalem, v. g. gratia sacrificans. c) In supernaturalis quoad substantiam, et quoad modum; primum illud est quod entitate sua superat totius naturae exigentiam; alterum vero, quod superat tantum modum, non vero vires totius naturae, v. g. restitutio visus caeco a nativitate. Illud vocatur ab aliquibus intrinsece, entitative, quidditative supernaturalis; hoc vero, supernaturalis solum extrinsece. d) In supernaturalis philosophicam, si consideratur comparative ad naturam creatam, quam excedit, et theologiam, si in sua intrinsece perfectione respectu Dei; nonnulli hanc partitionem rejiciunt tamquam impropiam, quia supernaturalis semper ad Deum relationem dicit.

II. Frequentiores naturae notiones ab scholasticis usitate ad quatuor revocari possunt (1). Prima dialecticorum propria, Philosophiam etiam Metaphysicam et Theologiam transcendens, quae naturam pro cuiusque rei essentia et quidditate usurpat; secunda propria Metaphysicae, quae pro substantia completa et a subsistentia distinguitur supponit; tertia physica, quae pro substantia incompleta, ut materiam et formam comprehendit, accipitur; quarta theologorum disputatione frequentissima, quae pro ea aggregatione rerum sumitur, quae ab ordine supernaturali et gratia dividitur. Etiam natura, quam dona supernaturalia superant, non est essentia, nam et ipsa eam habent essentiam; non Deus, quia Deo omnia subiacent; non rerum universitas simpliciter, quia ipsa pariter in hac rerum universitate continentur; restat igitur ad superant quaedam naturalium rerum collectionem prout ordini supernaturali oppositam. Quae sit haec collectio discipatur inter theologos. Una sententia (2) dicit esset collectionem omnium substantiarum sive completarum, sive incompletarum existentium, altera, non existentium modo, sed etiam omnium possibilem substan-

(1) Ripalda. *De ente super.* L. I, D. 1, n. 9. - (2) Coninck. *Disp.* 4. *de actib. super.* n. 9.

tiarum (1); tertia Ripaldae, quam tuetur, vult esse collectionem existentium et possibilem cum modo existentibus connexarum. Illis autem possibilem, ait Ripalda (2), existentes affines et connexae sunt, quibus repugnantibus, aliquae existentes necessario repugnarent, propter ordinem transcendentem, quo ad eas referuntur. Hae vero sunt quae intra vires naturales existentium physicas aut intentionales quidditative continentur. Illas substantias quidditative contineri intra vires physicas existentium intelligo, quae quoad suam essentiam virtute naturali existentium adaequate aut inadaequate fieri possunt. Illas vero contineri quidditative intra vires intentionales, quae ab aliquo existentium cognitione sibi naturali quidditative possunt intelligi.

3. *Prob.* 1.^a Superare naturam convenit omnibus entibus supernaturalibus notis, ut gratiae, lumini gloriae, etc. Sed haec non modo supra collectionem substantiarum existentium, sed etiam possibilem, quae in virtute et ordine existentium continentur, elevantur. Ergo ens supernaturalis relative conceptum seu prout superat naturam, etc. *Mia.* *prob.* Quia si aliqua substantia non esset elevanda, ut attingeret ordinem illum, qui attingitur gratia, lumine gloriae, etc., eo ipso esset supernaturalis; a contra omnis quae esset elevanda, ut illum attingeret, eo ipso esset hujus ordinis naturalis, ad minus affinis. Aliunde, nullum datur fingere ens naturale, cui superare naturam modo dicto conveniat; nam si est substantia continebitur saltem intra vires intentionales quidditativas Angelorum, si non existentium, possibilem Angelorum, qui sine fine perfectiores et perfectiores esse possunt; si est accidens, alicui sane substantiae intra collectionem modo explicatam contentae, connaturale erit. *Ergo...*

2.^a Quenam sit notio naturae, quam entia supernaturalia excedunt, ex conciliis et Patribus debemus cognoscere. Atqui ex eis colligitur eam esse naturae notionem, quam in assertionem proponimus, *Ergo...* *Mia.* *prob.* Quoad primum, *excedere naturam*, est manifestum. S. Cyrillus Alex. (3) in verba illa: *dedit eis potestatem filios Dei fieri* (4), ait: «Ad dignitatem supernaturalem ascendamus per Christum. Est verus ille Filius existens a Patre, sed nos ejus benignitate adoptivi sumus, gratiae loco id accipientes, creata quippe et serva natura ad res supernaturales (*res divinae*) vocatur solo butu et voluntate Patris». Concilii. Arausicanum II (5), postquam pluribus canonibus ordinem supernaturalem ad-

(1) Cajetanus, in 1.^{am} p. Q. 12, art. 4. cum aliis; vide Ripalda. *De ente super.* L. I, D. 3, n. 8. - (2) Ibidem, n. 21. - (3) Lib. 2, in Joann. c. 9. - (4) Joann. I, 12. - (5) In fine.

versus semi-pelagianos stabilierit, de ipsa fide boni latronis, centurionis et Zachari decretum: «Unde manifestissime credendum est, quod... illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divinae largitatis donum.» Et S. Thomas (1): «nulla natura creata est sufficiens principium actus meritorii vitae aeternae, nisi supersperandatur aliquid supernaturale donum, quod gratia dicitur.» Quod secundum, nempe *excedere naturam modo a nobis proposita*, probatur Concilio. Patres ac theologi dona supernaturalia constituunt expresse quidem supra substantias nunc existentes, implicite vero etiam supra alias possibles existentibus praestantiores; nemo enim affirmare audebit, gratiam v. g. sanctificantem debitam esse omnibus substantiis possibilibus, (cogita angelum possibilem immediate perfectiorem supremo ex creatis) quae existentes perfectione excedat. Sed huiusmodi substantiae non possunt esse aliae, quam modo existentibus affines; quae enim supra ordinem nunc existentium eleventur, eo ipso excellentiam participant, quam theologi entibus supernaturalibus tribuunt. Ergo...

3. Notio naturae, quam defendimus, caeteris est aptior ad notionem entis supernaturalis capessendam. Ergo caeteris est praeferenda. *Antec.* prob. Nam prima sententia, ut constat ex argumento praecedenti, excellentiam entis supernaturalis nimis coarctat; secunda vero; a) reddit inutilem et ridiculam celebrem inter theologos quaestionem, anrum sit possibilis substantia supernaturalis; b) ipsam existentiam entis supernaturalis in dubium revocat, ut bene notat Ripalda (2); c) nam sicut donnumquam natura substantiam significat, etiam nonnumquam significat quidditatem et essentiam cuiusque rei, supra quam tamen naturam nullam plane donna existere possunt.

4. Corollarium. Ex dictis deduces, quo sensu supernaturale ens sit naturae debitum, nempe quocumque debito; sive *constitutivo* ut anima rationalis respectu hominis; sive *consequente* ut personalitas respectu naturae rationalis; sive *exigite* ut quantitas relativa ad corpus (3).

5. Obj. 1.^o Concilia et Patres dona supernaturalia solum cum substantiis nunc existentibus earumque viribus conferre solent. Ergo ad mentem Conciliorum et Patrum supernaturale est quod solum substantias creatas nunc existentes excedit.

Resp. *Dist. antec.* Explicite et non exclusive; conc. Implicite et exclusive; neg. Concilia et Patres adversus haereticos doctrinam catholicam propugnantes affirmant quidem expresse dona super-

(1) 1, 2, Q. 114, art. 2. (2) De ente super. L. I, D. 3, n. 9.—(3) Vide D. Thom. 1, Q. 25, art. 1, ad 3; S. Bonaventura 2, D. 29, art. 1, q. 1.

naturalia nullatenus obtineri posse viribus propriis naturae intellectualis nunc existentis, ut haeretici assererent; verum implicite substantias possibles in eodem ordine constitutas propter rationis paritatem comprehendunt.

Obj. 2.^o Nequit supernaturale constitui in eo, quod sit naturae debitum; nam odium Dei non est debitum naturae, et tamen non est supernaturale. Ergo...

Resp. *Neg. antec.* et *dist.* rationem quoad primum: Non est debitum naturae *moraliter* i. e. juxta rectam agendi rationem, cui homo libere se accommodare debet; conc. *physico*; subdit debito exigentiae necessariae; conc. debito positivae capacitatis et praecognitionis in naturali libertate; neg. Odium enim Dei non superat vires activas naturae. Secundum omnino concedo, nam cum dicitur ens naturale esse, cuius productio aut conservatio exitur a natura, nomine productionis intelligitur vel actio, qua res fit, vel actus primus completus in quo continetur; jam vero haec a natura humana exiguntur.

Obj. 3.^o Deus, ut auctor naturae, potest hominibus indebita dona conferre. Sed haec dona essent naturalia. Ergo...

Resp. *Dist. maj.* Dona indebita *respectivo*, quatenus Deus intra ordinem providentiae naturalis, non tenetur omnia, sed sufficientia media naturalia ad finem naturalem consequendum conferre; conc. *Absolute* et omni modo indebita; neg. vel subdit, Reduplicative ut auctor naturae; nego. *Aliter*; conc. *Min.* *dist.* Essent dona naturalia indebita *respectivo*; conc. vel trans. Indebita absolute; neg. Si enim dona, de quibus est sermo, essent prorsus indebita, jam supernaturalia evaderent quoad substantiam, ac proinde Deus ea largiretur ut auctor ordinis supernaturalis seu gratiae.

Dico II. Conceptus absolutus et proprius entis supernaturalis in connexione cum gratia sanctificante consistit.

6. **Nota.** 1. Conceptum positivum seu absolutum et proprium entis supernaturalis, ut recenset Ripalda (1), reperiunt alii in eo, quod sit simpliciter naturae debitum; alii in eo, quod ad divinum ordinem spectet; alii in connexione cum unione immediata Dei, ut est in se, sive physica, ut est hypostatica, sive intentionali, qualis est visio beatifica; ita sentiunt non pauci, quos sequuntur Wiceburgenses; alii, qui merito deseruntur, censent quaestionem esse indefinibilem et sufficere supernaturale relative, ut in **Dico I**, declaratur; alii tandem, cum Ripalda (2), in connexione cum gratia sanctificante. Hanc sententiam amplecti-

(1) *De ente super.* L. I, D. 4, ssc. 2.^a—(2) *De ente super.* L. I, D. 4, ssc. 3.^a

mur, praeter rationes dandas in probatione, quia facile ad eam reduci possunt plures ex recensitis; nam entia, quae cum gratia sanctificante connexa sunt, media gratia habituali participant naturam et attributa divina et sunt in ordine divino specialiter constituta, sicut ex connexione cum ipso Deo aut visione beata et unione immediata Dei ut est in se.

II. Connexio de qua agimus est: 1.^o *quidditativa* seu in esse rei, non denominativa; sic, quamvis nos elevati simus ad ordinem supernaturalem, nostrum esse permanet naturale. 2.^o *Physica*, quae scilicet intercedit inter entitatem physicam, ut inter causam et effectum, proprietatem et naturam, dispositionem et formam, aliaque similia. 3.^o *Intentionalis*, cum rei cognitio est soli gratiae sanctificanti debita ne connaturalis. 4.^o *Immediata*, cum directe et sine alio medio respicit gratiam. 5.^o *Mediata*, cum existit media alia re. 6.^o *Antecedens*, quae illis convenit rebus, quae gratiae existentiam nexu aliquo praecedunt. 7.^o *Consequens* vero, quae illam consequuntur.

7. Prob. 1.^o Petrus Ap. I docet: *Quomodo omnia nobis divinae virtutis suae, quae ad vitam et pietatem donata sunt, per cognitionem eius, qui vocavit nos propria gloria et virtute, per quem maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini divinae consortes naturae.* Unde hic S. Petrus omnia dona supernaturalia nobis a Christo promerita generatim commendat. Sed ex eo universim commendat, quod connectantur cum gratia sanctificante. Ergo... *Maj.* prob. a) quia sola intrinsece supernaturalia obtinentur virtute divina seu singulari concursu, ut significat modus loquendi S. Petri. b) quia sola ipsa conducunt ad vitam et pietatem supernaturalem legis novae, de qua loquitur S. Petrus. c) quia solum ipsae possunt dici *maxima et pretiosa nobis promissa.* *Min.* prob. Bona supernaturalia ex eo universim commendat S. Petrus, quod illis efficiamur *divinae consortes naturae.* Atqui formaliter ad divinae naturae consortium elevamur gratia sanctificante ut postea probabimus. Erro. 1.

2.^o Concilia, Patres et theologi affirmant actus fidei, charitatis et aliarum virtutum esse supernaturales, quia spectant seu referuntur ad justificationem. Atqui si haec non esset propria excellentia rei supernaturalis, parum efficax esset huiusmodi ratio. Ergo... *Confirm.* Concilia et Patres docent contra pelagianos, ad opera salutaria necessaria esse auxilia gratiae actualis superaddita naturae, et supernaturalia; atque huiusmodi auxilia vocant justificationem, justificationis gratiam. Sed non sunt justificatio forma-

(1) 2, c. 1, 1-4.

liter. Ergo ita vocant vi alicujus connexionis cum gratia sanctificante. *Min. et conseq.* patent; *major* est ex concil. Milevitano praedicta auxilia vocante, can. 3: *gratiam per quam justificamur;* et can. 5: *gratiam justificationis.* Concinit S. Augustinus [1] eadem auxilia appellans: *gratiam, qua justificamur.* *Gratiam, quae non est natura, sed qua salvatur natura, qua praedestinati justificamur, et glorificamur.* Ergo... Hujus connexionis rationem praebet S. Cyrillus Alex. (2): *Qui fide Christi in adoptionem filiorum vocati sunt, humilitatem naturae suae deposuerunt, et honorantis Christi gratia quasi splendida induti purpura ad supernaturalem dignitatem ascendunt.* Ubi clarius exprimi non poterat adoptionem gratiae sanctificantis esse elevationem humilis naturae ad statum supernaturalem.

3.^o Auctoritate Angelici doctoris (3), qui, postquam in probationibus adduxerit textum Sii. Petri (prob. 1.^o), virtutes theologicas esse supernaturales ait, quia: *sicut lignum ignitum participat naturam ignis, et sic quodammodo fit homo particeps divinae naturae...* Et sic istae virtutes conveniunt homini secundum naturam participatam.

4.^o Ratione. a) Illa dicenda est potio absoluta et propria entis supernaturalis, quae sit communis omni enti supernaturali, et nulli naturali conveniat. Sed talis est connexio cum gratia sanctificante. Ergo... *Min.* prob. Nullum est ens naturale, quod non sit connexum cum gratia sanctificante modo supradicto; et nullum naturale, quod e contra sit cum illa connexum; ut patet inductione facta inter bona supernaturalia nota, et difficultatum solutione constabit. Breviter probari potest eum Ripalda (4): *bona supernaturalia* aut sunt propria substantiae spiritualis et intellectivae, aut substantiae corporeae. Si substantiae intellectivae propriae sint, cognitione physica; si substantiae corporeae, cognitione saltem intellectuali junguntur cum gratia sanctificante. Igitur nullum est donum naturale, quod aliqua cognitione gratiae sanctificantis non jungatur. *Antec.* prob. Bona habitualia substantiae intellectivae manant a gratia tamquam proprietates; dona Spiritus-sancti et scientia infusa, lumen gloriae, gratiae sanctificantis capacitatem et dignitatem supponunt; dona tandem actualia v. g. fidei, spei, etc... sunt dispositiones ad illam. Bona vero supernaturalia naturae corporeae dotes sunt corporis gloriosi consequentes beatitudinem iustorum; aut saltem perfectiones corporis unil hypostaticae Deo, quae unil gratia substantialis est, aut

(1) Epist. 95. — (2) In Jo an. c. 14 — (3) 1, 2, q. 62, art. 1. — (4) L. I, D. 4, n. 28. *De ente super.*

saltem cognitionem quidditativam scientiæ infusæ, alteriusve luminis connexi cum gratia sanctificante non excedunt. Ergo omnia dona supernaturalia cognitione aliqua cum gratia sanctificante donantur. Posterior pars prob. Bona supernaturalia sunt supra omnem connexionem quidditativam, ordinem transcendentem et exigentiam naturæ. Ergo nullum constat ens naturale, quod mediato aut immediate ordine transcendentem cum gratia sanctificante connectatur. b) In hac sententia optime declaratur conceptus entis supernaturalis, quod apprehenditur ut esse quoddam præstantissimum creatæ naturæ elevatæ supra omnem naturam creatam ad cognitionem cum divina natura. Sed hæc elevatio fit gratia sanctificante, quam Catechismus Tridentinus (1) appellat «divinam qualitatem». S. Cyrillus Alex. (2), «formam divinam». S. Dionysius (3), «divinam nativitatem». Ergo cum gratia sanctificante connecti debet quicquid est supernaturalis.

8. Obj. 1.* Dantur aliqua entia supernaturalia non connexa cum gratia sanctificante, nempe ipsa gratia sanctificans, quæ neque est connexa cum gratia sanctificante distincta, neque cum gratia ut secum identificata; quia connexio extremorum distinctionem supponit. Ergo...

Resp. Neg. antec. Probationis primum membrum conc. Secundum, neg. vel dist. non est connexa physica connexione; conc. logica aut metaphysica; neg. Connexio physica distinctionem realem supponit inter extrema connexa, non vero logica aut metaphysica, quæ inter extrema realiter indistincta consistere potest. Ratio est quia: gratia sanctificans se ipsa immediate ratione excellentiæ participantis naturam divinam, quæ inter omnia dona singularissimum est, ad ordinem singularem atque excelsum nempe supernaturalem et divinum pertinere apprehenditur; cætera vero quæ in gratiam sanctificantem ordinem transcendentem habent, per cognitionem cum ipsa, in eam excellentiæ conditionem et supernaturalitatem adscribuntur (4).

Obj. 2.* Potest Deus accidentia supernaturalia efficere naturæ irrationalis propria, ut videtur fuisse vis præservativa mortis in ligno vitæ. Sed huiusmodi accidentia carent connexione cum gratia sanctificante, quæ est propria rationalis creaturæ. Ergo...

Resp. conc. maj. Min. neg. Nam etiam permittendo illa non habita connexionem physicam cum gratia sanctificante, adhuc haberent intentionalem quidditativam, quatenus soli gratiæ illo-

(1) De baptismo. — (2) L. 4, in Isaiam, Or. 2. — (3) De eccles. hierarch. c. 2. — (4) Ripaldæ. De ente super. l. I, D. 4, n. 32.

rum accidentium quidditativa cognitio deberetur. Dixi permittendo, quia verius videtur nulla esse accidentia supernaturalia, quæ physice etiam alicui sanctitati, saltem substantiali seu unioni hypostaticæ, aliquo pacto debita non sint. Quidquid enim perfectionis esse potest in substantia creatâ, certe unioni hypostaticæ, infinite substantiam unitam perficienti, debitum est. Nec obest naturam irrationalem non fieri sanctam eo modo, quo creaturæ rationales; nam harum sanctitatis non est capax; fieret tamen unione hypostatica sancta sanctitate religionis et digna cultus patriæ. Jam vero ad ordinem supernaturalem sufficit hæc sanctitas, cum ratio in genere sanctitatis præscindat ab habituali et substantiali (1).

De virtute arboris vitæ ad præservandum a morte potest cum D. Thoma (2) aliisque negari fuisse supernaturalem: «Non poterat virtus ligni vitæ ad hoc se extendere ut daret corpori virtutem durandi tempore infinito, sed usque ad determinatum tempus... Unde cum virtus ligni vitæ esset finita, semel sumptum præservabat à corruptione usque ad determinatum tempus; quo finito, vel homo translati esset ad spiritualem vitam, vel indignisset iterum sumere de ligno vitæ.»

Obj. 3.* Actus supernaturales generant habitus naturales. Sed hi connectuntur cum sua causa nempe actibus supernaturalibus. Ergo dantur aliqua entia naturalia connexa cum gratia.

Resp. Permitto maj. quam probabilius negandam existimo. Min. neg. Nam habitus naturalis processio ab actibus supernaturalibus est supra exigentiam huiusmodi habitus, et solum contingit supernaturalium actuum exigentia; habitus naturalis suapte natura a solis actibus naturalibus produciuntur et solum ad eos ordine transcendentali referuntur.

SCHOLIUM.

De possibilitate substantiæ supernaturalis.

Hæc questio ad declarandum conceptum entis supernaturalis est valde utilis. Questionis sensus est: an possibilis sit creatura rationalis, cui gratia sanctificans, visio intuitiva essentiae divinæ, aliaque huiusmodi dona sint connaturalia, seu ex ipsis naturæ principijs debita. Totâ questio, ait Suarez (3), pendet ex visione beata, nam in genere finis est quasi prima radix totius ordinis gratiæ omniumque supernaturalium donorum. Negant possibilitatem D. Thomæ (4), thomistæ generatim, et nostri communiter

(1) Ripaldæ, De ente super. l. I, D. 4, n. 34. — (2) l. Q. 97, art. 4. — (3) De Deo, l. 2, c. 9, n. 1. — (4) l. Q. 12, art. 4.

cum Suario (1); ejus non repugnantiam non omnino rejiciunt Valentia, Molina, Becanus, etc.; palam defendunt Albertinus, Hurtado, Mendoza, Marin (2), et prae omnibus strenue et subtiliter Ripalda (3). Nos communem sententiam, pondero saltem auctoritatis probabiliorem, sequemur.

Dico. III. Substantia entitative supernaturalis probabilius repugnat.

9. **Prob. 1.^o** Auctoritate Patrum, qui vel solo nutu Dei creaturam elevari ad supernaturalia, vel nullam creaturam natura sua esse beatam, affirmant. Sed creatura i. e. substantia supernaturalis non solo nutu Dei elevaretur, et natura sua foret beata. Ergo... *Moj.* quoad primam, est S. Cyrilli (4) Alex. (4): «Creatura quippe et ser-va natura ad supernaturalia vocatur solo nutu et voluntate Patris.» Quoad secundam, S. Augustini (5): «Quamvis non omnis beata possit esse creatura... ea tamen quae potest, non ex seipsa potest; qui ex nihilo creata est.» Adde adversarios nullum posse Patrem asserere, qui pro eis stet e contra Patres fore omnes cum de visione Dei loquantur nostrae sententiae favore, ne dicam eam affirmare, constat ex allatis alibi (6) testimoniis.

2.^o «Rationem a priori hujus veritatis reddere difficile est... Nihilominus censeo, ait Suarius (7), refutatis aliorum auctoram rationibus, rationem D. Thomae optimam esse, quantum pro capacitate materiae adduci potest. Ea est quae his verbis D. Thomae continetur: «Relinquitur ergo quod cognoscere ipsum esse subsistens sit congruaturae soli intellectui divino, et quod sit supra facultatem naturalem ejuslibet intellectus creati: quia nulla creatura est suum esse, sed habet esse participatum. Non igitur potest intellectus creatus Deum per essentiam videre, nisi in quantum Deus per suam gratiam se intellectui creato conjungit: ut intelligibile ab ipso (8).» Creaturam ideo non posse videre Deum naturali virtute, quia non est suum esse seu Deus, breviter eum eodem Angelico (9) probatur ita: Modus cognoscendi sequitur modum essendi; sic sensus non cognoscit nisi res materiales; anima rationalis, quia unita corpori, non attingit spiritualia prout sunt in se, sed analogice ad res corporeas; angelus denique intuitive alios angelos, sed non Deum cognoscit. Atqui modus essendi Dei infinite excedit omnem modum essendi creaturarum; solum enim Deus est actus purissimus et simplicissimus. Verbo suum esse, creaturae vero quotquot possibiles sunt semper admixtum habent aliquid potentialitatis et compositionis. Ergo nulla creatura quantumvis perfecta potest propriis viribus Deum intuitive videre (10).

(1) De Deo, l. 2, c. 9, in 3.^o par. b. D. 31, sec. 6. De gratia, l. 8, c. 3. — (2) De Res-titudine, D. 4, (3) De ent. sup. l. 1, D. 23. — (4) In Joann. l. 1, c. 9. — (5) De civit. Dei, l. 12, cap. 2, n. 2. — (6) Vol. II, Disq. IV, n. 89. — (7) De Deo l. 2, c. 9, n. 3, 10. — (8) i. Q. 12, art. 4. — (9) Ibid. — (10) De hac ratione Suarius (Metaphys. D. 30, sec. 11, n. 14). «Et sane qui attente ponderaverit, hinc purissimam actualitatem divinae naturae cum ejus infinitate et immensitate conjunctam, inde vero similitas vires naturales cujuscumque intellectus creati, et imperfectum modum illius, statim (credo) intelliget, esse per sese valde verisimile, non posse tam im-

Eadem assertio potest ulterius suaderi: a) De facto nullam Deus creavit substantiam supernaturalem. Ergo non est possibilis. *Conseq.* prob. Tum quia Deus universum ad suas perfectiones manifestandas condidit, et valde inconveniens cuique appareret eas sub medio pure possibilium reliquias creaturas, in quibus divinae perfectiones plus elucerent: tum quia accidentia supernaturalia, quae nunc existunt, videntur exigere tamquam subjectum proprium substantias supernaturales, si haec possibiles sunt. b) Ad divinam perfectionem videtur spectare Deum habere aliqua accidentia omni substantiae possibili creatae supernaturalia; tum quia magnificentiae Dei est plus posse dare creaturis, quam ipsae exigant: tum quia ejus omnipotentia minueretur, si ut auctor supernaturalis plus non posset, quam ut auctor naturae. Sed si dantur hujusmodi accidentia potissimum erunt visio et gratia propter earum excellentiam et auctoritatem Patrum eas praedicantium, ut omnino gratiosas et supra naturam. Ergo...

10. **Obj. 1.^o** Unio hypostatica est substantia supernaturalis modalis. Ergo et possibilis erit substantia absoluta supernaturalis.

Resp. Nego conseq. Etenim eodem modo argueretur, datur substantia supernaturalis modalis, cui debita est unio substantialis cum Deo, ergo possibilis est substantia, quae ex intrinsecis suis exigit unionem substantialem cum Deo, quod nemo theologorum patienter audiet. Disparitas in eo consistit, quod unio hypostatica suam excellentiam mutuatur ab extremis, quae conjungit, quum sit quaedam via ad communicandam humanitati divinae substantiam; substantia vero absolute supernaturalis non ex Deo, sed ex propria natura, quae esset mensura perfectionum ejus, excellentiam, ut ita loquar, divinam mutuaret (1).

Obj. 2.^o Si argumentum D. Thomae aliquid probat, neque intellectus roboratus lumine gloriae poterit Deum videre; nam complexus intellectus et luminis gloriae est etiam aliquid potentiale et compositum. Ergo ex capite potentialitatis et compositionis substantia supernaturalis minime repugnabit.

Resp. Neg. conseq. antec. Rationem declaro: est etiam aliquid potentiale et compositum, quod tamen sit instrumentum solius purissimae et simplicissimae naturae Dei ad eam videndam; conc. Aliter, neg. «Concedo, ait Suarius (2), intellectum etiam informatum lumine gloriae habere modum essendi inferiorum illi.

«perfectam facultatem suis viribus formare proprium conceptum tam excellentis objecti. Quod etiam aptissime declarat sensibile exemplum, quo usus est Aristoteles cum dixit, sicut se habet oculus nocturne ad lumen solis, ita comparari intellectum nostrum ad manifestissimam naturam. Adde quae nos possumus infensa inaequalitate seu disproportione distare magis quamlibet intellectum creatum ab increato lumine divino, quam oculum nocturne a lumine solis; si ergo non solum oculis nocturne, verum etiam multi alii perfectiones non possunt solem in se directe intueri, quid mirum est, quod sit Deus invisibilis, omni intellectui creato, propria et naturali virtute operanti? Vide etiam Vol. II, Disquisit. IV, n. 92.

(1) Vide V. Jam. De Deo, d. 2, q. 2. — (2) Metaph. D. 30, sect. 11, n. 30.

quem Deus in se habet; nego tamen simpliciter consequentiam, quia totum illud conjunctum non concurret, ut organum alicujus essentiae creatae, cui commensuretur. Et hoc ipsum est, lumen illud esse cuiusdam superioris ordinis, in quo talem dicit habitum ad Deum, ut nullam substantiam creatam possit respicere tamquam radicale principium et fundamentum sui esse, et ideo non posset ei esse connaturale. Adde vero, etiam visionem illam, quae tunc luminis est proportionata, habere in se inferiorem modum essendi, quam habet visio increata ipsiusmet Dei. Est tamen singularis participatio illius visionis, et superat omnem visionem connaturalem creaturae, eo quod immediate respicit ipsam Dei essentiam prout in se est, tamquam proprius conceptus ejus. (Vid. *Metaphys.*, D. 30, sec. 11, nr. 13-19, 45-51.)

Obj. 3^a. Dei omnipotentiae concedendum est posse quidquid repugnare non probatur. Sed non probatur substantiam supernaturalem repugnare. Ergo...

Resp. Dist. *may*. Concedendum est certo posse quidquid certo non repugnat; conc. Certo posse id de cuius repugnantia dubitatur; neg. Nam, si ut fieri potest, vere repugnat, non poterit illud, cuius repugnantiam certo non probamus; Deus facere. *Nota*, dist. Non probatur certo substantiam supernaturalem repugnare; conc. Non dubitatur ita ut probabilis sit repugnare; neg.

11. Rejcta possibilitate substantiae supernaturalis, sponte fuit omne ens supernaturale futurum accidens (1). Dividitur in actuale et habituale. Actuale comprehendit sub se omnes actus supernaturales elicitos a natura rationali; tam perfectos et absolutos, quam imperfectos et inefficaces. Habitualis complectitur gratiam habituales omnesque virtutes infusas permanentes; tam theologicas, quam morales. De singulis in hac disquisitione et sequenti de virtutibus agendum est; nunc ut multum praefrens lucem omnibus dicendis, solum discutendum venit an idem obiectum formale possit esse commune actui naturali et supernaturali.

Dico IV. Actus supernaturales suam supernaturalitatem a principio effectivo necessario desumunt, et probabilius, etiam necessario ab obiecto formali.

12. *Nota*. 1. Actus potest esse vel naturalis, si quoad suam entitatem et modum, quo elicitor, non praetergreditur id, quod est naturae debitum; vel supernaturalis quoad modum, si quoad suam entitatem non excedit naturam, excedit vero quoad modum, quo elicitor; e. g. ratione auxilii indebiti, vel supernaturalis quoad substantiam, cuius entitas vires potentiae creatae superat, ac proin-

(1) De Deo utrum sit supernaturalis. Plures negant, alii affirmant. Videtur potius questio nominis quam rei, cum omnis perfectio sit Deo naturalis et debita; nem nullam excellentiam tribuant affirmantes, quam negantes non concedant, neque id, quo nituntur isti ab illis rejci potest. Deus sane dignitate et perfectione supra omnia etiam supernaturalia excellit; ut non minus naturalia quam supernaturalia cum Deo connectatur, illamque exigit.

de actus, ille est qui quidditativam connexionem habet cum gratia sanctificante. Dari hos actus quoad substantiam supernaturalem, licet aliqui veteres negarunt, est certum et potest breviter probari; quia actus salutares sunt media ad finem supernaturalem obtinendum; inter finem autem et media proportio ab omnibus exigitur; necesse est ergo ut actus perducentes ad consequentiam finis supernaturalis sint etiam supernaturales quoad substantiam, sicut ipse est finis. De his actibus procedit questio proposita.

II. Variè auctores notiones obiecti materialis et formalis exponunt, inde confusio; quam ut vites, obiectum materiale est illud, quod propter aliud attingitur; obiectum vero formale, quod attingitur propter se. Exemplum vulgare praebet aegrotus, qui vult scissionem venae obj. materiale propter sanitatem (obj. formale). Dividitur in obiectum formale quod, et formale quo. «Formale quod, ait Lössada (1), alias *ratio formalis quae*, est obiectum expresse attactum ab actibus quod identice participat seu contrahit rationem formalem sub qua.» Haec, seu *obiectum formale quo*, est: «ratio communis, vi cuius omne obiectum particulare redditur attingibile per actus alicujus potentiae vel scientiae.» Sic bonitas, aut bonum ut sic, est ratio formalis sub quo respectu voluntatis; quidquid autem expresse appetitur propter se est obiectum formale quod (2). Alii auctores pro *formale quod* solum intelligunt ipsam rationem *motivam qua*; v. g. quando quis bonitatem Dei propter ipsam bonitatem Dei amat; *formale quo* est ipsa ratio *motiva qua* in alio existens, v. g. cum proximum amas, quia in eo relictet bonitas Dei, credis mysterio SS. Trinitatis, quia Deus dicit 3^a. (Confer. *Urraburu* S. J. Logica, L. 2, D. 4, c. 1, art. 4, n. 260.)

Ripalda egregius et copiosus in argumentis adversarius ita explicat: «*Ratio formalis sub qua* est intrinseca cognoscibilitas aut amabilitas obiecti, sui capacitas formalis intrinseca obiecti ad determinandum cognitionem vel amorem. In praesenti questione «cognitionem vel amorem, naturalem vel supernaturalem. *Ratio formalis obiectiva quae* ex parte obiecti est bonitas seu veritas intrinseca obiecti, quae fundat in obiecto cognoscibilitatem seu amabilitatem ipsius (v. g. bonitas Dei ad ipsum amandum, revelatio divina ad credendum)... *Ratio formalis sub qua extrinseca*, tenens esse ex parte potentiae, est denominatio extrinseca proveniens obiecto ex aliquo conditione intrinseca potentiae ad agendum actum necessaria, ut obiectum esse conforme regulae supernaturali provenit a cognitione supernaturali necessaria potentiae ad agendum actum supernaturalem (4).»

Lugo insignis etiam contrarius (5) ait: «Addit haec sententia

(1) De natur. et obiect. Logic. Disp. 2, c. 7, nr. 10, 11. *Cursus philosoph.*—
(2) «Habendus praee oculis in hac materia modus loquendi plurimum thomistarum, quibus *sola ratio formalis sub qua* est proprie obiectum formale. Rationem vero *formalem quae* vel obiectum *formale quod*, prout a nobis explicatum est, vocant obiectum materiale proprium et per se.» (Lössada, l. c.)—(3) *Hujus notationis usus fuit*. Vol. I, Dis. II, de Relig. n. 70; Vol. II, Dia. V, de Poenit. n. 101.—(4) De ent. super. D. 45, sec. 8, lib. 3.—(5) De fide, D. 9, sect. 1, n. 2.

ii. e. negans supernaturalitatem actus necessario desumi ab objecto formalis differre illos actus non per *objecta formalia quae*, sed per *rationes formales sub quibus*. Nam licet uterque actus tendat ad idem motivum, sub diversa tamen ratione formalis: nempe unus terminatur ad illud motivum, quatenus attingibile per actum naturalem; alter vero ad idem quatenus attingibile supernaturaliter; quae non tam sunt duae rationes objectivae, quam duae attingibilitates provenientes ex diversitate actuum, quibus potest attingi.

Juxta Suarezium (1), quem hic sequimur, *formale quo* est: ratio quaedam specialis propter quam objectum formale propter quod variat seu fit quasi aliud et aliter movet ad actum; sic in actu *fidei naturalis* motivum formale seu ratio credendi non est purum testimonium Dei, sed mixtum cum humanis signis, seu prout esse potest aliquo humano modo cognitum; in actu *fidei supernaturalis* motivum formale seu motivum est testimonium Dei purum, nempe hoc ipsum esse testimonium Dei eadem fide suscipiendo.

III. His praefectis concedunt omnes auctores, actum naturalem et supernaturalem posse in eodem objecto materiali convenire; nam eadem veritas v. g. Deum esse unum potest mihi innotescere fide supernaturali et cognitione naturali fundata sive in cognitione Dei naturali, sive in hominum testimonio, sive in aliis motivis. Item illi ipsi auctores, qui volunt actum naturalem et supernaturalem posse convenire in objecto formali quod, negant idem objectum formale quo, prout illud diverse explicat posse actui naturali et supernaturali esse commune. Toti igitur quaestio vertitur, an actus fidei v. g. naturalis possit elici ex eodem motivo, cogita puram Dei revelationem: quod actus fidei supernaturalis: idem intelligit de amore naturali et supernaturali propter bonitatem Dei, etc. Sententia negans est communior inter theologos; eam propugnant D. Thomas (2), Suarezius (3), thomistae generatim, alique plures; nihilominus sententia affirmans illustres auctores est defensores cum Scoto; inter nostros dominandi sunt Ripalda (4), Lugo (5), Arriaga (6), etc.; quare opinio nostra limites probabilitatis non transcendit.

13. I.^a Pars, Prob. I.^a Patres et Concilia una cum theologis exigunt necessario ad actum supernaturalem principium efficiens supernaturale; non aliter enim gratiae necessitatem ostendunt. Atqui si absque principio supernaturali posset actus supernaturalis consistere, nihil argumentum valeret. Ergo.

2.^o Omnis effectus exigit causam proportionatam. Sed nulla datur effectui supernaturali proportionata causa nisi supernaturalis. Ergo.

14. 2.^a Pars, Prob. I.^a S. Paulus ad Thessalonicenses (7): *Ideo et nos gratias agimus Deo... quoniam cum accepissetis*

a vobis verbum, auditis Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei. Unde, hic Apostolus fidem thessalonicensium iudicat esse supernaturalem, ratione objecti formalis illius fidei; quia accepistis illud, non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei. Atqui argumentum non teneret, si fides naturalis posset habere idem objectum formale, seu accipere verbum Dei, sicut est vere verbum Dei. Ergo.

2.^o Si objectum formale actus supernaturalis posset esse objectum formale actus naturalis, tale objectum ex se non esset supernaturale, sed potius naturale. Sed hoc non est dicendum. Ergo. Major patet, quia illud objectum formale virtus naturae attingi posset; jam vero illud solum dicitur supernaturale, ad quod ut talis virtus naturae non se porrigat; sic dicitur habitus supernaturalis, quis per actus naturales adquiri non potest; et actus supernaturalis, quia solis naturae virtus effici non potest. *Mia*, prob. Si objectum formale actus supernaturalis quoad substantiam non esset ex se supernaturale: a) Destrueretur fundamentum necessitatis gratiae ordinis supernaturalis, nam si formale illud motivum esse naturale, non erit necessarius habitus supernaturalis nec gratia ad elicendum actum illi objecto et motivo proportionatum quantum ipsum postulat. b) Adstrueretur doctrina communiori doctorum et Angelici contraria: *Natura diligit Deum super omnia* prout est principium et finis naturalis boni, *charitas autem secundum quod est objectum beatitudinis* (1). *Charitas diligit Deum ut beatificansem* (2). Confer etiam 1. 2. Q. 62, ar. 1; Q. 63, ar. 4.

3.^o Actus specificantur ab objecto et quidem formali, ut commune vult effectum. Sed actus supernaturales specie differunt a naturalibus. Ergo necessario habent diversa objecta formalia. Confirmatur ex D. Thoma, qui a generatim docet actus, habitus, potentias distingui ex objecto formali: sic affirmat habitus specie distingui, secundum objecta specie differentia (3); b) speciatim de quaestione, quam versamus: *virtus infusa et acquisita non solum differunt secundum ordinem ad ultimum finem, sed etiam secundum ordinem ad propria objecta* (4).

Reponunt adversarii loqui S. Thomam de objecto formali quo; verum charitatis exemplum evertit eorum responsum; nam in eo exigit D. Thomas, et Deum amari sub ratione supernaturali (object. formale quo), et Deum amari non ut auctorem naturae tantum, sed ut auctorem gratiae (object. formale quod).

4.^o Juxta Patres et Concilia gratia est absolute necessaria ad opus salutare, quia hoc opus in se est excellentioris ordinis quam natura. Unde sic arguitur: vel iudicatur esse excellentioris ordinis quam natura ratione objecti formalis, vel ratione principii efficientis, vel ratione ordinis ad vitam aeternam. Si primum, habemus quod intendimus; si secundum, jam supponit, ad Suarezium (5), *diversitatem essentialiam in ipsis actibus secundum se spectatis*: ideo semel unus illorum postulat principium effectivum distinctum et

(1) De grat. l. 2, c. 11. — (2) 1. Q. 77, art. 3; 2. Q. 54, art. 2, etc. — (3) De grat. l. 2, c. 11. — (4) De ente super. l. 3, D. 45. — (5) De fide, D. 9, sect. 1. — (6) De fide, D. 14. — (7) 1^a II, 13.

(1) D. Thom. 1, 2, Q. 109, ar. 3, ad 1. — (2) Ibid. ad 3. — (3) Ibid. Q. 54, art. 2. — (4) Ibid. Q. 63, art. 4, ad 2. — (5) De grat. l. 2, c. 11, n. 22.

«altioris ordinis, quia secundum naturam et speciem suam est altioris ordinis [1].» Tertium non potest admitti, quia agitur de actibus entitative et quoad substantiam supernaturalibus, qui ideo ad vitam æternam relationem dicunt, quia sunt excellentioris ordinis quam natura. (Vid. De Poenit. D. V, n. 86. Vol. III.)

15. Obj. 1.^o Hæretici credunt mysteria fidei, quae non negant, eodem ducti objecto formali, nempe auctoritate et revelatione divina, propter quam credunt catholici; patet ex firmitate iudicii et adhaesione ad eius veritates, quae est tanta, quanta in catholicis. Sed fides hæreticorum est naturalis. Ergo...

Resp. Negro *maj.* Nam in hæreticis ratio credendi mysteria, quae non negant, non est purum verbum Dei, sed mixtum cum humanis rationibus; in catholicis vero assensus fidei pure fundatur in testimonio Dei, hoc ipsum nempe esse verbum Dei eodem fide suscipiendo, et veracitatem Dei eodem fide credendo. Estimatio hæreticorum, ipsorumque daemonum, qui credunt et contemnisunt [2], tantum naturaliter, non fundatur in veritate Dei hoc ipsum de se revelantis, sed in lumine naturali, quo id cognoscitur. Quod Deus illa, quae credunt, dixerit, sicut aliqua signorum evidentiā, vel probabilitate vehementi, simul cum aliqua traditione humana, ut ex illis omnibus conflatur ratio, seu motivum assentiendi naturaliter mysteriis a Deo revelatis. Nobis concessit D. Thomas 3.^o: «Hæreticus... non tenet eodem modo articulos fidei, sicut tenet eos fidei, scilicet simpliciter inhaerendo primæ veritati... sed tenet ea, quae sunt fidei, propria voluntate et iudicio.» Adhaesione tandem et firmitate iudicii hæreticorum non esse tantam, quantum catholicorum, ex facilitate, qua in sua fide variant satis constat.

Obj. 2.^o Ex eodem motivo bonitatis divinae Deus potest diligere tam amore naturali, quam supernaturali; si enim cognoscitur cognitio naturalis, erit amor naturalis; si cognoscitur per cognitionem supernaturalem, erit supernaturalis. Ergo...

Resp. Negro *assertum.* Rationem dist. Erit amor naturalis vel supernaturalis mixto objecto formali: conc. Eodem objecto formali; neg. Bonitas Dei spectata ut est auctor naturae habet, tum ratione naturalis dependentiae creaturae, tum ratione Dei ut primi principii et ultimi finis creaturae naturaliter proportionati, vinculum quoddam naturale praebens rationem naturaliter amandi Deum

(1) Id videtur ferri Lugo (De fide, D. 9, sect. 1, n. 18) cum scribit: «Eadem honestas temperantiae v. g. potest proponi voluntati dupliciter. Primo ut lumine naturae manifesta; secundo ut testificata a Deo consulente vel praecipiente temperantiae... Comparando ergo hos duos amores honestatis et temperantiae inter se, licet uterque tendat ad eandem honestatem, alter tamen tendit ad eam honestatem in se apparentem; alter ad illam honestatem non in se apparentem, sed in revelatione et manifestatione divina; quare jam ex parte motivi apparet aliquid diversum in uno actu et in alio.» Inferius solvens difficultatem addit: «ob-jectum tamen ipsius actus fidei est vere motivum. Objectum autem non est sola honestas temperantiae, sed honestas temperantiae connexa cum revelatione Dei, quod totum tenet se ex parte objecti illius actus et quod totum movet ad amorem temperantiae.» (2) Jacob. II, 19.—(3) 2, 2.^o Q. 5, art. 3.

constituensque objectum formale amoris naturalis. Eadem Dei bonitas spectata ut communicabilis per gratiam non habet naturalem vinculum cum creatura, et sub hoc respectu constituit objectum amoris supernaturalis; unde licet Dei bonitas in se una sit et simplicissima, sub ratione tamen duplicis motivi distinguitur, unum quod amorem naturalem, alterum quod amorem supernaturalem fundet.

Instabis: facta propositione supernaturali objecti fidei, Deus potest negare auxilium adjuvans physice seu concursum supernaturalem ad actum fidei, relicto naturali concursu. Sed tunc intellectus posset assentiri cum solo generali concursu, et ex eodem motivo, quia non habet aliud. Ergo...

Resp. Conc. *Maj.* *Min.* neg. Nam posset quidem intellectus in eo casu, «elicere actum aliquem, illum tamen futurum esse naturalem ex motivo naturali diverso a motivo christiane fidei. Quia licet objectum sit propositum sub ratione supernaturali, semper etiam adiungitur ratio naturalis sufficiens ad assentiendum vel volendum naturaliter, et tunc potentia secundum naturalem vim operatur, quia per actualem motionem superiorem non amplius elevatur.» Ratio est, «quia fidei objectum, dum proponitur ut credendum ex auctoritate Dei, semper fit etiam credibile per rationes humanas manducantes hominem ut elevari possit ad credendum altiori modo... Hinc ergo facile fieri posset, in eo casu, ut intellectus destitutus superiori auxilio, fidei assensum praebet veritati propositae, non tamen ex motivo fidei supernaturalis, quia non ex pura Dei auctoritate, sed ex motivis et rationibus humanis, sub quibus illa proponitur et cum quibus illa coniungitur, quando assensus est meri humanus et acquisitus [1].»

Obj. 3.^o Honestas propria virtutum moralium v. g. iustitiae et misericordiae, quae constituit earum objectum formale, est certo attingibilis per actum naturalem, ut nemo negat. Sed idem objectum attingi etiam potest per actum supernaturalem; nam alter actus supernaturalis virtutum moralium non posset esse v. g. iustitiae aut misericordiae aut alterius virtutis, cum non haberet objectum proprium illarum virtutum. Ergo...

Resp. Dist. *min.* Idem objectum attingi potest per actum supernaturalem, diversa objective apprehensum; conc. Identice objective apprehensum; subdist. per actum supernaturalem quoad substantiam; neg. quoad modum; conc. Exemplo declaratur. Iustitia tam naturalis quam supernaturalis solvit debitum, propter jus servandum; sed illa tamquam officium solius naturae, haec tamquam medium elevatum ad servandum et prosequendum ordinem supernaturalem. Hinc est inter ipsas et respondendo ad inconveniens illatum duplex convenientia materialis et omnimoda diversitas formalis: conveniunt materialiter in solutione debiti, in prosecutione iuris; sed honestas iuris unius est pure terrena, alterius tota caelestis; nec coniungenda est in virtutibus moralibus supernaturalibus elevatio a rationibus formalibus iustitiae, misericordiae, etc.;

(1) Suarez. De grat. I, 2, c. 11, n. 54.

nam ipsae rationes formales, quibus materialiter conveniunt cum virtutibus naturalibus, elevantur ad ordinem supernaturalem. Si enim ipsa honestas, quae intenditur, non esset elevata, actus supernaturales, circa eam versantes, essent supernaturales quoad modum tantum, non quoad substantiam de quibus agimus.

Instabile: Sufficit motivum virtuti morali naturali et supernaturali commune esse attingibile et actu naturali et actu supernaturali, ut priori modo sit objectum naturale, posteriori vero supernaturale. Ergo sufficit diversitas in modo tendendi ad idem objectum, quia requiritur in motivis diversitas objectiva.

Resp. Neg. ante. «Illa duplex attingibilitas nihil vel absolutum, vel respectivum secundum rem addit illi motivo, sed tantum relationes rationis fundatas in denominationibus extrinsecis sumptis a duobus actibus, qui possunt alci ex tali motivo.» Praeterea: «motivum esse supernaturale non est denominatio extrinseca, sed est excellentia motivi superantis vires naturales intellectus creati; ideoque si intellectus creatus potest suis viribus absolute velle, vel assentiri ex tali motivo specifico, secundum ultimam a propria rationem suam spectato, tale motivum non potest dici supernaturale, sed naturale (1).»

Obj. 4.^a Potest aliquis per actus, quorum objecta sint pure naturalia, se disponere ad fidem et gratiam: ut infidelis, qui ex his, quae facta sunt, invisibilia Dei cognoscat, ipsumque quaerat, amet ac tandem credat. Sed nemo potest se disponere ad fidem et gratiam nisi actibus supernaturalibus. Ergo.

Resp. Dist. Maj. Se disponere potest actibus objectis, negative; non, vel trans, positive, neg. Infidelis, si facit quod in se est, perveniet ad fidem, vi illius dicit: «facienti quod in se est Deus non denegat gratiam;» de quo postea disserendum est.

CAPUT I.

De gratia actuali secundum se ejusque proprietatibus.

16. Praenotandum. Definitio gratiae ejusque partitiones. Gratiae vocabulum multiplici sensu accipi potest (2). S. Thomas potiores tradit his verbis (3): «secundum communem modum loquendi tripliciter gratia accipi consuevit: uno modo pro dilectione alienius, sicut consuevimus dicere quod iste miles habeat gratiam regis, id est, rex habet eum gratum; secundo sumitur pro aliquo dono gratis dato, sicut consuevimus di-

(1) S. Aug. De grat. L. 2, c. 13, nn. 74, 75.—(2) Vide Maxellian. Card. De grat. Christi. D. 1, ar. 3.—(3) 1, 2, Q. 110, ar. 3; S. Aug. De gratia, Proleg. 3, c. 1.

scere: hanc gratiam facio tibi. Tertio modo sumitur pro recompensatione beneficii gratis dati, secundum quod dicimus agere gratias beneficiorum. Quorum trium secundum dependet ex primo, ex amore enim, quo aliquis habet alium gratum, procedit quod aliquid ei gratis impendat; ex secundo autem procedit tertium, quia ex beneficiis gratis exhibitis gratiarum actio consurgit.» Infra addit: «Quantum ad primum... quia bonum creaturae provenit ex voluntate divina, ideo ex dilectione Dei, qua vult creaturae bonum profuit aliquid bonum in creatura... Et secundum hujusmodi boni differentiam differens consideratur dilectio Dei ad creaturam: una quidem communis, secundum quam diligit *omnia quae sunt* (1), secundum quam esse naturale rebus creatis largitur; alia autem dilectio est specialis, secundum quam trahit creaturam rationalem supra conditionem naturae ad participationem divini boni; et secundum hanc dilectionem dicitur aliquem diligere simpliciter... Sic igitur per hoc quod dicitur homo gratiam Dei habere significatur quiddam supernaturale in homine a Deo proveniens.» Hinc gratia theologice et simpliciter sumpta, descriptivè definitur: donum Dei gratis collatum, omne naturae debitum excedens et ad salutem aliquo modo conferens (2).

Gratia collatum, constat ex Apostolo (3): *Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non esset gratia*, ut enim ipse praemiserat (4): *Et... qui operatur, mercede non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum*; ubi rationi gratiae oppositam esse rationem debiti aperte affirmat. S. Augustinus gratiae doctor, quia eam adversus pelagianos propugnavit, passim eodem modo loquitur (5): v. g. *Quid est gratia? gratis data. Quid est gratis data? donata non reddita.* Atque ita esse, ex nativa significatione vocis graece *χρημα*, i. e. donum gratuitum, ex Philospho (6) confirmatur, cum ait gratiam esse, «per quam is, qui possidet, dicitur gratificari ei, qui indiget, non pro illa re, neque ut aliquid sit ei, qui tribuit, sed ut illi aliquid.»

Omne debitum naturae excedens, nam aliter jam non esset omnino gratis collata; et quamvis, ut notarunt Patres Africani, inter quos S. Augustinus (7), quaedam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, quae creati sumus, ut non nihil essemus... sed homines... alia est tamen quae praedestinati vocamur, justificamur, glorificamur... Hanc apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat... Illam vero gratiam, quae creati sumus homines, etiam si ita appellandum non immerito intelligimus, mirum est

(1) Sap. XI, 27.—(2) Conf. S. Aug. proleg. 3, c. 2.—(3) Rom. XI, 6.—(4) Ibid. IV, 4.—(5) In Joann. tr. 3, n. 9.—(6) L. 2, Reth. c. 7.—(7) Epist. 177.

nam ipsae rationes formales, quibus materialiter conveniunt cum virtutibus naturalibus, elevantur ad ordinem supernaturalem. Si enim ipsa honestas, quae intenditur, non esset elevata, actus supernaturales, circa eam versantes, essent supernaturales quoad modum tantum, non quoad substantiam de quibus agimus.

Instabile: Sufficit motivum virtuti morali naturali et supernaturali commune esse attingibile et actu naturali et actu supernaturali, ut priori modo sit objectum naturale, posteriori vero supernaturale. Ergo sufficit diversitas in modo tendendi ad idem objectum, quia requiritur in motivis diversitas objectiva.

Resp. Neg. ante. «Illa duplex attingibilitas nihil vel absolutum, vel respectivum secundum rem addit illi motivo, sed tantum relationes rationis fundatas in denominationibus extrinsecis sumptis a duobus actibus, qui possunt elici ex tali motivo.» Praeterea: «motivum esse supernaturale non est denominatio extrinseca, sed est excellentia motivi superantis vires naturales intellectus creati; ideoque si intellectus creatus potest suis viribus absolute velle, vel assentiri ex tali motivo specifico, secundum ultimam a propria rationem suam spectato, tale motivum non potest dici supernaturale, sed naturale (1).»

Obj. 4.^a Potest aliquis per actus, quorum objecta sint pure naturalia, se disponere ad fidem et gratiam: ut infidelis, qui ex his, quae facta sunt, invisibilia Dei cognoscit, ipsumque quaerit, amet ac tandem credat. Sed nemo potest se disponere ad fidem et gratiam nisi actibus supernaturalibus. Ergo.

Resp. Dist. Maj. Se disponere potest actibus objectis, negative; non, vel trans, positive, neg. Infidelis, si facit quod in se est, perveniet ad fidem, vi illius dicit: «facienti quod in se est Deus non denegat gratiam;» de quo postea disserendum est.

CAPUT I.

De gratia actuali secundum se ejusque proprietatibus.

16. Praenotandum. Definitio gratiae ejusque partitiones. Gratiae vocabulum multiplici sensu accipi potest (2). S. Thomas potiores tradit his verbis (3): «secundum communem modum loquendi tripliciter gratia accipi consuevit: uno modo pro dilectione alienius, sicut consuevimus dicere quod iste miles habeat gratiam regis, id est, rex habet eum gratum; secundo sumitur pro aliquo dono gratis dato, sicut consuevimus di-

scere: hanc gratiam facio tibi. Tertio modo sumitur pro recompensatione beneficii gratis dati, secundum quod dicimus agere gratias beneficiorum. Quorum trium secundum dependet ex primo, ex amore enim, quo aliquis habet alium gratum, procedit quod aliquid ei gratis impendat; ex secundo autem procedit tertium, quia ex beneficiis gratis exhibitis gratiarum actio consurgit.» Infra addit: «Quantum ad primum... quia bonum creaturae provenit ex voluntate divina, ideo ex dilectione Dei, qua vult creaturae bonum profuit aliquid bonum in creatura... Et secundum hujusmodi boni differentiam differens consideratur dilectio Dei ad creaturam: una quidem communis, secundum quam diligit *omnia quae sunt* (1), secundum quam esse naturale rebus creatis largitur; alia autem dilectio est specialis, secundum quam trahit creaturam rationalem supra conditionem naturae ad participationem divini boni; et secundum hanc dilectionem dicitur aliquem diligere simpliciter... Sic igitur per hoc quod dicitur homo gratiam Dei habere significatur quiddam supernaturale in homine a Deo proveniens.» Hinc gratia theologice et simpliciter sumpta, descriptivè definitur: donum Dei gratis collatum, omne naturae debitum excedens et ad salutem aliquo modo conferens (2).

Gratia collatum, constat ex Apostolo (3): *Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non esset gratia*, ut enim ipse praemisera (4): *Et... qui operatur, mercede non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum*; ubi rationi gratiae oppositam esse rationem debiti aperte affirmat. S. Augustinus gratiae doctor, quia eam adversus pelagianos propugnavit, passim eodem modo loquitur (5): v. g. *Quid est gratia? gratis data. Quid est gratis data? donata non reddita.* Atque ita esse, ex nativa significatione vocis graece *χρημα*, i. e. donum gratuitum, ex Philospho (6) confirmatur, cum ait gratiam esse, «per quam is, qui possidet, dicitur gratificari ei, qui indiget, non pro illa re, neque ut aliquid sit ei, qui tribuit, sed ut illi aliquid.»

Omne debitum naturae excedens, nam aliter jam non esset omnino gratis collata; et quamvis, ut notarunt Patres Africani, inter quos S. Augustinus (7), quaedam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, quae creati sumus, ut non nihil essemus... sed homines... alia est tamen quae praedestinati vocamur, justificamur, glorificamur... Hanc apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat... Illam vero gratiam, quae creati sumus homines, etiam si ita appellandum non immerito intelligimus, mirum est

(1) S. Aug. De grat. L. 2, c. 13, nn. 14, 15. — (2) Vide Maxellam Card. De grat. Christi. D. 1, ar. 3. — (3) 1, 2, Q. 110, ar. 3; S. Aug. De gratia, Proleg. 3, c. 1.

(1) Sap. XI, 25. — (2) Conf. S. Aug. proleg. 3, c. 2. — (3) Rom. XI, 6. — (4) Ibid. IV, 4. — (5) In Joann. tr. 3, n. 9. — (6) L. 2, Reth. c. 7. — (7) Epist. 177.

tamen, si in ullis legitimis, prophetiis, evangelicis apostolicisque litteris intelligimus. Unde satis declaratur, nomine gratiae, usu Scripturae et Patrum, illam venire dilectionem Dei specialem, secundum quam (Deus) trahit creaturam rationalem supra conditionem naturae ad participationem divini boni, quemadmodum nos docuit Angelicus supra.

Conferens ut videtur; quia (omissa potentia absoluta, qua Deus posset haec dona conferre sine ordine ad vitam aeternam) ordinarie, quoties Deus sic operatur (elargiendo dona supernaturalia), non agit ut causa ordinis naturalis, sed supernaturalis; ergo propter finem supernaturalem; nam quae a Deo sunt, ordinata sunt, et finis esse debet proportionatus principio; omne ergo supernaturale beneficium est propter spirituales utilitates (1).

Adicitur *aliquo modo*; quia sub gratia comprehenduntur non tantum dona in se supernaturalia, sed etiam omnia beneficia, quae licet in se naturalis ordinis sint, modo supernaturali, et ex providentia omnino gratuita et non debita conferuntur (2).

1.^o Gratia potest esse: 1.^o *increata vel creata*; increata, quantum donum gratuitum, quod conferitur, est ipse Deus. Ad eam pertinet a. Amor ipsius Dei, b. Dei Verbum, nam sic: *Deus dilexit mundum; ut Filium suum unigenitum daret* (3). c. Spiritus sanctus, immo tota Trinitas juxta S. Joannem (4): *Ad eum* i. e. iustum, *veniemus, et misericordiam apud eum faciemus*. Creata, quatenus donum supernaturale creatum seu a Deo distinctum conferitur.

2.^o *gratia Dei vel Christi*; nam in hypotesi non futurae incarnationis si Adam non peccasset, angeli, primi parentes ante peccatum, habuissent gratiam ex sola bonitate et benevolentia Dei; post peccatum vero etiam ex meritis Christi. Pro nobis, qui illam hypotesin rejicimus (5), omnis gratia Dei est gratia Christi, hoc tamen discrimine, quod gratia concessa Angelis et hominibus in statu innocentiae fuit ob merita Christi, qua caput erat hominum et Angelorum; data vero hominibus lapsis, elargita fuit ob merita Christi, qua Redeemptoris. Prior, sicut gratia Dei, data est non dignis, posterior positive indignis, prior est tantum elevans hominem ad statum supernaturalem, posterior est etiam medicinalis, sanans, praeter impotentiam physicam ad actus salutare, impotentiam moralem ex rebellione concupiscentiae ortam.

3.^o *interna vel externa*. Interna illa est, quae vel substantia animae vel ejus potentia spiritualibus inhaeret. Externa quaecumque alia gratia creata, quae animae ut spiritualis est non inhaeret. v. g.

(1) Suarez. Proleg. 3, c. 4, n. 3.—(2) Ibid. c. 3, n. 1.—(3) Joann. III, 16.—(4) XIV, 23.—(5) V. II, Disq. VII, Thes. LXXXI-LXXXIV.

variae immutationes supernaturales, quae in sensibus externis vel in appetitu sentiente fieri possunt, praedicatio, etc.

4.^o Interna subdividitur in *gratis datam et gratiam facientem*. Prima est, quae ad alienam salutem praecipue confertur, etiamsi eam accipientes ipsi non sanctificantur. Ab Apostolo (1) numerantur novem: *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae; alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum; aliter fides in eodem Spiritu; alii gratia sanitatum in suo Spiritu; alii operatio virtutum; alii prophetia; alii discretio spirituum; alii genera linguarum; alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult*. Hujus divisionis accommodatam explicationem vide apud D. Thomam et Suarezium (2). Gratiam faciens est ea, quae salutem illius, cui datur, respicit, ipsum aliquo modo sanctificans. Res etiam gratis data, sed haec appellatio communi theologorum sensu principaliter et expresse reservata est primae: a) tum quia illa dona per se non reddunt ea habentem Deo gratum, imo possunt esse in peccatore; b) tum quia *respective* magis gratuito datur a Deo; nam hujusmodi dona *dividi* singulis prout vult, nec omnibus offert; c) contra gratias gratum facientes salvifica voluntate omnibus sufficienter offert.

5.^o Gratia gratum faciens est *habitualis vel actualis*. Habitualis, quae conferitur per modum doni permanenter inhaerentis, quaeque existit licet actu non operari. Actualis, quae datur per modum actus sive auxilii transeuntis (3). Ad primam pertinent gratia sanctificans, virtutes infusae et prout ab Ids probabiliter distinguuntur dona Spiritus sancti (4). Ad secundam motiones supernaturales, quibus Deus ad salutariter operandum voluntatem allicit. Gratia, tam habitualis quam actualis, eo quod hominem ad salutariter operandum aliquomodo juvent, vocantur auxilia gratiae; nomen tamen auxilii gratia actualis jure speciali sibi vindicat.

6.^o Tandem gratia actualis, juxta diversa munera, quae exerceat, dividitur: a) in *gratiam praecedentem, comitantem et subsequentem*; b) in *excitantem et adjuvantem*; c) in *operantem et cooperantem*; d) in *sufficientem et efficientem*. Suarezius sic exponit singula membra: Primo enim dicitur haec gratia vel motio *praecedens*, quia tempore vel natura praecedat vel meritum, vel actum.

(1) i. Cor. XII, 7.—(2) 1, 2, Q. 111, art. 4; Proleg. III, c. 3.—(3) D. Thom. 1, 2, Q. 100, art. 6, 9, 10; Q. 110, art. 2; Suarez. Proleg. III, c. 6; Ripalda, De Ente super, D. 110, sect. 5.—(4) Vol. III, Disq. III, De Confirmatione a n. 49.

vel influxum liberi arbitrii, et ita hominem praevenit... Secundo dicitur *concomitans* seu comitans, quia simul cum ipso libero arbitrio influit in actum, et ab aliquibus vocari solet auxilium simultaneum. Tertio dicitur *subsequens*, quia supponit vel aliam gratiam, vel aliquem actum liberum ex gratia factum, ratione cujus datur. Quarto vocatur *excitans*, quia hominem non attendentem, et quasi dormientem a somno excitat, mentem actualiter illuminando, vel cor ejus tangendo. Quinto dicitur *adjuvans*, quia ipsam hominem ut actu operantem juvat. Sexto dicitur *operans*, quia solus Deus per ipsam in homine operatur, solus, inquam, i. e. sine libera hominis cooperatione. Septimo dicitur *cooperans*, quia cum ipso libero arbitrio actu operatur. Quibus addantur nomina *gratiae sufficientis et efficaci*, quae easdem gratias significant, neque fere omnes subdividere possunt; et nunc perfunctorie possumus ita exponi, ut *sufficiens* dicatur ratione virtutis et potestatis, quam habet ad operandum; *efficax* vero ratione actualis effectivitate, quam vel ex se, vel ex modo, quo datur, infallibiliter habet (1).

ARTICULUS I.

De gratiae actualis natura.

THESIS I.

Gratia actualis excitans consistit in sancta illustratione intellectus et pia voluntatis inspiratione indeliberate habitis.

18. Nota I. Sermo est de gratiae auxiliis adutorum propriis, quippe quae ad actus liberos efficiendos dantur; infantes sicut ad libere operandum apti non sunt, ita neque auxiliorum gratiae sunt capaces. Inter auxilia vero, quae Deus elargitur ad sanctificationem adutorum, primum esse aliquam gratiam excitantem, patet ex Tridentino (2) declarante: justificationis exordium in adultis a Deo per Christum Jesum praeveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione; hanc autem vocationem esse gratiam excitantem dicitur paulo inferius: aut per ejus excitantem... gratiam... ad suam ipsorum justificationem disponantur. Haec igitur gratia actualis, quae hominem vocans, excitat primo ad operandum salutariter erit excitans. Agimus de pure excitante; nam contingit (3) unum actum supernaturalem perfectum et delibera-

(1) Proleg. 3, c. 6, n. 11.—(2) Sess. 6, c. 5.—(3) Suarez, L. 3, c. 4, n. 3.

tum excitare animum ad alium... et sub ea ratione potest dici «actus deliberatus» gratia excitans, sed non est pure excitans, cum aliqui talis actus sit effectus alterius gratiae excitantis et adjuvantis.»

II. Ex definitione et divisione gratiae (1) supponendum est: a) Hoc auxilium gratiae esse aliquid donum supernaturale gratis homini collatum, quo aliquo modo ad bene operandum excitetur. b) Esse aliquid accedens potentis animae praesertim intellectus et voluntatis inherens. c) Esse aliquam qualitatem vel actionem seu motionem nobis divinitus immisissam (2).

III. Quoad naturam gratiae actualis et consequenter excitantis errant Quesnellus damnatus in ejus propositione 19.ª: «Dei gratia nihil aliud est, quam ejus omnipotens voluntas: haec est idea, quam Deus nobis tradidit in omnibus anis Scripturis; et Arnaldus asserens gratiam esse ipsam actionem deliberatam creaturae (3). Inter catholicos duae sunt celeberrimes sententiae, prima est generatim thomistarum (4), qui dicunt, gratiam excitantem stare non solum in actibus vitalibus indeliberatis intellectus et voluntatis, sed etiam in qualitate motus supernaturali, fluida sive transiente cum actibus, ad quos movet, per modum physici impulsus et ad quos effective concurrunt. Haec qualitas, juxta ipsius auctores, nobis a Deo immittitur, ut illustrationes et inspirationes debitas producamus. Aliqui progressi sunt affirmare, gratiam excitantem nihil praeter hanc qualitatem esse. Altera sententia affirmat consistere adaequate in actibus vitalibus sanctis intellectus et voluntatis, quos Deus producit in nobis sine nobis libere cooperantibus, quamvis ad eos, utpote actus immanentes potentiarum nostrarum, hae physice sed indeliberate concurrant. Ita Suarez, Ripalda et fere omnes nostri. Thesis sensu exclusivo non accepta est certa. Ripalda (5) vult, sine errore negari non posse.

19. I.ª Pars. Prob. 1.ª Divinae litterae, nos non posse supernaturaliter operari, nisi sanctis internisque illustrationibus et inspirationibus a Domino praeveniamur, saepe testantur. Ergo gratia excitans etc... Antec. prob. David ut posset supernaturaliter operari Dominum rogabat (6): *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam et custodiam illam in toto corde meo; Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte* (7). Et confitebatur: *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum* (8). Paulus rogabat Deum dare ephesiis (9): *spiritum sapientiae et revelationis*

(1) nn. 16, 17.—(2) Suarez, L. 3, c. 1.—(3) Epist. 198 ad d. Vancel.—(4) Alvar., de auxili. D. 74.—(5) De ont. super. D. 102, sec. 1.—(6) Ps. CXVIII, 54.—(7) Ps. XII, 4.—(8) Ps. CXVIII, 32.—(9) I. 17.

in agnitione eius... Sed hae Inspirationes et Illustrationes debent esse a Deo praeviente immissae; nam docentibus Paulo (1): *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dedit Deus...* Non quod sufficientes simul cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo vel (2); et Joanne (3): *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum...* Omnis qui audit a Patre et didicit, venit ad me; nihil proficeret sola propositio veritatis, si intellectus non audiret et disceret a Patre, si voluntas, qua inus ad Christum, non traheretur a Patre. Ergo... Ad rem S. Augustinus (4): *Hae gratia si doctrina dicenda est, certe sic dicatur, ut altius et interiora eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere, non solum per eos qui plantant et rigant extrinsecus, sed etiam per se ipsum, qui incrementum suum ministrat occultius, ita ut non ostendat tantummodo veritatem, verum etiam imperit charitatem.*

2.^o In illo reponenda est gratia excitans sive praeveniens, in quo Concilia et Patres reponunt. Sed Concilia et Patres illam reponunt in sancta illustratione intellectus et pia voluntatis inspiratione. Ergo gratia excitans etc. *Mia*, prob. a) Quoad Concilia, Milevitanum II. can. 4. asserit, ad gratiam Dei pertinere ut sciamus, non solum quid appetere et quid vitare debeamus, sed etiam ut quod faciendum cognoverimus etiam facere diligamus et valeamus, cum sit utrumque donum Dei, et scire quod facere debeamus et diligere ut faciamus. Arausicanum II. can. 7: *Si quis per naturae vigorem... evangelicae praedicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione et inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati, haereticum fallitur spiritu.* Tridentinum sess. 6, cap. 5, ait: *Justificationis exordium in adultis a Deo per Christum Jesum, praeviente gratia, sumendum esse... ita ut, tangente Deo, cor hominis si a ipso immediate impellente voluntatem, per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens... neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit.* b) Quoad Patres, ex nominibus, quae gratiae tribuunt (5); nam cum appellat cogitationem, scientiam, apertionem veritatis, sensationem, loquutionem in cogitatione, revelationem, vocationem, illuminationem, illuminatos oculos, inspirationem et infusionem charitatis, charitatem, desiderium, voluptatem, suavitatem, jucunditatem, delectationem, quam frequentissime voluntatem s. e. vo-

litionem) bonam, Sic S. Augustinus in Ps. CXVIII, (1): *Docet Deus suavitatem inspirando delectationem... docet scientiam insinuando cognitionem.* Cum itaque alia sint, quae ideo «discimus, ut tantummodo sciamus, alia vero, ut etiam faciamus; quando Deus ea docet, sic docet, ut scienda sciamus aperiendo veritatem, ut facienda faciamus inspirando suavitatem.»

3.^o Ratione, a) Deus hominem movet ad actum salutarem consentaneam ad naturam humanam, uti postulat vulgare effatum, gratia sese accommodat naturae. Sed modus consentaneus movendi naturam humanam, quae rationalis est, est per cognitionem boni et complacentiam seu delectationem voluntatis. Ergo pariter in ordine supernaturali, excitatio ad bonum supernaturale prosequendum, illustratione intellectus et delectatione seu inspiratione voluntatis continebitur; et quidem immediate a Deo immissis; nam aliter intellectus sola auditione fidei, et voluntas sola illustratione praecedente jam possent naturaliter quae elevarentur salutariter operari. b) In praesenti statu non solum elevat hominem gratia, sed vulnera ex peccato Adami contracta sanat. Atqui vulnera praecipua sunt ignorantia in intellectu et in voluntate infirmitas. Ergo gratiae respondet illustratione ignorantiam, delectatione infirmitatem pellere.

20. II.^o Pars, Prob. 1.^o Tridentinum (2), praevientem et excitantem gratiam esse impiorum vocationem, «qua nullis eorum existentibus meritis, vocantur, cui «gratiae libere assentiendo et «cooperando» ad justitiam «disponantur,» quamque libere «abjicere» possunt, disserte affirmat. Sed nullum habere meritum, posse vocationi divinae libere consentire vel resistere, supponit actus, in quibus gratia praeveniens consistit, esse nobis indeliberatos. Ergo... Idem intelligitur ex Arausicano II. can. 20. docente: *«Multa Deus facit in homine bona, quae non facit homo. Nulla vero facit homo bona, quae non Deus praestet, ut faciat homo.»*

2.^o Actus gratiae praevientis a S. Augustino aliisque Patribus dicuntur fieri in nobis sine nobis, hoc est, sine nobis libere cooperantibus vel moraliter concurrentibus, nam physice, cum agatur de actibus vitalibus, necesse est nos concurrere, ut communis philosophorum sententia fert. Ergo... *Antec*, prob. S. Augustinus (3): *«ut velimus sine nobis operatur, cum autem volumus, et sic volumus ut faciamus, nobiscum cooperatur.»* S. Bernardus (4): *«Ipso gratia liberum excitat arbitrium cum seminat cogitatum; sanat cum inmutat affectum... Sic ista cum libero arbitrio*

(1) Serm. 17.—(2) Sess. 6, cap. 5 et 6.—(3) De grat. et lib. arbit. c. 17.—(4) De lib. arbit. n. 47.

(1) I. Cor. III, 7.—(2) II. Cor. III, 5.—(3) VI, 44.—(4) De grat. Christi, c. 13.—(5) Palmieri S. J. De grat. Christi, dies. 9.

operatur, ut tantum in primo (lib. arbit.) illud praeveniat, in caeteris comitetur: ad hoc utrique praeveniens, ut jam sibi deinceps cooperetur.»

3.^o Angelici doctoris auctoritate (1), qui gratiam moventis, excitantis Dei explicat, quatenus «anima hominis movetur a Deo ad aliquid cognoscendum vel volendum, vel agendum,» et hoc modo gratia in homine non est qualitas, sed motus quidam animae, nempe intellectus et volitio a Deo immissae.

4.^o Excitatio hominis ad operandum incipit ab intellectu. Ergo ille actus non potest esse liber, cum antecedit motionem voluntatis, quae est formaliter libera. Sed voluntas proposito per cognitionem objecto connaturaliter in actum indeliberatum sese prodit, antequam intellectus plene advertat et possit deliberare. Ergo Deus, qui in ordine gratiae sese naturae processui accommodat, eodem modo intellectum et voluntatem ad salutariter operandum excitabit (2).

21. Obj. 1.^o Ex sacra Scriptura: a) Verba Joannis (3): *Ego sto ad vestrum et pulso*, quibus gratia excitans significatur. Sed pulsatio non est a pulsato, sed a pulsante. Ergo... b) Pauli (4): *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*; ubi sufficientia ad cogitandum ab ipsa cogitatione distinguitur: ergo prima gratia non est ipsa cogitatio. c) Eiusdem ad Romanos (5): *Quicumque enim Spiritu Dei agitur, ita sunt filii Dei*. Ergo homo per gratiam ita agitur, ut nihil operetur, ac proinde gratia saltem prima non est vitalis. De hac gratia videtur dixisse Augustinus (6): «Qui enim regitur, aliquid agit; et a Deo regitur ut recte agat: qui autem agitur, agere aliquid ipse vix intelligitur.»

Resp. ad a) Dist. *min.* Pulsatio physica et materialis, sive non vitalis, nec immediate ab anima perceptibilis; conc. Moraliter et vitalis, immediate perceptibilis ab anima; neg. (7).

Ad b) Negro. *conseq.* Licet verum sit, sufficientiam ad cogitandum non esse ipsam cogitationem, attamen sufficientia, ut est principium actus salutaris, habetur ex complexu concursus Dei supernaturalis et facultatum nostrarum; sed tam istae quam ille non sunt gratia animae interna, ut est cogitatio, quae ex illis exurgit quaeque primo formaliter hominem excitat.

Ad c) Iterum negro. *conseq.* Nam quamvis homines agantur Spiritu Dei, possunt et ipsi agere; nec S. Augustinus hominis operationem abiecit, solum dicit hominem «aliquid agere vix intel-

(1) 1, 2, Q. 110, ar. 2.—(2) Suar. L. 3, c. 5.—(3) Apoc. III, 20.—(4) 1. Corinth. III, 5.—(5) VIII, 14.—(6) De gest. Pilati.—(7) Suar. L. 3, c. 3, n. 8.

ligitur.» Caeterum hominem agere dum agitur, ex eodem S. Doctore probari potest (1), qui sic loquitur: «Aguntur enim ut agant, non ut ipsi nihil agant, et ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, ut quando id agant sicut agendum est, etc.»

Obj. 2.^o Juxta concilia et Patres auxilia excitantis gratiae fiunt in nobis sine nobis. Atqui actus intellectus et voluntatis non fiunt in nobis sine nobis. Ergo.

Resp. Dist. *May.* Auxilia non pure excitantia fiunt in nobis sine nobis; neg. Auxilia pure excitantia; subdist. Fiunt in nobis sine nobis libere efficientibus; conc. Sine nobis physice efficientibus, neg. Et contradiat, *minore*, etc. Verbis illis «sine nobis» triplex cooperatio nostra excludi potest: meritoria, libera et physica. Concilia et Patres primam et secundam tantum excludunt; nam eorum scopus solum erat declarare, hominem non posse suis viribus naturalibus gratiam mereri, salutisque initium non in homine, sed in Deo esse reponendum. Jam vero, quae non fiunt libere a nobis, licet fiunt nostro physico influxu, jure dicuntur esse in nobis sine nobis.

Inst. Si ita esset, initium salutis esset a nobis. Atqui hoc damnatur in concilio Arausicano. Ergo...

Resp. Dist. *May.* Initium salutis radicaliter et simpliciter primum; neg. Formaliter et cum addito «primum nempe internum nobis» subdist. Esset a nobis moraliter et libere efficientibus; neg. Physice tantum; conc. Et contradiat, *minore* neg. *conseq.*

Obj. 3.^o Ad auxilia gratiae intrinseca non sunt necessaria alia auxilia, ne in infinitum procedamus. Sed ad actus supernaturales pie illustrationis et sanctae inspirationis sunt necessaria alia auxilia. Ergo...

Resp. Dist. *May.* Non sunt necessaria alia auxilia intrinseca; conc. Alia extrinseca; neg. Et contradiat, *minore* etc. Sufficit ut Deus sine miraculo ad exigentiam meritorum Christi concurrat ut auctor supernaturalis ordinis ad producendum simul cum anima primum auxilium seu primam cogitationem et primam inspirationem supernaturalem; ne processus in infinitum detur (2).

Obj. 4.^o Gratia excitans datur homini ad salutem obtinendam. Atqui motus indeliberatus, maxime voluntatis, nihil conferunt ad salutem obtinendam. Ergo...

Resp. Dist. *min.* Nihil conferunt tamquam actus meritorii, conc. Tamquam dispositivi; neg.

Obj. 5.^o Sancti viri dum postulant a Deo dona gratiae non postulant ab ipso actus indeliberatos, sed deliberatos. Ergo...

Resp. Negro. *ant.* vel dist. Non postulant explicitate; trans. Implicitate in ipsa petitione actus deliberati; negro.

(1) De *corrip. et grat.* c. 2.—(2) Suar. L. 3, c. 4, n. 14.

Obj. 6.^o Actus indeliberati supernaturales jam sunt effectus gratiae excitantis. Ergo in ipsis gratia excitans non est reponenda.

Resp. Dist. *anteq.* Sunt effectus gratiae excitantis *active* sumptae; conc. *Passive*; neg. Gratia enim excitans *active* sumpta, seu respectively ad principium superius de quo procedit considerata, importat specialem assistentiam Spiritus sancti naturae indebitam, seu actionem, qua Deus actus illos supernaturales producit; *passive* sumpta seu respectively ad subjectum considerata, importat proprie effectum illius divinae operationis. (seu qualitatem, nam actus vitalis in suo perfecto esse qualitas est), qui quidem effectus est ipsemet mentis et voluntatis actus (1).

Inst. Gratia excitans etiam *passive* sumpta datur ad bene agendum, hoc est, ut boni actus principium sit. Ergo in ipso actu reponi nequit.

Resp. Dist. *anteq.* Ut sit principium actus salutaris *stricto*, qui est actus deliberatus; conc. Ut sit principium actus boni *aliquo modo* salutaris, nempe actus indeliberati supernaturalis; neg. Actus stricto sensu salutaris seu meritorius est actus deliberatus, ad quem peragendum bene confertur gratia excitans (2).

SCHOLIUM

Qui actus intellectus et voluntatis sancta illustratio et pia inspiratio esse possunt.

22. I. Quoad mentis illustrationem potest esse: a) Simplex apprehensio suavis, hoc est, quae objecti convenientiam proponat, licet de ea nihil determinet iudicio absoluto. b) Principium iudicium, quia iudicium est actus intellectus, qui prae caeteris mentem excitare et voluntatem movere atque dirigere valet. Hanc gratiam postulabat David (3); *Dic animae meae, salus tua ego sum.*

II. Quoad piam inspirationem: a) Est indeliberatus actus voluntatis, quo ad bene operandum excitamur. Multiplex esse potest, neque necesse est ut sit semper charitatis affectus; «varis et miris modis homo trahitur» ait S. Augustinus (4). Potest enim trahi et saepe trahitur timore, spe, etc. S. Cyrillus Alex. (5); ad salvandos homines Deus omnes vias, omnemque rationem admoveat. Nunc enim suppliciorum minus, ac irae terribilibus conditionibus, ad melius reducit: nunc autem bonorum pollicitationibus inescat, attrahitque ad utile. b) Actus etiam deliberatus potest quandoque dici gratia excitans quatenus movet ad alium actum salutarem agendum. Sic Tridentinum, de fide ait (6);

(1) Suarez, L. 3, c. 1, n. 11.—(2) V. D. Thom. 1, 2, Q. 111, ar. 2; Suarez, L. 3, c. 1, n. 11.—(3) Ps. XXXIV, 3.—(4) Epist. Pelag. L. 1, c. 1, n. 78.—(5) In Isai. ad cap. 28.—(6) Sess. 6, c. 10.

«In ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus crescent» ubi fides, quae necessario est actus deliberatus, ut excitativa bonorum operum exhibetur; non tamen est gratia pure excitans. (Vid. Ripalda, De Ent. super. D. 101, sec. 3; D. 103, sec. 2 et 4.)

THESIS II.

Ad rationem gratiae excitantis minime pertinet qualitas non vitalis et transiens, quae infundatur ad actus supernaturales eliciendos.

23. Nota. Est haec thesis generaliter contra thomistas et aliquos e Societate (1), quibus moderne accessit cl. Egger (2). Hi gratiam excitantem reponunt inadaequate plures, adaequate aliqui, in entitate non vitali, quae potentiam constituat in actu primo completam sitque principium supernaturalium actuum salutarium indeliberatorum. Hanc sententiam «si non ponat qualitatem determinantem potentiam» ad actum exercendum, et asserat «hujusmodi qualitatem semper infundi omnibus; quibus datur actuale auxilium sufficiens, ut convertantur si velint, etiamsi convertendi non videntur» vocat Suarez (3) non omnino improbabilem (4). Sed nostra, quae est Molinæ, Lessii, Bellarmini, Suarezii et plurium, probatur:

1. Quia Patres et concilia, licet saepius de gratia excitante adversus haereticos egerint et usque naturam collimarent, nunquam meminerunt qualitatis non vitalis transeuntis; actuum vero intellectus et voluntatis semper recordati sunt. Ergo juxta concilia et Patres praeter hos actus, nihil aliud esse de ratione gratiae excitantis credendum est.

2. Non sunt multiplicanda entia, maxime naturae obscurae, sine necessitate. Sed nulla est necessitas admittendi hanc qualitatem. Ergo... *Min.* quoad obscuritatem patet ex diversa ratione illam explicandi a suis propagatoribus. (V. Suarez, de grat. lib. 3, c. 4.) Quoad non necessitatem, prob. Necessitas deducitur vel ex revelatione, vel ex natura rei, Atqui ex neutro capite deducitur. Ergo, *Min.* Non ex revelatione, ut ex solutione difficultatum hujus et praecedentis theses plene constabit. Deinde ex manifestis S. Augustini sententiis: «Cum autem ab illo illius adiutorium deprecemur ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud deprecemur, quam ut aperiat quod latebat, et suave fiat quod non de-

(1) V. Ripalda, De Ent. super. D. 4, sec. 2 et 3.—(2) Enchirid. theol. dogm. special. n. 748.—(3) De grat. L. 3, c. 4, n. 14.—(4) V. Maxwell, Cardin. D. 1, art. 5.

«lectabat (1)». Ubi particula «quid aliud» interrogando addita, idem significat ac *nihil aliud*. Ergo gratia excitans nihil aliud est a pia illustratione et sancta inspiratione. Eadem *minor*. Non ex rei natura. Ideo rei natura hanc exigeret qualitatem, quia illustratio et inspiratio, ut essent actus vitales supernaturales exigerent aliquid intrinsecum supernaturale principium illas efficiens. Atqui nulla est necessitas intrinseci supernaturalis principii ut illae sint actus vitales et supernaturales. Ergo. *Min.* prob. Potest creatura supernaturaliter agere sola extrinseca elevatione, i. e. Deo specialiter assistente, atque in opus supernaturale immediate influente, loco alicujus principii intrinseci, v. g. habitus. Atqui hoc admissio, necessitas principii intrinseci ad actuum supernaturalitatem evanescit. Ergo. *Major* est communior theologorum cum D. Thoma (2) sententia; et prob. a) Deus potest facere per se ipsum quicquid facit per causas secundas, nisi effectus debeat esse a principio vitali. «Erroneum est dicere Deum non posse facere per seipsum omnes determinatos effectus, qui sunt per quaecumque causam creatam (3)». Atqui habitus infusus, et juxta thomistas etiam qualitate non vitali et transiente elevatur creatura ut supernaturaliter agere possit. Ergo potest Deus per se ipsum illam elevare et cum illa absque habitu infuso actum supernaturalem agere. b) Si creatura auxilio extrinseco adjuncta non potest supernaturaliter agere, vel est quia cum hoc auxilio actus intellectus et voluntatis non essent vitales, vel quia non essent supernaturales. Sed neutrum dici potest. Ergo... Non primum, quia ut actus sit vitalis non requiritur, omnia principia efficientia esse vitalla, sed unum requiritur esse vitale et vitaliter agere. Atqui solo auxilio extrinseco elevante potentia animae, jam habetur unum principium vitale vitaliter agens, nempe intellectus et voluntas. Ergo. (4). Non alterum; nam ut actus sit supernaturalis sufficit, unum principium ad illum efficiendum necessarium esse supra vires et exigentiam naturae. Sed tale est auxilium extrinsecum, quando actus supernaturalis absque creato dono intrinsece inherente efficitur. Ergo... c) Exemplo et auctoritate D. Thomae, qui de Veritate (5) sic disserit: «aliqua actio potest alicui convenire dupliciter: uno modo sic, quod illius actionis principium sit in agente... Alio modo sic, quod principium illius operationis vel motus sit a principio extrinseco... ita potest (Deus) mentem ad hoc perducere, ut divinae essentiae unatur in statu viae illo modo, quo sibi unatur in patria sine hoc, quod a lumine gloriae perfundatur.»

(1) De mer. et remis. L. 2, c. 17.—(2) 4, Sent. 49, Q. 2, art. 7.—(3) S. Thom. I, Q. 107, ar. 2.—(4) Summ. I, 3, c. 19.—(5) Q. 10, art. 11.

3.º Cum Angelico (1), qui investigans utrum gratia sit qualitas? respondet: «Dicitur est autem supra, quod dupliciter ex gratuita Dei voluntate homo adjvatur: uno modo in quantum anima hominis movetur a Deo ad aliquid cognoscendum vel volendum, vel agendum; et hoc modo ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidam animae; *actus enim movens in moto est motus* (2). Alio modo adjvatur homo ex gratuita Dei voluntate secundum quod aliquid habituale donum a Deo animae infunditur... et sic donum gratiae qualitas quedam est.» Ubi de nulla alia gratia, nisi de donis habitualibus, concedit esse qualitatem; unde ait D. Thomas non recte processit in questione decidenda et gratiarum enumeratione, aut juxta ipsius mentem nulla datur gratia indifferens, quae sit qualitas (3).

24. Obj. 1.º Connaturalius est naturam elevari potentia intrinseca quam extrinseca. Sed qualitas non vitalis, transiens etc. esset potentia intrinseca. Ergo illa prae sola elevatione extrinseca praerenda est.

Resp. Dist. *maj.* Connaturalior est potentia intrinseca ad agendum permanenter per modum status habitualis supernaturalis; conc. Ad agendum transeunter, per modum elevationis indebitae; neg. Nam cum hujusmodi actiones, naturae humanae non habenti gratiam habituales, quae est radix potentialium intrinsecorum, per se non conveniant, sed sint supra ipsam, non magis exigat agere supernaturaliter potentia intrinseca quam extrinseca: ad Deum spectat eligere modum, quo velit concurrere; unde Patres et theologi non admittunt habitus supernaturales infusos tanquam connaturaliores naturae, sed gratiae.

Obj. 2.º Natura caret potestate efficiendi actus supernaturales. Ergo debet ei addi...

Resp. Dist. *antec.* Non habet potestatem sufficientem et completam; conc. Non habet inchoatam; neg.

Inst. Utrum potentia possit prodire in actu secundum, debet prius constitui in actu primo proximo. Sed sine dono intrinsece inherente, non est natura in actu primo proximo quoad actus supernaturales. Ergo...

Resp. Dist. *maj.* Debet constitui in actu primo proximo potentia adequate sumpta; conc. Potentia inchoata et partiali; subdist. Quatenus aliud principium una cum ea actus effectivum sibi paratum postulat; conc. Quatenus postulet principium sibi intrinsecum, inherens; neg. (4).

(1) 1, 2, Q. 110, art. 2.—(2) III, Physic. tex. 18.—(3) Ita explicant S. Doctorum CONTRA DUS et MEDICINA.—(4) V. Summ. Opusc. de aux. L. 3, c. 4; De grat. L. 3, c. 18, 19.

Obj. 3.^o Opposita est D. Thomae sententia in Summa (1): «Divina essentia videri ab intellectu creato non potest, nisi per lumen gloriae... Quod tamen dupliciter participari potest. Uno modo per modum formae immanentis; et sic beatus facit sanctos in patria. Alio modo per modum ejusdem passionis transeuntis... et hoc modo lumen illud fuit in Paulo, quando raptus fuit.»

Resp. Explicio: est opposita in uno facto particulari de raptu Pauli: trans. in genere et in questione, quam versamus de gratia: neg. Verius interpretabimur Angelicam, si per modum ejusdem passionis intelligamus concursum supernaturalem cum potentia efficiente visionem beatam, quam additam aliquam qualitatem. Sic melius sibi constabit, nisi admittatur in eodem opere de Veritate Q. 13, art. 2, ubi eadem dicitur quae in Summa, retractasse S. Doctorem, quin nihil adverteret, ea quae paulo supra q. 10 juxta nostram sententiam docuerat (2).

THESIS III

Praeter gratiam excitantem admittenda est gratia adjuvans, quae entitative ab excitante non distinguitur.

25. Nota. Doctrina in hac thesi explicanda magni est momenti: cum enim gratia adjuvans jam attingat actum salutarem libere factum, ea quae hic caute laudanda sunt, multam conferunt ad naturam gratiae sufficientis et efficientis recte intelligendam. Gratia adjuvans, ex dictis, est auxilium quo Deus nos adjuvat ad actum salutarem operandum, ad quem gratia excitante inducimur et sollicitamur. Gratiam adjuvantem dari certum est: an ab excitante distinguatur controversatur. Utramque gratiam distingui secundum diversum modum et secundum diversum respectum ad actum salutarem concedunt theologi omnes: sed volunt esse etiam entitative diversas Thomistae communiter, juxta peculiarem eorum doctrinam, qua duas admittunt qualitates non vitales, unam ad compleendam potentiam in actu primo, alteram vero ad potentiam completam determinandam physice ad actum deliberatum (3). Auctores nostrae Societatis negant hanc realem entitativam distinctionem.

26. I.^o Pars. Prob. 1.^o Concilii Trident. sess. 6, c. 3, ita loquitur: «Si quis dixerit sine praeveniente Spiritus sancti inspiratione atque ejus adjutorio hominem credere... posse, anath. sit.»

(1) 2, 2, Q. 175, art. 3, ad 2.—(2) Supr. n. 23, Prob. 2.^o ad fin.—(3) V. Ripal. D. 104, n. 2; Sylv. 1, 2, Q. 111, art. 2, q. 3.

Milevitanum II. can. 4. docet: «gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum... nos adjuvare ad non peccandum.» Vide etiam Tridentinum. sess. 6, cap. 5; Arausic. II. can. 3.

2.^o Scripturâ; nam Paulus ad Romanos dicit (1): «Spiritus adjuvat infirmitatem nostram; nam quid oremus, sicut oportet nescimus.»

3.^o Patribus. S. Augustinus (2): «Totum Deo datur, quia hominis voluntatem bonam praeparat adjuvandam et adjuvat praeparatam.»

4.^o Gratia excitans datur homini antequam libere operetur. Sed gratia adjuvans non datur nisi ei, qui libere operatur. Ergo gratia adjuvans excitanti aliquid addit. *Mis. prob.* Tum ex praecedentibus argumentis Conciliorum, Scripturae et Patrum, quae gratiae adjuvanti consensum semper adscribunt; tum ex ipso vocabulo adjuvare, nam, ut ait Augustinus (3): «Nec adjuvari potest, nisi qui etiam aliquid sponte conatur.»

27. II.^o Pars. Prob. 1.^o Apostolus ad Corinth. (4) proficitur: «Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit; sed abundantius illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum. Hic Apostolus eidem gratiae excitanti, nempe quae poterat esse vacua, tribuit efficere operationem salutarem seu ad eam juvare. Ergo juxta Apostolum eadem gratia, quae excitat, est adjuvans.

2.^o Concilla gratiam, qua juvamus ad non peccandum, et gratiam, qua injusti salutariter et libere disponuntur ad justificationem, eandem esse tradunt ac praevientem. Milevit. II. can. 4. «Si quis dixerit eandem gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur et aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus, quid appetere et quid vitare debeamus, non autem per illam nobis praestari, ut quod facendum cognoverimus etiam facere diligamus atque valeamus; anath. sit.» Tridentin. sess. 6, cap. 5: «Per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suum ipsorum justificationem eidem gratiae libere assentiendo et cooperando disponuntur.» (Vide Molin. de concord. q. 14, art. 13, d. 39.)

3.^o Cum S. Augustino: (5) «Spiritus Dei, qui te agit, agentibus adjutor est.» S. Gregorius M. (6): «Superna pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis (en gratia excitans), ut subsequente quoque nostro libero arbitrio, bonum quod jam appeti-

(1) VIII, 16.—(2) *Enchirid.* c. 32.—(3) Lib. 2, de pecc. et mer. c. 5, n. 6.—(4) I. XV, 10.—(5) *De verb. Apost. serm.* 3.—(6) *Mor.* L. 16, c. 25.

»mus, ugit nobiscum,» (en adiuuans ex excitante, cui consentit liberum arbitrium conflata.)

4.^o Ratione. Non sunt gratiæ naturæ ac essentiæ diuersæ sine necessitate multiplicandi. Sed nulla est necessitas, præter gratiam excitantem, aliam admittendi adiuuantem ab excitante entitative distinctam. Ergo... *Mia.* prob. Nam auxilium ipsum excitantis gratiæ, quo facultates physice roborantur, commodè adiuuant gratiæ munere fugituri voluntate consentiente sanctis illustrationibus et piis affectionibus. Ergo...

5.^o D. Thomæ auctoritate, qui l. 2. Q. 111. attingens ad 4. hanc questionem respondet: «dicendum, quod gratia operans et cooperans est eadem gratia: sed distinguitur secundum diversos affectus, ut ex supra dictis patet.»

THESIS IV.

Gratia excitans non tantum moraliter in actum salutarem influunt, sed probabiliter etiam physice.

28. *Nota.* Certum est auxilia actualia moraliter influere in opera salutaria, quia se habent ut amicus monens, suadens, iruitans, qui hæc ratione dicitur causa moralis operis, ad quod movet, suadens et iruitans. Dubium est, an præter hunc influxum habeant etiam influxum physicum. Negant cum Suarezio (1) Tannerus, Granados, Arriaga, etc. Affirmant cum Molina (2) etiam plures, ut Lessius (3), Ripalda (4), Becanus, Muniésa, etc. Placet hæc sententia et probatur:

1.^o Gratia excitans, seu illuminans intellectum et efficiens voluntatem, admitti talis debet, qualis a Conciliis et Patribus describitur: ipsam enim ex eorum doctrina novimus. Atqui a Conciliis et Patribus describitur cum effectivo concursu ad actus salutares. Ergo... *Mia.* Prob. A Milevitano conc. II. c. 4. et Arausicano c. 6. excitanti gratiæ tribuitur non solum: «quod scimus et velimus,» sed etiam «quod valeamus et possimus.» A Tridentino, sess. 6. c. 5: quod nobiscum consentientibus coefficient actum salutarem. S. Augustinus (5) clare dicit: «Vocatio ista est effectrix bonæ voluntatis.» Sed hæc omnia gratiæ excitanti virtutem physice influentem tribuunt. Ergo...

2.^o Quæstio inter Patres et pelagianos præcipue erat de viribus efficientibus actus salutares, quibus homo iustificatur et meretur

(1) De auxil. l. 3, c. 4.—(2) De Concord. D. 39.—(3) De auxil. c. 15.—(4) De cent. super. D. 110.—(5) L. 1, ad Simplic. q. 2.

vitam æternam. Patet ex S. Augustino: «Hinc itaque apparet hæc Pelagius gratiam confiteri, quæ demonstrat et revelat »Deus, quid agere debeamus, non quæ donat atque adiuuat, ut agamus (1).» Patet, tum a posteriori, nam si quis assereret hominem naturaliter has vires habere, sane ut pelagianus notaretur; tum a priori, nam vere homo has vires non habet. Ergo de his loquutos esse Patres dicendum est, Subsumo; sed nihil decreverunt nisi auxilium illud actuale sanctis illustrationibus: piisque inspirationibus constitutum. Ergo tale auxilium est efficiens actus supernaturalis. Confirm. Non est credibile Patres et Concilia congregata ad vires naturæ et gratiæ definiendas in actus supernaturales, omisisse illud auxilium, quod potissimum necessarium est, et totam mentem contendisse ad auxilia minus necessaria.

SCHOLIUM I.

An omnis gratia excitans influat physice in actus salutares.

29. Ex auctoribus, qui physicum gratiæ excitantis influxum in actum salutarem propugnant, alii in absentia habituum supernaturalium tantum illum admittunt; alii, et ut videtur magis consequenter ad thesim, etiam presentibus habitibus (2). Probatur hæc sententia:

1.^o Eisdem argumentis quibus thesis, in quibus nullum fit discrimen quoad hæc efficaciam inter actus hominis iusti et peccatoris.

2.^o Auxiliis gratiæ in absentia habituum, competit vis effectiva et actualis efficientia in actus salutores. Sed nulla adest sufficiens ratio, ob quam hæc virtus in presentia habituum auxiliis deneganda sit. Ergo...

30. Obj. 1.^o Actus indeliberati naturales non influunt physice in actus deliberatos naturales. Ergo neque actus indeliberati supernaturales in actus supernaturales deliberatos, *Conseq.* patet ex puritate. *Antec.* prob. nam intellectus et voluntas cum solis huiusmodi principis, quibus actus indeliberatos efficiunt, sunt sufficientes ad efficiendos actus deliberatos. Ergo...

Resp. Possem cum nonnullis, inter quos Molina et Muniésa, negare probabiliter antecedens et ejus probationis *consequentiæ*; sed præsciendæ ab hac questione in naturalibus actibus, dico: *trans. antec.* et *neg. conseq.* et paritate. Nam: a) Concilia et Patres actibus supernaturalibus excitantibus tribuunt hæc virtutem effectivam: de naturalibus facent, b) Motus naturales supponunt in anima virtutem completam ad efficiendos actus naturales; motus vero indeliberati supernaturales illam non supponunt, ac proinde naturæ deficientiam supplere debent.

(1) De grat. Christi, l. 1, c. 8.—(2) Vide Ripalda. D. 110, n. 39.

Obj. 2.^o Actus indeliberati sunt imperfectiores actibus deliberatis. Ergo deliberatis physice causare non possunt.

Resp. Conc. *autec.* dist. *conseq.* Non possunt tamquam causa adaequata; conc. inadaequata; neg.

Inst. Hi motus indeliberati quandoque sunt supernaturales tantum quoad modum. Ergo.

Resp. 1.^o Neg. *aut.* nam debent esse, ad effectum de quo agitur, supernaturales quoad substantiam.

Resp. 2.^o Permisso antecedente, dico: eo in casu actus salutares efficiuntur a principio extrinseco, si non adest aliud principium intrinsecum: in thesi vero asseritur esse efficientes actuum salutarium quando motus indeliberati sunt intrinsece supernaturales.

Obj. 3.^o Cognitio non potest influere physice in amorem. Ergo auxilia consistentia in cognitione non possunt in amorem salutarem physice influere. *Autec.* prob. a) Cognitio tendit in objectum per modum expressionis trahendo ad se objectum; amor vero per modum ponderis ferendo voluntatem in objectum. Ergo cognitio non habet proportionem cum amore, ut physice influat in ipsum. b) Cognitio, quae requiritur ad amorem, se tenet ex parte objecti. Atqui quod se tenet ex parte objecti, non potest se habere ex parte principii activi. Ergo... c) Cognitio est actus ultimus in genere cognoscitivo. Atqui ultimus in uno genere nequit esse actus primus effectus diversae rationis. Ergo.

Resp. Neg. *autec.* Ad probationes: ad a) Dist. *conseq.* Non habet proportionem formaliter quatenus objectum exprimit; conc. Quatenus qualitas physica elevans et corroborans facultatem, subdist. Et causa adaequata et univoca; conc. Ut inadaequata et aequivoca; neg.

Ad b) Cognitio requisita ad amorem se tenet ex parte objecti; dist. non exclusive; conc. exclusive; nego. *Min.* neg. Nam cognitio supernaturalis dat vires voluntati enimque elevat, et est virtus effectiva actus salutaris; quae sunt munera se habentia ex parte potentiae; aliunde applicatur objectum potentiae ut ametur, quod se habere ex parte objecti manifestum est; nec ulla apparet repugnantia in eo, quod utroque munere eadem qualitas fungatur.

Ad c) Nego. *min.* Quia quod est ultimum in uno genere potest esse primum in alio, principium alterius, praesertim diversi generis; ut patet in ipsa cognitione, quae est actus ultimus in genere cognoscitivo et generat habitus acquisitos, producit suam praesentiam et proprietates.

Obj. 4.^o Actus indeliberati supernaturales non agunt physice praesentibus habitibus. Ergo neque in horum absentia; semper enim eodem modo voluntatem movent. *Aut.* prob. Nam superest eorum influxus, non est enim necessarius ut actus existat.

Resp. Nonnulli antecedens admitterent negantes *conseq.*; quia ex parte hominis diversa ratio apparet, cum in primo casu, minime vero in secundo potentia ad supernaturaliter agendum instructa sit; sed juxta dicta in scholio, responde: Neg. *autec.* Ad rationes, neg. primam; secundam dist. non est necessarius eorum influxus ut existat actus, attenda praecise naturam actus; conc. Attenta simul auxiliorum natura; neg. Cum enim auxilium vim physicam produ-

endi actum habeant et tunc cum habitibus coexistent, haec omnia principia producere actum exigunt. Deus vero juxta eorum exigentiam concursus parat, ut omnia actum producant, eo modo quo cum duobus ignibus simul applicatis concurret ut uterque tertium alium ignem inadaequate producat.

SCHOLION II.

De causis efficientibus actus salutares.

31. Ex dictis in thesibus praecedentibus consequitur: a) Actus indeliberate salutaris principium adaequatum efficiens esse: a) In homine habitibus supernaturalibus destituto specialem assistentiam Spiritus Sancti immediate suppletum defectum supernaturalis principii intrinseco in genere causae physice efficientis et humanam facultatem. b) In homine vero habitibus supernaturalibus instructo, esse divinam assistentiam et habitus supernaturales cum humana facultate.

b) Actus deliberate salutaris principium adaequatum efficiens esse: a) In homine habitibus infusus non habente gratiam excitantem, quae hominem excitat ipsique virtutem confert et una cum voluntate simul in actum deliberatum physice influat. b) Si homo est justus, ac proinde habitibus supernaturalibus donatus, tunc principium immediate physice influens sunt et gratia excitans et habitus infusi cum humana facultate et concursu correspondente.

Quaeres jam quomodo influat voluntas, an immediate vel remote? Thomistae, qui volunt naturam gratia elevatam, per ipsam gratiam tamquam per virtutem totalem et adaequatam efficere actum salutarem, respondent, voluntatem nonnulli remote influere; nos vero hoc negamus et contendimus voluntatem gratia elevatam et roboratam etiam virtute sibi propria efficere proxime et immediate actum salutarem; ac proinde ex utraque gratia et voluntate constituitur principium proximum et adaequatum actus salutaris deliberati, quem simul et semel partialitate quidem causae, non autem partialitate effectus producent gratia et voluntas.

Dico. Libera voluntas, praeparata ac roborata per gratiam, virtute etiam propria ad actum salutarem efficientium uti partialis edusa concurret, ac proinde ex gratia et libero arbitrio unum constituitur adaequatum et proximum actus salutaris deliberati efficiens principium.

32. Prob. 1.^o Scriptura et concilia statuunt liberum arbitrium ut distinctum a gratia in actus salutares immediate operari, aliquid agere, cooperari, etc. *Autec.* prob. Ex Apostolo (1): *Abundantius illis omnibus ad quae gratia excitatur laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Et ex Tridentino (2) asserente impios disponi ad justificationem, gratiae libere assentiendo et

(1) Iad. Corinth. XV, 10. (2) Sess. VI, cap. 5.

cooperando... ita ut... neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo «libera sua voluntate possit.»

2.º Cum S. Augustino ad verba Apostoli (1): «Id est non solus, sed gratia Dei mecum, ac proinde nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo.»

3.º Actus deliberatus salutis est actus vitalis et supernaturalis. Ergo debet immediate procedere etiam ab ipsa voluntate per gratiam preparata. *Conseq.* prob. Actus supernaturalis et vitalis debet procedere a principio proximo adaequato, quod supernaturalis sit et vitalis; tota enim actus perfectio a proximo adaequato ipsius principio derivetur oportet. Atqui si non procedit etiam immediate a voluntate, nullum erit principium proximum vitale, a quo procedat. Ergo... *Min.* constat, nam gratia, v. g. habitus infusus, ut distincta a potentia naturali non est vitalis; principium enim vitale debet naturae viventi convenire ab intrinseco, quia actio vitalis est ab intrinseco. Sed gratia sive habitus non convenit naturae rationali ab intrinseco, sed est ab extrinseco. Ergo... (2).

4.º Auctoritate D. Thomae, qui pædum huic sententiae contrarius non est, sed sæpius partialem nostrae voluntatis influxum immediatum ad opera supernaturalia adstruit. Sic de Veritate (3): «Dicens quod anima agit disponendo se ad gratiam virtute propria naturae, sacramenta autem virtute divina.» Juvat questionem absolvere verba S. Bernardi, qui pulchre sicquit: «Opus hoc (salutare) sine duobus effici non potest; uno a quo fit, altero cui et in quo fit; et ita gratiae operanti salutem cooperari dicitur liberam arbitrium... Quod a sola gratia inceptum est, pariter ab utroque perficitur, ut mixtum non sigillatim; simul non vicissim operetur, non partim gratia, partim liberam arbitrium; sed totum singula opere individuo peragunt (4).»

ARTICULUS II.

De gratuitate et necessitate gratiae.

33. Quoniam materia in hoc articulo explicanda tota contra pelagianos et semipelagianos pugnatur, non abs re erit breviter praemittere, qui fuerint eorum de gratia errores, quos, ut ait S. Prosper (5), scetholica aecies. auctus S. Augustini viginti et eo amplius annis expugnavit et tandem vicit. Pelagiani igitur, sic ab eorum magistro et auctore Pelagio monacho britanno nuncupati, initio saeculi v cuperunt suos errores evulgare, qui, ut facit P. Hurter S. J. (6), ead haec capita revocari possunt: 1.º No-

(1) De grat. et lib. arbit. c. 5.—(2) Suarez, L. 6, cc. 5, 6: Ripalda, De ente superi. D. 30, sec. 15.—(3) Q. 27, art. 4, ad 12.—(4) De lib. arbit.—(5) Contr. Collator. c. 1, n. 2.—(6) De gratia thes. 174.

mine gratiae intelligebant bona naturalia, naturalem possibilitatem seu potentiam, qua bene operari possumus. Cum vero 2.º nimis evidens esset ex universa religione christiana, naturam gratiam «juvari, nomine hujus adjutorii gratiae intelligebant gratiam externam legis, evangelii, exempli in primis Christi. Utrum demum admiserint gratiam etiam internam saltem illustrationis, controversit inter theologos (1). Licet plurimi id concedant, non desunt tamen alii theologo graves, ut Lugo, Bellarminus, Norisius, Sfondratus, Lessius, Suarez, etc., qui id negant (2). Id saltem certum est, quidquid reclamant nonnulli, eos numquam admisisse gratiam immediate inspirationis voluntatis. Quaecumque demum 3.º gratiam admitterent, ejus negabant ad actus salutares necessitatem; tuebantur enim eam tantum dari ad «facilius operandum salutem. Ejus quoque 4.º gratuitatem negabant.» Post pelagianos venerunt semipelagiani, massilienses etiam dicti, quorum errores ita describit S. Augustinus: «Solum initium fidei et usque in finem perseverantiam sic in nostra constituant potestate, ut Dei dona esse non putent; neque ad haec habenda atque retinenda Deum operari nostras cogitationes et voluntates; caetera vero ipsum dare concedunt cum ab illo impetrantur credentis fide (3).» Hinc semipelagiani licet recte sentirent de necessitate gratiae ad justitiam et salutem consequendam, volebant tamen esse in sola liberi arbitrii potestate: 1.º Initium fidei, saltem quoad primum credulitatis affectum, ad modum, ut ipsi dicebant, quo aegrotus non vocaret medicum nisi prius naturaliter

(1) Affirmant Petavius, Liv. Meyer, Wirceburgenses, Egger, Euchrid, theol. dogm. n. 340; Palmieri, de Gratia, post thes. XXIV.

(2) Probant laudati auctores suam sententiam expressis S. Augustini verbis, qui de Gratia Christi, c. 24, ait: «Legant ergo et intelligant, intueantur atque asateantur, non lege atque doctrina resonante forinsecus, sed interna et occulta, admirabili atque ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates.» L. de Haereticis, 88: «Illam vero gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in «libero arbitrio... ad hoc tantum ipso adiuvante per suam legem atque doctrinam aut discamus quae facere debeamus, non autem ad hoc ut per donum Spiritus «suis... faciamus... Ac per hoc divinitus nobis dari scientiam constentur, qua ignorantia polletur, charitatem autem dari cogant, qua ple vitularum. Patet, statim oper legem atque doctrinam nos adjuvanti, et per hoc divinitus dari scientiam.» Unde sententiae quaedam ex Pelagio, in libro de Gratia Christi a S. Augustino prolatae, quaeque in catholico homine gratiam tuerne illustrationem indicarent, in Pelagio, post testimonia nuper allata, solum cognitionem illustrationem internam naturalem comprehendunt; ad illustrationem supernaturaliam, quae fit in nobis sine nobis, quomodo se extendant, non apparent.—(3) De dono persev. c. 17, n. 42.

crederet, medicum posse et velle eum sanare, 2.^o Augmentum fidei, et in ea perseverantiam ope orationis naturalis, ad modum, quo aegrotus medici industriam et opem usque ad consequutionem perfectae sanitatis implorat. Inde 3.^o inferebant, liberum arbitrium gratiæ non præveniri, sed eam præire, et consequenter gratiam esse in ejus potestate, nec esse necessariam ad incipiendum bonum, sed ad proseguendum. Addebant 4.^o gratiam prædicationis Evangelii iis et non alijs adultis, gratiam Baptismi iis et non alijs parvulis ante usum rationis morituris, concessam esse, sicut iis et non alijs christianis perseverantiam et electionem ad gloriam, propter merita conditionate prævisa fidei naturalis (1). Quantum Ecclesia constiterit errores tam pelagianorum tum semipelagianorum christianæ religionis fundamenta evertere, patet ex summa diligentia, qua SS. Pontifices, Concilia (plusquam viginti quatuor intra unum sæculum), Patres, eos ab ipso initio suffocare curarunt, ut vere scripserit Caelestinus I. epistola ad Nestorium: «Orientem et Occidentem telis unitatis Pelagium et Caelestinum et suæ doctrinæ sequaces profligasse.»

THESIS V.

Homo solis naturæ viribus non valet ullam gratiam mereri, neque illam sola oratione naturali impetrare, nec ad ipsam se positive præparare.

34. Nota. I. Meritum in concreto est opus bonum in obsequium alterius factum, de se aptum ad aliquid obtinendum per modum retributionis. Dividitur in meritum condignum (de condigno), et congruum (de congruo). Primum habetur, quando opus æqualitate

(1) Licet hic animadvertere cum Natali Alex. (ad sœc. V. c. 3, art. 8): Cavendum, ne recentioribus quibusdam theologis, qui prædestinationem electorum ad gloriam intuitu meritum (nempe supernaturalium) a Deo fieri contendunt, et scientiam quandam mediæ præponunt, semipelagianis erroris nota inuratur, quod imprudenter et temere novi quidam auctores fecerunt, vel semipelagianorum dogmatum ignari, vel studio partium in transversum acti. Magnam enim est discrimen, quantum ad hoc, utrumque dogma inter semipelagianos ac illos theologos. Nullam enim vero prædestinationem gratitatem semipelagianis admittunt, necum ad gloriam, sed nec ad gratiam. Theologi vero laudati prædestinationem ad gratiam omnino gratuitam profitentur: solam relectionem ad gloriam intuitu meritum (supernaturalium) fieri volunt. Quod aspectat ad scientiam (mediam), non in hoc fuerunt hæretici semipelagianis quod eam admiserint et propugnarint; sed quod ex præscientiæ meritum vel spectatorum, quæ nunquam essent futura, Deum hominum sortes definire asserebant. Idque locum etiam habere in parvulis. At recentiores illi theologos longe sunt ab istius erroris flagitio.»

cum præmio donatur, quodque ei ex justitia debetur. Secundum, quando opus æqualitate cum præmio desinitur, eique ex quadam tantum decentia debetur (1).

II. Impetratio juxta Vazquezium et Lugonem (2) importat aliquod meritum congruum, sed verius impetratio stricta distinguitur a merito (3), et est vis humilium precum movendi superiorem: sic sancti possunt impetrare, sed non mereri (4). Nihilominus sensu minus proprio *impetratio* dicitur etiam de merito congruo, quatenus non ex *justitia*, sed ex conveniente quadam dantis largitate præmeretur: sensu vero latissimo quatenus movere Deum commune est operi tam de condigno, quam de congruo merenti.

III. Dispositio positiva illa est, quæ subjectum reali aliqua habitudine fit idoneum ad formam aliquam recipiendam. Si tantum talis subjecti obicem ad formam recipiendam est negativa. P. Ripalda (5) inter meritum et positivam dispositionem affert aliqua discrimina, quorum præcipua sunt: a) Meritum importare opus factum in obsequium alicujus, non vero dispositionem. b) Meritum posse obtineri pro alio, non dispositionem, quæ respicit idem subjectum. Sed in concreto adeo difficile est distinguere inter meritum congruum et positivam dispositionem moralem (de qua hic est sermo, ut P. Suarez (6) dicit, vix posse hujusmodi dispositionem sine merito concipi; unde ipse non distinguit, nam absque congruitate operis cum dono supernaturali non potest opus movere voluntatem divinam ad supernaturale donum supposito operanti largiendum.

IV. Prima et secunda pars theses sunt de fide contra pelagianos et semipelagianos, tertia est ab omni catholico tenenda, licet nonnulli theologos contrariam habuisse opinionem videantur, ut Cajetanus, Durandus, etc. Non desunt tamen auctores, qui illos exponant de præparatione ad gratiam habitalem sine gratis habituali, quam non requiri certum est, nam aliter ad quamcumque numero gratiam habitalem opus esset altera gratiæ habituali, ad hanc altera et sic in infinitum sine fine.

35. I.^o Pars. Prob. 1.^o Ex Conciliis definitibus, nullo merito naturæ gratiam aliquam obtineri. Arausicanum II confirmatum a Bonifacio II, can. 6: «Si quis sine gratia Dei creditibus, volentibus, desiderantibus, contentibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quaerentibus, pulsantibus

(1) D. Thom. 2, D. 27.—(2) De fide D. 13, n. 31.—(3) Suarez, De grat. l. 12, c. 34, n. 8.—(4) V. D. Thomam 2, 2.^o, Q. 83, art. 11.—(5) De ent. super. B. 18, sect. 1.^o—(6) De prædest. l. 2, c. 7.

»nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem ut credamus, velimus, vel haec omnia, sicut oportet, agere voleamus, per infusionem et inspirationem Sancti Spiritus in nobis fieri confiteatur, et aut humilitati aut obedientiae humanae subjungit gratiae adiutorium, nec ut obedientes et humiles simus, ipsius gratiae donum esse consentit, resistit Apostolo dicens: *Quid habes quod non acceperis? et Gratia Dei sum id quod sum* (1).» Can. 7. «Si quis per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitae aeternae, cogitare ut expedit, aut eligere... posse confirmat, absque illuminatione et inspiratione Spiritus Sancti... haeretice fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicens: *Scite me nihil potestis facere; et illud Apostoli: Non quod idonei sumus cogitare aliquid a vobis, quasi ex vobis, sed sufficientia vestra ex Deo est* (2).» Vide Tridentinum sess. 6. cap. 5. et can. 1-3.

2.^o Ex Sacra Scriptura: a) Verbis ejusdem ab ipsis Conciliis adductis. b) Ex Apostolo ad Romanos (3): *Et autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum... Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratia*. Atqui si naturae viribus sive condigne, sive congrue mereretur homo aliquam gratiam, daretur contra Apostolum, et quidem absurde, gratia secundum debitum, gratia ex operibus. Ergo solis naturae viribus etc., Tota denique epistola ad Romanos hanc theos partem confirmat: in ea enim demonstrat Apostolus, dum prout vult dona sua distribuere, omnes gratis justificari, salutem nemini debere.

3.^o Ex Patribus, S. Augustinus super verba Pauli (4): *Si autem gratia etc.*, «Quomodo est ergo gratia si non gratis datur? Quomodo gratia si ex debito redditur? Quomodo verum dicit Apostolus, *si autem gratia, jam non ex operibus*... Quomodo hoc, inquam, verum est, si opera tanta praecedant, quae nobis adipiscendae gratiae meritum faciant, quo nobis non dometur gratia, sed ex debito reddatur?» Caelestinus Papa (5): «Non dubitemus ab ipsius (Dei) gratia omnia hominis merita praeveneri, per quem fit, ut aliquod boni et velle incipiamus et facere.» S. Joann. Chrysostomus (6): «In gratia Dei totum possumus, sine gratia autem nihil dicente Apostolo: *Omnia possum in eo, qui me confortat* (7).»

4.^o Meritum debet habere connexionem cum praemio, nempe vel aequalitatis vel decentiae. Atqui opus naturale nullam potest habere

re hujusmodi connexionem cum gratia; haec enim est supernaturalis, ac proinde supra omnem connexionem. Ergo... S. Thomas ex fine seu vita aeterna supernaturali, quam homo mereri debet, probat ita (1): «Actus perducetes ad finem oportet esse fini proportionatos... Vita autem aeterna est finis excedens proportionem naturae humanae... et ideo homo per sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata vitae aeternae; sed ad hoc exigitur altior virtus, quae est virtus gratiae.»

36. II.^a Pars, Prob. 1.^a Ex Arausicano II, can. 6, ut supra n. 35, 1.^a; expressius ex eodem can. 3: «Si quis per invocationem humanam gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Isaiae prophetae, vel Apostolo idem dicens: *Inventus sum a non quaerentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant* (2).»

2.^o Apostolus universim, nulla exceptione docet Romanos (3): *Similiter autem et Spiritus adjeat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, necimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Ubi S. Augustinus cum aliis pro postulat legit interpellat, ita ut ipse Spiritus sanctus sit, qui primo nobiscum rogat Deum Patrem eumque excitat ad dandas nobis gratias salutis necessarias. «Dictum interpellat, ait S. Augustinus (4), quia interpellare nos facit, nobisque interpellandi et gemendi inspirat affectum.»

3.^o S. Ambrosius adductus a S. Augustino (5): «Orare Deum gratiae spiritualis est, sicut scriptum est, nemo dicit Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.»

4.^o Quod tantum naturale est nullam habet connexionem vel proportionem cum bono supernaturali. Sed si oratio mere naturalis prout distinguitur vel distingui potest a merito congruo impetraret gratiam, haberet connexionem cum bono supernaturali: esset enim initium salutis nostrae, ad eamque conducere posset. Ergo...

37. III.^a Pars, Prob. 1.^a Cum Angelico (6): «Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui mittit me, traxerit eum (7). Si autem homo seipsum praeparare posset, non oporteret quod ab alio traheretur. Ergo homo non potest se ad gratiam praeparare absque auxilio gratiae.» Idem in Quodlib. I, art. 7, ait: «ad errorem pelagianum pertinere, dicere, quod homo possit se ad gratiam praeparare absque auxilio divinae gratiae; et est contra Apostolum (8), qui dicit: *Qui coepit in vobis opus bonum, ipse perficiet.*»

(1) 1. Corinth. IV, 7; XV, 10.—(2) Joann. XV, 5; 1. Corinth. III, 5.—(3) IV, 4; XI, 6.—(4) *De grat. Christi*, c. 21.—(5) Ad Galliae episcopos, Epist. 27, c. 12.—(6) Homil. 29, in Matth.—(7) Ad Philipp. IV, 13.

(1) I, 2, Q. 109, art. 5.—(2) Isai. LXXV, 1; Rom. X, 20.—(3) VIII, 26.—(4) Epist. 94, n. 16.—(5) *De don. peccat.* c. 21.—(6) I, 2, Q. 109, art. 6.—(7) Joann. VI, 44.—(8) Philipp. I, 6.

2.^o Gratia ita describitur a Patribus, ut ejus naturae, dispositio quaevis naturalis positiva repugnet. Ergo haec omnino rejicienda est. Prob. *anteq.* Gratia describitur a Patribus (nn. 35, 36 prob. 3.^o), ut sine ipsa homo bene et salutariter uti libero arbitrio non possit; ut praecedens omni merito; ut initium salutis; sine qua nihil valemus operari in ordine salutis. Sed dispositio positiva naturalis, seu opus illud, quo homo se disponeret esset bonus usus liberi arbitrii, esset initium salutis, etc... Ergo.

3.^o Praeparare se ad gratiam est idem ac se convertere ad Deum ut auctorem gratiae ac finem supernaturalem. Sed ex probandis et probatis, homo sine gratia nullum actum supernaturalem potest facere. Ergo. [1]

38. Obj. 1.^o Passim in sacra Scriptura, nostra opera naturalia gratiam mereri ad eamque disponere, conceditur; v. g. apud Zachariam (1): *Convertimini ad me, et convertar ad vos.* Et in 2. Paralip. (2): *Domine vobiscum, quia fecistis cum eo: si quaeritis eum, invenietis.*, etc. Et Lucas (3) ait: *Petite et dabitur vobis; quaerite et invenietis.* Ergo.

Resp. Neg. *anteq.* Ad textus allatos dico: nos convertimur, cum Domino sumus, petimus salutariter, praesupposita gratia excitante et adjuvante liberum arbitrium; conc. Sine gratia; neg. Gratiam debere praesupponi constat ex probationibus et sententia illa universalis Christi D. (4): *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.*

Obj. 2.^o Cum massiliensibus: a) Parabolam distributionis talentorum seu gratiarum (5) juxta merita naturae; nam *uni dedit quinque talenta, alii autem duo; unicuique secundum propriam virtutem.* b) Quaedam facta evangelica, scilicet Zachaei, qui antequam crederet meruit Christum recipere; boni latronis, qui in ipsa cruce gratiam invenit; centurionis, qui fuit ad fidem vocatus propter bona opera, quae naturaliter in gentilitate faciebat.

Resp. Ad a) Permittendo sermonem fieri de prima distributione gratiarum, explicat: *secundum propriam virtutem* naturalem; symbolice; conc. Realiter; neg. vel subdit. Positive; neg. Negative ut explicabimus in scholio sequenti; trans. Non significatur in objecta parabola supernaturalia dona dari secundum facultates et vires naturales, sed dicitur ad narrationem parabolae probabilem conficiendam; quia plerumque homines, cum suam pecuniam servis ad lucrandum distribuunt, eam tradunt spectata singulorum industria et prudentia, ita Deus plerumque, quamvis non necessario nec ex

(1) 1, 3.—(2) XV, 2.—(3) XI, 9.—(4) Joann. VI, 44.—(5) Matt. XXV, 14.

merito, in distribuendis suis donis naturae uniuscujusque rationem habet. Sic Doctores et Patres Ecclesiae, qui ingenio acerrimo naturaliter pollebant, sapientia caelesti ditavit. Dixi permittendo, nam non una est Patrum et Doctorum hujus parabolae expositio.

Ad b). Illi omnes inceperunt suam operari salutem gratia praevemente; conc. Sine hac; neg. Ita Arrianicum II, can. 25: «Manifestissime credendum est, quod et illius latronis, quem Dominus ad paradisi patriam revocavit, et Cornelii Centurionis, ad quem angelus Domini missus est, et Zachaei, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divinae largitatis donum.»

Obj. 3.^o Plura Patrum testimonia praesertim S. Joannis Chrysostomi, qui ait (1): «Deum suis in nos beneficiis nostras non praevenerit voluntates, sed a nobis incipiendum esse.» Ergo...

Resp. 1.^o Cum D. Augustino (2), contra pelagianos gloriantes se de S. Joannis Chrysostomi auctoritate: «Vobis nonnumquam litigantibus securus loquebatur, quia disputans in catholica Ecclesia non se aliter intelligi arbitrabatur.»

Resp. 2.^o In bono sensu intelligendum esse S. Joann. Chrysostomum ex prob. 3, n. 35, elucet; unde dist. Deum non praevenerit per gratias excitantes simpliciter, et respecta harum a nobis esse incipiendum; neg. Non praevenerit respectu actuum deliberatorum, sed posita gratis, a nobis simul cum gratia incipiendum esse; conc. Nec mirum est, Patres graecos ita de libero arbitrio loquutos esse, impugnabant enim haereticos marcionitas et manichaeos, qui illud negabant, unde sicut Augustinus contra pelagianos et semipelagianos gratiam extollit, ita illi, supposita gratiae necessitate, liberum arbitrium tuerent (3).

Obj. 4.^o Ex D. Thoma (4) in 2. sentent. ubi de angelis concludit: et ideo aliter dicendum quod ad eliciendum actum conversionis sufficit liberum arbitrium, quod se ad habendam gratiam per hunc actum praeparat ad dispositum. Similia repetit inferius (5), quaerens utrum homo possit se praeparare ad gratiam sine aliqua gratia. Ergo.

Resp. 1.^o Cum thomistis S. Doctorem, mutasse suam sententiam.

Resp. 2.^o Explico, et in locis objectis D. Thomas excludit donum quoddam habituale gratis datum, gratiae sanctificanti praecambulum prout a quibusdam theologis illius temporis admittebatur; conc. Rejicit auxilium gratiae excitantis supernaturalis;

(1) Homil. 17, in Dan. c. 18.—(2) *Contr. Julian.* l. 1, c. 6.—(3) Vid. Hurter. S. J. Comp. Theol. de grat. n. 74.—(4) 2. D. 5, q. 1, art. 1.—(5) D. 28, q. 1, art. 4.

neg. Patet ex modo proponendi quaestione loco ultimo citato: «Si accipitur, ait Angelicus, gratia pro aliquo munere habituali animae infuso: sic est duplex opinio. Quidam enim dicunt quod nullus potest se ad gratiam gratum facientem praeparare, nisi per aliquod lumen menti infusum, quod est donum gratiae gratis datae: istud autem videtur inconveniens... etc.»

Obj. 3.^a Ratione: a. Deus non est acceptator personarum. Atqui esset si non daret gratiam juxta merita naturalia, nam pro libitu plus uni quam alteri daret. b.) Homo non haberet liberam potestatem adipiscendi salutem si per naturalia media non posset obtinere gratiam; cum haec sit necessaria ad salutem et Deus libere eam det. Sed non esse in potestate hominis suam salutem, non est dicendum. Ergo...

Resp. ad a. *Maj.* conc. *min.* neg. cum S. Augustino (1): «Non est acceptio personarum, ubi non est iniquitas; non est iniquitas, ubi quis donat cui vult, sed neminem fraudat, scilicet quia non negat quod debet, sed cui vult, donat, quod non debet.»

Ad b. *Dist. inf.* Non haberet potestatem adipiscendi salutem per naturam tantum; conc. Per naturam et gratiam, quae omnibus confertur; neg.

SCHOLIUM III.

De axioma: Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam.

39. Nota. I. Axioma hoc, jam a longo tempore ab scholasticis admissum, adumbratum inveniri in sacris litteris, dicente Domino apud Matthaeum (2): *Petite et accipietis; quae vultis et invenietis; pulsate et aperietur vobis*; et apud Zachariam (3): *Conversimini ad me et ego convertere ad vos*; ubi generaliter promittitur, Deum non deesse suam salutem concupiscentibus obtinere. Illud in Patribus aequivalenter et fere expressis verbis reperitur; acquivalenter, cum docent Deum neminem deserere nisi prius ipse deserat; fere ad verbum Isidorus Pelusiota (4): «Qui enim omnia, quae in se suis sunt adimplet, Deus ipse benigne amittit.»

II. Disceptatur inter catholicos, an facienti, quod in se est, interpretandum sit tantum viribus gratiae, vel etiam viribus naturae quando aliae non dantur. Thomistae generaliter alique doctores primum affirmant, nec aliter explicari posse contendunt. Ripalda (5) proponit intelligendum esse de viribus naturae *materialiter*, sed formaliter de viribus gratiae; adstruit enim, in praesenti ordine esse ad actus moraliter et naturaliter bonos adjuncta a Deo auxilia quosdam substantialia supernaturalia illorum effectiva. Molina (6) cum aliis ita: quotiescumque liberum arbitrium ex suis

viribus naturalibus conatur praestove est ad conandum totum id, quod ex sese potest, tam circa ea, quae fides habet addeenda et amplectenda, quam circa dolorem de peccatis in justificationem, a Deo ex pacto cum Christo conferri gratiam praeventientem auxiliave, quibus id faciat sicut oportet ad salutem. Alii tandem cum Suario intelligunt de viribus naturae et de prima gratia supernaturali seu de gratia excitante; et merito, nam ut laudatus notat Suarius (1): «praecipua difficultas est de infideli nondum excoeluto, nec vocato per gratiam, quia fidei auditum non habuit, et ubi non potest per priorem supernaturalem gratiam, sed per naturales vires operari, ut primam excitationem gratiae supernaturales obtineat.»

III. Hoc dictum *viribus naturae*, apud auctores, qui illo utuntur, non excludit omnem gratiam per Christum datam, sed duntaxat gratiam intrinsecae et quosdam substantialia supernaturalia, non aliquam medicinale entitative naturalem, quosdam modum supernaturalem, ad vincendam v. g. gravem tentationem, a Deo elargitam. Signanter axioma dicit «non denegat et non dat,» quia hic ultimus loquendi modus aliquam meriti rationem, proportionem, aut positivam dispositionem importare videretur, ac sensum efficeret senipeligianum; prior vero significat neque ex merito, neque ex positiva dispositione, aut ex ulla proportionem inter opera et gratiam, sed ex solo gratuito Dei beneplacito eam offerri.

Dico: Axioma: Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam, de infideli nondum ad fidem vocato potest intelligi, et convenienter ita exponitur, de facienti quod in se est viribus naturae.

I.^a Pars. *Potest*, prob. 1.^a Si quid obstaret, esset, quia illa expositione, tribueretur viribus naturae aliquod meritum vel dispositio positiva ad primam gratiam supernaturalem. Atqui nihil horum tribuitur. Ergo. *Prob. 2.^a* Homo faciens naturae viribus quantum in se est, solum non impedit, ne a Deo recipiat auxilium, cuius, multiplicando peccata, fieret magis ac magis indignus. Atqui non se reddere indignum domi debet et liberalissime omnibus promissi, non est illud mereri, nec ad illud se positive disponere. Ergo... *Confirm. 2.^a* Nam aliter argelli et Adam, qui non erant positive indigni primae gratiae, eam mererent, fuissent positive dispositi ad eam recipiendam, quod nemo admittet.

2.^a Illa expositio potest teneri, quam jam a multo tempore plures et insignes Ecclesiae catholicae doctores tulerunt ac probavit. Sed ita accidit nostrae expositioni: nam S. Thomas (l. 3. c. 159. cont. gent.) scripsit: «Licet aliquis per motum liberi arbitrii divinam gratiam nec promereri, nec acquirere possit, potest tamen seipsum impedire ne eam recipiat... Et quomodo sit in potestate liberi arbitrii, impedire divinae gratiae receptionem vel non impedire, non immerito in culpam imputatur ei, qui impedimentum praestat gratiae receptioni. Deus enim quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare... Sed illi soli gratia privantur, qui in

(1) L. 2, *cont. duas epist. Pelag.* c. 7, n. 13.—(2) VII, 7.—(3) L. 3.—(4) 3, 5, *epist.* 459.—(5) De *ent. super.* D. 20.—(6) De *concor.* Q. 14, D. 10.

(1) De *auxil.* L. 4, c. 12, n. 9.

seipsis gratiae impedimentum praestant; sicut sole mundum illuminante in culpam inputatur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquod malum sequatur, licet videre non possit nisi lumine solis praeveniatur.» Et Q. 14. de veritate art. II. ad 1. habet: «Si enim aliquis taliter [in sylvis] nutritus, ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni et fuga mali, certissime est tenendum, quod ei Deus vel per interam inspirationem revelaret ea, quae sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei praedictorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium.» Idem sentiunt Albertus M., Alexander de Hal., Gerson, Vega, Sotus, D. etc., quorum verba vide apud Lessium Op. de gratia efficaci, c. 10 et Suarezium De gratia, L. 4. c. 12, nn. 3-6 nostram sententiam propugnantes. Idem Lugo (De fide D. 12, nn. 36, 37). Ex modernis concedit posse interpretari sensu nostro Palmieri (De grat. actuali thesi. 34); ut nos exponunt Murray, Ingman, Petronce et Em. Card. Mazzella (1). Verum est D. Thomam (2) aliosque auctores quandoque intelligere hoc axioma de viribus gratiae, sed tunc vel illud explicant de gratia habituali ad quam necesse est praecedat auxilia intrinseca supernaturalia, vel de viribus gratiae, sed non exclusive de viribus naturae prout in aliis locis edixerunt.

II. Pars. Cum Suarezio (3): 1.º Haec expositio seu consensus est necessarius, ut verum in universum sit Deum dare omnibus hominibus sufficiens supernaturalia auxilium ad salutem, etiam infidelibus nondum vocatis, ut deinde probandum est. Ergo. Antec. prob. «Nam multi sunt homines, qui tale auxilium actu et in se non accipiunt, cum fidei praedictionem aut revelationem non habeant; et praeterea; si fides hae dicta Dei ex solis creaturis hausta non sufficit, deservente Vaticano (4): «Fidem, quae hominibus subitis initium est, non esse, qua a Deo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis.» b) Et si diceres cum aliquibus ad actus naturaliter bonos elicendos, dari in hac providentia gratiam supernaturalem, in alium scopulum impingeres, nempe dari meritum congruum vocationis ad fidem, fidem non esse primam gratiam, initium salutis contra Vaticanum nuper allatum et Tridentinum (5) docens: «Fides est humanae salutis initium, fundamentum et radix totius justificationis.» Ergo ut Deus, prosequitur Suarez, aliquo modo det illis tale auxilium, necesse est ut illud offerat homini facienti quod in se est, per eas vires, quas habet, nimirum per rationem naturalem et libertatem, quia talis homo alias vires non habet.» Confirm. «Populus illum hominem facere quod in se est per vires, quas habet., tunc vel Deus dat gratiam tali homini, et habetur intentum, vel non dat, et tunc non sper hominem, sed per Deum stat quominus ille homo salvetur, quod dici non potest.»

(1) De gratia, D. 4, n. 866, ubi citat praedictos auctores. — (2) 1, 2, Q. 109, ar. 6, ad 2, et alibi. — (3) De auxil. L. 4, c. 12, n. 10. — (4) Const. Dei Filius, c. 3. — (5) Sess. 6, c. 8.

2.º «Valde consentaneum est bonitati et providentiae Dei, ut bene utenti viribus acceptis majores praebeat, ut progredi possit; nam ut ait Nazianzenus (1): «Deo gratum est quod pro viribus efficitur...» Ergo piissime et sine inconvenienti creditur, in omni statu hominis, victori facienti quod in se est, per vires, quas habet, Deum non denegare gratiam in eo statu necessariam, quia sine non sequitur quod homo mereatur gratiam, sed quod Deus provideat homini necessitatem patienti.»

Difficultates, quae huic sententiae fieri possent sive ex capite gratuitatis gratiae, sive ex capite incertitudinis operum naturalium, quoniam et quot praestanda, ut facienti quod in se est non denegeret gratia eamque accipiat, praecoccupatae sunt nota III, et prima asserti parte. Si quis urget quando? Respondit cum Suarezio (2): «nihil posse a nobis definite affirmari, sed hoc Deum suae liberae dispositioni reservasse; nam cum illa praeveniens gratia non fundetur in merito, vel dispositione hominis, non potest ex ipsius actione, certa regula sumi circa tempus in quo datur haec gratia.»

THESIS VI.

Ad omnes actus salutares, etiam ad initium fidei requiritur gratia.

40. Nota. Thesis est de fide quoad utramque partem contra pelagianos et semipelagianos respective (v. sup. n. 33). Actus salutaris est ille, qui positive conducit ad justificationem vel vitam aeternam, sicut credere, sperare, poenitere, diligere sicut oportet. Initium fidei est saltem voluntas credendi seu pius credulitatis affectus, vel praecedens intellectus cognitio, quae disponit hominem ad piam hanc voluntatem. Fidei actus est assensus supernaturalis imperatus a voluntate in veritatem revelatam propter auctoritatem Dei revelantis. Agitur de necessitate absoluta gratiae, et quidem interioris et supernaturalis, nam gratia exterior et naturalis tribuens posse facilius a pelagianis et semipelagianis admittebatur.

41. I.º Pars. Prob. 1.º Ex Aragoniano II, c. 7: «Si quis per naturae vigorem bonum aliquid, quod ad salutem pertinet vitae aeternae, cogitare, ut expedit, aut eligere, sive salutari, id est evangelicae praedicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione et inspiratione Spiritus sancti... haeretico fallitur spi-

(1) Or. 2, in laud. Basilii. — (2) De grat. I. 4, c. 16, n. 19.

aritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis (1): *Sine me nihil potestis facere*; vel illud Apostoli (2): *Non quod idonei sumus cogitare aliquid a vobis, quasi ex vobis, sed sufficientia vestra ex Deo est.* Vaticanum definit (3): «Si quis dixerit, assensuum fidei... argumentis humane rationis necessario produci; aut ad solam fidem vivam, quae per charitatem operatur, gratiam Dei necessariam esse; anathema sit.» Vide etiam Tridentinum, sess. 6. can. 2.

2.^o Ex Sacra Scriptura. Paulus ad Romanos (4) de negotio salutis scribit: *Agitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Agitur si homo sine gratia seu solo libero suo arbitrio posset aliquid opus bonum salutariter operari non esset vera sententia. Apostoli dicentis: *non esse volentis, neque currentis.* Ergo... Christus apud Joannem (5) nos docuit: *Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite; sic nec vos nisi in me manseritis... sine me nihil potestis facere.* Unde sic: hic agitur de operatione supernaturali; cum sermo sit de vita, quam a Christo ut redemptore homines mutantur. Sed explicite dicitur nihil posse facere. Ergo... Praeterea homo sine gratiae influxu se habet ad opera salutaria sicut palmes sine influxu vitis ad fructus preferendos. Atqui palmes sine vitis influxu nullum potest ferre fructum. Ergo... Confirmatur similitudinibus a sacris scriptoribus adhibitis, quibus homo in ordine ad salutem dicitur: *moribus* (6), *caveus* (7), *tenebrae, terra sine aqua* (8). Ergo homo solis naturae viribus est plane impotens ad omnem actum salutarem.

3.^o Ex Patribus. S. Augustinus circa textum S. Joannis (9) ait: «Vox vestra (superborum) est quod homo ex semetipso facit justitiam... Sed veritas contradicit... Ne quisquam putaret saltem parvum aliquem fructum posse a semetipso palmitem ferre, cum dixisset *qui fert fructum multum*, non addit, quia sine me parum potestis facere, sed *nihil potestis facere*. Sive ergo parum, sive multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest. Patres concilii Carthaginensis in epist. ad Innocentium I probant ex precibus, quas Ecclesia pro conversione omnium fundit: «ut legem credendi lex statuat supplicandi... Haec autem petitio conversionis gentilium, judaeorum, schismaticorum non perfuactorie neque inahiter a Domino peti rerum ipsarum monstrat effectus.»

4.^o Actus salutaris est actus supernaturalis. Sed homo sine gratia non potest facere actum supernaturalem. Ergo... *Min.* prob.

(1) Joan. XV, 5. — (2) 2. Corinth. III, 5. — (3) *Can. de fide*, § 3, can. 5. — (4) IX, 16. — (5) XV, 4, 3. — (6) I Joan. III, 14. — (7) Ephes. V, 8. — (8) Ps. XLII, 6. — (9) In Joan. trac. 31.

quia actus principium proportionatum supponit. Sed homo sine gratia non est principium proportionatum. Ergo... *Max.* prob. inter finem et media proportio dari debet. Atqui finis ad quem est medium actus salutaris nempe justificatio et vita aeterna est supernaturalis. Ergo... Vid. D. Thom. 1. 2. Q. 109. ar. 5.

42. II.^a Pars. Prob. 1.^a Est corollarium primae partis, et constat directe ex Arausicano II, can. 5: «Si quis sicut augmentum, vita etiam initium fidei ipsumque credulitatis affectum... non per gratiae donum... sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, beato Paulo dicente: *Congredimur, quia qui coepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem D. N. Jesuchristi...* (1). *Et gratia saltem facti estis per fidem, vel hoc non ex vobis: Dei enim donum est.* (2). Qui enim fidem, quam in Deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt.» Innocentius X damnavit hanc propositionem Jansenii: «Sempipelagiani admittebant praevententis gratiae interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; et in hoc erant haeretici, quod velent etiam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare; ut falsam et haereticam: falsa ex parte historica, haeretica ex parte dogmatica. Vide etiam Proposit. 20-22, Syn. Pisl. damnata a Pio VI.»

2.^o Ex S. Joanne ubi in prima parte: *sine me nihil potestis facere*; et ex Paulo ad Corinth. : *Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid a vobis quasi ex vobis.* Sed haec componi non possunt cum sententia sempelagianorum; nam posse initium fidei et operis salutaris ponere, gratiam posse, licet non nisi colligere, mereri, est evidenter *plurquam nihil et tantum cogitare* in negotio salutis posse. Ergo... Idem conficitur ex Joanne VI, 44; ex Paulo ad Rom. XI, 35: *Quis prior dedit illi Deo, et retribuetur ei?*

3.^o Ex Patribus ut in prima parte.

4.^o Initium fidei est aliquid supernaturalis; est enim cum sanctificatione connexum et salute. Ergo fieri non potest sola naturali virtute.

SCHOLIUM.

An gratia requisita debeat esse supernaturalis quoad substantiam.

43. Non defuere theologi, qui assererent actus salutares esse tantum quoad modum supernaturales. Sed sententia affirmans su-

(1) Philipp. I, 6. — (2) Ephes. II, 8.

pernaturalitatem quoad substantiam est omnino communis, et ita in scholis praevaluit, ut oppositam opinionem, ait Ripalda (1), «gravibus censuris recentiores carpant.» Sententiam propugnantiem supernaturalitatem quoad substantiam vocat Lugo (2) «veram et jam communem omnibus scholasticis.» Inter modernos Hurter (3) dicit esse fidei proximam vel saltem doctrinam catholicam, itaque eam communem.

Dico. Actus salutaris sunt supernaturales quoad substantiam.

Prob. 1.^o Concilia et Patres ex eo deducunt necessitatem absolutam gratiae, quod actus salutaris excedat omnino vires naturae. Ergo ipsius actus intrinseca perfectio superexcellit naturam ac prorsus est quoad substantiam supernaturalis.

2.^o Dantur habitus seu virtutes per se infusae, ideoque entitative supernaturales. Ergo admittantur necesse est actus entitative etiam supernaturales; habitus enim non dantur nisi propter actus.

3.^o Actus salutaris sunt dispositiones ad terminum quoad substantiam supernaturalem; beatificam scilicet visionem, quae est entitative supernaturalis. Ergo etiam ipsi actus esse debent quoad substantiam supernaturalem; media enim debent esse proportionata fini, et dispositiones formae. Vide Suarezium (4).

4.^o Obj. 1.^o Deus non praecipit impossibilia. Sed actus salutaris in praesenti statu naturae elevatae sunt hominibus praecipiti. Ergo actus salutaris non possunt supra naturae vires esse.

Resp. Dist. *cons.* Supra naturae vires gratiæ adjutas; conc. Nuda in se spectata; neg. Licet Deus actus salutaris praecipiat, minime jubet impossibilia; quae enim impossibilia sunt per naturam sunt possibilis per gratiam, quam nobis ipse liberaliter confert.

Obj. 2.^o Deus gratiam liberrime et gratuito distribuit. Ergo potest Deus eam non dare. Sed in hoc casu praeciperet impossibilia. Ergo.

Resp. Dist. primum *cons.* Deus potest eam non dare, absolute loquendo; conc. Supposito quod actum salutarem praecipiat et suadet; neg.

Obj. 3.^o Ex S. Joanne Chrysostomo (5): Abraham.... a seipso scientiā, quae naturae insita est, in tantum pervenit virtutis fastigium,.... verum nisi primum et ipse quod suum erat fecisset, non tanta a Domino obtinisset.

Resp. Explico dist. A seipso et a scientiā, exclusive sine gratiā; neg. Exclusive ad legem scriptam et gratiæ Evangelii; conc. Postquam enim dicit, Abraham «in tantum pervenisse virtutis fastigium,» statim addit, hoc sufficere, «ut omnes nostras excusationes refutet» arguendo nempe a minori ad majus, si enim Abraham in statu legis naturae cooperando gratiæ potuit perfecte sanctificari, inexcussibiles erimus nos; si in lege plenitudinis gratiæ seu Evangelii non sanctificamur.

Adversus schol. obj. 4.^o Concilia et Patres de actibus patriæ

(1) De ent. super. D. 44, n. 4.—(2) De fid. D. 9, n. 29.—(3) De grat. Schol. thes. 176.—(4) De grat. L. 2, cc. 6, 7, 8.—(5) Homil. 47, n. 2.

absolute affirmant vires naturae superare, de actibus vero viæ solum cum addito: «ut expedit, ut oportet ad salutem.» Ergo actus salutaris viæ, ut credere, sperare, non sunt absolute supra vires naturae.

Resp. 1.^o Non esse universim verum, quod in secunda parte asseritur, nam concil. Milevitanum can. 4 sine ullo addito definit: «Quisquis dixerit.... non autem per illam [gratiam Dei] nobis praestari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit.»

Resp. 2.^o Dist. Concilia et Patres addunt «sicut expedit, sicut oportet,» entitative quoad ipsius actus substantiam seu esse, conc. Accidentaliter tantum; neg. Ita erulit ex eorum verbis in probationibus adductis; addunt vero in actibus viæ illa verba «sicut expedit,» quia possunt dari in hac vita actus virtutum naturalium similes actibus supernaturalibus; quod non ita dicendum erat de actibus patriæ ubi nulla est possibilis confusio, et praeterea aliqui actus ut visio Dei non sunt naturæ imitabiles.

Obj. 5.^o Actus entitative supernaturalis nequit ab homine fieri. Ergo actus salutaris ab homine fieri non sunt entitative supernaturales. *Antec. prob.* Nam hoc ipso, quod actus salutaris procedent a viribus naturae humanae non essent supernaturales, sicut actus procedens a re materiali non potest esse spiritualis.

Resp. Dist. *antec.* Nequit ad homine fieri si ejus potentiae non eleventur; conc. Si eleventur; neg. Probationem *antec.* pariter dist. Si procedent a solis viribus naturae; conc. Si a viribus naturae gratiæ roboratis; neg. Ad exemplum etiam dist. Procedens a re materiali adaequate et non elevata; conc. A re materiali divinitus elevata; neg. Sic ignis materialis torquet demones et animas separatas, probabiliter produendo qualitatem spiritualem; juxta plures, phantasma materiale in virtute intellectus agentis concurrat physice ad efficiendam speciem impressam.

THESIS VII.

In statu naturae lapsae, tota lex naturalis potest sine gratiā potentia physica diu ab homine servari secundum substantiam, non autem potentia morali.

45. **Nota.** I. Impotentia alia est physica, alia est moralis; physica adest, quando opus periciendum vires naturales agentis ita excedit, ut solis illis fieri non possit; unde potentia physica, tunc datur, cum opus efficiendum vires agentis non superat. Impotentia moralis ita declaratur a Suarrio: «non deest in manu potentia physica, ut describendo circulum, perfectum illum faciat, nunquam tamen ita illum perficit, nec est possibile simpliciter loquendo, quin in una vel alia parte deficiat; item non est impossibile physice loquendo, saepius jactatis talis seu tesseri, eosdem semper numeros reddere, seu eandem figuram; est tamen mora-

«Iiter impossibile simpliciter (1).» Unde praescindendo ab exemplis, impotentia moralis erit illa, in qua opus perficiendum absolute vires agentis non superat, sed tanta difficultate fieri deberet, ut re nunquam vel fere nunquam fiat; e contra potentia moralis erit, quae sine magna difficultate opus perficere valet.

II. Qui sint varii hominum status, et quomodo status naturae purae sit possibilis diximus supra. Disquis. II. Theol. XII. nn. 106 et 109. Hominem potuisse diu servare totam legem naturalem et physice et moraliter in statu iustitiae originalis vel integrae naturae, prout, ut quidam volunt, solum adderetur naturae integritatis donum, non est ambigendum; nam in illis statibus nec deesset potentia physica, cum lex naturalis maxime postulet proportionatam esse viribus naturae; nec officeret moralis impotentia orta ex concupiscentia et ignorantia, quae tunc ab homine exularent.

III. Juxta B. Thomam (2) et generatim omnes theologos, dupliciter contra Bajum (3), qui id negaverat, praecepta legis naturalis servari possunt, quoad substantiam et quoad modum. Quoad substantiam i. e. quoad bonitatem naturalem seu bene agendo naturaliter; quoad modum i. e. salutariter seu ex charitate et meritorie. Item tota lex, seu omnia legis naturalis praecepta, potest intelligi collective de omnibus, vel distributive de singulis; thesis procedit in primo sensu et de praeceptis graviter obligantibus. Addimus tandem diu i. e. per longum temporis spatium; aliquo enim brevi tempore admittimus posse servari.

46. I.^a Pars, quae est communis theologorum prob. in statu naturae purae homini deesse non poterant vires physicae ad totam legem naturalem quoad substantiam diu servandam; lex enim naturalis ex se proportionata esse debet naturae humanae. Sed in statu naturae lapsae vires physicae eadem manent, nam peccato originis amissae non sunt. Ergo in statu naturae lapsae non desunt homini vires physicae ad totam legem etc....

47. II.^a Pars. Est communis theologorum et certa, aliqui pronuntiant esse de fide. Suarez (4), re perpensa, ait: «Satis est dicere doctrinam hanc esse adeo certam, ut contraria non solum jam temeraria sit, sed etiam errori proxima.»

Prob. 1.^a Apostolus (5) ait: *Videō autem aliam legem in*

(1) De grat. L. 1, c. 24, n. 32.—(2) 1, 2, Q. 109, ar. 4.—(3) Prop. 61 inter damnatas a S. Pio V. «Illa doctorum distinctio, divinae legis mandata bifariam impleri, altero modo, quantum ad praeceptorum operum substantiam tantum, altero, quantum ad certum quendam modum, videlicet, secundum quem valeant operantem conducere ad regnum aeternum (hoc est ad modum meritum) commentitia est et explodenda.—(4) De grat. L. 1, c. 26, n. 12.—(5) Rom. VII, 23-25.

membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati quae est in membris meis. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Ubi duo asserit: hominem habere concupiscentiam illum captivantem in peccato contra legem naturalem; et non posse liberari ab hujusmodi captivitate nisi per gratiam. Atqui si sine gratia posset servare totam legem naturalem, vel non subiret huius captivitati, vel gratia Christi non indigeret, qua liberaretur. Ergo... *Mof.* quoad primum constat, nam Apostolus agit: a) de captivitate repugnantem *legi mentis meae*, et: b) de captivitate concupiscentiae maxime in peccatis carnis. Sed lex mentis est lex naturalis, et peccata carnalia sunt contra legem naturalem. Ergo... Quoad secundum, expressa sunt verba Pauli: *Gratia Dei per Jesum Christum.*

2.^a Carthaginense II (1) damnat pelagianos eo quod dicebant posse liberum arbitrium sine Dei gratia legem implere, «sive naturaliter in corde scriptam, sive in litteris datam.» Milevitanum II, can. 5, eos conficit anathemate, qui dixerint: «etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus etiam sine illa divina implere mandata.» S. Augustinus hanc partem in libro de Spir. et litt. demonstrat, ubi (2) haec habet: «Nec moveat quod naturaliter eos dixerit (Paulus), quae legis sunt facere, non Spiritu Dei, non fide, non gratia. Hoc enim agit Spiritus gratiae, ut imaginem Dei, in qua naturaliter facti sumus, instaurat in nobis.»

3.^a a) Homo lapsus sibi relictus non potest diu vivere, quia graves tentationes morluter loquendo patitur. Sed ad vincendas graves tentationes opus est gratia, ut deinceps probabitur. Ergo homo lapsus sine gratia non poterit moraliter et diu vincere tentationes, ac proinde nec servare totam legem naturalem. b) Idem probat longa et tristis experientia; nam ante Christum licet insignes fuerint philosophi illustresque nationes, homines communiter legem naturae non servarunt (3); eadem nunc accidit in nationibus, quibus adhuc lumen fidei non affulsit; et tandem, ut ait Harter: «si enim inter christianos rari sunt, qui totam legem naturalem servent omnesque vincant tentationes, licet tot gratiae praesidia juventur, quid foret, si omnibus hisce praesidiis homines destituerentur (4)?»

48. Obj. 1.^a Praecepta legis naturae sunt homini proportionata. Ergo hie poterit physice et moraliter ea servare. *Antec.* confirm.

(1) Epist. syn. ad Innocent. I (90 vel 175 S. Augustini).—(2) c. 27, n. 47.—(3) Vid. vol. I. Disq. II, Theol. IV, Theol. XXX-XXXII.—(4) Comp. Theol. Theol. 181, de grat.

Sacra Scriptura (1), ubi legitur: *Mandatum hoc* (i. e. lex naturalis), *quod ego praecepit tibi hodie, non supra te est, nec procul positum.* Ergo.

Resp. Dist. *anteq.* Sunt proportionata physice; conc. Moralter; subdist. vel naturae integrae, vel purae, adjuvae auxilio aliquo divino naturaliter debitor; conc. Lapsae, etiam naturali auxilio indignae, et daemones incursionibus expositae; neg. (2).

19. Nota. Occasione hujus difficultatis declarandum venit, quomodo intelligendum sit illud commune Patrum et Conciliorum effatum.

Hominem per peccatum fuisse vulneratum in naturalibus, et debiliorem in corpore et in anima.

Dicendum est probabilius contra paucos propugnantes esse intrinsece debiliorem, et contra plures etiam extrinsece debiliorem negantes.

1.° Esse verum comparative cum iustitia originali; nam amissio iustitiae originalis reddebat hominem in naturalibus debiliorem, relinquebat enim defectum naturalem i. e. concupiscentiam, cui iustitia originalis supernaturaliter subveniebat. Hoc sensu loquitur Tridentinum (3) cum ait: «Totum Adam per illam praevericationis offensam secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisse.» Et liberum arbitrium fuisse peccato «viribus attenuatum et inclinatum (4).» Eodem Caelestinus I. cum asserit (5), homines peccato originis «naturalem possibilitatem» perdidisse i. e. illam bene operandi facilitatem, quam ante Adae peccatum iustitia originalis tribuebat.

2.° Verificari comparative ad solam naturam puram, quia: Homo non est in statu naturae lapsae intrinsece debilior, sed tantum extrinsece.

Nam: a) Dum Patres et Concilia referunt ea, quae per peccatum amissimus, solum expriment dona gratuita et supernaturalia, quae homini in statu innocentiae inerant; non autem bona naturalia convenientia naturae secundum se. b) Quia naturae lapsae neque ablatum est aliquod principium ad bene operandum secundum se naturae conveniens; nec adjunctum aliquod contrarium principium honestarum actionum impeditivum (6). Sed virtus ad honeste operandum diminui non potest, nisi aut per ablationem alienius principii aut per additionem alienius contrarii. Ergo...

Est tamen homo lapsus extrinsece debilior; nam homo propter

(1) Deuter. XXX, 11.—(2) Vid. Disq. II, n. 109.—(3) Ses. 5, can. 1.—(4) Ses. 6, cap. 1.—(5) Epistol. ad Episc. Galliae.—(6) Vid. Disq. II, n. 102.

peccatum factis est servus diaboli ejusque instigationibus se subiecit; quare in poenam hujus delicti, major licentia homines tendendi, quam in statu naturae purae habuisset, daemones concessa videtur. (Vid. Mazellam De gratia nn. 396-403; Suarez Proleg. 4, cc. 8, 9; L. I. de grat. cc. 28, 36.)

Obj. 2.° Juxta Apostolum (1): *Gentes, quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt.* Ergo sola vi naturae potest observari tota lex naturalis. Conc. expositione S. Joannis Chrysost. (2): «Gentiles admiratione digni sunt, quod nec lege ipsis opus fuerit, et tamen omnia, quae legis erant, praestiterint.» Ergo...

Resp. cum Suariorum (3): *Dist. anteq. Naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt*, quoad aliqua; conc. Quoad omnia; neg. «D. Paulus non dixit, omnia, quae legis sunt, faciunt; sed indefinite dixit: ea, quae legis sunt, faciunt, quod verissime dicitur de his, qui aliqua legis praecepta observant, licet alia transgrediantur.» Estius pro hac opinione citat S. Ambrosium, S. Fulgentium, et plures interpretes eam probant. Ipsi favet positio 22.° Baji inter damnatas: «Cum Pelagio sentiunt, qui textum »Apostoli ad Romanos, *gentes quae legem non habent... intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus.*»

Alii cum S. Augustino et D. Thoma (4), supponentes sermonem esse de gentibus conversis ad fidem, distinguunt: Naturaliter i. e. per naturam gratia reformatam; conc. Per vires tantum naturales; neg. Alii, opposentes *naturaliter legi* scriptae Moysis, distinguunt: Naturaliter i. e. sine lege scripta, solo naturalis legis ductu; conc. Sine gratia; neg., vel si via applicare Suarii solutionem; subdist. Quoad aliqua praecepta; conc. Quoad omnia; neg. Haec ultima solutio est, quae magis consonat menti S. Pauli, qui (5) objectioni tacite judaeorum, quomodo gentiles si non sunt auditores legis, ejus factores esse possint aut transgressores? Respondet quia... quando gentes... naturaliter, i. e. natura duce, et sine doctrina exteriori faciunt (quae sunt legis), tunc ipsimet sunt sibi lex; i. e. habent in seipsis et in corde suo dictamen rationis naturale, indicans bona et mala, prosequenda et fugienda opera; quod dictamen habent instar legis (6).»

Ad conf. notandum, verba S. Joann. Chrysostomi non facere sensum collectivum ab adversariis intentum, nempe plures gentium omnia praecepta legis naturalis observasse; sed vera

(1) Rom. II, 14.—(2) Homil. 5, in Rom.—(3) L. I, de auxili. c. 8, n. 30.—(4) 1, 2, Q. 109, art. 4.—(5) Menoch. in h. l. vid. Alzpid. in h. l.—(6) Vid. Suar. De auxili. l. 1, c. 8.

esse in sensu distributivo, quatenus omnia praecepta legis naturae alia ab aliis inter omnes observantur.

Obj. 3.^a Quae tantum moraliter repugnant aliquando eveniunt. Ergo si impossibilitas servandi totam legem est tantum moralis, aliquando sine gratia tota lex observabitur.

Resp. Dist. *anteq.* Quae tantum repugnant moraliter late; conc. Quae stricto; neg. Vide notata ante thesiam.

Obj. 4.^a Quae sunt impossibilia praescribi non possunt. Ergo observantia legis naturalis praescribi a Deo non poterit.

Resp. Dist. *anteq.* Quae sunt impossibilia physice; conc. Quae sunt impossibilia moraliter; subdist. Si non sunt intrinsece bona aut mala; conc. Si sunt intrinsece bona aut mala; nego. Jam vero, ea, quae sunt legis naturalis, sunt intrinsece bona aut mala, atque ideo non obstante quocumque difficultate tenetur Deus ea praecipere aut prohibere. Verum, ut innuimus (n. 39) nunquam facienti quod in se est, auxilium necessarium negavit Deus, ad totam legem etiam potentia morali implendam.

THESIS VIII.

Nec gratia, nec fides est necessaria ad quodvis opus moraliter bonum.

50. *Nota.* 1. Pelagianis extreme contrarii fuerunt protestantes et jansenistae. Illi naturae vires exaggerabant, hi adeo deprimebant, ut nullum opus sine gratia factum pronuntiarent bonum. Wicleff et Joannes Huss adstruxerunt, omnia opera, quae fierent sine gratia sanctificante, esse peccata; Lutherus et Calvinus addiderunt, opera etiam cum gratia sanctificante elicita esse peccata, quae tamen iustis non imputantur. Cumulum jansenistae compleverunt, requirentes ad omne opus moraliter bonum ipsam fidei gratiam.

Inter catholicos, theologi augustinenses (1) propugnant, naturam lapsam adeo infirmam factam esse, ut absque gratia auxilio nullum opus facere possit moraliter bonum, solum ratione ultimi finis. «Distinctionibus, ait P. Horter (2), sat duris et coactis nituntur probare suam opinionem non esse doctrinam Bajii et Quenelli damnatam. P. Vazquez (3) etiam asserit necessitatem gratiae ad singulos actus bonos naturalis ordinis hanc vero gratiam, reponit in cogitatione congrua, qua homo ad illud bonum opus cum effectu agendum movetur; et quia talis cogitatio non est homini debita, est enim praeter ordinariam providentiam, ideo est beneficium indebitum et gratia. P. Ripalda (4) hac super re etiam

(1) Cardin. Norisius, P. Berti etc.. Vid. Disq. II thes. 12.—
(2) Comp. theol. De grat. n. 61.—(3) In 1, 2, Q. 109, D. 109, c. 12.—(4) De ent. super. D. 114, sect. 13; D. 20, sect. 3; adver. Bajum D. 21.

singularem habet opinionem; contendit hominem viribus tantum naturalibus posse facere opus naturale moraliter bonum, si inspicitur tantum *jus* legem Dei positivam antecedens; quoad *factum* vero in hac providentia, consequenter ad positivam Dei legem (dandi gratiam supernaturalem ad omnem actum bonum), non posse hominem sine gratia theologica stricte sumpta facere aliquid opus bonum. A majore theologorum parte impugnatur, tum quia non dat rationem sufficientem adstruendi illam legem positivam, tum quia documenta fidei statim afferenda non tantum de jure, sed de facto, ut communiter Doctores interpretantur, loquuntur.

II. In thesi excludimus necessitatem omnis gratiae, sive supernaturalis quoad substantiam, sive in sua entitate tantum naturalis. Quatenus excludit necessitatem gratiae sanctificantis est de fide, quatenus necessitatem omnis ulterioris gratiae actualis est communior ino certa, praesertim quod exclusionem gratiae entitativae supernaturalis.

51. 1.^a Pars. De gratia sanctificante, prob. 1.^a Tridentinum (1): «Si quis dixerit, opera omnia, quae ante justificationem sunt, quocumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare; anathema sit.»

2.^a In Scriptura; a) plures actus peccatorum commendantur ut praemio digni, b) ipsi peccatores ad aliquos actus ut bonos eliciendos excitantur. Sic in Exodo (2): *Beae ergo fecit Deus obstetricibus* (aegyptiis).... *Et quia invenit obstetrices Deum, aedificavit eis domos.* Apud Danielelem (3): *Quamobrem, rex (Nabuchodonosor), consilium meum placeat tibi: et peccata, tua elemosinis redime, et iniquitates tuas misericordiam pauperum: forsitan ignoscet (Deus) delictis tuis.* Sed hi actus, ut facti ab infidelibus et peccatoribus, erant sine gratia sanctificante boni. Ergo.

3.^a S. Augustinus (4): «Sicut non impediunt a vita aeterna justum quaedam venialia, sine quibus haec vita non ducitur: sic ad salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cujuslibet pessimi hominis invenitur.»

4.^a Si requireretur gratia sanctificans, vel esset quia honestas actionis pendet a dignitate personae, vel quia gratia esset necessarium principium actionis honestae. Sed neutrum dici potest. Ergo... Non primum, honestas pendet a conformitate actus cum lege naturali, quae est independens a dignitate personae: nec alte-

(1) Sess. 6, can. 7.—(2) 1, 20, 21.—(3) IV, 24.—(4) *De spir. et lit.* c. 28, n. 48.

rum, nam vel esset principium adjungendum physice vel moraliter; non primum, quia agitur de actione naturaliter bona, ad quam sufficit potentia physica naturalis creaturæ; non secundum, quia non est sermo de bono difficili. Ergo.

52. 1.^a Pars. De gratia actuali quacumque, prob. 1.^o Ex propositionibus damnatis Baji a S. Pio V. quarum 27.^a «Liberum arbitrium, sine gratiæ Dei adiutorio, non nisi ad peccandum valet.» Quesnellus a Clemente XI. quarum 39.^a «Voluntas, quam gratia non prævenit, nihil habet luminis, nisi ad aberrandum, ardoris, nisi ad se præcipitandum, virium, nisi ad se vulnerandum; est incapax bonis mali et incapax ad omne bonum.» Ex quibus deducitur liberum arbitrium valere etiam ad aliquod opus, quod non sit peccatum. Confirmatur et amplius declaratur hæc consequentia ex propositione 24.^a synodi Pistoriensis a Pio VI. confirmata; quæ ait de doctrina jansenistarum intellecta: «Perinde ac si inter dilectionem divinam, quæ nos perducit ad regnum, et dilectionem humanam illicitam, quæ damnatur, non daretur dilectio humana licita, quæ non reprehenditur (1). Falsè, aliis damnata.»

2.^o Ut in prob. 2.^o n. 51. ex Scriptura. Huc etiam faciunt verba Christi (2): «Si salvaveritis patres vestros tantum, quid amplius fecistis? Nonne et ethnici hoc faciunt? ejusque Apostoli (3) de gentibus non conversis saltem inclusivè loquentis (4): «Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt. Ubi nulla mentio gratiæ facta, exhibentur homines gratia et fide destituti ut potentes operari bonum aliquod, imo inexcusabiles esse si non faciunt.»

3.^o Ut in prob. 3.^o n. 51; et ex S. Augustino ut in propos. 24. Synod. Pistoriensis, supra prob. 1.^o

4.^o Ex dictis n. 49. homo per peccatum non est factus intrinsece debilior, sed ad summum extrinsece. Atqui ex hoc sequitur, hominem non amisisse potestatem boni aliquid peragendi, sed solum difficile esse illi bonum arduum. Ergo. Sicut homo infirmus, ait D. Thomas (5), potest per seipsum aliquem motum habere, non tamen perfecte potest moveri motu hominis sani, nisi sanetur, auxilio medicinæ; sic homo lapsus per virtutem suæ naturæ potest aliquid bonum particulare agere, non tamen totum bonum sibi connaturale, ita quod in nullo deficiat (6).

(1) S. August. serm. 349, de charit. Edit. Maurin. — (2) Matth. V. 47. — (3) Rom. II. 14. — (4) Vid. supr. n. 49. Obj. 2.^o — (5) I. 2. Q. 109, art. 2. — (6) Eadem argumenta valent contra Vazquesium, qui ulterius refutatur: 1.^o Quia falsum est, illam cogitationem congruam esse gratiam, utpote quæ nec ratione sui, nec ratione subjecti, nec ratione modi totam naturam ex-

53. II.^a Pars. De gratia fidei, est certa ex propositione Baji 25.^a damnata. «Omnia opera infidelium sunt peccata, et philosophorum virtutes sunt vitia.» Quesnellus 42.^a: «Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad sacrificium fidei; sine hoc nihil nisi impuritas, nihil nisi indignitas.»

Prob. 1.^o Ex Scriptura ut supra n. 52, prob. 2.^o

2.^o Ex Patribus etiam ut supra prob. 3.^o l. c. S. Joannes Chrys. (homil. de fid. et leg. nat.): «Offendes multos, qui quamvis sermonis veritatem non acceperint, et foris sint; operibus tamen pietatis (ut apparet) sunt conspicui; invenies veros misericordes, compatientes, justitiæ vacantes.»

3.^o Possunt infideles incitari ad honorandos parentes, ad misericordiam, ad legem naturalem servandam. Sed non posset id fieri licite, si omnia eorum opera essent peccata, cum ad peccatum in-

cedit. 2.^o Nec est per se indebita: «quia nisi homo habeat considerationem actuali boni honesti sufficientem ad volendum illud, vel saltem illam habeat in manu sua, si velit attendere, non habet libertatem proximam ad peccandum, quia non potest sufficiente consideratione eligere inter bonum et malum, neque habere proximam indifferentiam ad utrumque.» Ex quo sequitur ulterius, hominem oratum tali cogitatione sufficienti non habere naturaliter proximam libertatem ad peccandum, nisi «supposito aliquo dono gratuito et non debito naturæ. «Congruum est absurdum et a nullo doctore catholico assertum est.» Age iam idem dicendum esse de cogitatione congrua, nam cogitatio sufficienti debita naturæ, vel est sufficiens tantum, seu incongrua: vel efficax, seu congrua sufficiens; vel sufficiens indifferens, seu in communi, præcedens hæc efficacem et pure sufficientem. Primum incredibile est: nam contra omnem rationem est cogitare, homini in natura pura debitam esse providentiam, quæ semper infallibiliter peccet, licet possit non peccare. Secundum (cogitationem debitam esse efficacem) plus est quam id quod intendimus, et nulla ratione falcitur, imò aperte repugnat cum ordinaria Dei providentiâ, quam experimus. Tertium ergo necessario dicendum est; et tunc in aliquo individuo erit naturaliter efficax cogitatio sufficienti et debita. Moraliter enim impossibile est naturam totius individui multiplicatam, totaque actum variis cogitationibus præventam ad opera ipsi naturæ consentaneâ, indifferentemque ad utrumlibet, semper rejicere.

Solutio Vazquesii, ad eludendam propositionem Baji 27.^a (supr. n. 52) «Liberum arbitrium etc. recurrentis ad actus in individuo indifferentes, hæc damnatio solum inferret, aliquos actus hominum sine gratia non esse nec bonos nec malos, non vero aliquod opus esse sine gratia bonum, est penitus rejicienda; nam: 1.^o «Secundum Augustini et D. Thomæ sententiam communis et theologiæ probatam, non datur in voluntate libere operante actus indifferens in individuo, et ideo, secundum veram theologiam, recte sequitur, si liberum arbitrium potest sine gratia non male operari, posse etiam bene.» 2.^o Quamvis sit probabile, dari actus indifferentes in individuo, verisimile non est Pontificem dimisisse illam propositionem Baji fundatos in tali opinione de indifferenti actu possibili, vel propter illius probabilitatem. (Vide Suar. de grat. l. I, cc. 15, 14, c. 9, n. 46).

ducere licet nomen. Ergo... Probatur a priori: fides non requiritur ut objectum sit bonum naturaliter, neque ut appetatur ob finem honestum. Atqui si objectum est bonum et appeti potest ob finem honestum sine fide, possibilis est sine hac aliquis actus bonus. Ergo... *Mof.* prima pars prob. quia requiritur tantum ut objectum sit conforme rationi naturali; ad quod non est necessaria fides. Secunda prob. nam hic finis vel est intrinsecus rei, vel extrinsecus sed naturalis. Atqui non requiritur quoad finem intrinsecum, neque quoad extrinsecum; nam voluntas potest appetere quod sibi est proportionatum et non adest magna difficultas, ut ex saepe dictis supponimus.

54. Obj. 1.^a pro necessitate gratiae sanctificantis, ex S. Mattheo (1): *Non potest arbor mala bonos fructus facere.* Atqui arbor mala est homo peccator, et fructus boni sunt opus bonum juxta S. Augustinum (2). Ergo...

Resp. Explicio distinctione: arbor mala, qua talis, seu reduplicative; conc. Mala materialiter; neg. (3).

Inst. Si aliquod peccatoris opus esset bonum, esset ipsa oratio, sacrificium, etc.... Atqui legitur in Sacra Scriptura (4): *Sciatis autem quia peccatores Deus non audit, et victimae impiorum abominabiles Domino* (5). Ergo nullus peccatorum actus...

Resp. Conc. *mof.* Ad *minor.* quoad secundum textum patet sensus, i. e. sunt abominabiles, quia ex se sint mala opera; neg. Quia mala sive ratione finis, sive alicujus circumstantiae, ut quando Cain obtulit secundos et viliores terrae fructus; conc. Ad primum textum dico: Deus peccatores non audit in eo sensu, quo intelligebat proferens illa verba, i. e. ad declarandum et confirmandum aliquem peccatorum esse sanctum; conc. In omni sensu; etiam v. g. cum postulat veniam peccatorum; neg.

Obj. 2.^a S. Augustinus saepe docet, quidquid fit ab homine vel fieri ex cupiditate, vel ex charitate (6); et de *Grat. et lib. arbit.* (7) ait: «praecipua charitatis tanta et talia sunt, ut quicquid se putaverit homo bene fecere, si fiat sine charitate, nullo modo fiat bene.» Ergo.

Resp. Ad haec et similia S. Augustini aliorumque Patrum dicta recte intelligenda, advertendum est: a) Aliud esse opus bonum *ex objecto*, aliud *perfecte* bonum, aliud *supernaturaliter* bonum, ut sensus appositionum adverbiorum satis explicat. b) Charitatem accipi tum stricte pro virtute theologica, tum late pro bona voluntate. «Quid est, ait ipse Augustinus (8), boni cupiditas

(1) VII, 18.—(2) *Contr. Julian.* l. 4, c. 4.—(3) Vid. Bellarm. De grat. et lib. arbit. l. 5, c. 10.—(4) Joann. IX, 31.—(5) Prov. XV, 8.—(6) De Trinil. l. 9, c. 6, 7, 8.—(7) c. 18, n. 37.—(8) *Contr. duas epist. Pelag.* l. 2, c. 9.

«nisi charitas.» c) Aliud esse liberum arbitrium quae erat in Adamo in statu integritatis, quem status justitiae originalis comprehendebat, aliud liberum arbitrium simpliciter dictum. d) S. Augustinum quandoque appellare opus bonum illud tantum, quod conducit ad vitam aeternam. Unde, ad primum, dist. Ex charitate stricte; neg. Late sumpta; conc. Ad secundum, eodem respondent modo theologi aliqui; sed quia, ut probat Suarez (1), S. Augustinus loquitur de charitate stricte sumpta, melius respondetur: sine charitate contrarie, i. e. ut charitati repugnet; conc. sine charitate negativa, i. e. sine influxu seu imperio ipsius; neg. vel suddist. bene, i. e. moraliter, vel aliquo modo supernaturaliter; neg. salutariter proxime ad justificationem, vel per modum meriti condigni; conc.

Obj. 3.^a Sicut gratia non solum dignificat hominem, sed opera ejus: ita peccatum non solum ejus animam inficit, sed etiam opera. Atqui hoc admissio, omnia opera peccatoris sunt mala. Ergo...

Resp. Neg. *mof.* paritatem. Gratia sanctificans reddit quidem opera aliunde bona digna praemio vitae aeternae, non vero facit honesta; bonitas vel malitia invenitur in actu quatenus voluntas tendit in bonum vel malum objectum cognitum ut tale; at condignificatio, maxima ex parte, est actui extrinseca et independens a cognitione: sic opera iusti ignorantis suam iustitiam, sunt eodem modo digna praemio, non vero opera sunt honesta si datur ignorantia honestatis.

Obj. 4.^a pro necessitate gratiae actualis. Christus D. de peccatore respondit (2): *Amen dico vobis: quia omnis, qui facit peccatum, servus est peccati... Si ergo vos Filium liberaverit, vere liberaveritis.* Ejus Apostolus ad Timotheum (3) de peccatoribus: *et respiciant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Sed qui servi sunt peccati, qui captivi tenentur ad voluntatem daemone, a peccato vincuntur ne opus bonum faciant. Ergo.

Resp. Juxta allatos textus, peccator est servus et captivus quoad effectus peccati, v. g. concupiscentiae, mortis, etc.; conc. Quoad necessitatem peccandi, suddist. Physicam; neg. Moralem, si homo gratia orbatur, suddist. Semper; neg. Quandoque; trans.

Obj. 5.^a a) Ex Arausicano II, can. 22, «nemo habet de suo, nisi peccatum et mendaciam.» qui fere est propositio 27^a Baji supra n. 52, b) Similes S. Augustini loquutiones pluribus in locis, v. g. in libro de *Spir. et lib.* (4): «Nam neque liberum arbitrium quidquid, nisi ad peccandum valet, si lateat veritatis via.» Ergo.

(1) De grat. l. 4, c. 5.—(2) Joann. VIII, 34.—(3) II, 26.—(4) C. 3, n. 5.

Resp. Hae Conciliorum et Patrum loquutiones multiplici sensu, ab eo, quem haeretici intendunt diverso, donari possunt, et re vera donantur. Pater Suarez (1) recenset quatuor: a) si opus moraliter bonum tantum naturaliter dicatur peccatum, non quia sit moraliter malum, sed quia positive non ducit ad vitam aeternam, multumque distat ab ea perfectione, quam opus salutare requirit. Secundus est: b) ideo liberum arbitrium non nisi ad peccandum valere, quia solum et sine gratia raro facit opus omni ex parte bonum, nam pluries finis non rectus miscetur. Tertius est: c) Concilia et Patres loqui prout exigebat controversia cum pelagianis; hi asserebant liberum arbitrium sine gratia valere tum ad opus salutare et meritum vitae aeternae, tum ad peccandum. Concilia et Patres concedebant secundum, negabant primum; ideo dicebant liberum arbitrium non nisi ad peccandum valere. Quartus tandem et valde proprius est: d) solum peccatumtribuendum esse libero arbitrio, eo quod operis naturaliter honesti etiam specialis auctor sit Deus, cui omne bonum nostrum tribuendum est; e contra peccatum, solum liberum arbitrium, cum a recto ordine contra voluntatem Dei boni intentivam malique reprobativam deficit, committat. His dictis:

Ad a) Dist. Liberum arbitrium non habet de suo nisi peccatum et mendacium contrarie agendo i. e. se subducendo ab ordinatione divina; conc. Positive et naturaliter de suo non potest nisi peccare; neg. Sumitur haec solutio, ut ait P. Hurter (2), a S. Augustino, ex quo desumptus est canon Arausicanus (3), qui *De Civitate Dei* (4) ita illum explicat: «Cum vivit homo secundum veritatem, non vivit secundum seipsum, sed secundum Deum; Deus est enim qui dixit: *Ego sum veritas* (5)... homo ita factus est rectus, ut non secundum seipsum, sed secundum eum, a quo factus est, viveret. I. e. Illius potius quam suam faceret voluntatem; non autem ita vivere, quemadmodum factus est ut viveret, hoc est mendacium.»

Ad b) Homo sine gratia nullum opus bonum efficit, salutariter; conc. Naturaliter, neg. vel subdist. Ut plurimum; conc. Numquam; neg. Primum distinctionis membrum eruitur ex sensu tertio (supra c), et confirmatur ex epistola 21^a Caelestini I ad *Episcop. Galliae*, ubi c. 12, recensentur actus de quibus sit sermo in ecclesiasticis regulis et ex divina sumptis auctoritate documentis, nempe actus, «quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profitemur auctorem, et non dubitemus, ab ipsis gratia omnia ho-

(1) De grat. l. i, cc. 20, 21. — (2) Theolog. comp. De gratia, n. 65. — (3) In Joann. tr. 5, n. 1. — (4) L. 14, c. 4. — (5) Joann. XIV, 6.

minis merita praeveniri, per quam fit, ut aliquid boni et velle incipiamus et facere. Quo utique auxilio... liberum arbitrium... de stenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum.» Alterum deducitur ex thesi VII, (supra n. 46), et confirm. ex S. Augustino, qui de virtutibus paganorum ait (1): «si discutiantur, quo fine fiant, vix inveniuntur aquae justitiae debitam laudem defensionemque mereantur.» Denique notat S. Bonaventura (2), idem quod nos credendum est sensisse Augustinum, licet verba ipsius exterius propter detestationem erroris pelagianorum aliud sentire videantur. «Ut eos reduceret ad medium, abundantius declinavit ad extremum plus dicens et minus volens intelligi.»

Ob. 6.^a Voluntas ab ultimo fine deordinata non potest ad illud contendere sine Dei gratia. Sed voluntas hominis lapsa est ab ultimo fine deordinata. Ergo.

Resp. Dist. *Major*. Non potest, tollendo deordinationem, quam peccatum lethale inducit; conc. Non potest, per actum secundum se ducentem ad illum; subdist. naturalem; neg. supernaturalem; conc. Nulla enim est ratio, cur homo, quamvis peccator sit, non possit bonum aliquid opus naturaliter agere.

Obj. 7.^a Ad recte operandum in singulis operibus auxilium Dei precamur, eique de omni opere bono gratias agimus. Sed si aliquid bonum ex nobis tantum possemus, nec pro singulis operibus orare, nec pro omni opere bono gratias agere deberemus. Ergo...

Resp. Conc. *Major*. Primam *maior* partem dist. Non esset pro singulis operibus orandum, si in nullo eorum possemus a recto ordine deficere; conc. Si possumus, ut patet ex libertate, quo bonum abjicere valet; neg. Secundam *maior* partem neg. Quodlibet opus bonum etiam naturalis ordinis est speciale Dei beneficium, tum quia Deus ita disposuit causas ut tandem bonum opus faceremus, tum quia ad omnia opera bona intentive et approbative concurrat.

Obj. 8.^a Pro necessitate fidei Paulus scribit a) *Omne autem quod non est ex fide peccatum est* (4), b) *Omnia mundi iniqua, coquantia autem et infidelibus nihil est mundum, sed iniquitate sunt eorum mens et conscientia* (5), c) *Sine fide impossibile est piacere Deo* (3). Ergo non videtur possibile infidelibus, aliquid opus bonum agere.

Resp. ad a) Explico; quod non est ex fide stricte dicta; nego. Est pro dictamine practico et certo conscientiae; conc. S. Apostolum loqui de hoc dictamine practico claret ex contextu et quae-

(1) De spir. s. litter. c. 27, n. 48. — (2) Breviloq. p. 3, § 5 ad similitudinem. — (3) Rom. XIV, 23. — (4) Ad Tit. I, 15. — (5) Hebraeae. XI, 6.

ptione (v. 2) proposita, nempe nō comedere idolothya esset peccatum: respondet ita esse pro eo, qui *discernit* et putat prohibitum, quia agit contra fidem, quam habet de illicitate actionis.

Ad b) Explico: *nihil est mundum* quatenus infideles agunt contra conscientiam vel ex infidelitate: conc. Quatenus sine fide: neg. Agit Apostolus de iis, qui erant coinquinati infidelitate et conscientia errata, putantes se teneri lege Moysis.

Ad c) Impossibile est placere Deo infidelis personam: conc. Infidelis actus: subdist. salutariter: conc. moraliter tantum: neg.

Obj. 9.^o S. Augustinus dicit, qui ita scribit: «Quantumlibet opera infidelium praedicentur, ejusdem Apostoli sententiam veram novimus et invictam: *Omnis, quod non est ex fide, peccatum est* (1).» Eodem modo sentiunt S. Prosper (2) et Auctor De voc. gentium (3). Ergo omnia opera infidelium sunt peccata.

Resp. 1.^o Dist. Juxta mentem Patrum quidquid non est ex fide peccatum est materialiter: conc. Formaliter: neg. Vide sensum primum Obj. 5.^o

Resp. 2.^o Est peccatum, ut plurimum: conc. Semper, ut neque raro faciant aliquid opus bonum: neg. Confirmatur solutio ex eodem S. Augustino adducto (obj. 5.^o ad b) supra, et S. Joanne Chrysost. (4), qui ne contentiosus videretur, concessit apud gentiles esse, qui recte vivant, neque hoc orationi nostrae (quae dixerat, ipsi non constare an gentiles bene viverent) adversatur. Sermo enim erat de eo, quod ut plurimum, non de eo, quod raro contingit.

Resp. 3.^o Est peccatum, quidquid faciant reduplicative ut infideles, et contrario ad fidem: conc. Quod aliter agunt: neg. Nam infidelis nec necessario nec semper ut infidelis et contrario ad fidem agit.

Obj. 10. Ut opera sint moraliter bona ordinanda sunt in Deum tanquam ultimum finem. Atqui sine fide in Deum ordinari non possunt: ait enim S. Augustinus (5): «Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit.» Ergo.

Resp. Dist. *motus*. Ordinanda sunt in Deum tanquam in finem ultimum supernaturalem: neg. In finem ultimum naturalem: subdist. expresse et formaliter: neg. Exerceite et virtualiter: conc. Hoc sufficit ad bonitatem moralem in ordine naturae. Sic ordinatissimus astrorum motus enarrat gloriam Dei sui auctoris. *Min.* contradist. S. Augustinus explici: Fides dirigit intentionem salutarem.

(1) De gent. Pelag. n. 33; etiam Contra Julian. l. 4. c. 7.—(2) Contra Collut. c. 13, n. 39.—(3) L. l. 7.—(4) Homil. 28, in Joann.—(5) in Ps. XXXI. Enarr. 2, n. 4.

unice utilem ad vitam aeternam: conc. Exclusive, ut nulla intentio neque moraliter sit bona, si non dirigatur a fide: neg.

SCHOLIUM I.

An actus amoris Dei super omnia sit sine gratia possibilis in statu naturae lapsae.

55. Nota. I. Duplex distinguitur dilectio Dei; alia naturalis, qua diligimus Deum ut naturaliter cogitum, seu ut auctorem naturae et ultimum finem naturae proportionatum; altera supernaturalis, qua Deus diligitur ut per fidem revelatus, auctor gratiae et ultimus finis naturam excedens. Haec distinctio est certa ex propositione 34. Baji damnata: «Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturae, et gratuiti, quo Deus amatur ut benefactor, vana est, commentitia et ad illudendum sacris litteris et plurimis veterum testimoniis, excogitata.» Amor Dei potest esse concupiscentiae, cum terminatur in Deum, ut est nobis bonum; vel benevolentiae, cum Deus diligitur propter seipsum, ut est in se bonus. Est imperfectus et inefficax, cum est mera complacentia in Dei bonitate, non inferens media, neque removens omnia impedimenta ad Deum placendum. Est perfectus et efficax, si vi sua refert omnia ad Deum, omnia removet, quae cum ipsius amicitia pugnant. Hic amor efficax potest esse affectivus tantum, vel affectivus et effectivus. Affectivus tantum est actus simplex voluntatis, quo Deus quidem super omnia amatur, qui tamen nec est perseverans, nec de facto cum praeceptorum observantia conjungitur. Effectivus ille est, qui diu perseverat, et actuale omnium praeceptorum graviter obligantium observantiam involvit.

II. Posse hominem lapsum diligere Deum amore aliquo imperfecto, etiam benevolentiae, est communis theologorum sententia: nam homo in statu praesenti solis naturae viribus potest ex creaturarum consideratione (1) cognoscere Deum esse, et perfectissimum esse, ac consequenter propter se ut valde bonum et amabilem diligere. Talis enim actus est naturalis, nec semper occurrit difficultates, quae illum reddant nimis difficilem. Non posse hominem, si gratia non adjuvetur, amore affectivo et effectivo diligere Deum super omnia in praesenti statu, docent omnes; controversia est de amore affectivo tantum: thomisticae, Suarez, Valentia, Bellarminus, etc., respondent negative, et contra affirmant scotisticae cum Molina, Arriaga, Platelli, Wirceburgensibus, etc., et inter modernos Gardin, Mazella, Hurter, Ergger, etc.

Dico: Homo in statu naturae lapsae non potest diligere Deum tanquam auctorem naturae super omnia, amore efficaci, nequidem affectivo.

56. Prob. Verbis et ratione Suarii, qui explicans rationem D. Thomae (2), nempe: «in natura lapsa appetitus rationalis

(1) Vol. II. Disq. IV. Theol. I.—(2) 2, 2, Q. 109, art. 3.

sequitur bonum privatum propter corruptionem naturae; ergo non potest diligere Deum super omnia propter seipsum, nisi prius asannetur per gratiam,» ait (1): «Dilectio Dei super omnia... ut finis naturae, est plenitudo totius legis naturalis et omnium praeceptorum decalogi, prout ad ordinem naturae praeclae spectant... ostendimus autem supra non posse hominem lapsum sine auxilio gratiae servare totam legem naturalem; ergo multo minus poterit Deum super omnia diligere, quia in hoc eminentiori modo observantia totius legis naturalis continetur. Et confirm. quia amor super omnia... includit propositum de se efficax vitandi omne id, quod tali amori est contrarium: at vero impossibile est homini lapsu vincere omnia peccata legi naturali contraria sine speciali gratiae auxilio... Ergo impossibile etiam illi est suis viribus habere dilectionem Dei victricem omnium talium peccatorum, vel in effectu, vel etiam in affectu, per propositum efficax cavendi illa, quia non potest homo efficaciter et naturaliter proponere id, quod est sibi naturaliter impossibile (2).»

57. Dices 1.^o Homo lapsus naturaliter potest cognoscere Deum esse summum bonum: ergo poterit eum affective efficaciter super omnia amare, saltem quando nulla obijciatur magna difficultas, sive propter ignorantiam, vel inconsiderationem vel errorem.

Resp. Conc. antec. Neg. consej. Quia hic amor haberet quidem formam et speciem actus absoluti et efficacis, sed revera conditionem involveret, (de qua in argumento), quae illum inefficacem redderet.

2.^o Homo lapsus potest diligere Deum super omnia naturaliter, si observantia totius legis est possibilis, saltem per gratiam; nam potest absolute proponere ipsam adimplere per vires gratiae. Atqui haec est possibilis. Ergo...

Resp. Neg. maj. et ipsius rationem; nam propositum voluntatis non potest esse simpliciter et efficaciter absolutum, nisi ex se aptum sit ad inferendam executionem; verum cum haec sit super naturalis, non potest simpliciter deduci ex proposito naturali; ac proinde propositum naturale servandi omnia praecepta non potest inferre absolute illorum supernaturalem observantiam.

Difficultas quae peti posset ex impotentia amandi perfecte Deum super omnia in statu naturae purae, solvenda est, ut similis et communis omnibus difficultas de impotentia observandi diu totam legem naturalem. Vide supra nn. 48, 49.

SCHOLION II.

De potentia hominis lapsi ad vincendas tentationes.

58. Nota. Tentatio est sollicitatio ad malum, et tunc evenit, cum vel eo tempore, quo bonum faciendum est, motivum occurrit humanum a bono faciundo animum evertens; vel quando malum vi-

tandum est, aliquod inatit incentivum ad malum faciendum inducens. Tentatio est levis, si parum hominem vexat, aut non multum attrahit, sive ad grave, sive ad leve sollicitet peccatum: est gravis, quae hominem ad malum valde trahit. Tentationes triplici modo vinci possunt: vitiose, si luxuria v. g. avaritia expellitur, seu unum peccatum alio peccato; salutariter, si actu conducente ad vitam aeternam; honeste, si actu naturaliter honesto. Ad vitiose vincendum manifestum est non opus esse gratia, et contra, cum requiri ad salutariter vincendum. Quaestio igitur est, utrum homo sine gratia possit honeste vincere tentationes.

Dico I. Homo lapsus non potest moraliter graves tentationes sine Dei auxilio superare: potest vero aliquas leves.

1.^o Pars. Prob. 1.^o Ex Apost. ad Corinth. (1): *Haec qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione provolutum, ut possitis sustinere.* Hic ab Apostolo illa dicitur tentatio humana, quae cum sit juxta vires humanas efficaciter ad peccandum non ducit. Ergo est alia tentatio adeo gravis, quae sit supra vires naturae, quamque homo sine gratia vincere non potest. Huc etiam faciunt verba Apostoli ad Rom. VII. 23-25, quae vide exposita supra n. 47.

2.^o S. Ambrosius (2): «Quis est tam fortis, ut nequaquam a tentatione moveatur, nisi Dominus adjutor ei assistat?» S. Augustinus (3): «In hoc bello periculorum plenissimo, nec de viribus nostris speretur facienda victoria, nec viribus nostris facta tribuatur, sed ejus gratiae, de quo Apostolus (4) ait: qui dat victoriam per Christum.»

3.^o Appetitus sensitivus, praesentia boni sensibilis, vehementer in gravi tentatione impellitur, ac avertens intellectum a consideratione boni honesti, illum diu et constanter ad iudicium ferendum juxta ipsius pravam dispositionem continuo allicit, insuper daemonis instigatio utrumque fovet. Sed, hisce positis, voluntas debilis et inconstans nequit amore honesti resistere, et moraliter non succumbere. Ergo...

59. II.^o Pars. Prob. 1.^o Ex damnata propositione 29^a Rujj: «Non solum fures et latrones, qui Christum viam veritatis et vitae negant; sed etiam qui dicunt tentationi ulli sine gratiae ejus adjutorio neminem posse resistere.» Ergo alicui tentationi saltem levi potest homo sine gratia resistere.

2.^o Tentatio levis non adfert difficultatem gravem vitandi malum, ad quod inclinat; ergo non datur fundamentum impotentiae moralis, quae ex gravi difficultate oritur.

Dices 1.^o In quacunque tentatione gravi, dummodo rationis usus non pervertatur, homo ei consentiendo mortaliter peccat, si materia etiam gravis est. Ergo potest moraliter ipsi non consentire; hoc enim necessarium est ad graviter peccandum.

(1) De grat. l. 1, c. 33, n. 8.—(2) Homo reparatus id potest per gratiae auxilium.

(1) 1^o X, 13, 13.—(2) In 1^o s. XLIII, n. 71.—(3) De civit. Dei, l. 22, c. 23.—(4) 1^o Corinth. XV, 57.

Resp. Ante distinctionem dandam noto ex Suarío (1): «omnem tentationem gravem includere aliquam temporis moram et perseverantiam.» Brevissima enim tentatio sine morali potestate delibrandi, vel est motus primo primus, vel secundo primus, qui peccatum tantum veniat ex imperfecta aliqua advertentia causare potest. Hinc tenet Suárez, tentationem vere gravem «tollere potestatem moralem illi resistendi sola libertate, sine auxilio gratiae, quamvis non tollat libertatem ad non consentiendum pro quolibet determinato instanti illius temporis in quo tentatio durat, quandoquidem, in quocumque momento homo consentiat, graviter peccat.... Et ideo talis tentatio non tollit potestatem physicam vel moralem pro singulis instantibus, quia in nullo illorum necessitur voluntas quoad exercitium.... At vero respectu totius tentationis, licet potentia physica non desit, nihilominus de potentia morali est valde diversa ratio, quia liberum arbitrium natura sua est valde mutabile, et ideo tentatio et passio contraria faciunt ne perseveranter possit attendere quantum oportet ad resistendum. Atque haec necessitas (quam appellamus impotentiae morali indeterminatione) sufficit ut simpliciter non possit homo totam illam tentationem vincere.» His dictis, in forma, concessa *anteq.* dist. *conseq.* Potest moraliter ipsi non consentire, potentia physica; conc. Potentia morali; neg. vel subdist. Potentia morali, quae impotentiae morali indeterminatione opponatur; neg. Quae opponatur potentiae morali indeterminatione; neg. Rationem contradist. Sed necessaria potentia libera physica; conc. Moralis; neg. vel subdist. Quae excludat impotentiam moralem indeterminationem; neg. Determinatam; trans. Hic «impotentia... non consideratur respectu determinati effectus vel momenti pro quo necessitur voluntas, sed absolute respectu totius tentationis confuse sumptae, cum tamen libertas non confuse, sed in puncto definito exerceatur. Unde haec impotentia non est per determinationem potentiae ad unum, quod opponitur libertati, sed per inconstantiam et infirmitatem operantis, quae non libertati, sed constantiae et fortitudini opponitur (2).»

Dices 2.^o Potest homo, etiam potentia morali, sola naturali libertate superare gravissimas difficultates ex motivo vanae gloriae, qui alio naturali; ergo etiam poterit superare gravem tentationem ob motum honestum. *Anteq.* patet in haereticis tolerantibus tormenta et mortem ipsam pro suis erroribus defendendis.

Resp. Neg. *conseq.* et paritatem exemplorum; nam motiva sensibilia et humana, in praesenti statu naturae corruptae, homines multo magis afficiunt, quam spiritualia et supernaturalia a sensibus remotiora, ut quotidiana demonstrat experientia.

Dices 3.^o Contra secundam partem cum Arausicano II. can. 14: «Nullus miser de quacumque miseria liberatur; nisi qui Dei misericordiam praevernitur.»

Resp. Explicio, nisi Dei misericordiam liberatur, salutariter; conc. Honestè tantum; subdist. In tentatione gravi; conc. Levi; neg.

(1) L. 1, c. 24, nn. 34, 35.—(2) Suárez, L. 1, c. 24, n. 27.

60. **Corollarium.** Homo lapsus non potest sine gratia vitare omnia peccata mortalia per longum tempus.

Nam si, ut probatum est, non potest sine gratia vincere gravestimationes, nec diu servare totam legem naturalem; et hanc non servabit diu sine gratia, et illis succumbet. Ad hoc ulterius:

Dico II. In praesenti Dei providentia ad vitandum diu peccatum mortale, praeter auxilium supernaturalis transiens, requiritur gratia habitualis.

61. Ita communior theologorum sententia cum D. Thoma (1). Dixi in praesenti providentia; nam inspectis rei natura et internis principis, nec gratiam habitualemente esse fidem, nec motionem quoad substantiam supernaturalem esse necessariam, claret, quia agitur de re naturali ad quam vis naturae sufficit.

Prob. 1.^o Concil. Arausicanum II. c. 13. ait: «Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam Baptismi, non potest reparari.» Sed gratia, quae in Baptismo datur, est habitualis. Ergo infirmitas liberi arbitrii, seu impotentia morali diu servandi legem naturalem, non nisi gratia habituali reparatur. Similiter SS. Patres loquuntur. S. Gregorius (2): «Peccatum, quod mox per poenitentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit.» S. Augustinus ait (3): «Non implere legem, nisi qui Dominum acceperit Spiritum-sanctum Patri et Filio aequalem.»

2.^o Ratione D. Thomae (4): Ut homo possit vitare diu peccatum mortale, necesse est, ut habeat cor suum firmum in Deo. Sed homo sine gratia habituali non habet cor suum firmum in Deo, sed potius aversum a Deo et conversum ad creaturam tamquam ad ultimum finem. Ergo... *Via.* patet. *Ma.* prob. a) Sicut in inferiori appetitu non totaliter subiecto rationi, non potest fieri non esse in eo motus inordinatos, qui occasione dent peccatis venialibus; ita etiam ratione non subdita Deo et non firmata in illo tantquam in ultimo fine, non potest fieri quia multae eventuant inordinationes et peccata in ipsius rationis actibus. b) Cum in hac vita multa occurrant mala, quae timeamus, et bona delectabilia, ad quae allicimur, nisi homo cor habeat in Deo firmatum, non potest moraliter propter illa non peccare. c) Addit Angelicus: «In repentinis hominem operari iuxta finem praecoconceptum, et secundum habitum praexistentem.» Ergo qui non habet cor suum firmatum in Deo, sed ab eo aversum, eligit quod inordinato sunt consonum est; nam communitè illud homo eligit, ad quod magis inclinatur, nisi per discursum et praemeditationem rationis, quae moraliter impossibile est semper exire, a pravo fine avertatur.

Praeter gratiam habitualemente requiri auxilium transiens, patet: quia gratia habitualis sola non dat vires, neque per se inclinatur ad actus naturales honestos (5).

(1) 1, 2, Q. 109, art. 8.—(2) In Exeg. homil. 11.—(3) De rudib. catech. c. 2.—(4) 1, 2, Q. 109, art. 8.—(5) N. Suárez, L. 1, c. 27.

SCHOLIUM III

De peculiari gratiae necessitate ad perseverandum et ad omnia peccata venialia vitanda.

Disq. I. Homo in gratia constitutus non potest: a) Usque ad finem diu in accepta iustitia perseverare sine speciali Dei auxilio; b) ab aliis, quae gratiae habituali connaturaliter debentur, distincte; c) Ipsa denique perseverantia finalis est et dici debet magnum Dei donum.

62. Nota. I. Ad perseverandum iuxta doctrinam catholicam duo sunt ex parte hominis necessaria: nempe mala opera cavere et bona operari. Perseverantia dupliciter accipitur: primo pro habitu mentis, quo homo firmiter stat, ne per irruentes tristitias a virtute sequenda removeatur: secundo pro ipsa continuatione in virtute, quo sensu, i. e. pro datione in accepto fidei et gratiae statu, summus nunc, Perseverantia sic accepta est *temporalis et finalis*. Prima est ea, quae usque ad finem vitae non pervenit; est tamen de ratione ejus ut diuturno et moraliter longo tempore perduret. Secunda illa est, qua homo usque ad finem vitae in statu gratiae sanctificantis persistit, a quocumque tempore hic status inceperit.

II. Perseverantia finalis, quae dicitur perfecta, duo includit: constantiam in bono agenda usque ad finem, et mortis opportunitatem, quae tunc homini obvenit, cum in statu gratiae sit. Propter hanc causam, dividitur in activam et passivam. *Activa* consistit in perenni usque in finem virtutum exercitatione, quae ad justitiam retinendam sit necessaria. *Passiva* sita est in mortis opportunitate: dupliciter contingere potest. Uno modo, si in hac vita praecedat diuturna perseverantia; est perfectissima et autonomastice perseverantia. Altero modo, si praecedat in hac vita permanentia in gratia usque ad mortem tantum brevissima, ut in pueri ante instans mortis baptizato; respectu temporis hujus vitae valde imperfecta est, licet respectu aeternitatis perfectissima sit.

III. Auxilium potest triplici ratione dici speciale: 1.^o Quatenus distinguitur a naturali auxilio generalis concursus, et sic quodlibet gratiae auxilium indebitum naturae est speciale. 2.^o Quatenus ab ipsa gratia habituali distinguitur, quo sensu quodlibet auxilium actuale indebitum naturae est speciale. 3.^o Quatenus distinguitur ab ordinariis actualibus gratiae auxiliis, quae sunt veluti connaturaliter debita gratiae sanctificantis, ac proinde omnibus justis conceduntur. Assertio est de fide in primo et secundo sensu, praesertim in primo contra pelagianos et semi-pelagianos. In tertio solum est probabilior contra plures, maxime recentiorum, qui volunt auxilium perseverantiae prout inadaequate distinguitur ab opportunitate mortis, esse speciale tantum secundo sensu.

63. I.^o Pars. Prob. I.^o Tridentinum ses. 6, can. 22, definit: «Si quis dixerit, justificationem, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non posse: anathema sit.»

Idem ante tradiderant Aratusianum II, can. 10; S. P. Caestinus I. Ad episcop. Galliae.

2.^o Auctoritate S. Augustini (1) cum D. Thoma (2) «Cur perseverantia poseitur a Deo si non datur a Deo? An et ista irritoria petitio est, cum id a Deo petitur quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate? Sed perseverantia petitur etiam ab illis, qui sunt per gratiam sanctificati; quod intelligitur, cum dicimus: *sanctificetur nomen tuum*, ut ibid. Augustinus confirmat per verba Cypriani. Ergo homo etiam in gratia constitutus indiget ut ei perseverantia a Deo detur.

3.^o Cum eodem Angelico (3): Homo licet per gratiam sapetur quantum ad mentem, remanet tamen... corruptio et infectio quantum ad carnem, per quam servit *legi peccati* (4)... Remanet etiam quaedam ignorantiae obscuritas in intellectu, secundum quam... *quid oremus sicut oportet nescimus* (5). Propter varios enim aera eventus, et quia etiam nos ipsos non perfecte cognoscimus, non possumus ad plenum scire, quid nobis expediat secundum illud: *Cogitationes enim mortaliu[m] timidae, et incertae providentiae nostrae* (6). Et ideo necesse est nobis ut a Deo dirigamur et protegatur, qui omnia novit et omnia potest. Et propter hoc etiam renatis in filios Dei per gratiam convenit dicere: *Et ne nos inducas in tentationem et fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra*, et caetera, qua in oratione Dominica continentur ad hoc pertinentia. Adde: homo justus nequit in accepta iustitia perseverare, quin aliqua supernaturalia opera efficiat. Sed homo justus non potest efficere ullum opus supernaturale, absque supernaturali auxilio praeviente. Ergo... *Mis*, deducitur ex his, VI, ex qua constat, nullos hominum etiam justos a necessitate gratiae praevientis ad saluiter operandum excludi. Praeterea prob. 3. Ex Tridentino (7) docente, Jesum Christum influere: *in ipsos justificados jugiter virtutem*... quae... bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur, et sine qua nullo pacto Deo grata et meritoria esse possent. Ergo praeter justitiam seu gratiam habitalem indigent *justi jugi virtute* etc. b) Ex Augustino (8): «Sicut enim oculis corporis etiam plenissime sanis, nisi candore lucis aditus non potest, cernere, sic et homo etiam perfectissime justificatus, nisi aeterna luce justitiae divinitus adjuvetur, recte non potest vivere.»

64. II.^o Pars. Prob. I.^o Tridentinum (supra n. 63) vocat auxilium, quo de facto justus, si volunt possunt, si careat non possunt perseverare, *speciale*. Atqui concilium agit de auxilio distincto ab opportunitate mortis, cum qua impossibile est non perseverare; et per *speciale* sensu obvio intelligitur aliq[uo]d donum ipsi iustorum statui connaturaliter indebitum. Ergo... *Minor* est sat manifesta, sed confir. ex eodem concilio (9): «Similiter de perseverantiae munere, de quo scriptum est: *quis perseveraverit usque in*

(1) *L. de persever.* c. 2.—(2) 1, 2, Q. 109, art. 10.—(3) *Ibid.* art. 9.—(4) *R. om.* VII, 25.—(5) *R. om.* VIII, 26.—(6) *S. ap.* IX, 14.—(7) *Ses.* VI, c. 16.—(8) *De nat. et grat.* c. 26.—(9) *Trid.* ses. VI, cap. 13.

«*finem saltem erit, quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est, cum, qui stat, statuere, ut perseveranter stet; et eum, qui cadit, restituere.*» Ubi verba: «*ut perseveranter stet,*» indicant auxilium perseverantiae, ut distinguitur ab opportunitate mortis, et particula: «*nisi*» aperte denotat, illud excludere connaturalalem exigentiam ab homine justo.

2.^o S. Cyprianus (1): «*Haec sanctificatio, ut in nobis permaneat, oramus... hoc diebus ac noctibus sumitur, ipsius protectione servetur.*» Unde qui sunt in gratia, ut perseverent in gratia, debent id a Deo jurgiter postulare. Sed non esset ita postulandum, si cum gratia habituali tale auxilium connaturaliter, ex debito daretur. Ergo...

3.^o Ita arguit D. Thomas (2) postquam aliquis est justificatus per gratiam, necesse habet a Deo petere praedictam perseverantiam donum, ut scilicet custodiat a malo usque ad finem vitae. «*Multis enim datur gratia, quibus non datur perseverare in gratia.*» Ergo auxilia gratiae habituali connaturalia non sufficient ad posse moraliter et cum effectu perseverare; sed requiritur aliquid aliud speciale.

65. III.^o Pars. Prob. 1.^o Ex Tridentino (3) perseverantiae donum vocante magnum illud usque in finem perseverantiae adonum.

2.^o S. Augustinus (4): Videte a veritate quam sit alienum, negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem, cum vitae huic quando voluerit ipse det finem, quem si dat ante imminet lapsum facit hominem perseverare usque in finem. Sed mirabilior et fidelibus evidenter largitas bonitatis Dei est, cum etiam parvulis, quibus obedientia non est illius aetatis, ut datur, datur haec gratia.

3.^o Actualis perseverantia considerari potest; vel ut est activa, vel ut est passiva. Sed utroque modo est magnum Dei donum. Ergo... *Mm.* quoad primum prob. Perseverantia activa prout actu habetur, importat auxilia seu collectionem auxiliorum efficacium prae sufficientibus ad permanendum in bono usque ad finem. Sed collatio auxilii efficacis prae sufficiente est magnum Dei donum, cum auxilia efficacis nec mereantur, nec nobis ea debeantur. Ergo... Quoad secundum prob. Perseverantia ut passiva importat opportunitatem mortis. Sed haec est magnum Dei donum: nam justus etiam sanctissimus in nullo momento acquirit jus, ut tunc morte rapiatur cum est in gratia; finis enim hujus vitae in potestate et libera Dei voluntate, nos admonentis: «*vos estote parati, quia qua hora non potestis illis hominibus pervenit*» (5); prorsus positus est. Ergo...

66. Quaeres, quale sit speciale auxilium ad perseverandum requisitum?

Resp. Non esse habitum aliquem infusum, sed complexum auxiliorum tam intrinsecorum, quam extrinsecorum, quae hominem a

malo protegant et in bono confirmant. Extrinseca auxilia illa sunt quae dantur homini, ut peccatum mortale caveat, non per actum voluntarium, sed per solam earentiam actus peccaminosi, ut cum Deus facit ne peccandi occasio occurrat. Sic S. Augustinus (1): «*Servabam te mihi ait Deus; ut adulterium non committeres; susor defuit; ut susor deesset ego feci; locus et tempus defuit, ut haec deesset ego feci.*» Intrinseca sunt illa, quae hominis facultatibus divinitus infunduntur, ut actus bonos eleict et per illos vel affirmativa praecepta adimpleat, vel peccata contra praecepta negativa voluntarie actibusque positivis vitet, vel tentationes vincat. Ita S. Augustinus (l.c.): «*condiuit susor, neque tempus, neque locus defuit, ut non consentiret ego feci.*»

67. Dices 1.^o Apostolus (2) docet, «*plus restitutum esse homini per donum Christi quam amiserit per peccatum Adae.*» Sed Adam id accepit unde posset perseverare. Ergo multo magis restituitur nobis per gratiam Christi, ut perseverare possimus; et ita homo non indiget gratia ad perseverandum (3).

Resp. Dist. *mag.* Plus restitutum est quoad dona praeternaturalia sive integritatis; neg. Quoad dona supernaturalia; tr. vel dist. Plus restitutum est omnibus hominibus; neg. Praedestinatis; conc. *Mm.* dist. Adam accepit unde posset perseverare sola gratia sanctificatione neg. Cum donis integritatis, scientiae etc.; conc. *Consq.* dist. Ergo multo magis restituitur nobis omnibus; neg. Praedestinatis; conc. Ipsi enim non modo potentia ad perseverandum, sed ipsamet perseverantiae actus conceditur, cum Adam potentia duntaxat ad perseverandum donatus fuerit.

2.^o Justus habet jus ad gloriam. Sed habenti jus ad aliquid, pariter sunt debita media ad illud, ut est in caso perseverantia. Ergo...

Resp. Dist. *Mag.* Habet jus ad gloriam et ad collationem immediatam gloriae; neg. Ipsi concedendam hypotheticè si in gratia moriatur; conc. *Mm.* neg. Nam qui habet jus ad vitam aeternam non ei debetur hujus juris conservatio, ne proinde conservatio in bono, quae est ad illud jus conditionatum obtinendum, nempe si perseveraverit, necessaria.

3.^o Ad finendam vitam in gratia sufficit ipsa gratia sanctificans cum auxiliis ei connaturalibus. Ergo non requiritur auxilium tertio sensu speciale. *Antec.* prob. Gratia cum illis auxiliis est sufficiens ad peccatum vitandum per breve tempus intra quod mors evenire potest. Ergo et pro diuturno tempore etc.

Resp. Dist. *antec.* Sufficit physico; conc. Moraliter; subdist. Per breve tempus; tr. vel conc. Per longum tempus; neg. Ad prob. *Conc.* *antec.* et propter dicta neg. *consq.* majores et moraliter insuperabiles sunt difficultates, quae solent occurrere intra longum quam quae intra breve tempus.

4.^o De hoc speciali auxilio nihil habetur, vel directe ex revelatione, vel saltem ex rei natura. Ergo rejiciendum est. Confir. ex A. rausicano II (in fin.) non aliud requirente auxilium. «*Hoc*

(1) Exp. or. domini.—(2) 1, 2, Q. 110, art. 1.—(3) Ses. 6, can. 16.—(4) *De don. servav. cap. 17.*—(5) *L. u. c.* XII, 40.

(1) *Homil. 27, c. 6.*—(2) *Rom. V.*—(3) Ita arguit D. Thomas, 1, 2, Q. 109, art. 10, ad 3.

etiam secundum fidem catholicam credimus, quod accepta per Baptismum gratia, omnes baptizati... quae ad salutem pertinent, possint et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Ergo...

Resp. Neg. *ante*. propter probat. secundae partis. Ad confir. Explico: possint, si fideliter laborare voluerint, perseverare, implorando illud adiutorium Dei, quod etiam a renatis ac sanctis semper est, iuxta idem Concil. can. 10, implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel sine bono possint opere perdurare: conc. Si considerantur justis sine hoc auxilio, possunt perseverare: subdist. ut antea, possunt physice: conc. moraliter ut saepius est explicatum: neg.

Dico II. in praesenti statu, justus non potest per totam vitam, omnia peccata venialia sine speciali privilegio vitare.

68. Nota. I. Triplex esse potest speciale auxilium vel donum gratiae. Unum dici potest secundum legem, aliud supra legem, et tertium contra legem: exemplum primum est donum perseverantiae, secundum confirmationem in gratia, tertium conceptio absque peccato. Cum verus Scripturae, in probationibus afferenda, neminem in hac vita sine peccato vivere stantur, hoc privilegium est exceptio a regula ac proinde contra legem. Ad hoc tamen non est necesse, ut lex Dei sit, quod homo aliquando peccet, sed sufficit, ut id in omnibus permittat. Hoc speciale privilegium damnatus, homini attribuebat omnimodam impeccabilitatem sine gratia. Est gratia aliqua praeter habitalem, qua omnes justis participantur; illud enim privilegium exigunt concilia in justis. Est tandem gratia distincta ab illa, quae est veluti debita gratiae sanctificanti justisque omnibus conceditur: nam concil. Tridentinum solum B. Virginem excipit.

II. Peccata venialia, alia sunt deliberata, quae committuntur cum perfecta cognitione et libertate; alia indeliberata vel subreptitia, ea nempe quae committuntur cum imperfecta deliberatione, quaeque, ut aiebat Augustinus 2: «orationis penicillo terguntur». Impotentia potest considerari collective, prout omnes occasiones peccandi venialiter in vita occurrentes veluti uno intuitu complectitur; vel distributive, prout singulas unam post alteram intuetur. Assertio posita intelligitur de impotentia morali stricta (sup. n. 45) ac de omnibus venialibus saltem imperfectis collective sumptis. Hoc sensu quatenus importat totam vitam vel longum tempus in ea inclusum est fidei definitio quoad posse: quoad factum vero i. e. justos de facto (excepta B. V. Maria) non vitasse, nec vitare omnia venialia peccata est saltem theologicæ certum, si non fidei. Canon Tridentini solum Matrem Dei excipit, et canones carthaginienses ipsum factum asserunt, ut statim poteris notare 3.

69. Prob. 1.^a Concilia et Scripturam simul. Tridentinum 4: «Si quis hominem semel justificatum dixerit... posse in tota vita

(1) Saar. de grat. l. 2, c. 8, pn. 11, 12.—(2) Ser. 181, c. 6.—(3) Vid. Palmieri l. 7. De grat. actual. Thes. 29, n. 4.—(4) Sess. 6. can. 23.

peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia: anathema sit.

Concilia Milevitano et plenarium Carthaginiense probarunt et definiunt, can. 6: «Item placuit, quod ait S. Joannes Apostolus 1: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est: quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem non oportere dici, nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit.» Can. 7: «Item placuit, ut quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere sanctos: *dimitte nobis debita nostra*, ut non pro se ipsis hoc dicant, quia non est eis necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in populo peccatores, et ideo non dicere unumquemque sanctorum: *dimitte mihi debita mea*, sed *dimitte nobis debita nostra* ut hoc pro aliis potius quam pro se justus petere intelligatur, anathema sit.» Productis tandem aliis Scripturae locis, ut illud Jacobi 2: *In multis offendimus omnes*, et aliud Salomonis 3: *non est homo, qui non peccet*, etc.: can. 8. concludit: «Item placuit, ut quicumque verba ipsa dominicae orationis, sibi dicimus: *dimitte nobis debita nostra*, ita voluit a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem et non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, et corde dicit, quae sibi dimittantur, debita non habere?»

2.^a Patres integris operibus, ut S. Augustinus, hunc peccagianum errorem confutarent. De pec. mer. et remis. ait 4: «Nec quisquam (sanctorum) tam arroganter insanit, ut non sibi pro suis qualibuscumque peccatis dominica oratione opus esse arbitretur. S. Cyprianus 5: «Quisquis incalpatum se esse dixerit, aut superbus aut sultus est.»

3.^a Ut justus possit vitare omnia peccata venialia deberet posse reprimere omnes concupiscentiae motus. Atqui hoc non potest sola gratia communiter data: nam haec non tollit concupiscentiam, neque mentis evagationes, neque voluntatis inconstantiam; unde est moraliter impossibile cum his circumstantiis, nunquam concupiscentiae saltem imperfecte consentire.

70. Dices 1.^a S. Joannes 6 dicit: *Qui auctus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen illius in eo manet, et non potest peccare*. Ergo.

Resp. Cum ipse S. Joannes faciat mentioes, qui credunt se nullum habere peccatum, exponendus est: *non potest peccare* reduplicative, ut natus ex Deo, seu qua justus; conc. Simpliciter, ut homo est; neg.

2.^a Si homo non potest vitare, sine speciali privilegio peccata omnia venialia, cum Deus illud non det, homo compellitur ad peccandum inevitabiliter. Sed inevitabiliter peccare repugnat. Ergo...

Resp. Dist. maj. Compellitur ad peccandum inevitabiliter; physice: neg. moraliter, subdist.; determinate; neg. indeterminate;

(1) 1.^a L. 8.—(2) III, 2.—(3) Eccles. VII, 21.—(4) L. 2, c. 13, n. 18.
(5) De op. et elemos. n. 13.—(6) 1.^a III, 9.

conc. et contradistincta min. neg. *conseq.* Vide Dices I.^o n. 59, et quod pluribus unius tentationis momentis ibi applicatur, hic occasionibus peccandi venialiter collective sumptis applica. Nec dura videri debet haec peccandi necessitas, nam in ea, non vult Deus nos damnabiles esse, sed humiles, commendans nobis eundem gratiam suam: ne facilitatem in omnibus assequuti, nostrum putemus esse quod ejus est; qui error multum est religioni pietati-que contrarius (1).

3.^o Justus absque speciali privilegio vitare potest singula venialia. Ergo et omnia: si enim id quod dicitur possibile, fieri supponatur, omnia vitabit.

Resp. Dist. *ante.* Potest vitare singula venialia distributive sumpta; conc. Singula collective sumpta; neg. Eodem modo *contrad. conseq.* et rationem.

Instabis. Homo dum vitat aliqua peccata venialia, habitum acquirit eadem vitandi. Ergo difficultas alia vitandi successive minuitur. Atqui homo cum solis ordinariis auxiliis aliqua venialia vitare potest. Ergo successive procedendo, solis ordinariis auxiliis omnia poterit vitare.

Resp. Conc. *ante.* Dist. *conseq.* Difficultas minuitur partim et ex parte habitus; conc. Ita ut possit totaliter et successive etiam ex parte intellectus, voluntatis et tentationum extinguere; neg. Est moraliter impossibile intellectum esse aemper vigilem, voluntatem in minimis semper constantem, cum frequenter variae tentationes occurrant, et fomes concupiscentiae, qui est praecipuus impotentiae radix, non extinguitur.

4.^o De re impossibili nequit fieri validum votum. Sed votum de omnibus venialibus vitandis habetur validum. Ergo.

Resp. Dist. *miss.* Habetur validum votum de vitandis omnibus venialibus deliberatis; conc. Haec enim a personis valde piis majori saltem ex parte vitari possunt. Votum de indeliberatis et surreptitiis; neg. vel trans. Juxta graves auctores votum de vitandis his venialibus est nullum, ut de re moraliter impossibili factum. Nonnulli tamen id negant, quia, licet sit de re moraliter impossibili, si haec est anteedenter prohibita, prohibitionis obligationem firmat et augeat. Animalvertit tandem P. Suarez (2) numquam peccare venialiter nos posse optare, ad illud cum spiritu Dei conari, postulare ut fiat; nam illud generale et quasi confusum obiectum, scilicet, numquam peccare venialiter, honestissimum est, et illud optare, ad illud conari multum confert ad plura vitanda peccata, semperque illa minuenda.

(1) De pecc. merit. & reum. l. 2, c. 19, n. 33. S. Augustinus. — (2) De grat. l. 9, c. 8, n. 31.

CAPUT II.

De gratia sufficienti et efficaci.

ARTICULUS I.

De gratiae sufficientis existentia et virtute.

THESIS IX.

In statu naturae lapsae datur auxilium vere et pure sufficientis.

71. Nota. I. Gratia sufficiens in genere illa est, quae potentiam confert ad operandum, praecisione facta ab eo quod cum effectu conjungatur necne. Stricte vel pure sufficientis vocatur illa, quae illa potentiam confert, ut quantum est de se effectum habere possit, ipso tamen careat. Sub hoc sensu gratiae stricte efficaci opponitur. Gratia efficax pariter esse potest lato seu in genere efficaci, quae nempe habet virtutem seu efficaciam ad consensum liberum inducendum, sive haec virtus connectatur, sive non cum effectu. Stricte efficaci seu potius efficaci, quae ipsum operari confert, est illa, quae in actu primo spectata infallibilem connexionem intrinsecam vel extrinsecam habet cum consensu, ideoque est divinae Providentiae instrumentum ad quosdam fines certo obtinendos (1). Gratia sufficiens potest esse proxime sufficiens vel remote sufficiens prout homo per illam potest immediate actum salutarem efficere, vel non potest immediate, sed mediate, sese disponendo vel obtinendo auxilium ad illum actum necessarium v. g. petendo quod non possit, ut docet Tridentinum (2).

II. Non dari in praesenti statu gratiam pure et vere sufficientem affirmant: 1.^o Novatores, qui non admittunt nisi gratiam necessitatem. 2.^o Jansenistae, quoddam caelestis, supra terrenam, delectationis victricis systema sic effingentes; si delectatio caelestis est gradu aliquo superior cupiditate, gratia fit victrix, et voluntatem ad bonum necessario rapit; re contra si delectatio terrena sit superior, haec est victrix, et voluntatem ad malum necessario adducit; ac proinde in re gratiam efficacem tantum, seu victricem agnoscunt. Nihilominus, ut cum catholicis, verbis aliquo modo conve-

(1) Cons. Suar. De grat. l. 4, c. 1; Rip. 1. De ent. sup. D. 112, sect. 5. — (2) Ses. 6, cap. 11; Suar. ibid. cap. 2.

conc. et contradistincta min. neg. *conseq.* Vide Dices I.^o n. 59, et quod pluribus unius tentationis momentis ibi applicatur, hic occasionibus peccandi venialiter collective sumptis applica. Nec dura videri debet haec peccandi necessitas, nam in ea, non vult Deus nos damnabiles esse, sed humiles, commendans nobis eundem gratiam suam: ne facilitatem in omnibus assequuti, nostrum putemus esse quod ejus est; qui error multum est religioni pietati- que contrarius (1).

3.^o Justus absque speciali privilegio vitare potest singula venialia. Ergo et omnia: si enim id quod dicitur possibile, fieri supponatur, omnia vitabit.

Resp. Dist. *ante.* Potest vitare singula venialia distributive sumpta; conc. Singula collective sumpta; neg. Eodem modo contrad. *conseq.* et rationem.

Instabis. Homo dum vitat aliqua peccata venialia, habitum acquirit eadem vitandi. Ergo difficultas alia vitandi successive minuitur. Atqui homo cum solis ordinariis auxiliis aliqua venialia vitare potest. Ergo successive procedendo, solis ordinariis auxiliis omnia poterit vitare.

Resp. Conc. *ante.* Dist. *conseq.* Difficultas minuitur partim et ex parte habitus; conc. Ita ut possit totaliter et successive etiam ex parte intellectus, voluntatis et tentationum extinguere; neg. Est moraliter impossibile intellectum esse aemper vigilem, voluntatem in minimis semper constantem, cum frequenter variae tentationes occurrant, et fomes concupiscentiae, qui est praecipuus impotentiae radix, non extinguitur.

4.^o De re impossibili nequit fieri validum votum. Sed votum de omnibus venialibus vitandis habetur validum. Ergo.

Resp. Dist. *missa.* Habetur validum votum de vitandis omnibus venialibus deliberatis; conc. Haec enim a personis valde piis majori saltem ex parte vitari possunt. Votum de indeliberatis et surreptitiis; neg. vel trans. Juxta graves auctores votum de vitandis his venialibus est nullum, ut de re moraliter impossibili factum. Nonnulli tamen id negant, quia, licet sit de re moraliter impossibili, si haec est anteedenter prohibita, prohibitionis obligationem firmat et auget. Animal vertit tandem P. Suarez (2) numquam peccare venialiter nos posse optare, ad illud cum spiritu Dei conari, postulare ut fiat, etiam illud generale et quasi confusum obiectum, scilicet, numquam peccare venialiter, honestissimum est, et illud optare, ad illud conari multum confert ad plura vitanda peccata, semperque illa minuenda.

(1) De pecc. merit. & retri. l. 2, c. 19, n. 33. S. Augustinus. — (2) De grat. l. 9, c. 8, n. 31.

CAPUT II.

De gratia sufficienti et efficaci.

ARTICULUS I.

De gratiae sufficientis existentia et virtute.

THESIS IX.

In statu naturae lapsae datur auxilium vere et pure sufficientis.

71. Nota. I. Gratia sufficiens in genere illa est, quae potentiam confert ad operandum, praecisione facta ab eo quod cum effectu conjungatur necne. Stricte vel pure sufficiens vocatur illa, quae illa potentiam confert, ut quantum est de se effectum habere possit, ipso tamen careat. Sub hoc sensu gratiae stricte efficaci opponitur. Gratia efficax pariter esse potest lato seu in genere efficaci, quae nempe habet virtutem seu efficaciam ad consensum liberum inducendum, sive haec virtus connectatur, sive non cum effectu. Stricte efficaci seu potius efficiens, quae ipsum operari confert, est illa, quae in actu primo spectata infallibilem connexionem intrinsecam vel extrinsecam habet cum consensu, ideoque est divinae Providentiae instrumentum ad quosdam fines certo obtinendos (1). Gratia sufficiens potest esse proxime sufficiens vel remote sufficiens prout homo per illam potest immediate actum salutarem efficere, vel non potest immediate, sed mediate, sese disponendo vel obtinendo auxilium ad illum actum necessarium v. g. petendo quod non possit, ut docet Tridentinum (2).

II. Non dari in praesenti statu gratiam pure et vere sufficientem affirmant: 1.^o Novatores, qui non admittunt nisi gratiam necessitatem. 2.^o Jansenistae, quoddam caelestis, supra terrenam, delectationis victricis systema sic effingentes; si delectatio caelestis est gradu aliquo superior cupiditate, gratia fit victrix, et voluntatem ad bonum necessario rapit; re contra si delectatio terrena sit superior, haec est victrix, et voluntatem ad malum necessario adducit; ac proinde in re gratiam efficacem tantum, seu victricem agnoscunt. Nihilominus, ut cum catholicis, verbis aliquo modo conve-

(1) Cons. Suar. De grat. l. 4, c. 1; Rip. 1. De ent. sup. D. 112, sect. 5. — (2) Ses. 6, cap. 11; Suar. ibid. cap. 2.

niant, praeter victicem, quam appellant magnam gratiam, aliam parvam concedunt *absolute* sufficientem non vero *relative* in praesentia majoris cupiditatis. Hanc ob causam dicimus in thesi pure et vere i. e. actu et *relative* sufficientem dari. Est de fide.

72. Prob. 1.^o Tridentinum (1) ait: «Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari Deo excitanti atque vocanti... neque posse dissentire si velit; anathema sit.» Ergo datur gratia vere sufficiens, cui homo consentire potest, et pure sufficiens, si ea, ut possibile est, hominis dissensu frustratur. Ipsum Tridentinum (2) docet: nemo debet temeraria illa, et a Patribus sub anathemate prohibita voce uti; Dei praecepta homini justificato ad observandum esse impossibilia. «Nam Deus impossibilia non jubet.» Idem similiter tradiderunt Lateranense IX, cap. *Firmiter*, Arausicanum II, can. 25. Atqui ubi loquitur plures justi gratiae statim amittunt, imo aliqui baptizati consequenter aeternaliter pereunt. Ergo in eis fuit aliqua gratia vere sufficiens, cui poterant consentire, sed pure sufficiens, quia noluerunt ei consentire. Innocentius X damnavit ut haereticas Jansenii propositiones: «Aliqua Dei praecepta iustis voluntibus et conatibus secundum praesentes quas habent vires sunt impossibilia, deest quoque ipsis gratia, qua possibilia essant.» «Inferiori gratiae in stata naturae lapsae nunquam restititur.»

2.^o Scriptura, ex illis locis, quibus homines arguuntur, eo quod potestate, quam a Deo habebant, servandi praecepta salutaria, uti noluerint, Deus per Isaiaam (3) ad iudaeos: *Nunc ergo habitatores Jerusalem et viri Iuda, iudicite inter me et vineam meam. Quid est quod debui ultra facere vinee meae, et non feci eis? An quod expecceavi, ut faceret vena, et fecit labruscas?* Ad eisdem Jesus Christus (4): *Si non venissem, et loquutus fuisset eis, peccatum non haberent; nunc autem execrationem non habent.* Apostolus (5) cum Isaia: *Totus die expandi manus meas ad populum, non credentem, et contradicentem.* Atqui si non habuissent gratiam, quae vere sufficisset ad obediendum, credendum, etc., aliquid ultra debuisset Deus facere, nec iuste arguerentur si vere non potuissent obedire, credere, etc. Ergo...

3.^o S. Augustinus (6): «Nec illi debent sibi tribuere, qui venerint; quia vocati venerunt; nec illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi; quoniam ut venirent vocati, erat in libera voluntate... Qui autem vocatus non venit, sicut

(1) Ses. 6, can. 4.—(2) Ses. 6, cap. 11.—(3) V. 1-5.—(4) Joann. XV, 22.—(5) Ad Rom. X, 21.—(6) Lib. 83, QQ, q. 68.

non habuit meritum praemii ut vocaretur; sic inchoat meritum supplicii, quod vocatus venire neglexerit.»

4.^o a) Homines, qui peccant praesertim iusti, gratiam sufficientem ad non peccandum habent. Atqui illa gratia est pure sufficiens; caret enim effectu. Ergo... Maj. prob. a) Si homines, qui peccant, gratiam sufficientem ad non peccandum non haberent, haec sequerentur absurda: a) Deum praecipere vel prohibere impossibilia. b) Offiose adhortari homines ad non peccandum, y Injuste reprobos dampnari. b) Omnes homines maxime fideles, gratiam habere debent, qua salutem consequi valeant, et opera salutaria facere; Deus enim vere et sincere vult omnium salutem maxime fidelium (1). Atqui haec gratia vere sufficiens non in omnibus effectum habet; nam facta comperitur non omnes bene operari, nec omnes consequi salutem. Ergo datur gratia vere sufficiens, quia dat veram potentiam; sed pure sufficiens, quia non consequitur effectum.

73. Obj. 1.^o S. Augustinus non agnoscit nisi gratiam efficacem, nam: a) juxta ipsum gratia nunquam caret effectu (2); «Haec itaque gratia, quae occulte humanis cordibus tribuitur, a nullo duro corde respuitur.» b) Ex defectu actus deliberati salutaris arguit gratiae defectum (3). «Si omnis, qui audivit a Patre et didicit, venit, (Joan. VI, 15); profecto omnis qui non venit, nec audivit a Patre, nec didicit; nam si audivisset, et didicisset et veniret.» c) Docet sine efficacia gratia non dari potentiam ad agendum (4); ad alios vocatio quidem pervenit, sed quia talis fuit, qua moveri non possent, nec eam capere apti essent, vocati quidem dici potuerunt, sed non electi.»

Resp. Neg. *anteo*. Ad a) Dist. Numquam caret effectu, aliqua gratia, nempe efficax; conc. Omnis gratia; neg. vel subdit, non caret effectu speciali nempe actu deliberato; neg. aliquo nempe indeliberato; conc. Jam vero in textu agitur de gratia efficaci.

Ad b) Dist. Ex defectu actus arguit defectum gratiae efficaci; conc. Defectum omnis gratiae etiam sufficientis; neg. Quoad textum et alios similes dicendum est: 1.^o optime exponi de gratia efficaci. 2.^o Posse distingui, non audivit, nec didicit, ita ut excludatur utrumque divisim; neg. Coniunctim; conc. Huc pertinet propositio 17.^o Quesnellii reprobanda: «Gratia est vox illa Patris, quae homines interius docet, ac eos venire facit ad Jesum Christum; quicumque ad eum non venit, postquam audivit vocem exteriorum Filii, nullatenus est doctus a Patre.»

Ad c) Dist. Dicit non dari potentiam ad agendum sine gratia

(1) Vol. II, Disq. VI, Thea. XIV.—(2) *De praesert. sanct. c. 8, n. 13*—(3) Ibid.—(4) *Ad Simplic. l. 1, q. 2, n. 13*.

efficaci, antecedentem; neg. Consequentem; conc. Ipsemet enim D. Augustinus ait (1): «Quare autem non poterat, si a me quaeratur, cito respondeo, quia volebant, malam quippe eorum voluntatem praevidit, Deus.»

Instabis: a) S. Augustinus negat gratiam possibilitatis (2), et respuit gratiam omnibus communem ut a vera fide alienam (3). Sed tales gratiae sunt gratiae pure sufficientes. Ergo... b) Instituta discrimen inter adjutoria data naturae integrae seu Adamo ante lapsum, et adjutoria naturae reparatae elargita (4), vocat gratiam vere et pure sufficientem adjutorium sine quo non. Sed hoc negat dari in statu lapsu. Ergo... c) Et si admisit aliquam gratiam sufficientem, verum posse tribuere negavit (5): «Qui vult facere Dei mandatum, et non potest, jam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam et invalidam; poterit autem cum habuerit imaginem et robustam.» Deinde confirmat exemplo Petri negantis Dominum.

Resp. ad a) Negat auxilium possibilitatis, respuit gratiam communem in sensu pelagianorum; conc. Sensu catholico; neg. Pelagianum pro auxilio possibilitatis ipsam naturam cum libero arbitrio legis notitia et Evangelii extrinseco adjuto, intelligebant, nec aliam agnoscerebant communem gratiam; Augustinus vero haec negabat, et gratiae internae necessitatem propugnabat.

74. Ad b) Trans. *neg.*, nam aliqui auctores volunt Augustinum, pro *adjectivo sine quo non*, solum intelligere gratiam habitabilem. *Mis. dist.* Negat dari absolute, in eo quod est vere posse, et de facto non facere; neg. Relative, tum eo modo, quo datum fuit Adamo adhuc rebellionem carnis non experienti, tum modo, quo datur nunc praedestinatis, quibus additur *adjutorium quo finaliter perseverant*; conc. Primum membrum ex probationibus constat, secundum ex ipso lib. de *corp. et grat.* (6): «Itemque ipsa adjutoria distinguenda sunt. Aliud est *adjutorium sine quo aliquid non fit*, et aliud est *adjutorium quo aliquid fit*. Nam *sine valimentis non possumus vivere, nec tamen cum adfuerint alimentis, eis fit ut vivat qui mori voluerit*. Ergo adjutorium alimentorum est *sine quo non fit*, non *quo fit* ut vivamus. At vero beatitudo, quam non habet homo, cum data fuerit, continuo fit beatus. Adjutorium est enim non solum *sine quo non fit*, verum etiam *quo fit* propter quod datur. Primo itaque homini... datum est adjutorium perseverantiae, non *quo* fieret ut perseveraret, sed *sine quo* per liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc vero

(1) In Joann. tr. 53, n. 6. — (2) L. de *gest. Pelagii*. — (3) L. de *grat. et lib. arb.*, c. 13. — (4) De *corp. et grat.*, cc. 11 et 12. — (5) De *grat. et lib. arb.*, c. 17. — (6) C. 12, n. 34.

sanctis in regnum Dei per gratiam Dei praedestinati non tale adjutorium perseverantiae datur, sed tale ut eis perseverantia ipsa donetur; non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint (1).»

(1) *Nota.* Existimavit Jansenius in hoc S. Augustini testimonio universam gratiae, quae ad utrumque naturae integrae et lapsae statum spectat, contineri oeconomiam, ac suos errores S. Augustinum aperte docere. Ut quisim absone haec dicta fuerint, apparet, statuendum; probabiliter:

1.^o S. Augustinus uni naturae integrae Adamo adjutorium tribuit *sine quo non* ab altero quo conjunctum.

Pater ex ipso texto proposito in responsione difficultatis, et ex cap. 11, nn. 29, 30, ubi interrogat gratiae doctor: «Quid ergo? Adam non habuit gratiam? Immo vero habuit magnam, sed dispareram.» Disparientem petit: a) ex carentia concupiscentiae, b) ex necessitate mortis Christi pro reparanda natura lapsa, c) ex carentia malorum in quibus sunt nunc sancti clamantes ad Deum: *Libera nos a malo*. Unde sit potentiore gratis nunc sanctos indigere.

2.^o Adjutorium quo gratia est praedestinatorum propria, non quae praedestinati et reprobis communis sit. Est manifestum ex verbis textus: «nunc vero sanctis in regnum Dei praedestinati, etc.» Dubium omne tollunt verba c. 13, n. 39: «De his loquitur, qui praedestinati sunt in regnum Dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur seis quicquam, nec minuetur ex eis; non de his, qui cum annuntiasset et loquutus esset, multiplicati sunt super numerum (Ps. XXXIX, 6). Ipsi enim vocati adici possunt, non autem electi, quia non secundum propositum vocatis ita Augustinus — quamvis forte etiam in natura lapsa posset dici *adjutorium* quo inadaequate et imperfecte illa gratia, quae aliquibus reprobis ad perseverandum aliquando sed non finaliter datur.

3.^o Adjutorium quo non omnis gratia est, quae solis praedestinati a Deo confertur, sed ea tantum, quae praedestinati datur, ut in iustitia perseverent.

Vel enim si, qui per aliquod tempus pie sanctaeque vixerunt, aliquam habuerunt interiorum gratiam vel nullam. Si primum cum illi *adjutorium quo non habuerim*, evidens est, hoc adjutorium non esse omnem gratiam status lapsi. Secundum autem nec Jansenius concedit, nec dici potest salva fide. Praeterea repugnat Augustino asserenti (cod. lib. n. 40): «Credendum est, quosdam de filijs perditionis non accepto dono perseverandi usque in finem in fide quae sper dilectionem operatur, incipere vivere et aliquando fideliter, ac iuste vivere, et postea cadere, neque de hac vita priusquam hoc eis contingat auferri.»

4.^o Adjutorium *sine quo non*, fuit in Adamo habitualis gratia, non exclusivae auxiliorum actualium, quibus ad bene operandum indigebat.

Ratio primi est, quia soli habituali gratiae accommodari possunt, quae n. 31 de adjutorio *sine quo non*, dicit: «Permaneret, si vellet (Adam)... sed eam tamen sper liberum arbitrium deserere posset: tale quippe erat adjutorium, quod desereret quem vellet, et in quo perseveraret si vellet.» Ratio secundi affertur a Palmieri S. J. (De *grat. thes.* 46) ex verbis Augustini n. 32, ejusdem libri; nam ut Adam sine bono, quod acceperat, quodque nondum perdidit, per-

«faciant, cum ejus Evangelio non credunt; nec ideo tamen eam vincunt, verum se ipsos fraudant magno et summo bono malisque poenaliibus implicant, experturi in suppliciis potestatem ejus, cujus in donis misericordiam contempserunt. Ita voluntas «dei semper invieta est; vincetur autem, si non inveniret quid de contemptoribus faceret, aut, ullo modo possent evadere quod de talibus ille constituit (1)».

Obj. 3.^a a) Repugnat gratia sufficiens, qua homo non possit agere. Sed talis est gratia pure sufficiens. Ergo. b) Gratia pure sufficiens reipsa non est gratia, quia nunquam habet effectum et inservit solum ut homo possit juste puniri. Ergo...

Resp. ad a) Dist. *Mag.* Qua homo non possit agere in actu primo; conc. In actu secundo, subdist. Si non possit potentia antecedente; conc. Potentia consequente ex abusu libertatis ad malum; neg. Ad *ita*. Talis est gratia pure sufficiens; dist. Ut non possit agere in actu primo; neg. In actu secundo, subdist. Potentia antecedente; neg. Consequente; conc.

Ad b) Neg. assertum. Ad prob. dist. *ante*. Nunquam habet effectum gratia pure sufficiens, quae sit talis scilicet entitative sumpta; neg. Quia talis; subdist. ex defectu sui vel alterius necessarij requisiti; neg. ex defectu voluntatis notentis libere cooperari; conc. Secundum probationis membrum omnino nego; Deus enim dat ex intentione salutis illius, qui tale auxilium contemnit, estque pure sufficiens non ex defectu Dei, sed defectu creaturae.

SCHOLIUM

An gratia pure sufficiens sit Dei beneficium.

Dico: Gratia pure sufficiens est formaliter Dei beneficium.

75. Beneficium est conferre alicui, aliquid illi bonum; si conferatur sine affectu benevolentiae est materialiter tantum, si ex affectu benevolentiae est formaliter beneficium.

Prob. 1.^a Ex propositione 6.^a inter damnatos ab Alexandro VIII: «Gratia sufficiens statui nostro non tam utilis quam perniciosa est, sic, ut proinde merito possimus petere, a gratia sufficiente libera nos Domine.» In hac propositione sermo est de gratia sufficiente prout efficaci opponitur seu de pure sufficiente. Sed prohibetur dicere: eam non esse utilem, petendum a Deo ut ab ea nos liberet seu ipsam non esse beneficium. Ergo.

2.^a Posse operari salutariter magnum est Dei donum ex amore

ejus erga homines elargitum. Sed gratia quamvis pure sufficiens confert hominibus verum posse operari salutariter. Ergo.

3.^a Donum, quod procedit ex divina largitate, ut homo possit se liberare a summo malo, quod est aeterna condemnatio, est certe magnum donum, licet ab homine rebeli contemnatur. Sed gratia pure sufficiens talis est. Ergo.

Dices 1.^o Christus D. loquens de traditore Juda dixit (1): *Bonum erat ei si natus non fuisset*. Ergo gratia sufficiens illi liberaliter concessa, fuit perniciosa. Et Augustinus (2): «Tunc utile est velle, cum possumus, et tunc utile est posse, cum volumus; nam quid prodest, si quod non possumus, volumus, aut si quod possumus nolumus?»

Resp. Dist. *conseq.* Fuit perniciosa ex defectu gratiae, quae vere dabat posse; neg. Ex defectu voluntatis humanae, quae ei libere non consensit; conc. Et hoc sensu melius fuisset Judam non nasci, ne, scilicet, gratiam Dei respuendo, in aeternum existentiam duceret peccato ejusque sequelis conjunctam, quavis malo, ipsa non existentia, pejorem. Augustinus eodem modo exponens est, non aliter ac sacramenta, miracula, praedicatio Evangelij, Christi exempla dicuntur inutilia, si his non bene utatur homo, quin propterea fas sit, ea dicere perniciosa aut non summe aestimabilia.

2.^o Si gratia pure sufficiens esset beneficium, possemus eam a Deo petere. Atqui non possumus. Ergo.

Resp. dist. *ita*. Non possumus reduplicative sumptam; conc. Nam sic importat hominis dissensum. Non possumus entitative sumptam; neg.

4.^a Saltem non est formaliter beneficium; nam qui bonum alteri confert, certus damni, quod ratione illius boni, accipienti est obtenturum, non potest dici beneficium conferre ex benevolentia. Sed Deus certus etc. Ergo... Confirm. Pater non est formaliter beneficium, si filio pecunias praebet, quibus certo scit, filium in animae et corporis perniciem abusurum esse. Ergo a pari Deus etc.

Resp. Neg. *ante*. Ad prob. dist. *mag.* Si damnum obtenturum sit directe vel indirecte voluntarium conferenti beneficium; conc. Si nullo modo est voluntarium; neg. Ad confirm. neg. paritatem, quia pater ex humanitate vel ex alio quocumque titulo, justo obligatur ad vitandum illud malum filio: ideo etiam si per accitum sequatur ex pecuniarum collatione, non ex istinaretur, formaliter beneficium. At quoniam Deus peccatum impedire non tenetur, gratiam sufficientem potest impertire, etiam si ex hac collatione peccatum sequatur (3).

THESIS X.

Gratia sufficiens ita homini confert posse, ut sola ipsa sine ulteriore auxilio determinante, possit homo actum salutarem elicere.

(1) Matthaei. XXVI, 24.—(2) De grat. et libr. arbit. c. 15.—(3) Vid. Suar. De grat. l. 4, c. 6.

(1) Vid. Suar. De grat. l. 4, c. nn. 17-19. Palmieri, De grat. act. Thes. 48.

76. Nota. I. Cum SURRIO (1): «Denominatio formalis, qua dicitur aliquis constituit potens, interdum sumitur ex nuda potentia sufficiente in suo genere ad agendum, etiamsi aliqua requisita defuerint, ut homo habens visivam potentiam dicitur potens ad videndum, etiamsi speciem non habeat, Complete dicitur potens, si potentiam habet et requisita omnia, ut visum, speciem, lumen etc. Thomistae volunt auxilium sufficiens dare posse tantum priori modo, non tamen posteriori ex defectu concursus necessarii ex parte Dei.

II. Thomistae duplicem admittunt gratiam ad operandum in ordine salutari; alteram minus perfectam et minus validam, quae «dat tantum posse, elevat et reddit hominem aptum actui supernaturali, vocatur sufficiens; alteram perfectiorem et validiorem, quae potentiam determinat, et confert actionem (vocatur efficax), ita ut nunquam contingat, quod haec potentia, quam confert gratia sufficiens, agat aut obtineat suum effectum principalem et ultimum nisi ope gratiae efficacis, alioquin Deus desineret esse causa prima et immediata actionis (2).» Huic doctrinae sese opponunt Patres S. J., contententes, ita gratiam sufficientem conferre posse, ut ipsa collata, voluntas jam in actu primo habeat quidquid requiritur, ut actus salutaris secundus sequatur, ideoque dum actus salutaris ponitur, proprie non alia nova gratia confertur, sed solum virtus gratiae sufficientis actu exeritur. Haec sententia est certe aptior ad retundendos protestantes et jansenistas, nam opinione Thomistarum admissa, «aegre salvatur vera gratiae sufficientia et perfecta indifferentiae libertas, quam tamen contra calvinistas et jansenistas fortiter tuentur, et probabiliter salvant praedeterminatores (3).» Potest hoc iudicium, jansenistarum agendi ratione confirmari. Ad Arnaldum scribebant Duacenses: «gratia sufficiens thomistarum est nebula ad occultanda mysteria gratiae.» Si illa non sufficit ad agendum, sufficit ad nos defendendos a laqueo adversariorum.

77. Prob. 1.º Ex ratione sufficientiae: a. Gratia sufficiens debet conferre veram potentiam ad supernaturaliter agendum ex Thes. IX. Atqui si praeter ipsam, alia gratia est necessaria, ut homo salutariter operetur, non confert veram potentiam ad supernaturaliter agendum. Ergo, *Min. prob.* Vera et completa potentia dicitur relate ad actum propter quem datur; omnis enim potentia est propter suum actum. Atqui si praeter gratiam sufficientem alia praerequiritur, ut homo supernaturaliter agat, illa non esset vera et completa poten-

(1) De grat. l. 4, c. 2, n. 2.—(2) Billuart Dis. 5, ar. 2, q. 2, ad Obj. 1.—(3) Plate III. De gratia n. 555.

tia relate ad actum salutarem propter quem datur. Ergo, b) Gratia sufficiens ita potestatem ad actum salutarem debet conferre, ut ejus carentia unico voluntati imputari debeat ac possit. Atqui si posita gratia sufficiente, adhuc alia praerequiritur ut voluntas possit re elicere actum salutarem, hujus carentia non debet imputari voluntati. Ergo, *Mejor* admittitur ab adversariis et probabitur thesi sequenti. *Min. prob.* Nequit voluntati carentia salutaris actus seu consensus imputari, si non habet in sua potestate gratiam illam, quae est ad salutariter consentiendum absolute necessaria. Atqui gratia praeter sufficientem necessaria seu praedeterminatio physica non est in voluntatis potestate. Ergo, *Minorem*: e) si agitur de positiva potestate ad obtinendam illam gratiam, non possunt negare thomistae, qui cum Billuart (1) docent: «utramque gratiam (suffic. et effic.) esse absolute gratuitam. Gratiam efficacem esse talem per se, et ex intrinsecis, hoc est, ex omnipotentissimi Dei voluntate.» 2) Probamus exemplum: nam v. g. cum homo justus primum peccat non habet illam in sua potestate: non habet enim in sua immediata libertate, cum a voluntate effective non pendeat; neque in mediata aut remota, scilicet in aliqua libera dispositione voluntatis, utpote quae sine praedeterminatione dari nequit; nec *minorem*, ut faciunt thomistae, negare jure possunt, pro casu quo homo non resistit gratiae sufficienti: tum ex capite omnimodae gratuitatis praedeterminationis physicae; tum quia quando homo resistit positive gratiae sufficienti, ut plerumque, si non semper, fit, non habet in sua potestate non resistere; nam impossibile est omittere resistantiam ad quam praedeterminatio physica ad quemcumque actum positivum voluntatis necessaria, insuperabiliter determinat; tum denique, quis cogenter thomistae fateri esse gratiam, quae pro *resistentia vel non resistantia voluntatis creatae* evaderet inefficax vel efficax i. e. non ferret vel ferret secum praedeterminationem physicam, quod a nobis dictum tanquam semipelagianismi crimen traducant.

f) In summa, cum Palmieri (2), potestas ad impossibile non datur: atqui deficiente principio necessario ad actum, actus est impossibilis; ergo deficiente auxilio efficaci deest potestas actus nulli; et loque est gratia sufficiens, vere, inquam, sufficiens...

78. 2.º Ex S. AUGUSTINO, qui locis supra citatis (3): a) ut quis si velit, possit salutariter operari, credere, solum exigit vocationem: «si quisquam sibi tribuat quod vocatus venit, non potest sibi tribuere quod vocatus sit. Qui autem vocatus non venit, si-

(1) De grat. dis. 5, ar. 2, § 2.—(2) De grat. act. Thes. 49, n. 14.—(3) N. 72, prob. 3.º n. 74, Obj. 2, ad b.

«cut non habuit meritum praemii ut vocaretur; sic inchoat meritum supplicii, quod vocatus venire neglexerit; nec alterius praemioventis praedeterminantis auxilii meminit, imo implicite illud excludit, cum ante allata verba scribat: «et quoniam nec velle quicumque potest, nisi admonitus et vocatus, sive intrinsecus, ubi nullus hominum videt, sive extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibilia; efficitur ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis.» Sed juxta adversarios sola vocationis gratia non: «efficitur ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis.» Ergo aliter ac Augustinus gratiae sufficientis naturam explicat. h) Posita Dei vocatione, ita aequaliter esse in potestate liberi arbitrii ei consentire vel dissentire, ut hoc solo, quod eam contempserint, sint rei suppliciorum. «Quoniam ut venirent vocati, erat in libera voluntate.» Deus vocando non admittit liberum arbitrium, quo vel bene male nentes justissime judicentur... experturi (male nentes) in supplicio potestatem ejus, cujus in donis misericordiam (vocationem ad Evangelium) contempserunt.» Sed juxta adversarios, ut venirent vocati, non esset in libera voluntate, sed essent praedeterminati in libera voluntate; nec possent dici rei suppliciorum hoc solo, quod vocationem contempserint, cum eam non contemnere, non esset in sui potestate, ut probatum est. Ergo sicut prius, aliter ac D. Augustinus, etc. c) Juxta adversarios, Deus non expectat nostrum consensum vocationi suae dandum, sed dat; nec possibile est, si consequenter loqui velint, unam eandemque confititae gratiam in uno esse pure sufficientem, in altero efficacem. Atqui aliter intellexit gratiam sufficientem Augustinus: nam quoad primum ait (1): «Vocat te tunc, exhortatur te nunc, expectat, donec respicias, et tu tardas.» Quoad secundum nescio an clarius potuerit loqui Augustinus (2); nam ut probet angelorum alios stetitisse, alios non, quis propria voluntate gratiam vel sequuti sunt, vel respuerunt, sumit exemplum ex duobus hominibus in statu lapsu hoc pacto: «Si aliqui duo aequaliter affecti animo et corpore videant unius corporis pulchritudinem, qua visa unus eorum ad illicite perfrundendum moveatur, alter in voluntate pudica stabilis perseveret; quid putamus esse causae, ut in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala?... si eadem tentatione ambo tententur et unus ei cedat atque consentiat, alter idem qui fuerat, perseveret, quid aliud apparet nisi unum voluisse, alterum noluisse a castitate deficere? Unde nisi propria voluntate, ubi eadem fuerat in utroque corporis et animae affectio? Amborum oculis pariter visa est eadem pulchritudo, ambobus pariter

(1) In Ps. CXLIV, v. 11.—(2) De civit. Dei. L. 12, c. 6.

«instiuit occulta tentatio; propria igitur in uno eorum voluntatem in malam quae res fecerit scire volentibus, si bene intueantur, nihil occurrit.»

3. Tandem ex D. Thoma (1), qui: a) negat actum hominis ac proinde etiam consensum salutarem esse in nostra potestate, si simul «non operari.» uti negant thomistae, non sit in nostra potestate. «Si operari, ait (2), est in nostra potestate, oportet etiam quod non operari sit in nostra potestate; si enim non operari non est in nostra potestate, impossibile esset nos non operari, et sic non operari non esset ex nobis sed ex necessitate.» b) Dicunt thomistae teste Billuart (3), semper esse verum arguendo a priori, ideo hominem consentire, quia gratia est efficax; nunquam vero ideo gratiam esse efficacem quia homo consentit; sed D. Thomas (4) aliter sentit: «Vocatio, qua trahitur praedestinatus, nihil est aliud quam quidam mentis instinctus, et haec vocatio in praedestinatis est efficax, quia lux modi vocationi assentiunt.»

79. Obj. 1.º Plura requiruntur ad actu agere quam ad posse agere, actu enim agere plus dicit quam ipsum etiam proxime posse agere. Ergo licet gratia sufficiens det posse agere, potest alia gratia, scilicet ex se efficax, requiri ad actu agendum, quin tamen sit necessaria ad proxime posse agere.

Resp. Dist. antec. Plura requiruntur, remote; conc. Proxime; subdist. Causaliter seu ex parte causae; neg. Formaliter et ex parte actionis per quam causa denominatur actu agens; conc. Rationem dist. Actu agere plus dicit, formaliter; conc. quia ipsam actionem seu influxum includit. Plus dicit, causaliter, neg. Nam cum potentia non datur nisi ad actum, si aliquid deest requisitum ad actum necessarium, etiam ad potentiam proxime expeditam deest. Hoc enim unum necesse est, ut ipsamet gratia simul cum voluntate suam causalitatem actualem exerat, qui quidem influxus formaliter non dat posse agere, sed ipsum agere.

Obj. 2.º Ut gratia sit vere sufficiens satis est, cum dare actum primum proximum. Sed gratia thomistica sufficiens dat actum primum proximum; nam ea, quae ulterius requiritur praedeterminatio physica respicit actum secundum. Ergo.

Resp. Obj. conc. Ant. neg. Nam causa efficiens potest considerari in actu primo et in actu secundo. In actu primo est cum non agit, sed apta est agere; in actu secundo cum de facto exerit actualem causalitatem, actus primus est proximus cum virtus causae

(1) Recole dicta. Disq. III, n. 31, not. n. 38, vol. 2. Disq. VI, nn. 89-101.—(2) 3, Ethic. Lect. 11.—(3) Dis. 5, art. 2, p. 2.—(4) In epist. ad Rom. c. 8, lect. VI.

est conjuncta cum omnibus praerequisitis ad operandum, ita ut nihil jam desit nisi ipsamet actualis operatio; jam vero hoc non convenit gratiae sufficienti in sensu thomistico. Rationem additam nempe praedeterminationem spectare tantum ad actum secundum, nego: cum enim sit praevia motio potentiae ad actum, non solum mediat inter actum et potentiam, sed etiam partim potentiam partim actum efficere debet; adeoque debet et ad potentiam ex parte pertinere, nam alias non esset potentiae praedeterminatio, sed potius actus comproductio (1).

Obj. 3.^o Oculus est sufficiens principium ad videndum, licet actu nunquam vident sine lumine illuminante. Ergo et voluntas pia affectione excitata est sufficiens principium ad salutariter agendum, etsi acta nunquam agat sine gratia ex se efficaci.

Resp. dist. *anteq.* Oculus est principium remote sufficiens; conc. Proxime; *neg.* Praeterea etiam si concederetur hujusmodi comparatio, potius contra ipsos thomistas esset; nam si aliquis oculus haberet, non tamen lumen haberet actu, vel in sua potestate, non ipsi tribui posset si non videret. Atqui voluntati gratia sufficiente roboratae tribuitur et non consentit, nec tamen habet actu nec in sua potestate praemotionem physicam. Ergo nihil his exemplis conciliant thomistae (2).

(1) Possunt illi dicta, verbi negare thomistae, sed nisi aliam naturam et motionis modum praedeterminationi physicae attribuant, insequenter negant. *Baines* praedeterminationis (sic inventor ait) «nulla causa secunda potest operari, nisi sit efficiens a prima determinata.» (In 1, P. Q. 14, art. 13.) *Franciscus de Avila* O. P. «auxilium praevientis sufficiens est ad salutem, non tamen per se solum potest salutem essequi, nisi ei efficacis auxilii lumen adfuerit.» (Apud *Suar.* De vera intelligentia auxilii efficacis, cap. 17.) *Juxta Serry* gratia sufficiens «omni dissensu indivulsa conjuncta est, non quod illum nullo pacto operetur... sed quod virtute tanta et energia non polleat, ut voluntatis assensum efficiat.» (Haelect. Schol. D. Thom.) *Biliart* in expositione thesaeos jam adduximus. — (2) Exemplum de eo, qui est bonus aedificator, sed non potest actu aedificare, quis ad aedificandum actu egest, ait *Chardin* (Goni (Tom. 2, tract. VI, q. 2, D. 4, n. 9), lapidibus, calce, etc., ita retroquet noster *Palmieri*) De grat. act. Theol. 49, n. 14k «Si princeps bonum hujusmodi aedificatorem carcere includeret detractisque ei lapidibus, calce, caeterisque necessariis ad aedificandum haberet illum aedificare domum et domo non aedificata signum poena capitis subiret esset ne ullus hominum qui hanc principii sententiam injustissimam non diceret et quidem hac simplici ratione, quia res impossibilem princeps postulabat, quia non poterat ille bonus aedificator aedificare? Et tamen haec est idea divinae justitiae, quae sponte prodit ex systemate gratiae praedeterminantis. Hujus systematis inconsequentiam nolens fassus est *Goodin* O. P. (tract. theol. 2, de grat. q. 3, ar. 2) «Talis est (gratia sufficiens) ex qua non modo actus prodire potest, sed etiam re ipsa prodere, quoties voluntas creata ipsi non deest, licet fatear, ad gratiam efficacem pertinere, ut voluntas creata ipsi non deest, licet fatear, ad gratiam efficacem pertinere, ut voluntas gratiae sufficienti non deest.» Ubi petitio principii satis est manifesta: habet gratiam efficacem, quia non deest; non deest, quia habet gratiam efficacem.

THESIS VI.

Quod gratia sufficiens effectum non sortiatur solum humanae voluntati tribuendum est.

80. *Nota.* Cum certum sit omnem gratiam pure sufficientem parere effectum, resolvimus in hac thesi questionem, unde ultimo procedat haec inefficacia? Respondemus unice ex voluntate humana.

Prob. 1.^o Argumentis Conciliorum, Scripturae et Patrum thes. IX, n. 72, quibus sive explicitè, sive implicitè quatenus dicitur, hominem peccare cum gratiae sufficienti non consentit, constat soli voluntati humanae tribuendum esse gratiam sufficientem effectum parere, Peccatum enim Deo tribuere nefas est.

2.^o Speciatim ex S. Augustino, ut in thesi praecedenti n. 78 praesertim lit. c.

3.^o Quod gratia sufficiens actum salutarem non producat, vel Deo vel humanae voluntati tribuendum est. Sed Deo tribui nequit. Ergo, *Major* constat, quia non potest aliis eius tribui; nam alia causa esset vel creata extrinseca, vel ipsa gratiae sufficientis natura: non potest esse extrinseca creata, quia, nec daemones, nec appetitus, nec quaevis alia hominem cogere possunt ad non consentiendum gratiae sufficienti. Non potest esse ipsa gratiae natura, quia: a) neque in hoc casu peccatum in voluntatem refundetur, ut fit: b) sed potius in defectum divinae providentiae, quae satis homini non provideret. Jam *minor* prima prob. g) Respicere divinam gratiam in re praecipua est peccatum, in materia consilii defectus aliquis, imperfectio positiva. Sed nec peccatum, nec imperfectio positiva Deo tribui possunt, qui est infinite sanctus. Ergo quod gratia sufficiens repellatur, nequit Deo tribui. b) Quando Deus praebet auxilium proxime sufficiens ad aliquod opus salutare, illud dat ex voluntate, saltem antecedente, quia vera et non ficta cupit, ut homo opus illud salutare faciat. Ergo non potest Deus, ne sit sibi ipsi contrarius, esse radix et causa deficientiae gratiae sufficientis; nam velle quantum in se est, ut aliquid actu fiat, et deinde impedire hominis cooperationem, vel ex propria voluntate esse causam resistitiae ejus, repugnantia sunt.

Obj. Auxilium pure sufficiens semper caret effectu. Ergo hoc provenire ex ipsa auxilii natura dicendum videtur.

Resp. *Anteq.* conc.: *Conseq.* *neg.* Cum dicitur auxilium pure sufficiens, praeter entitatem auxilii significatur etiam defectus consensus, qui in auxilio absolute et entitative considerato non includitur, sed suppradditur relative ad voluntatem, quae cum posset noluit consentire. Unde gratia pure sufficiens non in recto, sed in

obliquè importat dissensum, et adhuc non ex se, sed unice ex defectu liberæ voluntatis, quæ suo defectu denominationem pure sufficientis illi tribuit.

ARTICULUS II.

De distributione gratiæ sufficientis.

THESIS XII.

Justis omnibus urgente præcepto confertur a Deo gratia, qua possint illud implere.

81. *Nota.* Hæc thesini inficiati sunt Lutherus et Calvinus asserentes, justos propter concupiscentiam divina præcepta servare non posse; Jansenius affirmans Deum non conferre omnibus quamvis justis mediâ necessariâ ad salutem consequendam: Est de fide. Prob. 1.^o Concil. Tridentinum definiit (1): «Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam justificato et sub gratia constituto esse ad observandum impossibilia; anathema sit.» Tamquam hæretica damnata est propositio prima Jansenii: «Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus et contentibus, secundum præsentia, quas habent vires sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiunt.» Idem longe ante statuerat Arausianum II. can. 25.

2.^o In Ecclesiastico (2) docet nos Deus: *Quis enim permissus in mandatis ejus, et derelictus est? aut quis invocavit eum, et desepit illum? Quoniam pius et misericors est Deus... et protector est omnibus exigentibus se in veritate.* Paulus ad Corinth. (3): *Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Joannes (4): *Mandata ejus gravia non sunt, etc.* Atqui si urgente præcepto, Deus non præberet justis gratiam sufficientem, mandata essent illis gravia; tentarentur supra id quod possunt, sine proventu in tentatione, nec protegerentur a Deo: nam in statu naturæ lapsæ non est possibile diu servare totam legem naturalem, graves vincere tentationes absque gratia speciali etiam justis necessariis (5). Ergo.

3.^o Constans est apud Patres doctrina, Deum neminem derelinquere, nisi prius ab ipso deseratur. S. Augustinus (6): *Ipse autem Deus non deserit, si non deseratur, ut pie semper justeque vivatur.* Securitatem justo promittit si recte vivat (7): *Te jam*

(1) Ses. 6, can. 18; vide etiam, cap. 11. — (2) II, 12, 13. — (3) I. X, 13. — (4) I, V, 3. — (5) Theol. VII, n. 45, schol. n. 58. — (6) De nat. et grat. c. 26. — (7) in P. S. XXXIX, n. 27.

»justum ex fide viventem negliget, deseret, dimittet...? Dominus securam habet tui, securus esto. Illo protegit, qui te fecit... Nusquam sibi deest; tu illi noli deesse, tu tibi noli deesse.»

4.^o a) Injustus esset Deus, si impossibilia cuicumque præscriberet. Ergo a fortiori, si id faceret justis vinculo charitatis et adoptionis cum ipso devinctis, b) Esset contra omnem agendi rationem Dei, ut qui etiam de peccatorum salute sollicitus est, justos volentes præcepta servare auxilio necessario destitueret. Est hoc argumentum Apostoli (1): *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati savei erimus in vita ipsius.*

82. Obj. 1.^o S. Petrus antequam Christum negaret erat justus, attamen de eo ait S. Joannes Chrys. (2): «Etsi bene animatus fuerat, divino tamen subtracto auxilio stare non potuit.» S. Augustinus (3): «Quid est homo sine gratia Dei, nisi quod »fuit Petrus cum negaret Christum?... Ideo B. Petrum paululum »Dominus subdeseruit, ut in illo totum humanum genus posset »agnoscere, nihil se sine gratia Dei prævalere.» S. Hilarius (4): asserit: «Petrus non potuisse vitare culpam.» Ergo S. Petrus carebat gratia sufficiente ad Christum non negandum.

Resp. 1.^o Neg. assumptum, nam antequam Christum negaret exterius interius graviter peccaverat, ut ex eodem S. Chrysostomo in eodem loco citato eruitur; tria S. Petri crimina relarguit primum, quod Christo negationem præannuntiavit non crederet; alterum, quod se cæteris præferret; tertium quod de se nimis præsumeret. S. Augustinus (5) pariter Petri præsumptionem vocat ruinam cordis.

Resp. 2.^o Trans. antec. Patrum dicta explicio: juxta SS. Chrysostomum et Augustinum (si verba sint Augustini nam recentiores critici dubitant) defuit Petro gratia: dist. Efficax: conc. Sufficientis: subdist. Proxime sufficientis: trans. Remote sufficientis: neg. Ita significat verbum S. Augustini subdeseruit, qui alibi expresse (6): «Petrus si voluisset ter Dominum non negasset.» Juxta S. Hilarium Petrus non potuit vitare culpam, potentia antecedente; neg. Consequente; conc. Eodem nempe sensu quo Christus dixit (7): *Sic non potuistis una hora vigilare mecum?*

Insto, Gratia remote sufficientis esset gratia orationis. Sed hæc quandoque justis deest: nam Augustinus (8): «Nonne, inquit, aliquando ipsa oratio nostra sic tepida est... imo interdum ita

(1) Rom. V, 8-10. — (2) Homil. 83 in Matth. — (3) Serm. 124 de temp. n. 1. — (4) In Matth. c. 32, n. 4. — (5) L. 14, De civit. Dei, c. 13. — (6) De unit. Ecclesiae, c. 9, 4. — (7) Matth. XXVI, 40. — (8) ad Simplician. L. 1, q. 2, n. 21.

«nulla, ut neque hoc in nobis cum dolore advertamus? Quia si vel hoc dolemus jam oramus.»

Resp. Dist. *min.* Deest gratia orationis, qua ferventer et perseveranter orant; conc. Vere sufficiens, qua reipsa orare possint; neg. S. Augustinus affirmat orationis absentiam, minime vero gratiam sufficientem ad orandum carentiam. Præterea nec. S. Augustinus, ne nullus Patrum affirmat S. Petrum et eos, qui tentationi succumbunt fuisse ex volentibus et conantibus, monente Domino. 1) *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem.*

Obj. 2.^a S. Augustinus propositionem: «Si qui obeditis, si prædestinati estis rejiciendi, subtrahentur obedendi vires, ut obedire cessetis» (lib. de *Dono perseverantiae* c. 22, n. 61.) rejicit quoad modum eam exprimiendi non quoad se. Ergo.

Resp. Dist. *ante.* Non rejicit quoad se. In sensu hæreticorum; neg. In sensu catholico licet ambiguo et confuso, quem possent habere verba subtrahentur obedendi vires, ut obedire cessetis, intellecta de sola gratia efficaci perseverandi, quam Deus potest negare, et de consequente necessitate ab obedientia cessandi; conc. Nam de sensu hæretico, ait statim Augustinus: Illis enim non optabilis, sed abominabilis dicitur, et durissime atque odiosissime quasi in audientium frontem compellendo colliditur, quando qui eis loquitur dicit, et si qui estis, qui obeditis etc. Quid enim sententiae depêrit, si ita dicatur: si qui autem obedunt, sed in regnum ejus et gloriam prædestinati non sunt, temporales sunt, nec usque in finem in eadem obedientia permanent? Quæ certo deficient? Non ex subtractione gratiæ vere sufficientis, sed quia eos claritate gratiæ non cooperaturus esse usque in finem prævidit Deus. Eodem n. 61 æquiparat S. Augustinus propositionem objectam, propositioni de præscientia Dei n. 57, allata: «sive curratis, sive dormiatis, quod nos præscivit, qui falli non potest, hoc eritis,» et ait dicendum esse: «Sic currite ut comprehendatis 2), atque ut, in eo cursu vestro ita vos esse præcognitis noviveritis, ut legitime curreratis: et si quo alio modo Dei præscientia prædicari potest, ut hominis segnitia repellatur.»

THESIS XIII.

Peccatoribus fidelibus etiam obstinatis non deest pro tempore et loco gratia sufficientis, qua possint justificationem obtinere.

83. Nota. I. Hæc thesis non est de fide sicut præcedens; negavit eam generatim Jansenius, speciatim de obstinatis nonnulli

(1) Matth. XXVI, 41. — (2) 1^a Corinth. IX, 24.

etiam catholici (1); attamen eam propugnant fere omnes theologii, inter quos Suarez (2) dicit, esse omnino veram. Valentia (3) certam, Sotus (4) de ea semper fuisse Doctores Ecclesie certissimos.

II. Peccator obcaecatus et induratus, simpliciter obstinatus dicitur ille, qui, multis gratis ac salutis mediis proterve rejectis, boni sensum et visum sua in malo obfirmitate quodammodo amisit. Obcaecatio proprie intellectum afficit et consistit in perversione judicii, juxta illud Isaiæ 5): *Vae, qui dicitis malum bonum, et bonum malum.* Obduratio ad voluntatem pertinet; est quedam in peccato firmitas, qua voluntas adeo in malum inclinatur, ut difficile sit ipsi, gratiæ cooperari. Additur pro loco et tempore, ut significetur non semper et singulis momentis gratiam offerri, sed proximè vel remote pro opportunitate poenitentii.

84. Prob. 1.^a Scriptura peccatores: a) univèrsos et sine exceptione, imò et ipsos obstinatos, ad poenitentiam, ut justificentur, frequenter invitat: b) affirmat eos a Spiritu sancto ad poenitentiam adduci. Sed hæc falsa et nugatoria essent, si gratia sufficientis eis donaretur. Ergo. *Maj.* prob. quoad p.^a Exequiote teste (6): *Viteo ego, dicit Dominus, nota mortem impiis, sed ut convertatur impius a via sua et vivat.* Jeremia: *Convertimini unusquisque a via sua pessima, et bona facite studia vestra.* Idem conficitur ex parabolis, quibus Christus peccatores, quantumvis magnos, nullos excipiens ad poenitentiam invitavit, uti sunt parabola de filio prodigo, de ove et drachma perditis. Quoad b) ex Apostolo ad Rom. (7): *An divitias bonitatis ejus et patientiæ et benignitatis contemnit? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impoenitentem cor thesariorum tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei.* Confirm. exemplis: Pharaë erat certe induratus (8): *Ego induravi cor ejus,* attamen sæpe fuit a Deo miraculis vocatus, ut fidem et obedientiam præstaret. Unde Augustinus arguit (9): «Namquid non potuit Pharaë miraculis credens Deum, tantæ virtutis agnoscere? Alterum indurationis exemplum est israeliticus populus, tam ante Christi adventum (10): *Induravit cor eorum et cor,* quam præsentem jam Christo, ut testatur S. Joannes (11): *Propterea non poterat credere, quia iterum dixerat Isaias: Ecce caecavi oculos eorum, et induravit cor eorum;* sed ante Christi adventum verbis

(1) Abulensis, Adrianus, Medina M. 2p, Ripalda, de ente super. D. III, n. 14, dñ n. 27, Bannex, Ladesma, Gomet, etc. — (2) De grat. I, 4, c. 10. — (3) T. 2, D. 7. — (4) De vit. et grat. I, 1, c. 15, col. 4. — (5) V. 20. — (6) XXXIII, 11. — (7) II, 45. — (8) Ex. X, 1. — (9) De prædestin. et grat. c. 14. — (10) II Par. XXXVI, 13-16. — (11) III, 39-40.

allatis subjungit Scriptura: *Mittebat autem Dominus ad illos per manus multorum misericordiam... quotidie commoneans*: presente Christo, tot sermonibus, miraculis, exemplis fuerunt iudei ab ipso Christo vocati, ut potuerit eos redarguere (1): *Jerusalem, Jerusalem: quae volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et nolivisti?* Tertium exemplum sit proditor Judas, omnium obduratiorum obduratissimus, cui tamen Dominus in ipso proditoris momento (2): *Juda osculo Filium hominis tradidit*. Tandem Judam habuisse gratiam, ut converteretur si voluisset, testantur SS. Patres Ambrosius (3), Chrysostomus (4),

Leo (5), et Hieronymus (6).

2.^o Ex Patribus S. Augustinus (7): «Numquid consilii corrigendi et mutandae vitae malae in bonam non est locus, non est tempus? Nonne si eis, hodie fit? nonne si vis, modo fit?» Ipse (8) in verba dedit *ut reprobum sensum*: «Ea est caecitas mentis, in eam quisquis datus fuerit, ab interiore Dei luce secluditur, sed non dum penitus, dum in hac vita est.»

3.^o Concilia sine exceptione omnes peccatores posse converti pronuntiant. Lateranense IV, cap. *Firmiter*: «Si post suspensionem Baptismi quicquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper poenitentiam reparari.» Tridentinum ses. 6, cap. 14 affirmat eos, qui ab accepta justificationis gratia per peccatum excederunt, rursus justificari, posse. Idem sess. 14. Concil. Valentinum in Gallia de praedestinat. can. 2. «Nec ipsos melius ideo perire, quia boni esse non potuerunt; sed quia boni esse noluerunt.» Celebratum fuit hoc concilium ann. 855.

4.^o Rationibus. 3) Duplex est obcaecatio et induratio: inchoata, et perfecta ac consummata. S. Thomas (9) ita exponit: «Obduratus is est, qui non de facili potest cooperari ad hoc quod exeat de peccatis, et haec est obstinatio imperfecta, qua aliquis potest esse obstinatus in statu vitae, cum scilicet habet aliquis ita voluntatem firmatam in peccato, quod non surgunt motus ad bonum nisi debiles.» Sed si obdurati destituerentur gratia, eorum obstinatio esset consummata, non essent amplius in statu vitae, siquidem ex defectu gratiae ad terminum caelestis gloriae pervenire non possent. Ergo... b) Deus impossibilia non jubet, ut constat ex propositione 19.^a Synod. Pistoriensis, damnata a Pio VI: Quasi impossibile aliquid poterit imperare, qui justus est, aut damnaturus sit hominem pro eo, quod non potuit vitare, qui pius est.»

(1) Matth. XXIII, 37.—(2) Luc. XXII, 48.—(3) De parvulis, c. 8.—(4) Homil. 80 in Joann.—(5) Ser. VII de poenitentia, c. 2.—(6) Dialog. 3, adv. Pelag. col. 5. Vid. Ripari, de cont. super. D. III, n. 25.—(7) In P. s. LXIII, n. 19.—(8) In P. s. VI, n. 8.—(9) De Verit. q. 24, art. 11.

Sed teneantur omnes sperare salutem ex Trident. ses. 6, cap. 13, nunquam desperare praesertim in mortis articulo, ad Deum omnes peccatores sese convertere: sub finem vitae; quae omnia impossibilia sunt sine gratia. Ergo cum Deus haec jubeat etc. c) Item Ecclesiae praxis evincit, quae omnes undique fideles peccatores quotannis ad poenitentiae tribunal jubet accedere, nullumque vere poenitentem, praesertim in hora mortis, absolutiois gratia privat.

85. Obj. 1.^o Juxta Scripturam, post certum peccatorum mensuram, Deus aliquibus peccatoribus non amplius tribuit auxilium sufficiens. Ergo... *Antec. prob. Amos. I: Haec dicit Dominus: super tribus sceleribus Damasci, et super quatuor non converteram eum*. Genes. XV: *Nec dum completae sunt iniquitates amorrhaeorum*. Matth. XXIII. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum*, etc.

Resp. Neg. *antec.* Testimonia explico: Sensus Scripturae est, Deum nullam amplius daturum gratiam sufficientem; neg. Non daturum aliquando efficacem, sufficientem uberioorem, immisurum poenas temporales ipsamque mortem; conc.

Obj. 2.^o Joann. XII, 40: *Excaverit oculos eorum et induravit cor eorum, ut non videant oculis et non intelligant corde*. In hunc locum S. Augustinus (1): «Sic enim excaveat, sic obdurat Deus, deserendo et non adjuvando, quod occulto judicio facere potest, iniquo non potest.»

Resp. Explico textum: *excaverit, induravit* positive; neg. Negative, subdist. Quatenus non dedit gratias uberiores, vel congruas, vel etiam proxime sufficientes; conc. Quatenus negaret omnem omnino gratiam etiam remote sufficientem; neg. Similiter declaro S. Augustini auctoritatem, «deserendo et non adjuvando», per subtractionem gratiae efficaciis et uberioris seu proxime sufficientis; conc. Etiam remote sufficientis, v. g. auxilii ad orandum; neg. Nam eodem loco sic declarat suam mentem S. Augustinus: «Non poterit credere, quia hoc Isaias propheta dixit; hoc autem propheta praedixit, quia Deus hoc futurum esse praescivit. Quare autem non poterant, si a me quaeratur, cito respondeo, quia volebant.»

Inst. Ex Augustino lib. *De nat. et grat.* c. 51: «Caecus vult videre, sed non potest; si autem vult et non potest, inest voluntas, sed amissa est possibilitas. Ergo non est possibile, etc.»

Resp. Dist. «Si autem vult et non potest, ex defectu tum gratiae, tum naturae, inest voluntas et amissa est possibilitas; conc. Si tantum non potest ex defectu naturae jam lapsae et spoliatae,

(1) In Joann. II, 33, n. 6.

subdistinguit. Amissa est possibilitas, quae fuit Adamo ante lapsum quasi connaturalis; conc. Amissa est possibilitas, quae per gratiam saltem remote sufficientem datur; neg. Ibi enim respondet Pelagius: «Si iste, qui hunc librum scripsit, de illa hominis natura loqueretur, quae primo inculpata et salva condita est, utrumque acceptaretur hoc dictum: Pelagii nempe ipsa non peccandi possibilitas, non tam in arbitrii potestate, quam in naturae necessitate est.»

Obj. 3.^o Quorundam conversio est impossibilis. Jeremias XIII. 23: *Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis haec facere, cum didiceritis malum.* Ergo iudaei reprobi, quibus haec dicebantur, non poterant, etc.

Resp. Neg. *absq.* Textum explicat: haec dixit propheta propter magnam conversionis difficultatem; conc. Propter impotentiam; subd. Antecedentem; neg. Consequentem gratiarum abusum; permitto. Huiusmodi loca, ut constat ex objectione precedente ex S. Augustino, Patres de impossibilitate consequente liberam peccatoris malam voluntatem intelligebant. Possumus ergo concedere, obstinatis fieri non posse poenitentiam; hypothetice, nempe si nolant facere; vel non posse facile, sine difficultate; aliquando nec posse proxime, si primo non petant auxilium; verum non posse sufficientem saltem remotam, semper negandum est.

Obj. 4.^o Concil. Tridentinum. 1.^o probans a Deo, iustis non negari auxilia sufficientia, ait cum Augustino 2.^o: «Deus nequitiam deserit nisi prius deseratur.» Ergo supponit peccatores saltem obduratos, deserit a Deo; etenim saepe et diu Deum deserierunt.

Resp. Dist. *conseq.* Supponit deserit, per abstractionem gratiae habitualis, si peccatores mortali culpa Deum deserunt; conc. Per abstractionem gratiae actualis, subdistinguit, alicujus; conc. Omnis etiam remote sufficientis; neg.

Obj. 5.^o Si Deus peccatoribus obstinatis gratias sufficientes largiretur, hi peccatores non essent vere obstinati seu firmati in malo, cum absolute possent converti. Sed dantur obstinati in malo. Ergo.

Resp. Dist. *may.* Non essent vere obstinati, induratione imperfecta propria vice, quae est inchoatio aeternae, si ante mortem non resipiscant; neg. Induratione consummata in propria vice; conc.

186. **Quaeres:** quomodo pro tempore et loco huiusmodi peccatoribus sufficientis gratia impertitur?

Resp. Illas impertiri in omni loco et tempore opportuno, imo quantum est ex parte Dei in omni momento illae tribuerentur, nisi

(1) Ses. 6, cap. 11, 15.—(2) De nat. et grat. c. 26.

homo impediret, aliisque a sua salute negotiis occuparetur, ut cum victui sibi comparando vacat, voluptatibus vincitur, etc. Opportunitas vero occurrit, quoties homo de rebus divinis vel pertinentibus ad suam salutem cogitat, quoties observandum est praeceptum, quod sine gratia impleri nequit, et in aliis similibus occasionibus.

THESIS XIV.

Omnibus infidelibus confertur a Deo gratia sufficientis, qua ad fidem et justificationem pervenire possint.

87. **Nota.** I. Tres sunt infidelium classes: prima eorum, qui aliquando fidem habuerunt, sed cum per haeresim vel apostasiam amiserunt; secunda illorum, quibus Evangelium fuit quidem praedicatum, sed repudiaverunt eique credere noluerunt; tertia reliquorum, qui nihil de Evangelio audierunt. Primi vocantur haeretici aut apostatae, alteri infideles possitivi, tertii negativi. In these agimus de negativis; et intendimus: Deum non modo praeparasse eis media necessaria ad salutem in causis universalibus et in aliorum ministerio, sed ea singulis immediate conferre.

II. Triplex ratio potest haec gratia, juxta theologos, immediate conferri. 1.^o Ita ut nullus sit homo, qui quandoque non illuminetur vocatione interiore, qua immediate possit credere fide sufficiente ad salutem. 2.^o Ita ut omnes habeant gratiam supernaturalem ad omnes actus honestos, ac proinde omnes actus boni sint in hac providentia supernaturales: unde juxta aliquos per huiusmodi actus possunt de congruo mereri gratiam ad fidem stricte dictam habendam et sic ad salutem; juxta alios vero per illos actus fidem habent late dictam seu ex creaturarum testimonio, quod est revelatio late dicta; nam juxta hos auctores haec fides late dicta sufficit illis ad salutem, et alia seu stricte dicta non est absolute necessaria ad salutem, nisi ad summum in voto. Hunc modum, cum communi theologorum sententia rejecimus supra n. 39. Schol. III. De *facienti quod in se est*, etc., in part. II, prob. 1.^o (1). 3.^o Ita ut Deus infidelibus det virtutem ad faciendam opera bona, vel etiam gratiam supernaturalem quoad modum; et si ipsi faciant quod possint, dein ipsis conferat fidei gratiam, etiamsi ad hoc opus esset medium extraordinarium adhibere. Hoc modo dicuntur infideles negativi habere gratiam remote sufficientem, quia ipsam in sua potestate habent: nam «facienti quod in se est non denegatur gratia supernatu-

(1) Vid. Palmieri. De grat. act. Theol. 29. Parergon.

ralis, quae ad fidei actum necessaria est et proxime sufficiens. Hunc modum posse sustineri, et melius teneri nuper citato Scholio III, n. 39 probavimus.

III. Thesis est communis inter theologos, imo a nonnullis theologice certa censetur. Eam negatur consequenter ad suam sententiam de gratia sufficienti jansenistae et a fortiori lutherani et calvinistae.

88. Prob. 1.^a Ex propositionibus damnatis: a) ab Alexandro VIII. quarum 5.^a: «Paganī, judaei, haeretici aliique hujus generis, nullum omnino accipiunt a Jesu-Christo influxum: adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem nudam et inertem sine omni gratia sufficienti.» b) A Clemente XI. Quessnellii 26.^a «Nullae dantur gratiae nisi per fidem.» It 27.^a «Fides est prima gratia, et fons omnium aliarum.» Ex falsitate harum propositionum, ut minimum sequitur, aliquibus saltem infidelibus negativis dari gratiam sufficientem: ergo cum non sit ratio aliquos a beneficio gratiae sufficientis excludendi, dicendum est eam omnibus dari.

2.^a Deum velle omnes homines salvos fieri passim in Scriptura invenitur. Sed sine gratia sufficienti, quae est necessaria ad operandum salutariter, omnibus oblata, Deus non vellet omnes homines salvos fieri. Ergo ut Scriptura de voluntate Dei salvifica sit vera, necesse est, etc. *Mof.* prob. Jesus Christus missus a Patre (1): *Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Gentium Apostolus (2): *Pro omnibus mortuus est Christus. Deus null omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* (3). Idem Apostolorum Princeps propositione particulari negativa, quae nullum excludit, expressit (4): *Patienter, agit Deus, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti.*

3.^a S. Augustinus (5): *Non est, qui se abscondat a calore regis.* Cum autem Verbum caro factum est et habitavit in nobis mortalitatem nostram suscipiens, non permisit illum mortalem excusare se de umbra mortis, et ipsam enim penetravit. Clementens. Alex. (6): *Audite qui estis longe, audite qui prope: nulli saeculatum est Verbum, lux est communis, omnibus elucescit hominibus.* Auctor De vocatione gentium (7), quem S. Gelasius Pontif. tanti fecit, ut illum vocaret Ecclesiae magistrum: *Nunc in extremis mundi partibus sunt aliqua nationes, quibus nondum gratia Salvatoris influxit... quibus tamen illa mensura generalis auxiliil, quae desuper omnibus semper hominibus est praebita, non negatur.*

(1) Joan. I, 9. — (2) II. Corinth., V, 15. — (3) I. Timoth., II, 4. — (4) II.^a III, 9. — (5) In ps. XVIII. — (6) Or. exhor. ad gent. — (7) L. 2, c. 27.

4.^a Insigni auctoritate D. Angelici ratione divinae providentiae (1): «Si enim aliquis taliter nutritus (in silvis) ductum naturalis rationis sequeretur... certissime est tenendum, quod ei Deus vel per internam inspirationem revelaret ea, quae sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei praedictorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium.» S. Augustinus, id Deum facere posse etiam per Angelum (2): «Paucissimis esse donatum, ut nullo sibi homine praedicante, per ipsum Dominum vel per Angelos caelorum doctrinam salutis accipiant.»

5.^a Deus impossibilia non jubet; nam, ut Augustinus scribit (3): «Neminem vituperatione suppliciove dignum, qui... id non faciat, quod facere non potest. Nonne ita cantant... et antistes in locis sacris, et in orbe terrarum genus humanum? Sed omnes homines etiam infideles negativi tenentur servare legem naturalem, quae sine gratia diu servari non potest; procurare suam salutem acibus supernaturalibus, fidei, spei, charitatis, poenitentiae, etc., qui absque gratia sunt absolute impossibiles. Ergo Deus quantum est ex se dat gratiam sufficientem ad illa servanda, quae vires humanas superant, ipse praecipit.

89. Obj. 1.^a Deum non omnibus dedisse gratiam sufficientem ut ad fidem pervenirent, videtur testari Scriptura; Act. Apost. (4): *In praeteritis, generationibus dimisisse (Deum) omnes gentes ingredi eius spūs.* Deinde Apostoli (5) prohibentur a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia. Ergo.

Resp. Neg. antec. Textus sacrae Scripturae ad summum probant, gratias non distribui omnibus secundum eandem mensuram; unde allati textus ita exponuntur; dicitur Deum prohibuisse praedicare in Asia, dimisisse gentes etc. quatenus ipsis non contulerit easdem gratias, vel adeo abundantes ut christianis; conc. vel trans. Quatenus nullam, nec remote sufficientem dederit; neg.

Obj. 2.^a S. Augustinus asserit: a) paganos non habere (6): *gratiam Dei per Jesum Christum.* b) Communem esse omnibus naturam non gratiam (7). c) Separatos ab Ecclesia catholica (8), quoadiu contra illam sentiunt, boni esse non possunt quia etsi aliquos eorum bonos videtur ostendere quasi laudabilis conversatio, malos eos facit ipsa divisio. Ergo juxta S. Augustinum aliquibus infidelibus non datur gratia sufficientis.

Resp. Ad a) et b) Non habent gratiam, gratia non est omnibus communis, quatenus omnis gratia etiam remote sufficiens iis de-

(1) De verb. Q. 14, art. 11 ad 1. — (2) De don. pers. c. 19. — (3) De duob. an. mah. c. 11. — (4) XIV, 17. — (5) Ibid. c. XVI, 6. — (6) Serm. 4 de verb. Apostoli. — (7) Ibid. serm. 11. — (8) Epist. 209 ad 208, n. 6.

negetur; neg. Quatenus careat ipsa fidei gratia vel proxime ad fidem sufficienti; conc.

Ad c. Malos facit ipsa divisio, quatenus in ea perseverant; conc. Quatenus nec gratiam remote sufficientem habeant ad conversionem; neg. Id non affirmat S. Doctor, nec est ejus sententia ut ex probationibus constat.

Obj. 3.^a Si infidelibus, omnibus gratia sufficiens conferretur, sequeretur aut non dari infidelitatem negativam, aut eam pure talem esse peccatum, quod dicere articulo 65. Baji est damnatum; nam si omnes infideles haberent gratiam sufficientem ut crederent, possent superare ignorantiam, ideoque non forent infideles negativi; aut quia superare ignorantiam possent, ut vincibiliter ignorantes a reatu culpae infidelitatis negativae non excusarentur. Ergo.

Resp. Neg. utrumque *altec.* membrum. Rationis additae primam partem, neg. vel dist. Possent superare ignorantiam remote, quatenus bene operari possent auferre illud, quod, ipsis ignorantibus, est obstaculum fidei gratiae recipiendae; conc. Proxime et formaliter, quatenus ignorantia sit ipsis nota; neg. Secundam rationis partem eodem modo, neg. vel dist. Nam licet ignorantia Evangelii sit absolute vincibilis, moraliter tamen vinci non potest, nec committitur peccatum infidelitatis. Deinde quamvis ex gratiae abusu, carentia gratiae fidei aliquo modo oriatur, materialiter sequitur pro infidelis negativus, qui tamen effectum nescit, nec in causa praevidere potest, ut sit ei vel indirecte voluntarius.

Obj. 4.^a Gratia fidei est gratia omnium prima. Atqui infideles negativi non habent fidei gratiam. Ergo...

Resp. Dist. *mej.* Gratia fidei secundum actum est omnium prima; neg. Secundum potentiam seu auxilium praeveniens, subdist. Proxime sufficiens ad fidem est omnium prima; neg. Remote sufficiens; conc. *Mis.* contradist. Infideles negativi non habent gratiam fidei, quoad actum strictae fidei; conc. Quoad potentiam sive quoad auxilium praeveniens; subdist. Proxime sufficientem; conc. Remote sufficientem, adhaec subdist. Non habent ipsam formaliter; trans. Non habent ipsam in sua potestate, si faciant quod in se est; neg. Gratia fidei formalis dicitur prima gratia, quia ipsa est prima, radix et fundamentum aliarum gratiarum spei, poenitentiae etc. quae proxime ad justificationem disponunt; non quia absolute ante ipsam nulla alia detur, licet quae dentur ad ipsam fidem remote vel proxime ordinentur.

Obj. 5.^a Si omnibus infidelibus gratia sufficiens offerretur facile esset respondere, cur alii convertantur, alii non. nempe quia illi gratiae sufficienti consenserunt, alii vero resisterunt. Atqui S. Augustinus ad hoc explicandum semper recurrit ad inscrutabilia iudicia Dei. Ergo...

Resp. Dist. *mej.* Facile responderetur, si absolute quaereretur cur aliqui condemnentur non Dei, sed sua culpa; conc. Si comparative quaeritur cur unus salvetur alter condemnatur; neg. Nam ultimus interrogandi modus attingit distributionem gratiarum a Deo factam, qui cum posset omnibus dare gratiam efficacem, attamen non iniquo, sed inscrutabili iudicio electis dedit, reprobis denegavit. Eodem modo respondendum est ad *misorem*, ut ex auctoritatibus ipsius S. Augustini, quibus thesım probavimus liquet.

ARTICULUS III.

De habitudine gratiae efficacis cum libero arbitrio.

THESIS IV.

Gratia efficax, qua homo actus salutare operatur, cum libertate indifferentiae consistit.

90. Est thesis tum contra plures haereticos antiquos tum novos Lutherum et Calvinum, qui gratiam efficacem in aliqua entitate, quae vi sua voluntatem ad unum necessario adigeret, collocantes, eam negabant. Etiam jansenistae hanc catholicam veritatem inficiati sunt, sed alio modo ut in thesi sequente videbimus. De notionem liberi arbitrii seu libertatis satis dicta sunt supra Disq. III, nn. 34, 35, not. I.

Prob. 1.^a Assertum doctrinam ad catholicam fidem pertinere. Tridentinum Concil. (1): «Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac praeparet; neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive esse habere; anathema sit.» Et in cap. 5, cui canon 4 respondet, gratiam praeveniensem suam obtinere effectum, statuitur: «ita ut, tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, equippe qui illam et abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit.» Praecesserant in hac firmanda doctrina Caelestinus I Papa (2), concilia Arausicanum II, can. 23; Valentinum III, can. 6. Denro confirmavit eandem veritatem Vaticanum concil. (3): «Actus ejus [fidei] est opus ad salutem pertinens, quo homo libere praestat ipsi Deo obedientiam, gratiae ejus, cui resistere potest, consentiendo et operando.»

2.^a Ex sacra Scriptura, in plurimis locis, inter quae haec sunt

(1) Sess. 6, can. 4. — (2) Epist. ad episc. Galliae, c. 12. — (3) De fide, cap. 5.
THEOL.—Tom. IV.—P. I.

potiora: *Beatus... qui potuit transgredi, et non est transgressus; facere mala et non fecit*. (1). *Si volueris mandata servare conservabit te* (2). *Apposuit tibi aquam et ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. Autem hominem vita et mors, bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi*. Legimus, Paulum exhortari fideles (3): *ne in vacuum gratiam Dei, recipiant; et testari: unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, Dei enim sumus adiutores* (4). *Gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum* (5). Ex quibus elicit homines actus salutaris potuisse operari et non operari, imo contrarium malum facere; eos pro libitu gratiae Dei cooperari et inde laudem et mercedem mereri. Sed haec solum dici et praedicari possunt de actibus salutaribus, si consistant cum libertate indifferentiâ, non si ex necessitate fiant. Ergo...

91. 3.^a Praecipue ex S. Augustino, quem haec in re magui faciunt haereticis. In libr. *de gratia et libero arbitrio* cap. 1. ait: «Quoniam sunt quidam, qui sic gratiam Dei defendunt, ut negeat hominis liberum arbitrium; aut quando gratia defenditur, negari existimant liberum arbitrium; hinc aliquid scribere, etc.» In epist. 215, n. 4: «Quantum potuimus, egimus cum istis vestris et nostris fratribus, ut in fide sana catholica perseverarent, quae neque liberum arbitrium negat, sive in vitam malam, sive in bonam; neque tantum ei tribuit, ut sine gratia valeat aliquid.» *De spiritu et illi*, c. 31. «Profecto fides in potestate est; sed cum potestas datur, non necessitas imponitur, ut cum David Saulis occidendi potestatem, accepisset, maluit parcere quam ferire.» Alia testimonia ejusdem doctoris aliorumque Patrum vide n. 37, disquisitionis III, ubi ex Patribus liberum arbitrium manere in natura lapsa probavimus et confirmavimus verbis Calvinii (6): «voluntatem movet Christus, non qualiter multis retro saeculis traditam et creditam est, ut postea nostrae sit electionis motiōi aut obtemperare, aut refragari sed, etc.»

4.^a Rationibus a) Gratia quamvis efficax non ad destruendam, sed ad perficiendam naturam datur. Sed non perferret si liberum auferret arbitrium. Ergo. b) Deus praecipit actus salutaris, eosque omittentes vel contrarie agentes aeternis punit supplicis. Sed stulte praecipitur quod necessaria sit, et inique puniuntur, qui aliter agere non possunt; nam ut dicebat Augustinus (7): Liberum arbitrium si non dedisset Deus, iudicium puniendi nullum iustum esse posset, nec meritum recte faciendi, nec praecipitum divi-

(1) Eccl. XXXI, 10, 11.—(2) Ibid. XV, 16-18.—(3) II, Corinth. VI, 1.—(4) I, Corinth. III, 8.—(5) Ibid. XV, 10.—(6) L. 2. Institut. c. 3, n. 10.—(7) Cont. Fortunat. disp. 2, n. 20.

num... c) Homo cum gratia operando, mereri potest, ut deinde est probandum. Sed ad meritum requiritur libertas indifferentiâ; ut constat ex propositione 3.^a Jansenii damnata tamquam haeretica: «Ad merendum vel demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.» Ergo.

92. Obj. 1.^a Quasdam sacrae Scripturae locutiones nullam causalitatem homini tribuentes in effectu salutari; ex. g. *Auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneum* (1). *Deus est enim qui operatur in vobis velle* (2). Idem conficitur ex aliis locis, quibus asseritur hominem in salutis negotio (3) creati, resuscitari; nam qui creatur et resuscitatur mere passive se habet, nihil libere agit. Ergo.

Resp. In nullo ex locis obiectis asseritur gratiam voluntati necessitatem inferre, sed tantum Deum pro gratiam voluntatem humanam immutare, et infallibiliter ab ipsa consensum salutarem et liberum, quando vult, obtinere. Ad id quod additur: qui creatur nihil libere agit, dico: nihil libere agit in creatione (similiter dic de resurrectione) proprie dicta, nempe physica et substantiali; conc. In creatione improprie dicta, nempe accidentali et spirituali; subdist. Quantum ad ipsam creationem et resurrectionem; conc. Quantum ad dispositionem; neg. Creatio spiritualis, resurrectio, renovatio spiritualis, augmentum vitae spiritualis consistunt in gratia sanctificante cum suo virtutum exercitu, quantum incremento et vita spiritualis augetur; jam vero gratia sanctificans et virtutes sunt habitus supernaturales, qui a solo Deo infunduntur, sed disponere se ad gratiam sanctificantem recipiendam, ejusdem augmentum mereri, hominis est cum gratia Dei, ut ex verbis sacrae Scripturae prolatis in probatione theses constat.

Obj. 2.^a S. Augustinus (4), sic dicit esse: «subventum... infirmitati voluntatis humanae, ut divina gratia indeclinabiliter, insuperabiliter agatur.» Sed divina gratia non esset indeclinabilis, insuperabilis si consisteret cum libertate indifferentiâ, Ergo.

Resp. S. Augustinus in testimonio obiecto loqui de dono perseverantiae, ut supra n. 74 in nota ad 6.^a probatum est, non de gratia efficaci, attamen id permittendo, explicio mentem S. Doctoris, indeclinabiliter, insuperabiliter antecederent ad liberum consensum; neg. Consequenter ad assensum liberi arbitrii gratia firmata et certo praevium; conc. *Min.* contradist, etc. «Non potest ait Augustinus (5), effectus misericordiae Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille misereatur, si homo nolit; quia si vellet etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis

(1) Ezeq. XXXVI, 26.—(2) Philipp. II, 13.—(3) Ps. L, 12; Coloss. II, 13.—(4) *De correct. et grat. c. 12.*—(5) *Ad Simplician. Lib. 1.^o n. 13.*

saptum esset, ut et moverentur et intelligerent et sequerentur. Verum est ergo, *multi vocati pauci electi*. Illi enim electi, qui congruenter vocati; illi autem qui non congruebant neque contempserunt vocationi, non electi, quia non sequuti, quamvis vocati. Item verum est, *non volentis, neque currentis, sed miserentis vest Dei*; quia etiamsi multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum est ut sequantur. Falsum est autem si quis dicit: igitur non miserentis Dei, sed volentis utque currentis est hominis: quia nullius Deus frustra miseretur; cuius autem miseretur, sic eum vocat, quomodo seit ei congruere, ut vocantem non respuat. Unde juxta Augustinum, quia Deus sua gratia vocare potest, eo modo, quo scit vocatum esse consenturum, ideo nullius, si vult, frustra miseretur. Deo autem non defuturum modum quamvisque malam voluntatem sic convertendi, ita interrogando affirmat 1: «Quis enim dicit modum, quo ei (Esau Jacobo comparando) persuaderetur ut crederet, etiam omnipotenti defuisse, 2?»

Obj. 3.^a Ecclesia in liturgia gratiam postulat, quae «inspirando Sancti Spiritus fervorem rebelles compellat voluntates, frangat voluntatis pravitatem, quod rigidum est flectat» et alia hujusmodi. Sed haec non videntur postulanda, si cuicumque gratiae efficaci possumus vere resistere, nulla enim gratia tunc proprie reddi efficacis, compellit, frangit, etc. nostras voluntates.

Resp. Illa postulat Ecclesia, ut obtinenda non perempta humana libertate; conc. ut obtinenda perempta libertate; neg. Deus enim, ut nuper dicebamus cum Augustino, omnem rebellem voluntatem ad se trahere potest, sic vocando quomodo vocantem non respuat. Ad rationem minoris; nulla compellit, etc. necessario antecedenter et absolute; conc. Hypothetice, consequenter et respectively ad gratias minores a rebelli voluntate effectu frustrandas; neg.

Obj. 4.^a Potentia libere operatur cum positus omnibus requisitis ad agendum potest agere vel non agere. Sed posita gratia efficaci voluntas non potest non agere. Ergo sub ipsa non est libera.

Resp. Dist. *min.* Voluntas non potest non agere, potentia consequenti; conc. Antecedente; subdist. Posita gratia efficaci ab intrinseco, de qua postea; trans. Posita gratia efficaci ab extrinseco; neg.

THESIS XVI.

Gratia efficax, in caelesti delectatione victrici a Jansenio asserta, consistere non potest.

93. Thesis est contra jansenistas, quorum falsum systema de delectatione relative victrici supra n. 71, not. II, exposuimus; quate-

nus volunt victricem delectationem natura sua seu intrinsece auferre libertatem, sunt haeretici; quatenus dicunt consistere in ea gratiam efficacem, rem falsam adstruunt.

Prob. 1.^a Ex propositionibus II.^a III.^a et IV.^a Jansenii damnatis ut haereticis. Quarta proscripta ut falsa et haeretica sic habet. «Semi-pelagiani admittebant praeventis gratiae interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; et in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.» Sed hanc aliasque propositiones deducebat vere ex suo systemate Jansenius, eo quod sola delectatio relative victrici esset unica et necessario antecedenter ad actum gratia efficax. Ergo delectatio relative victrici ad sensum Jansenii, nequit constinere gratiam efficacem, qualem Ecclesia proficitur.

2.^a Delectatio relative victrici Jansenii, non minus quam entitas gratiae protestantium, repugnat concilio Tridentino ses. 6, can. 4, cap. 5, supra n. 90, prob. 1.^a Ergo non secus rejicienda et damnanda est. *Antec.* prob. Concilium. II. c. statuit; non tantum voluntatem gratia excitatam aliquid agere, aut agere spontanea et non coacte, sed ita agere ut possit non agere si velit. Sed cum his non consistit delectatio relative victrici Jansenii. Ergo, *Maj.* est clara ex ipsis verbis concilii, deinde damnatur in eo error Lutheri et Calvinii. Sed hi illud maxime negabant, voluntatem posse sub gratia non agere, ut constat ex testimonio Calvinii (n. 91, prob. 3.^a)

3.^a Si gratia efficax consisteret in delectatione relative victrici Jansenii, quoties homo ageret, formali et quidem majori delectatione ageret. Sed utrumque est falsum. Ergo, *Maj.* est evidens ex ipso systemate; fatetur Jansenius asserens 1): «Gratiam Christi effectum »prorsus oppositum (timori) in voluntate facere, cum sit inspiratio »caelestis delectationis.» *Min.* prob. quoad primum, ex Beffe. 12); *Timor Domini expellit peccatum; et ex Augustino* 3); «Sed forte non induceris donis, terroris minus; facis propter quod timens... Itaque, fratres mei, ad omne recte factum amor et timor dicit.» Ergo non semper formali delectatione voluntas attrahitur. Prob. quoad alterum ex eodem 4); «Non faciebam quod et incomparabili »affectu amplius mihi placebat.» Ergo.

SCHOLION.

De sententia theologorum augustianorum.

94. Quidam theologi catholici 5) augustiniani dicti, eo quod se doctrinam S. Augustini presse sequi dicebant, Jansenii

(1) *De grat. Christi*, l. 5, c. 13.—(2) XVII, 18.—(3) Enarr. in Ps., LXXIX, n. 13.—(4) *Confes.* L. 8, c. 8, n. 20.—(5) Vide sup. Thes. VIII, n. 50. Disquis. II. Thes. XII.

(1) *Ad Simplician.* Lib. 1, quaest. II, n. 14.—(2) Alias diffie. vid. Disq. III, n. 47.

systema mitigarunt atque statuerunt: 1.^o Hominem semper ad agendum delectationem moveri, et semper juxta majorem delectationem operari. 2.^o Majorem delectationem illam esse, quae plures habet intensiois gradus. 3.^o In hac majore delectatione gratiae efficaciam consistere, quae quidem est ipsi gratiae intrinseca. Sub hac majore delectatione infallibiliter et ex se victrici, voluit humanam stare libertatem, vel quia semper manet indifferentia objectiva sive iudicii, vel juxta alios, quae delectatio victrix inducit tantum necessitatem moralem, quae bene cum libertate consistit, nam juxta ipsos physica tantum necessitas libertatem destruit.

Dico: Gratia efficax neque in delectatione victrici, prout ab Augustinianis componitur, consistere posse videtur.

Prob. 1.^o Ut in 3.^o superioris thesis, et confirmatur D. Thomae auctoritate 1.^a: «minima enim gratia potest resistere cuilibet concupiscentiae» quae verba quantum re, non tantum quoad sonum, distent a sententia Augustiniana, ipse Berti prodit 2): «Est ergo gratia sufficiens sensu thomistico et nostro illa, quae dat opus non velle, aut si dat velle, istud adeo est invalidum atque imperfectum, ut desideria carnis contraria concupiscentis non vincat, nisi superveniente flagrantissima et potentissima claritate.»

2.^o Gratia efficax, prout ab Augustinianis componitur, vel physicae necessitati aequivalet, vel morali tantum. Sed utrumque veritati adversatur. Ergo... *Mis.* prob. Si primum, ruit humana libertas: si secundum, praesentiae et domini Dei in actu libero creaturae summa infallibilitas destruitur. Ergo... *Antec.* quoad primum membrum est clarum: quoad secundum prob. Praesentia et dominium Dei in actu libero creaturae debent esse metaphysice infallibilia; hoc enim sibi vindicat summa praesentiae et domini divini perfectio. Atque Augustiniana sententia infallibilitatem metaphysicam praesentiae et domini divini perfectionem satis non salvat. Ergo... *Mis.* prob. Solum servat infallibilitatem praesentiae et domini moralem, fundatam nempe in infallibilitate et necessitate morali gratiae; hujusmodi enim auctores scientiam mediam non admittunt 3). Ergo...

95. Obj. 1.^o S. Augustinus saepe saepius gratiam efficacem vocat delectationem, amorem, charitatem; ergo in ejus sententia gratia efficax est amor, delectatio, charitas.

Resp. Explico: vocat delectationem cum exclusione aliorum movendi modorum; neg. Sine exclusione; conc. Nam etiam alibi supponit hominem moveri ad agendum salutariter per timorem, ut cum dicit 14): «vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis.» Loquitur vero frequentius de amore et delectatione, quia iste est modus magis obvius voluntatis excitatio-

(1) 1. Q. 62, art. 6 ad 3.— (2) De theol. disc., l. 14, c. 8.— (3) Vid. S. uar. opusc. 1, l. 3, c. 10.— (4) In P. s. CH, n. 16.

dae. Deinde videtur S. Doctor, non semper amorem, delectationem, charitatem in sensu stricto intellexisse, sed latissimo, quo quilibet affectus bonus radicaliter, ut in amore fundatus appellatur amor.

Obj. 2.^o Verba illa notissima Augustini 1): «Regnant ista bona, (supernaturalia) si tantum delectant, ut ipsi teneant animum in tentationibus, ne in peccati consensionem ruat; quod enim amplius nos delectat secundum id nos operumur necesse est.» De peccator, merit. et remiss. 2): «Noluit homines facere equod justum est, sive quia laet an justum sit, sive quia non delectat. Tanto enim quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit novimus, eoque delectamur ardentius.» Ergo...

Resp. Explico rationem et mentem S. Augustini necessario et ardentius operamur secundum id, quod magis nos delectat, indeliberate; neg. Deliberate; conc. Hanc esse mentem S. Augustini pluribus posset probari; sufficiant ejus verba sermonis 159: «Justitia sic delectat, ut vincat etiam licitas delectationes; et ei delectationi, qua licita delectaris, praepone justitiam.» Ubi ex verbo imperativo praepone justitiam, satis colligitur agere Augustinum de illa deliberata delectatione, qua, propter justitiam, major indeliberata delectatio etiam licita, posthabetur. Addo, id ipsum videtur posse intelligi ex similitudine immediate sequente verba S. Doctoris primo objecta; subjungit: aut v. g. occurrit forma speciosae feminae et movet ad delectationem fornicationis; sed si plus delectat pulchritudo illa intima et sincera species castitatis, «per gratiam... secundum hanc vivimus, et secundum hanc operamur.» Si quis advertat, delectationem fornicationis ut plurimum incitare vehementer, pulchritudinem castitatis suaviter; intelliget secundum hanc nos vivere, secundum hanc nos operari ad mentem Augustini et re, non quia materialiter plus nos delectat, sed quia formaliter, non obstante majore fornicationis delectatione, eam seligimus et amplectimur.

Obj. 3.^o Deus per scientiam simplicis intelligentiae perfecte cognoscit et naturam delectationis victricis et indolem voluntatis, atque ideo videt, quod si tribueretur homini delectatio victrici, sequeretur consensus; ergo per scientiam metaphysicam certam id cognoscit, sicut per scientiam mediam cognoscitur cum metaphysice certitudine, si do Petro auxilium A, consentiet. Ergo nequit ex hoc capite sententia augustinianorum impugnari.

Resp. Neg. *antec.* quia non est paritas inter scientiam mediam et illam simplicis intelligentiae; nam scientia media consensum sub

(1) Exposit. in G 2121. c. V, v. 22, 23, n. 49.— (2) L. 2, c. 17, n. 26.

conditione futurum attingit in ipso consensu, qui certe metaphysice repugnat non esse dum est; at illa scientia simplicis intelligentiae augustinianorum cognosceret consensum mediate futurum in suis causis, quae ut expositione systematis constat, non nisi moraliter cum effectu connectuntur.

Obj. 4^a Aliquibus sanctis, ut S. Paulo in ejus conversione, ea videtur gratia fuisse concessa, cui moraliter resistere erat impossibile. Ergo de ratione gratiae efficacia erit, etc.

Resp. Trans. autec. neg. conseq. Non enim licet ex aliquibus casibus particularibus generalem regulam statuere.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
THESIS VII.

Gratia efficax non est gratia, virtute sua intrinseca sine physice voluntatem movens, ut simpliciter repugnet non sequi consensum, seu non est constitutiva in praedeterminatione physica.

96. Nota. 1. Est contra thomistas (1), qui gratiam efficacem reponunt in auxilio, quo Deus, naturā prius quam existat liber voluntatis consensus, physice influit in ipsam voluntatem, illam ita praedeterminando ut in hypothesi talis praedeterminationis non possit non consentire. Hoc auxilium nolunt pertinere ad posse, quod, ajunt, supponit, sed ad exercitium actualae potestatis; confortatur non ut possit voluntas agere et se determinare, sed ut agat seque determinet. Appellatur praedeterminationem, quia est antecedens et inchoata determinatio voluntatis; physica quia non est solum moralis, se tenens ex parte objecti, sed etiam impulsus physicus movens ex parte potentiae pro veram efficientiam et connexionem entitativam cum actu. «Praemotio physica, ait Gouddin (2), est influxus causae primae receptus non quidem immediate in effectibus, sed in causis secundis, quo Deus ipsis actualem efficacitatem inspirat, quo eas movet et applicat non solum objective et moraliter alliciendo et suadendo, sed etiam physice et active interius inclinando, applicando, determinando, et ultimam illam activitatem ad quam immediate requiritur actio influendo, et ideo dicitur motio physica; sed quia motio est applicatio virtutis activae ad agendum, est prius naturā, quam ipsa actio, sicut omnis via est prior termino, et omnis causa suo effectui ideo motio illa dicitur praevia motio seu praemotio.» A Gonetio (3) definitur: «Actio Dei quae voluntatem humanam priusquam ipsa

(1) Vid. Disquis. III, n. 35, not. — (2) Philos. 4, p. Q. 4, ar. 2. De Deo praenov. — (3) Clip. D. 9, ar. 5, § 1.

esse determinet, ita ad actum movet insuperabili virtute, ut voluntas nequeat omissionem sui actus cum illa conjungere.» «Ita, explicat Billuart (1), ut inter gratiam et effectum sit connexio infallibilis, non solum infallibilitate praescientiae, sed etiam causalitatis; neque infallibilitas operationis fundatur in praescientia nostri consensus, sed e contra praescientia nostri consensus fundatur in infallibilitate divinae causalitatis.»

II. Hunc modum explicandi gratiae efficaciam impugnant omnes (2) Societatis Jesu auctores cum omnibus scholis et antiquioribus thomistis (3) contra omnes fere recentiores thomistas.

(1) De grat. Dis. 3, a. 6. — (2) Henriquez et Mariana citati a Billuarti (De Deo, Diss. 6, n. 6, § 7) dolose afferunt, ut clare genovinis prolatis testibus probat L. Meyer S. J. Hist. de Aux. l. 2, c. 21.

(3) P. Schneemann, S. J. in suo egregio opere: *Controversiarum de libertate gratiae libere arbitrii concordia initia et progressus*, (Eriburgi sumpt. Herder 1881), hos inter alios affert auctores antiquae scholae D. Thomae praedeterminationes physicas abhorrentes: Aegidium Rom. O. S. Augustini (in 2, D. 26, q. 11, a. 3) Henricum Gouddinensem auctorem supplementi summae D. Thomae: «Quae habent liberam arbitrium moveret (Deus) relinquendo ea in potestate sui liberi arbitrii... Quia pro bonas actiones pervenitur ad adeptionem aeternae gloriae et huiusmodi actiones sunt Dei quatenus principaliter agentis... Et ad hunc sensum dicit Apostolus: *Non sed voluntas neque carnis, sed Dei miseranti*... Esau movebatur gratuita motione sed consentiendum simul infusionis gratiae, qui ex libertate arbitrii non consentiens si voluisset consensisset et gratiam accepisset, qui si voluisset bene usus fuisset et in eadem secundum facultatem liberi arbitrii ad finem usque perseverasset ac per hoc aeternam gloriam possedisset: Quinimodo non irrationaliter illi potest, quod aliquis reprobatum intensiori motione ad Deum moveret nesciam consentit. Alius vero praedestinationis remissioni motione divinitus inhaerescit motiōni et gratiam recipit.» (Tract. consult. adversus huiusmodi Prop. IX, fol. XXII.) Capreolum: «Dicendum, quod voluntas, quantum est ex natura sua, est ad opposita, ipsa tamen ratione libertatis suae determinat se ad id quod vult, et ita non indiget alio determinante.» (S. D. 25, q. 1.) Gonetio Deum concurrere modo speciali ad bonum, sed in hac motione voluntas non necessitatur, sed instrumentum liberum existens, in cuius potestate est sequi motionem agentis, juxta ita, ut agat ea, quae non sic adjuva neququam agere potuisset.» (26, D. 28, q. 1, a. 3, ad 12.) Ferraricensi, qui aliquando vocem determinandi ad Dei determinationem liberae voluntatis transferens, subiungit oia determinare, ut tamen absolute deficiere ea voluntas possit in producendo.» (3, cont. gen. c. 89, § ad confirm.) Et non oportet ut effectus in aliquo priori instanti habeat necessitatem a causa prima, sed simul producta a causa necessaria et contingente propter causae secundae contingentiam et ipse contingentiam habet.» (1 cont. g. 6, 67.) Cajetani: (In 1, q. 10, a. 8.) Victoriam Bannezii magistrum in scholis ad Sum. D. Thomae cod. M. S. vatican. 4630, 3, 2, Q. 112, a. 2, dicentem: «Infusio gratiae dependet ex libertate mea, quia Deus movet nos libere, quia possumus resistere, illi motui Dei, et hoc est, quod dispositio procedat in genere causae materialis,

Post decretum Pauli V (ann. 1607, 28 Augusti), quo pronuntiatum est, ut omnis doctrina Molinae indamnata persisteret, et licere tum Dominicanorum tum Jesuitarum sententiam in scholis catholicis tuto et impune defendere, abstinendum est mutuo a censuris, et utraque sententia ut catholica minus vel magis probabilis habenda, donec illis non dirimatur.

97. Prob. 1.^o Ex sensu obvio et claro concilii Tridentini.

aqua dependet collatio (gratiae) ex libertate mea. Non dissimulandum tamen eam aliquando Bannezium favere. Non aliter opinabatur ille XV aevi summus Ecclesiae catholicae defensor, ut eam ipsi protestantes vocant, Waldensibus carnaliter in suo opere adver. Wicleham. c. 28, n. 6: «nisi quis in plena potestate habuerit se cohibere, si velit, Augustino, videtur quod cogitar, vel si non cogitar, ejus esse potentiam.» Petrus Sotus, licet contrarius, fatetur: «Multi cum sententiam (neg. praedeter.) Augustino et Patribus tribuant, et multorum etiam relatione intellecti magnum partem doctorum Italiae hoc constantissime tenere, et fide digni etiam Parisiensis doctoris testimonio percipi, facultatem ipsam theologice haec ita sentire, ut haereticos abhorrere damnet aliam sententiae. It ut videtur jam tota Ecclesia in hanc strahl sententiam, et nonnulli ipsius Tridentini conc. verba ita interpretantur, ut hoc ipsum ibi definitum dicant.» (Litt. ad cancel. Lovan. in op. Reginaldi. «De amentis» conc. Trid.) Sotus Dc. (De nat. et grat. l. 1, c. 15.) Andreas Vega O. S. F. (De justitie. l. 3, cap. 12.) Paulo post Bannezium Arrius O. Pr. Episc. Segov. lect. theol. scripsit: «Mirum plane est, quod quidam quodam theologi, tantam fidem sibi velint haberi, ut indubitanter posteri theologi credere teneantur hunc Dei physicam humanae voluntatis praedeterminationem concertum, cuius nec sacra concilia, nec SS. Patres aliquando meminerunt, sed ab eis fuit quodam fallaci discursu confectus.» (In 1, 2^o, q. 3, art. 5, n. 4) apud Henno. Scient. med. hist. propugn.) Busilius Leon: «Licet nonnulli (ex PP. dominici) obstinate praedeterminationem illam voluntatis sive physicae Dei motione... docerint, excitavit tamen Deus olim doctissimum et religione excellentissimum virum Joannem Vincentium ex eadem familia, qui eam docendi rationem validissime impugnans mores tantum praedeterminationes per excitationes, quae actus sint intellectus et voluntatis induxit, et apostere sibi ex eadem familia ab illa propositione, cum laude et fructu discesserunt.» (Var. disp. p. 1, q. 9, exposit. c. 7) Joannes Alvela O. Pr. qui brevi post obitum Bannezii theologiam Romae in Minerva docuit, praedeterminatores vocavit iuniores thomistas. (In 1. part. Summae c. 58, sect. 2, n. 7, 8; sect. 3, n. 11.) Josephus de Vita O. Pr. (ann. 1665), approbantibus praesentissimis sui Ordinis viris integram tractatum adversus praedeterminationem in opere: «De proprio et per se principio unde provenit peccatum in actionibus nostris» scripsit. Merito igitur nostris fere temporibus potuit concludere P. Albertini O. Pr. «Abhorrebant ordines celeberrimi (S. Dominici et S. Franc.) a quibus universitates et cathedrae fere omnes regebantur a decretis antecedentibus et praedeterminantibus... Quid igitur? Aut veteres thomistae S. Magistri sui doctrinam non intellexerunt, aut eam nuperi non intelligunt. Ceterum rivali, quo propius ad fontem accedunt, eo puriorem aquam deserunt.» (In acroas. theol. schol.) Alios adhuc auctores affert P. Schneemann, sed ni fallor allati sufficient, ut prudens lector aequum iudicium ferat.

sess. 6, can. 4, defluentis: «Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum, nihil cooperari, assentiendo Deo excitandi, atque vocanti... neque posse dissentire, si velit... anathema sit.» Et cap. 5 ita explicat: «ita ut, tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit...» Vaticanum concil. adhuc clarius (De fide, c. 3, § Licet.): «homo liberam praestat sibi Deo obedientiam, gratiae ejus, cui resistere posset, consentiendo et cooperando.» Ergo juxta Tridentinum et Vaticanum liberum arbitrium, gratia efficaci motum et excitatum potest ipsi gratiae dissentire, resistere eamque abjicere si velit. Atqui si gratia efficax consistit in praedeterminatione physica, quamvis vellet, non posset dissentire, resistere etc. ea motus et excitatus; nam teste Gonet, praedeterminatio physica evolutionem humanam, priusquam ipsa (voluntas) se determinet, ita ad actum movet insuperabili virtute, ut voluntas nequeat omissionem sui actus cum illa praemotione conjungere (1). Ergo impossibile est adstante praedeterminatione dissentire, resistere, abjicere, Concilium loqui in sensu composito gratiae efficaci, non in sensu diviso, ut adstruunt praedeterminatores Disquis. III, n. 35, not. 1. stabilitum est; confirmatur nunc: a) ex verbis *resistere, abjicere*, quae supponunt gratiam ad manus *resistantis, abjicientis* esse (2). b) Eodem correlativo sensu dicit concilium *abjicere, dis-*

(1) Cyp. Thom. D. g. a. 5, § 1.—(2) Joannes a Bononia Dr. Lovanien. sis (De aeterna Dei praedestinatione et reprobatione. Lovanii, 1553) de his, qui contra sentiant, ait eos quamvis «omni pietate» praeditos, videri «hujus occasionis Concilii (Tridentini) clarissimam doctrinam obscurare quodammodo conari... dum dicunt... his divinis inspirationibus numquam resisti.» Adde se ita loqui quia ex Nuntio Apostolico Hieronymo (Mozarelli) de Bononia O. Pr. qui fuerat S. Palatii magister intellexerat: «hanc sententiam (proprietatem a dominicana) a Patribus Concilii Tridentini diligentissime examinatum pro minus probabilis rejectam esse. Quod testimonium summae est auctoritatis, quam testis fuerit religiosus O. Pr. et a sacra Sede et a suis in altissimum honoris fastigium evehctus, ac testimonium brevi post illam Tridentini sessionem dederit.» (Schneemann, Op. cit. p. 131.) Certe hodie post Vaticanum non posset Alvarius, admissa proprietate verbi «resistere» (De auxil. Disp. 93), respondere: «Ceterum verbum resistere in sua «formali significatione importat quandam renitentiam, quae respectu Dei non potest competere efficaci creatoris. Unde licet arbitrium, motum auxilio efficaci ad consentiendum, possit dissentire, si velit, non tamen potest Deo resistere vel auxilio ejus efficaci, secundum quod est instrumentum voluntatis divinae.» Idem dicendum de Lemos in sua panoplia. (Schneemann, Op. citato, pag. 13, not. 3.)

actare si velit posse, quo valet cum gratia «movere se ad justitiam.» ad eam «gratiae libere assentiendo et cooperando» disponi. Sed hoc ultimum intelligitur de actu; ergo et primum de actu, non de mera possibilitate in alia hypothesi in qua gratia tolleretur, intelligendum est.

Exemplum, quo utitur Billuart (1) ad declarandum sensum compositum et divisum: «ut si dicas sedens potest stare, significat in sensu composito, quod possit sedere simul et stare. Sensus divisus dividit non a potentia ad non actum, seu actum oppositum, sed a non actu tantum seu ab actu opposito, ut si dicas: sedens potest stare, significat in sensu divisio, quod sedens sub sessione «retineat potentiam standi; non tamen componendi simul stationem cum sessione» est incompletum; desiderantur catenae, quae ad instar praedeterminationis physicae, ita constringunt sedentem ad sedendum, ut non sit in manu ejus acta solvere catenas et surgere, ad modum quo praedeterminatio physica metaphysicae connexa cum sessione, v. g. non est ullo modo in potestate praedeterminata ad sedendum.

2. Quia minus conformis sacrae Scripturae, Gratiam efficacem, quae sit praedeterminatio physica in vacuum recipi metaphysice repugnat. Sed Paulus, docet gratiam Dei, quae de facto obtinet suum effectum ac proinde efficacem, potuisse in vacuum recipi. Ergo, Major, ex definitione praedeterminationis physicae est evidens. Minor, est Apostoli 2: *Gratia autem Dei sum id quod sum*. Apostolus et doctor gentium, munus altissimum quod complectitur non solum gratias externas, sed etiam internas fidei, zeli, charitatis, patientiae, etc., et gratia ejus in me vacua non fuit; sed abundantius illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum. Corinthios exhortatur 3: *ego in vacuum gratiam Dei recipiatis*, quod frustra faceret, si impossibile esset non sequi effectum. Confirmat ex concilio Senonense in praefat. «Testis est Apostolus divinam gratiam in se vacuum non fuisse, cum abundantius inquit laboravi (4). Unde recte conficitur, ipsum divinam

(1) Dissert. 8, art. 4, § 2. — (2) 2. Cor. XV, 10. — (3) 2. Vi, 1. — (4) P. Cornely S. J. (in epist. ad Corinthios) aliter hunc locum exponit, sed adversari neque tamen negamus, per sensum consequentem ea, quae vult S. Augustinus (nobiscum) aliaque ad gratiam internam expectantia ex illa «derivari posse.» Juxta Cornely legendum est: «sed gratia Dei quae mecum est,» ut legerunt completenses, nonnulli Patres graeci et ipse S. Hieronymus. Lectio tamen Vulgatae est codicum B. N. D. F. G. ita et modernis criticis etiam approbat. Eam praefert Alapide, qui in lectione commaniori § 200 ipso «supplendum esse vult » laboravi, non » est, ut videtur exigere verbum praecedens » tantum laboravi, vel si suppletur » est interpretandum; » gratia, quae

» gratiae, et reliquos fideles cooperatos fuisse, quos ipse cohortatur »ne in vacuum gratiam recipiant.» (Vide etiam Disquis. 3. Theol. 3. n. 36, Prob. 2.)

3. Quia praedeterminatio physica est aliena a mente S. Augustini: expresse ejusdem non meminisse jam concedunt adversarii; contrarium fuisse tum in re, tum in modo loquendi habes ex ejus testimoniis supra adductis n. 78 praesertim littera c, ubi eandem entitative gratiam in statu naturae lapsae duobus hominibus aequaliter ante consensum vel dissensum affectus collatum, concedit in uno futuram efficacem, in altero pure sufficientem; unde nisi quia appareret unum voluisse, alterum noluisse a castitate «deficere.» Quomodo per gratiam nostrum bonum opus Deus operetur verbis describit, quae influxum praevium morale adstruunt, praevium physicum determinantem evertunt (1). «Visorum suasionibus agit Deus, ut velimus et ut credamus sive extrinsecus »per evangelicas exhortationes... sive intrinsecus, ubi nemo habet »in potestate, quid ei veniat in mentem; sed consentire vel dissentire propriae voluntatis est... profecto et ipsum velle credere Deus »operatur in homine et in omnibus misericordia ejus praeventit »nos; consentire autem vocationi Dei vel ab ea dissentire, ut dixi, »propriae voluntatis est.» In tract. 26 in Joann. 5: «Ratum »viridem ostendis ovi et trahis illam... si ergo ista... trahunt... non »strabit revelatus Christus a Patre? Ei consentiunt alii Patres ex quibus S. Bernardus, longe ante enatam Societatem Jesu, scribebat 2: «Ipse gratia liberum excitat arbitrium, cum seminat »acogitatum; sanat cum immutat affectum; roborat ut perducat ad »actum; servat ne sentiat defectum, Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, ut tantum illud in primo praeventiat, in ceteris »comitetur; ad hoc utique praeventiens, ut jam sibi deinceps cooperetur. Ita tamen quod a sola gratia caeptum est, pariter ab utroque »specificatur, ut mixtum non singillatim; simul, non vicissim, per »singulos profectus operetur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singulis opere individuo, peragunt. Totum »quippe hoc et totum illa; sed ut totum in illa, sic totum ex illa.» Ab hac expositione nec ungue uno distant congruistae.

98. 4. Quia aliter explicant S. Anselmus et praecipue D. Angelicus, S. Anselmus (3) declarans modum, quo

»nulli in auxilium adest et operi praestat, cui proinde primam et potissimum »laboris mei laudem tribuo, dicoque et palam profiteor, non tam me, quam gratia Dei, quae mecum est, laborasse optusque ipsum confectis.» Hunc ultimum sensum, suum facit Cornely (l. c.)

(1) De spirit. et litter. c. 34, n. 60. — (2) De grat. et lib. arbit. c. 14, n. 47. — (3) De concor. grat. et lib. arb. c. 5.

gratia Dei homo vult et currit in via salutis; hac utitur comparatione: «Cum ait, neque volentis, neque currentis est, subaudiendum est, quod vult et currit; velut cum aliquis nudo, cui nihil debet, et qui nullum a se potest indumentum habere, dat vestem: non tunc, quamvis ipse habeat potestatem utendi vel non utendi veste accepta, si ea utitur, imputandum est induto, quia indutus est, sed danti vestem. Quapropter ita dici potest: non est induti, quod est indutus, sed miserentis i. e. vestem dantis.» De S. Thoma vero certum est: a) apud eum non occurrere loquutiones «Deus determinat voluntatem; sub motione Dei sequitur actus necessitate consequentiæ: determinationem voluntatis esse ab alio determinante libere; etc.» passim a prædeterminatoribus usitatae. b) Plura pronuntiare cum physica prædeterminatione pugnantia. c. g. 6. «Dominium quod habet voluntas supra suos actus, sper quod in sua potestate est velle et non velle, excludit determinationem virtutis ad unum (1).» Sed prædeterminatio physica includit determinationem et quidem præviam virtutis ad unum. Ergo, si respondet, S. Thomam non exclusivè «determinationem liberam ad unum,» respondeo, prætermitto nunc hæc esse implicantia, et dico verbum «excludere» de se omnem determinationem ad unum abjicere, maxime ubi D. Thomas dominium voluntatis declarat, aliter fatetur oportet, intellectum angelicum suum conceptum de hominis libertate obscurissime ad sensum suorum contrariorum expressisse. ß) «Ratio cuius in actu deformi est ex hoc, quod procedit ab eo, qui habet dominium sui actus; hoc est unum in homine secundum illam potentiam, quæ ad plura se habet, nec ad aliquid eorum determinatur nisi ex se ipsa, quod tantum voluntati convenit (2).» ipsam inclinationem ad appetibilia dicit esse in potestate voluntatis. «Naturæ rationalis, quæ est Deo vicinissima, non solum habet inclinationem in aliquid, sicut habent inanimata, nec solum movens hanc inclinationem quasi aliunde eis determinatam, sicut natura sensibilis; sed ultra hoc habet in potestate ipsam inclinationem, ut non sit ei necessarium inclinari ad appetibile apprehensum, sed possit inclinari vel non inclinari, et sic ipsa inclinatio non determinatur et ab alio, sed a seipsa (3).» Actum non esse ab alio determinante, ipsa potentia voluntatis, quantum in se, est indifferens ad plura; sed quod determinate exeat in hunc actum, non est ab alio determinante, sed ab ipsa voluntate (4).» Quæro an dum hæc scriberet Angelicus, oblitus sit illius principii ex indifferenti nihil sequitur, et Deum etiam in actibus liberis esse primum et prævium actus

(1) Contr. g. l. 1, c. 68.—(2) 2. D. 14, g. 1, art. 2.—(3) De veritate q. 22, art. 4.—(4) 1. D. 39, q. 1, art. 1.

secundi determinativum? ¶ «Sic Deus movet mentem humanam ad bonum, quod tamen potest huic bene adverte, non alteri sed huic (æ proinde in sensu composito) motioni resistere: et sic ex Deo est, aut homo se ad gratiam præparet; sed quod gratia careat, non habet causam a Deo, sed ab homine secundum illud Oseea (1): «Perditio tua ex te Israel, tantum modo ex me auxilium tuum (2).» Item, «vocatio, qua trahitur prædestinatus, nihil est aliud quam quidam mentis instinctus, et hæc vocatio in prædestinatis est efficax quia huiusmodi vocationi assentiunt (3).» Sed si prædeterminatores audis, impossibile est motioni Dei in sensu composito resistere, vocationem fieri efficacem, quia prædestinati assentiuntur. Ergo non eodem modo ac ipsi, concipiebat D. Thomas gratiæ efficacitatem. Confer. alia Disq. III, n. 38; P. Palmieri, de gratia actuali thes. 53; Schneemann, S. J. Controversiarum de div. gratiæ lib. arbit. concordia. 3; Frin z. S. J. S. Thomæ Aq. doctrina de cooperatione Dei, etc. Parisiis Lethielleux, via Cassette, 10) ubi omnia testimonia D. Thomæ, quæ pro et contra allegari solent ad ultimum usque apicem magna animi sinceritate discussa invenies; illud præsertim, quo hoc argumentum claudam (4) ex responsione D. Thomæ ad questionem «trum prædestinatio certitudinem habeat» cui respondet ut nos, non ut prædeterminatores quibus componere libertatem cum prædeterminatione difficile erit, non vero certitudinem prædestinationis cum defectibilitate auxiliorum, ut contigit Augerius, qui loco recurrendi ad invincibilem, indeclinabilem, certissimam prædeterminationem, ad quendam auxiliorum camulum confugit. En verba: «...in prædestinatione autem invenitur certitudo respectu singularis finis; et tamen causa proxima, scil. liberum arbitrium, non producit effectum illum nisi contingenter. Unde difficile videtur concordare infallibilitatem prædestinationis cum libertate arbitrii.» Difficultatem solvit infra: «divina providentia taliter gubernante, quod non omnia deficiant uno deficiente; et hoc modo est in prædestinatione; liberum enim arbitrium deficere potest a salute; tamen in eo, quem Deus prædestinat, tot valla adminicula præparat, quod vel non cadat, vel si cadat quod resurgat, sicut exhortationes et suffragia orationum, donum gratiæ et alia huiusmodi, quibus Deus adminiculatur homini ad salutem. Si ergo consideramus salutem respectu cause proximæ, scil. liberi arbitrii, non habet certitudinem sed contingentiam; respectu autem cause primæ, quæ est prædestinatio habet certitudinem.»

(1) XIII.—(2) Quod, l. 1, art. 7, ad 2.—(3) In epist. ad Rom. c. 8, Lect. 6.

(4) De verit. Q. 6, art. 3, Frin z. sec. IV, § 1, art. 1.

5.^o Quia aliter opinabantur principes et veteres scholæ thomisticae duces, ut supra (1), productis testimoniis probavimus.

6.^o Rationibus a Libertas exigit, ut voluntas, positis omnibus ad agendum prærequisitis, sit active indifferens ad eligendum vel non eligendum, ad unum præ alio seipsam determinando (2). Atqui prædeterminatio physica est prærequisitum ad agendum sed metaphysice, infallibiliter, ineluctabiliter, inimpedibiliter a voluntate, actum unum præ alio infereus. Ergo. *Mia.* ex notione prædeterminationis superioris tradita est manifesta, præterquam quod ipsa nomina satis pugnant inter se: libertas ex se expeditum exercitium, dominium plenum importat, prædeterminatio omnino contrarium, etenim exercitium est ad unum actum limitatum et coactum; dominium vero nullum, nam sub ea creatura recipit potius quam agit actum, b) Repugnat voluntatem physice prædeterminatum ad consentiendum gratiæ, eidem libere consentire. Ergo... *Antec.* prob. Repugnat libere gratiæ consentire, si Deus impediatur ei non consentire, nam tunc exolat indifferentia ad consentiendum vel non consentiendum. Sed Deus physice prædeterminando ad consentiendum impedit non consentire. Ergo... *Minor* prob. Consensus et non consensus nequeunt simul stare. Ergo, si Deus prædeterminat ad consensum impedit non consensum. Voluntatem humanam, ait Gouet (3), priusquam ipsa se determinet, ita ad actum movet prædeterminatio physica insuperabili virtute, ut voluntas nequeat omissionem sui actus cum illa præmotione conjugere. Quod si Bannezius (4) vult nihilominus ut simpliciter fide credamus eum prædeterminatione stare libertatem, sicut profitemur augustissimum Trinitatis mysterium, præsto est responsio, mysteria quidem fidei esse credenda, noviter a theologis inducta minime, sed potius, confutanda.

99. Obj. 1.^o Verba Scripturæ, quæ gratiam nos agere, dare ipsam velle et perficere opus salutare, testantur. Sed hæc sine gratia prædeterminante non concipiuntur. Ergo. *Major*, prob. a) ex Apostolo (5): *Quicumque enim Spiritu Dei agatur, ii sunt filii Dei.* Inde arguit Augustinus (6): *Qui regitur, aliquid agit; qui agit, aliquid agere vix intelligitur; et tamen tantum præstat voluntatibus nostris gratia Salvatoris, ut non dubitet Apostolus dicere: Quotquot Spiritu Dei, etc.* b) Apud Isaiam (7): *Nempe quid dicit luteum figulo suo: Quid facis...?* Et Paulus (8): *An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* c) Idem Apo-

(1) N. 96, not. II, in not. P. Schneemann. — (2) Disq. III, Thes. III. — (3) *Clyp. thom.* D. 9, ar. 5, 5. 1. — (4) 2, 2, Q. 10, a. 1, cond. 3. — (5) Rom. VIII, 14. — (6) *De gest. Pelag.* c. 3. — (7) XLV, 9. — (8) Rom. IX, 21.

CAP. II. ART. III. DE HABITUDE GRATIÆ EFFICACIS CUM LIBERO ARBITRIO 561
stolus (1) ad Philipp: *Deus operatur in vobis velle et perficere pro bona voluntate.* Confer. n. 92.

Resp. Dist. maj. Illa testantur ratione gratiæ prævenientis et adjuvantis infallibiliter libere tamen cum effectu conjunctæ, quam unus dat Deus; conc. Ratione alicujus gratiæ inferentis necessario antecedenter ad usum libertatis unum determinatum effectum; neg. *Mia.* neg. vel dist. Non concipiuntur sine gratia prædeterminante, si infallibilis effectus liberi sola physice prædeterminatione obtineri posset; omitto nunc. Si aliter, nempe ope scientiæ mediæ; neg. Venio ad singula:

Ad a) *Spiritu Dei aguntur* ejus motionibus, inspirationibus consentientibus et cooperantibus; conc. Aguntur prædeterminationibus; neg. Brevius, aguntur moraliter; conc. Physice; neg. Augustinus loquitur de diversis operandi facilitate juxta majorem minoremve gratiæ intensitatem; si excitatur gratia minus intensa, tunc dicit nos regi, quia voluntas movetur, sed non sine difficultate et renitentia, adeoque intelligitur quod operatur; si excitatur gratia intensiori, tunc dicit nos regi, quia voluntas adeo facile et prompte operatur, ut vix intelligatur aliquid agere.

Ad b) Certum est illa verba stricte ut materialiter sonant accipi non posse, ut intenderunt hæretici, secus actum esset de libertate; illis solum significatur Deum in hominibus facere quicquid vult, ac facere aliquos vas in honorem, gratiam efficacem impertiendo, modus vero id obtinendi tacetur; Deus ex hominibus tanquam figulus facit quicquid vult, si gratiam prævisam efficacem et perseverantiam aliquibus gratuito tribuit, aliis vere sufficientem respondentibus, prævisam efficacem et finalem juste non dat; unde non est opus hominem prædeterminare ad bonum vel ad malum: immo hoc ultimum quodmodo fieri possit, quin Deus sit auctor peccati, non intelligitur (2).

Ad c) Expono textum; Deus in nobis operatur velle indeliberatum; conc. Deliberatum; subdist. Quatenus tribuit vires sine quibus non possemus et confert gratiam cui prævidet nos consenturos et simul adjuvat volitionem salutarem nobiscum efficiendo; conc. Infundendo volitionem ipsam quasi voluntas solum passive ut subjectum recipiens se haberet; neg. Nec reponant adversarii, qui operatur simul cum alio non dicitur operari in alio; nam cum homo consentire non possit nisi præventus et roboratus gratia, Deus operatur in nobis velle virtualiter et mediate antequam velimus, quatenus gratiam confert prævisam efficacem, ac proinde collatione hujus auxilii connexi cum consensu, operatur ipse in nobis potius quam

(1) II, 13. — (2) Vid. Vol. II, Disq. VI, n. 90.

nos velle salutare, non evertens, sed praeveniens, juvans et perducens libertatem.

Obj. 2.^a Ex SS. Patribus, a) S. Augustinus gratiam efficacem praedicat (1): «occultissimam et efficacissimam voluntatem ac potestatem, quae convertit et transfert corda hominum ad indignationem ad lenitatem.» «Gratiam, quae a nullo duro corde respuitur» (2). «Inclinationum cordium omnipotentissimam potestatem» (3). «Ipse (Deus gratia) facit, ut illi (sancti) faciant, quae praecipit» (4). et similiter aliis locis. b) Ex aliis Patribus. Tertullianus (5): «viam gratiae potterem naturam habentem in nobis subjacentem sibi liberi arbitrii potestatem.» S. Basilius (6): «auxilium, quod per imperium suae potestatis operatur in nobis.» S. Ambrosius (7): «Non esse in potestate nostra cor nostrum.» S. Prosper (8): «Quis ambigat tunc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire, cum in illo gratia Dei affectum credendi obediendique generaverit?» S. Fulgentius: «Ista gratia... ut eligatur, ipsa prius eligit; neque suscipitur aut diligitur, nisi hoc ipso in corde hominis operetur» (9).

Resp. Ad a) De modo quo gratia ad mentem S. Augustini sit invincibiliter et certissime efficacis jam satis multa dicta sunt n. 92, obj. 2.^a, n. 91 et n. 74 nota ad 6.^a et hic prob. 3.^a; ex quibus in summa haec eruitur distinctio: Suasionibus et moraliter illa omnia obtinet Deus futurorum certissime praescius; conc. Physice praedeterminandorum neg. In cap. citato *De spiritu et littera* (supra prob. 3.^a) post verba: «consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propria voluntatis est.» addit: «Quae res non solum non infirmat quod dictum est: *Quid habes, quod non accipisti?* verum etiam confirmat. Accipere quippe et habere anima non potest dona, de quibus hoc audit nisi consentiendo; ac per hoc quid habeat, et quid accipiat, Dei est: accipere autem et habere utique accipientis et habentis est. Jam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coarctat, cur illi ita suscedatur et persudetur, illi autem non ita; duo sola occurrunt interim quae respondere mihi placeat: *O altitudo divitiarum* (10)! et *Numquid iniquitas apud Deum* (11)? Cui responsio ista displiceat quaerat doctorum, sed caveat ne inveniat praesumptiores.»

Ad b) Tertullianus illo loco solum vult contra valentinianos, hominem posse gratia efficaciter converti; quod id fiat praedeterminatione physica, nec verbum, S. Basilius loquitur de

ipsa entitate auxilii supernaturalis, quae certe a solo Deo fit; illud enim *quod est* in accusandi casu; nihilominus parum proficeres si sumeres in nominandi casu, adhuc sola causalitate moralis esset verissimum, «quod per imperium suae potentiae» Deus operatur in nobis.» S. Ambrosius ad ex contextu patet igitur de gratia excitante. Demum S. Prosper et S. Fulgentius praeter necessitatem et gratuitatem gratiae aliud probant nihil.

100. Obj. 3.^a Plures S. Thomae assertiones, quae juxta adversarios praedeterminationem physicam saltem supponunt.

Resp. Neg. *ante*, cujus infirma fundamenta (ne pluries eadem repetamus) jam sibi de Deo creatore (1) et supra (2) directe evertimus; praeterquam quod clara et minime dubia testimonia D. Thomae praedeterminationibus contraria, illa alia faventia, si quae sint, plane destruerent, vel saltem quaestione in dubium acta, de mente D. Thomae pro neutra parte constaret.

Instabis S. Thomae: a) in comment. ad Ephes. (3) distinguit, ut faciunt praedeterminatores, auxilium gratiae quod dat posse ab alio auxilio, quod dat ipsum agere. De hoc postremo ait: ipsam operationem confert in quantum operatur in nobis interior movendo et instigando ad bonum; eidemque auxilio statim applicat verba Apostoli: «*Secundum operationem quam Deus efficit*, in quantum virtus ejus operatur in nobis et velle et perficere.» b) Ut contendit Billuart (4) ex I, Q. 23, a. 5, ubi Angelicus asserit: «Non est autem distinctum quod est ex libero arbitrio et ex praedestinatione; sicut nec est distinctum quod est ex causa secunda et causa prima: divina enim providentia producit effectus per operationes causarum secundarum, ut supra dictum est: unde vid quod est per liberum arbitrium est ex praedestinatione» colligitur: «consequenter ex gratia, quae datur per praedestinationem, i. e. usus gratiae est a gratia. Sed usus alicujus rei juxta Angelicum (5) importat applicationem rei illius ad aliquam operationem: unde et operatio ad quam applicamus rem aliquam, dicitur usus ejus: sicut equitare est usus equi, et percutere est usus baculi.» Ergo liberum arbitrium non se applicat, sed applicatur a gratia.

Resp. ad a) Explico: distinguit sensu aliquo gratiam in actu primo a gratia in actu secundo ut omnes faciunt theologi; conc. Sensu a praedeterminatoribus intento et usitate; neg. Id est manifestum: a) ex locis contrariis D. Thomae. b) quia hic asserta a D. Thoma vers sunt quin opus sit recurrere ad gratiam

(1) L. 1, contra duas epist. Pelag. c. 20.—(2) De praedict. sanct. c. 8.—(3) L. de corp. et grat. c. 14, n. 45.—(4) De praedict. sanct. c. 10.—(5) De anim. c. 21.—(6) De Spir. sanct. c. 8.—(7) De fug. saeculi, c. 1.—(8) Ad Ruf. n. 6.—(9) L. 1, de verit. praed. et grat. c. 15.—(10) Rom. XI, 33.—(11) Ibid. IX, 14.

(1) Disq. VI, n. 94, 103, vol. II.—(2) Disquis. III, n. 43.—(3) L. 2, c. 3.—(4) De grat. Disp. 3, a. 6.—(5) 1, 2, Q. 16, ar. 1.

praedeterminantem, nam Deus concursu simultaneo operatur in nobis et velle et perficere, nos movet sive producit in nobis actum salutarem, atque per unum actum ad alium nos instigat. c) Quia expresse ait D. Thomas (1): «Gratia operans et cooperans (i. e. praeveniens et adjuvans ut patet legenti articulum) est eadem gratia: sed distinguitur secundum diversos effectus.»

Ad b) Ad mentem D. Thomae usus gratiae est a gratia in actu indeliberato gratiae, qui fit in nobis sine nobis; conc. In deliberato subdistinguitur. Est a gratia tanquam a causa determinante ipsam actionem; neg. Tanquam a causa principali ipsius actionis; conc. Ipsa creaturae actio, ut exposuimus (l. cc. Disq. III. n. 43), potest dici applicata a Deo per gratiam, eo modo, quo Deus intelligitur ipsas liberas creaturas ad opus solo concursu simultaneo applicare. His adde multo clarius dicere D. Thomam usum gratiae esse ab ipso homine, ut ostendit Ripalda (2) ex quo haec desumo: «ex percepta mente S. Thomae. Nam I. Corinth. XV. lect. 1. ad illud Pauli: *gratia ejus in me vacuum non fuit*, ait: «Ostendit Paulus quomodo usus sit gratia ista, quia ea usus non fuit, ut ideo dicit in me vacuum non fuit. i. e. offensa, quia ea usus est ad id ad quod data est sibi...» Similiter II. Corinth. VI. Lec. I. Nam ait Primateus (3) In vacuum gratiam Dei recipit, qui cum gratia Dei non laborat, nec adjungit studium suum. Item I. Q. 62, art. 3, ad 2. Inclinatio gratiae non imponit necessitatem, sed habens gratiam potest ea non uti, et peccare. Ubertiorum et absolutam tractationem de mente D. Thomae vide apud laudatum opus: «De cooperatione Dei...» P. Frins. sect. V. 3).

(1) 1. 2. Q. II. a. 2. ad 1. — (2) Ripalda. De ent. sup. D. 110, sect. 10.

(3) Placet aliquis notare. 1.º Quando S. Thomas secundas causas instrumentales appellavit primae causae relate ad effectus proprios, id non factum esse secundum rationem omnino propriam et verissimam instrumentalium sed secundum rationem quamdam communem. In ipse, Q. 24 de veritate art. 1, ad 5, ait: secundum quam rationem ea causa dicitur instrumentalis est, quae et alteri causae subordinatur ejusque finibus aliquo modo subvertit, et quae effectum suum non producit nisi adjuvetur aliquo tandem modo a superiore causa, vel si id magis placet, nisi in virtute hujus superioris causae effectum producit. Ratio est quia effectus productus specificationem perfectionem causae secundae non excedit, ut debet (excedere) juxta D. Thomam: causa vere instrumentalis. Etenim 4 D. 19, q. 1. a. 2, q. 2. 1. 0. «Agens per se et agens instrumentale in hoc differunt, quod agens instrumentale non inducit in effectum similitudinem suam, sed similitudinem principalis agentis; principale autem agens inducit similitudinem suam.» Hinc fuit distinctio: juxta Angelicum causae secundae sunt instrumentum primae, lato sensu; conc. Stricto, neg. Sic quando S. Doctor Q. 3, de Poten. a VII causas secundas dolabrae com-

Obj. 4.º Responiones adversariorum ad argumenta contra eos facta. a) Deus movet non solum ad substantiam actus, sed etiam ad ejus modum, qui est libertas. b) Praedeterminatio non laedit libertatem, quia non se tenet ex parte actus primi, sed actus secund-

parat, recogitandum est, similitudinem eam esse, non aequalitatem; unde non licet arguere: si dolabra effectum non producit, nisi faber prius in ipsam aliquid reale, motum impressit: ergo etiam Deus in ipsam causam secundam ut sic prius aliquid imprimere debet, eamque ut sic se movere, ut aliquid omnino agat.

2.º D. Thomas in ipsa definitione causae instrumentalis, quam loco citato (De Poten.) tradit, ait: «Instrumentum est causa quodammodo effectus principalis causae, non per formam et virtutem propriam, sed in quantum participat aliquid de virtute principalis causae per motum ejus» i. e. principalis causae, ubi nec verbum est de aliqua in causam impressione; recte igitur in praesenti materia circumscribitur definitio instrumentalium causae hoc pacto: ut instrumentalis causa sit causa, quae una realiter activitate, et neque physico influxu, qui ab ipsa simul et a principali causa procedit, effectum communicat propriam simul et causae principalis effectum atque similitudinem; hinc vero posteritatem, quemadmodum patet non quod ad eum producendum sufficientem virtutem ut propriam in se ipsa possideat, sed extensa, quantum, saltem ut formaliter in effectum influat actuque eam causat, aliquid de virtute principalis causae per ipsam activitatem (per motum ejus) participat. Quae si ita se habeant, hoc unum asseritur a D. Thomae, oportere instrumentalem causam aliquo tandem modo participare aliquid de virtute causae principalis: et ulterius deducitur instrumenti applicatione, cum dolabrae comparatione illud non probari, quod antea propositum fuerat: «Non potest causa secunda in effectum causae primae per virtutem propriam, id quod omnes Molinistae faciuntur.

3.º Cum D. Thomas ad 7 (Q. 3, De pot. art. VII) responderet: «quod virtus naturalis, quae est rebus naturalibus in sua institutione collata, inest eis ut quaedam forma habens esse ratum et firmum in natura. Sed id, quod a Deo fit in re naturali, quae actualiter agat, est ut intentio sola, habens esse quoddam incompletum... Sicut ergo securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in ea permanens, non autem dari ei potuit quod vis artis esset in ea quasi quaedam forma permanens, nisi haberet intellectum: ita rei naturalis potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens, non autem vis, quae agit ad esse ut instrumentum primae causae; nisi daretur ei quod esset universale essendi principium: nec iterum virtuti naturali conferri potuit ut moveret se ipsam, nec ut conservaret se in esse: unde sicut patet quod instrumentum artificis conferri non oportuit quod operaretur absque manu artis; ita rei naturali conferri non potuit quod operaretur absque operatione divina.» Per 7.º ut intentio sola in intelligit S. Doctor ipsam actionem creaturae quantum a Deo simul procedit. Probat Suarez (De gratia L. 3, c. 18, n. 21), quia Angelicus hic docet: «non potuisse communicari creaturae ut ageret sine operatione Dei, quia licet illi dari potuerit virtus propria, non tamen vis illa, quae agit ut instrumentum primae causae... quia non potest (virtus creaturae) esse ipsamet virtus Dei, neque potest illi dari ut sit universale essendi principium, ut idem D. Thomas subjungit. Ex quibus tandem

di. c) Quia voluntas potest non consentire in sensu diviso licet non in sensu composito.

Resp. ad a) Concedo Deum ita movere voluntatem, ut eam relinquat liberam, sed hoc fieri praedeterminatione physica adversarii

«probabilitate dici posse existimo, etiam in principio illius solutionis, non loqui de Thomam de virtute creata fluente indita causae secundae, prius quam agatur, sed solum de ipsius cooperatione Dei, quam comparat D. Thomam ad similitudinem instrumenti artis, non quia in omnibus servet similitudinem, sed solum in actuali dependentia a superiori agente.»

Sed si probabilitate vel probabilius cum P. Fris concedis: «S. Thomam... existimasse, actionem etiam transeantem creaturae esse aliquid novi in ea ipsa creatura, quae dicitur agere» seu actionem distingui realiter a passione (Vid. Disq. VI. De Deo creatore, no. 202, 205, Vol. II), adhuc: «quocumque S. Thomam in illa solutione ad 7 protulit, plenissima vera sunt, etsi nullatenus de promotione vel de praedeterminatione physica intelligantur.» Nam voce intentionis non significat nisi rationem quandam realem et physicam (alias virtutem appellat D. Thoni) in creatura actu agente, ut talis est, divinitus per modum motus et actionis existentem, ut in instrumento a prima causa motu, quod hoc sic atque virtute agere et effectum producere valet, sine hac virtute minime potest. Ex quo ulterius patet, hunc ipsum ad 7, locum convenire praedictae concursui simultaneo, non praedeterminationi. «Nam id quod Deus in omni creatura actu operante facit, debet esse secundum doctrinam S. Thomae motus quidam et actio, non tantum motus et actionis quoddam principium. Jam vero simultaneitas est quod Deus in creatura operante facit, ut ipsa actio et operatio creaturae quatenus simul a Deo procedit, praedeterminationibus autem adest per se tantum actionis atque operationis creaturae principium quoddam, praedeterminatio physica. Antea desuntur ex pluribus locis D. Thomae, praecipue 4. D. 1, art. 4 ad quam. 2. «Virtus instrumenti in quantum instrumentum secundum quod agit ad effectum, ultra id, quod consequitur sibi secundum suam naturam, non est ens completum habens esse suum in natura, sed quoddam ens incompletum, sicut est virtus immutandi visum in aere, in quantum est instrumentum motum ab exteriori visibili: et huiusmodi entia consequuntur institutioni nominari et habent aliquid simile cum ente, quod est in sanis, quod est ens diminutum, ut dicitur 6. Metaphis. (Vide etiam De Veritate, Q. 27, a. 4, ad 4. De Potent. q. 3, a. 2 ad 14, q. 6, a. 4 in 6, etc.) Praeterea scilicet motum esse de concursu simultaneo actioni creaturae, non de praevio, constat negative et positive. Negative, quia determinationes physicae a doctrina S. Thomae prorsus alienae sunt, ut satis ex dictis est probatum. Positive, quia solo concursu simultaneo admissio, iam verum est a) Deum applicare causas secundas ad agendum, b) causas secundas esse quasi instrumentum Dei ad id peragendum, quod in omni effectus secundarii causarum Dei proprium est. Ratio enim manifeste: concursus simultaneus est ipse actus secundus creatae causae primi est manifeste: concursus simultaneus est ipse actus secundus creatae causae secun- dae est enim quasi conditio positiva, qua praesente et nullo modo sine ipsa secunda causa plenissime idonea est ad propriam virtutem exercendam, seu quod re idem est, ad effectum suum specificum in rerum natura producendum. Ratio secundi, quia eodem concursu roborata causa secunda iam pertingere potest ad eum effectum, quem sibi relicta atque solitaria producere nequaquam potis-

nulla ratione saltem evidente confirmant, nec videtur esse possibile, cum libere agere, facere quod libet, se determinare a diametro opponuntur praedeterminationi, seu ab alio determinari ad hoc eligendum vel non, ad hoc vel aliud amandum.

Ad b) Nego assertum et rationem, nam praedeterminatio fit in voluntate per aliquid tum re ab actu secundo distinctum, tum per aliquid illo prius tanquam praerequisitum: ergo ad actum primum pertinet (1). Si cum aliquo recentiore thomista ad emolliendam difficultatem saltem quoad modum loquendi, sed nulla vera ratione, dicitur pertinere ad actum secundum, semper manet, praedeterminationem naturam praecedere initium actus secundi, ut proinde voluntas in nullo instanti, nec in instanti natura priori ad actum in quo recipit praedeterminationem potest exercere libertatem, suam autonomiam; praeventur enim insuperabili praedeterminationis virtute.

Ad c) Jam ostendimus supra n. 97 sensum compositum et divinum ad mentem praedeterminatorum non esse ad rem; nec repugnant se invicem D. Thomam, qui 2) declarans significationem illius distinctionis est eis contrarius; sic enim ait: «Praedestinat, in peccato potest mori. Si accipiatur subiectum prout stat sub forma praedestinationis, sic est composita et falsa; si autem accipiatur prout consideratur sine tali forma, tunc est divisa et vera.» Sed quis non videt hunc sensum divinum et compositum esse val-

set, ut ad rationem instrumenti iuxta mentem D. Thomae (hic in 2) supra expositam requirunt.

Si obicit, repugnare inter se, eandem entitatem effectiva procedere a secunda causa, et eandem esse applicationem formalem secundae causae ad agendum, responderetur concedo, si realitas attenditur prout est solius causae secundae, nego, si entus quatenus et realitas procedit a prima causa, tunc nequaquam contradictio habetur. Quomodo enim nulli contradictio est, quando affirmamus, eandem realitatem (actionem) quatenus a prima causa procedit, suo modo fulciens esse atque sustentaculum sui ipsius seu ejusdem actionis quatenus a secunda causa proficitur, ita neque illa contradictio invenitur in hac assertionem, eandem realitatem quatenus sit a prima causa rationem habere suo modo conditionis applicantis secundam causam ad agendum. Quod enim est suo modo fulciens actionem causae secundae eamque sustentans in se, id relate ad causam ipsam secundam conditionis applicantis rationem sortitur; reddidit enim exercitacionem propriam virtutem seu actionem causae secundae plenissime possibilem, sine tamen illo virtutem ipsius interno incremento. (Confer. Vol. II. Disquis. VI, Thes. XII et XIII.) Ita ex loco cui magis fidem adversarii probat P. Fris S. Thomam pro nobis stare, contra nos emissi tela in ipsos retorquens. Sum opus scripsit P. Fris ut responderet operi. «S. Thomae et doctrinae praedestinationis physicae.» R. P. A. M. Dammernuth, O. P.

(1) Suarez. De auxili. opusc. 1. l. 3; c. 12, n. 6. De grat. L. 5, c. 10, n. 17.—
(2) Q. 6. De veritate, art. 4.

de diversum a sensu composito et diviso adversariorum (1), qui, quod concilium Tridentinum (2) gratiam cum dissenso *posse componi affirmat*, ipsi non nisi in sensu diviso concedunt et contra suum magistrum qui ad sensum compositum exigit subjectum substare formae?

101. **Scholion.** De sententia scotistarum, qui gratiae infallibilitatem repetunt ex suis decretis concomitantibus (3) non est cur specialiter disseramus: si, ut loco citato (De Deo) arguebamus, connexio horum decretorum cum consensu voluntatis est intrinseca; ergo Deus per suum decretum non tantum suam determinat causalitatem, sed etiam causalitatem causae liberae: ideoque non est concomitans, sed praedeterminans. Si autem connexio est extrinseca; ergo Deus non in suo decreto absoluto, sed aliunde habet praescientiam effectus contingentis nobis liberi.

THESIS XVIII.

Ultima ratio connexionis gratiae cum effectu repetenda est a libero hominis arbitrio gratiae viribus roborato.

102. **Nota. I.** Efficacia gratiae potest considerari: 1.^o respectu virtutis, quam gratia efficax habet ad voluntatem pertrahendam, et ex se est effectiva actus supernaturalis: hanc virtutem habet ex sua natura, neque liberum arbitrium ullam virtutem illi confert. 2.^o Respectu ipsius connexionis cum actu deliberato supernaturali: et in hoc sensu dupliciter, vel quatenus efficit cum voluntate actum salutarem, vel quatenus in actu primo inspecta est infallibiliter connexa cum voluntate habitura effectum, in primo sensu loquimur in thesi, quid in altero sensu dicendum sit expediemus thesi sequente.

II. Haec est sententia, quam post Molinam (4) universa

(1) Suarez, Proleg. de lib. arb. c. 6.—(2) Sess. 6, can. 4.—(3) Vol. II, Disquis. IV, De Deo, n. 195.

(4) «Quinto loco asserimus auxilia praeventiva atque adjuvantia gratiae, quod efficacia aut inefficacia quoad conversionem sint, pendere a libero consensu et cooperatione nostri cum illis, atque in libera potestate nostra esse vel illa efficacia reddenda consentiendo et cooperando cum illis ad actus, quibus ad justificationem disponitur, vel inefficacia illis reddere, continendo consensum aut cooperationem nostram aut eliciendo contrarium dissensum.» (Hoc ostendit ex Tridentino in Concordia liberi arbitrii, Q. 14, a. 15, c. 4.) Ad objectionem; quod sequeretur «aliquid in conversione nostra et justificatione esse a nobis, quod non sit a Deo, nempe ejusmodi liberum influxum, quo auxilia omnia efficacia redduntur» respondet: «Distinguendum est consequens: si enim dum in eo inferitur sequi, aliquid in nostra conversione esse a nobis quod

Societas Jesu cum pluribus aliis probat et defendit. Eam Bellarminus (1), quatenus non praescindit a gratia et providentia Dei, cui soli competit dare gratiam praeviam efficacem et vocat veram de efficacia gratiae sententiam. Ergo non de sententia Molinae, cujus defensionem in Congregationibus de auxiliis susceperat Bellarminus, sed de sententia, quae, ut ipse dicit, consuit gratiam efficacem «in assensu et cooperatione humana, ita ut ab eventu dicatur gratia efficax, quia videlicet sortitur effectum, et ideo sortitur effectum, quia voluntas humana cooperatur» judicavit (2): «Haec opinio aliena est omnino a sententia B. Augustini, et quantum ego existimo a sententia etiam Scripturarum «divinarum.» Quare valde decipiantur, qui nostris auctoribus praetermissis, credunt Bellarminum esse Suarezio contrarium, nosque efficaciam gratiae ab uno repetere consensu (3). Liber Molinae, quem adversarii, ne in lucem prodiret omni auctoritate conati sunt impedire, jussu magni Inquisitoris Lusitani examini commissus R. P. F. Bartholomaei Ferreira O. P. sacrae Theologiae magistri, sanctae Inquisitionis deputati ac librorum censoris, hoc iudicium tulit: «nihil a me est animadversum, quod

non sit a Deo, sermo aut de opere aut actione quae sit a nobis, et non simul ac «praecipue a Deo tam per influxum suum, auxilium, ac dona evehente ad supernaturalis esse gratiae gratum facientis in suo ordine et gradu commensuratum, «neganda est consequutio: omnia namque opera, quibus vel ad gratiam disponitur, vel comparata iam gratia in vitam aeternam proficimus, praeparavit nobis «Deus in Christo, cujus meritis supernaturalia auxilia ac dona nobis confert, quibus illa exercere valeamus, ipseque est auctor ac praecipuus effector eorum in nobis.» Et ad aliam objectionem respondet: «arbitrium et influxus noster nullam vim conferunt gratiae auxiliis, sed potius auxilia vim et propensionem arbitrii tribunt ad consensum eliciendum, arbitrium ipsum ad id invitando, alliciendo atque adjuvando.» (Ibid. Q. 25, art. 4 et 5, membr. 6, Disp. 1.) Vide Suarez, De auxil. l. opusc. 1, 43, c. 14, De grat. l. 5, c. 24, 25.

(1) De grat. et lib. arbitrii, l. 2, c. 12.—(2) De grat. et lib. arbitrii, cap. 12.—(3) Fr. Albertini O. P. cujus mentionem supra in nota n. 96 ad finem fecimus: se a suis fuisse deceptum miratur hoc pacto: «Forte fortuna accidit, sic «Deo potius disponente... ut Molinae Concordiam edit. Ulyssip. a. 1588, aequae omnium prior fuit invenirent. Cuiusmodi magno repletus sum, quia editiones «ceteras pluribus in locis nonnullis «jesuitis immutatas audieram, quo auctoritas «sui erroris aut minus erant aut casibus celerent. Inaque avidissime legere eam «cepi. Quid vero tam? Mirari ac identidem clamare: Malum! Quas nugae de homine «satis discrevit mihi? Perseam si quid est in verbis ejus, quod cum doctrina per «manus mihi tradita cohaereat? Ut assolet cum qui deceptum se ab uno putat, «aut eodem minime fidat dubitare caepi, ut vere SS. Augustini et Thomae etiam «doctrina illa sit, quae mihi ab his per manus tradita fuerat, et quae dubitatio in «eam (S. J.) me sententiam conjecit.» (Epist. ad Pellegrinum, 3, apud Schneemann, p. 218.)

nostrae religioni aduersetur. Imo si quid est in sanctis conciliis, quod prima fronte videatur obscurum et scopulosum, id ipsum dilucidatur, et quamplurimi loci sacrae Scripturae, iam Veteris quam Novi Testamenti, dissertissimo stylo expenduntur. Quapropter valde dignas arbitror has lucubraciones, quae in publicam et otiosae Ecclesiae utilitatem excendantur. Ita primus qui librum *Mollitiae* huiusmodi et a nota novitatis vindicavit fuit religiosus ex sancta et docta Dominicanorum familia.

103. Prob. 1.^a Scriptura, juxta quam a voluntate hominis pendet, oblata a Deo gratia, bene vel male operari, gratiam esse vacuum vel non. Sed operari cum gratia, gratiam non esse vacuum dicit gratiam esse cum effectu connexam. Ergo, cum gratia fuerit oblata, a voluntate hominis pendet gratiam habere efficacitatem connexionis. Major ex thesi praecedenti, prob. 2.^a, constat. In illis testimoniis Scripturae exhortatur homines ne in vacuum gratiam Dei recipiant, ut aligant inter vitam et mortem. Atqui inutiliter et irrisorie fieret si ab ipsis non penderet. Ergo...

2.^a Ex Patribus, S. Augustinus pluries jam citatus v. g. «Propterea, etsi quisquam sibi tribuit quod venit vocatus, non potest sibi tribuere quod vocatus sit (1).» «Consentire vocationi Dei vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriae voluntatis est. Et immediate sibi obiciens, ut nobis praedeterminatores, *Quid habes quod non accepisti* (2), addit: accipere quippe et habere non potest anima a dona de quibus audit, nisi consentiendo, ac per hoc quid habet et quid accipiat, Dei est: accipere autem et habere utique accipientis et habentis est (3).» Relego n. 78 litt. c; ubi, ex duobus aequaliter affectis cur unus consentiat gratiae, alter non, audivimus Ita S. Doctorem resolvere: «Quid aliud apparet nisi unum voluisse alterum noluisse a castitate deficere? Unde nisi propria voluntate ubi eadem fuerat in utroque corporis et animi affectio (4)?» S. Hieronymus: «Dei est vocare, nostrum consentire, neque statim si nos non credimus, impossibile est Deus, sed potentiam suam nostro relinquit arbitrio, ut justus voluntas praemium consequatur (5).» S. Justinus M. de causa immediata et determinante sortem nostram: «Non Deus ut boni vel mali simus, sed arbitrium nostrum causa est (6).»

3.^a Ex S. Thoma et S. Francisco Salesio. In Quibus illis testimoniis adductis in thesi praecedenti, quibus asserti actum liberum esse a libero, arbitrio indeterminato et esse determinante ad illum. b) Quia expresse in epist. ad Rom. c. VIII.

(1) L. 83, QQ. q. 68.—(2) 1. Corinth. IV, 7.—(3) *De spir. S. litt. c. 54.*
—(4) *De civit. Dei*, l. 12, c. 16.—(5) In cap. XLIX, 1. 2. a.—(6) Q. 8 ad articulos.

Lec. 6, ait: «Vocatio qua trahitur praedestinatus nihil est aliud, quam quidam mentis instinctus, et haec vocatio in praedestinatis est efficax, quia hujusmodi vocationi assentiunt.» S. Franciscus Salesius (1) gratulatur nostro Lessio ob suum de praedestinatione tractatum, quia «cognovi Paternitatem vestram sententiam illam antiquitate, suavitate, ac Scripturarum nativa auctoritate nobilissimam de praedestinatione ad gloriam post praevia opera amplecti se tueri. Quod sane mihi gratissimum fuit, qui nimirum eam semper ut Dei misericordiae ac gratiae magis consentaneam, veriore ac amabiliorem existimavi.» Quam arcte sententia de praedestinatione seu melius de electione ad gloriam post praevia merita, cum thesi quam nunc defendimus sit colligata nemo ignorat; neque illud praetereundum est, inter merita S. Francisci Salesii recenseri quod: «Dei ope prolectus, septuaginta duo millia haereticorum (protestantium) ad catholicam fidem reduxisse dicitur. Inter quos multi nobilitate et doctrina insignes numerantur.»

4.^a Actus salutaris est liber et supernaturalis. Atqui non esset liber si quoad suam existentiam non dependeret a libero arbitrio seipsam determinante; et non esset supernaturalis, si liberum arbitrium non esset gratia evectum et roboratum. Ergo actus liber quoad suam existentiam dependet a libero arbitrio gratia evecto et roborato. Sed illud ex quo dependet consensus est ratio connexionis gratiae cum effectu. Ergo...

104. Scholion. Si voluntas aucta gratia idem valet ac voluntas liberata ab impotentia naturali, seu libera potentia potens ad salutaria opera, nullus locus datur questioni de prioritae ordinis utrius praeter altera, neque tempore, neque natura: si tamen ratione dignitatis et excellentiae, res est dimittenda, gratia potest dici prior.

THESIS X

Efficacia gratiae in actu primo consistit in habitudine, quam gratia habet praevalente scientia media ad infallibilem voluntatis consentium.

105. Nota. I. Connexio infallibilis gratiae cum effectu in actu primo potest esse: 1.^a Objectiva, et importat quod a parte rei verum sit consensus sub illa gratia esse futurum; sequitur ex veritate hujus propositionis: si daretur homini A talis nobilitate, ipse

(1) L. Meyer. *Histor. controvers. de saxil.* V, l. p. 14, edit. Venet. 1742.

consentiret. 2.^o Cognoscitiva, consistit in hoc, quod Deus infallibiliter cognoscat consensum sub tali gratiâ esse futurum; dependet ab infallibili scientiâ mediâ; etenim si eâ scientiâ Deus cognoscit: homo A converteretur, si daretur ipsi talis gratiâ: posito decreto conferendi illam gratiam, conversio hominis A est absolute futura. Unde connexio infallibilis cognoscitiva supponit objectivam, quæ ut objectivâ veritas ratione præcedit cognitionem ejus: ideo enim cognoscitur consensus, quia esset futurus. 3.^o Affectiva, quatenus Deus sub scientiâ infallibili futuri consensu, si decerneret talem gratiam dare homini A, vellet illam gratiam conferre intentione absolute consensus, vel cum complacentiâ ipsius; hæc infallibilis affectiva connexio diversimode potest explicari, juxta naturam prædefinitionis, quæ respectu supernaturalis consensus admittitur. II. Hinc elucet: a) Gratiam efficacem in actu primo, præseire quæ talis et secundum id quod importat a parte rei, formaliter et adæquate constitui per auxilium entitativæ indifferentis et per futuriorem formalem consensus. b) Consideratam prout est medium proxime optum ad consensum creaturæ a Deo infallibiliter obtinendum, constitui partialiter per scientiam mediâ de consensu sub hypothesi talis gratiæ conditionate futuræ. c) Consideratam denique prout est speciale beneficium, constitui etiam partialiter per decretum prædefinitivum consensus explicandum juxta opinionem, quam quisque defendat respectu prædefinitionis actus supernaturalis.

II. Gratia efficax sic explicata dicitur congrua, quo verbo snepe uti Augustinum (2) probationes ab eo desumptæ patefaciunt. Congruitas vero multiplex concipi potest. Præscindendo a prædefinitionis modo: 1.^o sic in sensu nostro eam exponit S. A. R. I. N. S. (3): «Deus infinita sua sapientia cognoscit quando et cui vocationi sit unaquæque voluntas assensum præbitura, si ei detur. Unde quando vult hominem convertere, vult etiam vocare illo tempore et modo, quo novit illum consensurum, quod interdum poterit accidere cum speciali congruitate et efficacia morali talis vocationis,

(1) Vide dicta de Prædestinatione Vol. II, Disq. VI. De Deo creatore n. 150. Prædefinitio formalis est decretum absolutum et efficax Dei, quo vult actum salutarem liberum antecedenter ad existentiam absolutam ipsius. Virtualis est decretum Dei dandi auxilium prævisum efficax. Est duplex: unum, si Deus ita vult dare auxilium prævisum efficax, ut si istud non haberet effectum, vult illius voluntatis aliud seligeret Deus effectum habiturum. Altera est, quæ Deus voluntate absolute et efficaci vult largiri auxilium prævisum efficax cum intentione obtinendi actum salutarem, non tamen vult illius voluntatis aliud seligeret, si prævisum fuisset inefficax. Omnes hæc prædefinitiones supponunt juxta nostra principia scientiam mediâ.—(2) *De don. persever.* c. 4; l. 1 ad *Simplif.* q. 2, n. 3.—

(3) *Opusc.* de auxil. l. 3, c. 14, n. 9.

interdum sine illa, cooperante libero arbitrio enim generali concursu Dei... Unde fit (bene nota) hæc efficaciam... non esse spectandam in ipsa vocatione secundum se, i. e. secundum illam entitativam vel motionem, quam ponit in homine, sed prout progreditur a Deo, et est sub intentione ac scientiâ seu directione ejus... «Congrua dicitur, quia maxime illa congruit homini, cui melius est vocari quando responsurus est, etiam si remisse vocetur, quam fortiter vocari cum consensurus non est.» Hinc 2.^o non est repugnanda congruitas in quadam gratiæ contemplatione cum hominis ingenio, natura, affectibus, variisque locorum et temporum circumstantiis, saltem necessario, licet interdum simul esse cum primâ congruitate possit: nam a) gratiæ quandoque sunt efficaces in his adjunctis in quibus minor erat et forte contraria in subjecto attemptatio, b) Quia adhuc effectus gratiæ esset, fallibilis et contingens ut ipsamet liberum arbitrium. 3.^o Propter eandem rationem non constituenda est gratiæ congruitas cum Thomassiniano in multitudine, varietate et consonantia plurium auxiliorum, quorum quidem singula effectu suo carere possunt, non vero omnia simul sumpta.

106. Prob. 1.^o Gratia præveniens efficax in actu primo dicitur illa, quæ infallibiliter connectitur cum consensu salutari seu quæ est infallibiliter habitura effectum. Atqui non habet hæc infallibilem connexionem ex vi sua entitatis aut alicujus proprietatis, ut probatum est. Ergo habet illam vi alicujus habitudinis ad effectum infallibiliter sequenturum, non enim datur medium. Hanc habitudinem habere per scientiam mediâ probatur. Illa habitudo debet esse talis, ut vi ipsius infallibiliter connexa sit cum consensu. Sed nulla alia esse potest nisi illa, quæ ex scientiâ media exurgit. Ergo... *Alia*. prob. Si tollatur scientiâ mediâ, nulla est infallibilis connexio in ordine providentiæ: si vero adest, habet infallibilem connexionem, quia scientiâ Dei est infallibilis, et repugnat, ut gratiâ, quæ prævisa sit in statu conditionato cum consensu connexa, non sortiatur effectum collata. Ergo. Recognita, quæ nos docuit Augustinus n. 92, resp. ad 2. «Nullus Deus frustra miseretur; cujus autem miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat.»

2.^o Gratia, quæ hæc habitudinem habeat conveniunt omnia, quæ Scriptura, Patres et Concilia in præsentem rerum providentiâ gratiæ efficaci tribuunt. Ergo... *Antec.* prob. Quæ a Scriptura, Patribus et Conciliis prædicantur de gratiâ efficaci sunt: a) Deum ipsâ obtinere infallibiliter ab homine quidquid velit, b) Manere libertatem, c) Esse singulare beneficium in ipso actu primo. Atqui hæc omnia conveniunt gratiæ efficaci ut a nobis exposite. Ergo... *Minor* quoad a) prob. Eâ obtinet Deus ab homine quidquid vult;

nam absurdum est Deum non obtinere infallibiliter effectum aliquem dando gratiam, quam praevideat infallibiliter connexam cum illo effectu, secus ipsis scientia falleretur. Ergo per gratiam, quae habet illam habitudinem, Deus potest obtinere ab homine quicquid velit.

b) Manet intacta libertas: nam illa connexio infallibilis est extrinseca gratiae in illo signo, scilicet in actu primo; et dependens a praevisa libera determinatione voluntatis. Atqui cum gratia extrinsece efficeat, et quae sit talis ut liberam voluntatis determinationem supponat, liberum arbitrium manet indifferens et quod operatur ab ipso gratia roborato dependet. Ergo.

107. c) Est singulare beneficium in actu primo; nam tale est dare alicui intuitu benefecendi gratiam, quae praevideatur cum effectu connexa, cum potuisset Deus dare aliam, quae minime fuerit cum effectu connexa. Sed talis est gratia efficax prout a nobis exponitur. Ergo.

108. Obj. 1.^o Apostolus ad Corinthios (1): *Quis enim te discretus quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid glorioris quasi non accepisti?* Sed si ultima ratio connexionis gratiae cum effectu a libero arbitrio gratia roborato poscitur, homo suo consensu se discerneret, posset de aliquo gloriari. Ergo...

Resp. «Versus hic, ait P. Cornely (2), juxta communem fere omnium interpretum explicationem de naturalibus donis agit, quibus factionum duces inflabantur, non de gratis supernaturalibus. Nihilominus inde a S. Augustini aetate, qui cum contra Pelagianos et Semipelagianos frequenter adhibuit, in controversiis de gratia est celeberrimus; neque est dubium, quin recte etiam ad dona supernaturalia adhibeatur. Quodsi enim homo a seipso donum naturale, quo ab aliis discernatur, et de quo tamquam sibi debito gloriari possit, non habet, multo minus in ordine supernaturali ejusmodi donum possidet.» His positis, explico textum: Solus Deus discernit discretionem virtutis; nam solus dat vires supernaturales et quidem efficitur prout vult; conc. Discretionem formalem, qua actus liberi salutare eliciuntur; subdist. Solus Deus ut causa principalis et primaria; conc. Solus Deus ut causa unica; neg. *Min.* contradist. Homo se discerneret, discretionem virtutis; neg. Formalem; subdist. Ut causa principalis et primaria; neg. Ut secundaria cooperando vi gratiae acceptae Deo vocanti; conc.

Obj. 2.^o Conc. Tridentinum eam gratiam cum libertate componi definit, quam Calvinus et Lutherus componi cum ea negarunt. Sed negabant de gratia intrinsece efficaci. Ergo...

(1) l. IV, 7.—(2) in h. l. comment. in S. Pauli epist. Lethielleux. Paris.

Resp. Falso supponitur Tridentinum convenisse cum haereticis in explicanda entitate gratiae efficaci, ab eis tantum dissensisse in eo, quod negarent stare cum libertate indifferentiae; nam Concilium nec unum verbum de hac re dicit, immo loquitur potius contrario modo et valde adverso praedeterminationibus physicis, ut thes. XVII probatum est: nec mirum, nam sententiam praedeterminationis physicae diligentissime examinatam pro minus probabili rejecerunt PP. Tridentini (1). Quare neg. *maj.* Concilium tantum voluit definire gratiam efficacem non tollere libertatem; modum, quo non tollat non definit, sed ut nodum a theologis solvendum reliquit. Quis melius solvat, major argumentorum probabilitas ex verbis ipsius aliorumque conciliorum. Scripturae et Patrum discernere debet.

Obj. 3.^o Si gratiae efficacia penderet aliquo pacto a consensu: a) gratia esset versatilis in bonam et in malam partem, b) concordia ejus cum libero arbitrio pateret, cum tamen sit mysterium. Ergo...

Resp. ad a) Dist. Esset versatilis i. e. posset verti ad utramque partem vel bonam, vel malam, eo quod ipsa esset natura indifferens ad utrumque; neg. Eo quod non inferat certo consensum, subdist. Inspecta tantum natura ejus; conc. Praesupposita scientia media de consensu conditionate futuro; neg. Nam homo abuti non potest viribus supernaturalibus gratiae ad malum patrandum; gratia saepe natura ad bonum ordinatur, ad quod hominem constanter inclinat, moraliter movet; ita tamen ut ad actum deliberatum physice non praedeterminet sed relinquat in ejus potestate dissensit si velit. Sensu ab adversariis intento esset «Evangellum versatille, quia teste Paulo (2)... aliis est odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam; versatilis Eucharistia, quia illi inde percipiunt vitam, alii sibi manducant judicium (3), quod nemo dixit (4).»

Ad b) Resp. Et mysterium manet in nostra sententia; nam: a) mysterium est, cur Deus aliquibus gratias efficaces praesufficientibus conferat, ut debeamus cum D. Augustino dicere (5): *O multitudo divitiarum; et, numquid iniquitas est apud Deum?* Et cum Paulo ad Rom. (6): *Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus.* b) Neque doctrina nostra de gratiae efficacia difficultate aut obscuritate caret, secus sine ratione tanto impetu ab adversariis oppugnaremur. Certe id nobis faveat, quod (7): «obscuritas et mysterium jam ibi collocatum est, ubi teste Scriptura mysterii locus est.

(1) Vid. not. Jac. de Bonnois, n. 97.—(2) II Cor. II, 16.—(3) I, Cor. XI, 29.—(4) Ita Hurter. Theol. comp. De grat. n. 147.—(5) De spir. et lit., c. 34.—(6) XI, 33.—(7) P. Frins. De cooper. Dei, sect. 2, § 2, ar. 11, not. P. 343.

in Deo scilicet et ejus infinita et eminentissima scientia, non in homine ejusque libero arbitrio.

Obj. 4.^o In nostra sententia Deus ad ipsam consensus determinationem non concurreret, nisi ad nutum consentientis, tanquam ab alio determinatus. Sed causa, quae operatur ad nutum alterius, ab eoque determinatur est causa subordinata et dependens. Ergo in nostra sententia Deus esset causa subordinata, etc.

Resp. Dist. *msj.* Deus non concurreret nisi ad nutum alterius, ut determinatus, proprie loquendo, i. e. vere se subiciens creaturae; *neg.* Abusive loquendo, significando illis terminis attemperacionem divini concursus indifferentis libertati humanae cujus dominium semper retinet Deus; *conc.* *Min.* dist. Si proprie alteri subicitur; *conc.* Si vero non subicitur et manet Dominus; *neg.* Noloit Deus nec intelligitur, salva libertate quomodo possibile sit, liberum arbitrium tanquam vile mancipium ferreis et inextricabilibus physicae praedestinationis catenis vincire, eique plusquam despotice dominari; sed ex libera sua dignatione, et summo in omnes creaturas tam necessario quam libere operantes omnis generis dominio, voluit liberis juxta earum naturam potestatem facere se determinandi sub nutu, dependentia et gubernatione ipsius. Argumentum adversariorum aliquid valeret, si Deus non efficeret consensum nostrum, sed ut advertit Lossa da (1): «Aliud est Deum concurrere ex determinatione nostra, aliud vero non efficere determinationem istam, hoc postremum falsum et absurdum est... illud prius tantum denotat, actionem voluntatis creatae, quae simul est actio Dei, non esse determinationem respectu Dei, sed respectu voluntatis creatae, i. e. determinationem non denominare Deum, sed hanc denominationem tribuere soli creaturae; sicut denominationem formaliter viventis, amantis, merentis per talem actionem; quia denominatio determinantis convenit illi soli principio, quod in signo priori libertatis supponitur proxime potens omittere actionem, vel elicere illam, vel elicere oppositam; non autem illi principio, quod licet vere influat, tamen vel non est capax talis potestatis, (cujusmodi est habitus) vel in illo priori signo intelligitur volens uti potestate illa, sed potius volens se attemperare principio alteri; quo modo se habet Deus in signo priori nostrae libertatis vi decreti indifferentis.»

Insto. Tunc voluntas foret causa principalis, non gratia vel Deus: quia ubi duo concurrunt ad eundem effectum, illi tribuitur praecipue, qui seipsum ad actionem determinat, ac consequenter alium aliquo modo etiam determinat. Ergo...

(1) Curs. philosoph. tom. 2, D. 8, c. 4, n. 14.

Resp. 1.^o *Neg. antec.* Ad probat. Dist. *antec.* Effectus praecipue tribuitur determinanti, si determinans ex se habet vires producendi effectum; *conc.* Si eas excipiat ex benevolo affectu causae indifferentis, et potestas ipsa se determinandi sit ex suppositione determinationis Dei sic volentis concurrere; *neg.*

Resp. 2.^o Dist. *antec.* Est causa principalis productiva effectus; *neg.* Electiva: trans. vel subdilat. Posita Dei attemperacione per decretum indifferens; *conc.* vel trans. illi non supposita; *neg.* Deus enim est primum liberum non solum quatenus habet libertatem in creatam a qua omnis alia dependet; sed etiam quia ipsam libertatis electionem prius exerceat suis decretis quam omnis alia creatura suis actionibus, quarum illae solae esse obtinent, quas Deus ab aeterno sub infallibili scientiae mediae directione vel ut bonas intendit, vel ut malas solum permittit.

109. Obj. 5.^o a) Sententia de gratia solum exerceat efficaci fuit in Congregationibus de auxiliis a majori consularum parte praedamnata; ad earum extremum parata jam erat a Paulo V. bulla damnationis. b) Benedictus XIII litteris dicit Magistro Generali O. P. (1) ait: «Magno animo contemnite, dilecti filii, calumnias intentatas sententiae vestrae de gratia praesertim per se efficaci ac de gratuita praedestinatione ad gloriam sine ulla praevisione meritorum, quas laudabiliter haecenus docuistis, et quas ab ipsis SS. Doctoribus Augustino et Thoma se hausisse, et Verbo Dei, Summorumque Pontificum, et Conciliorum decretis, et Patrum dictis consonas esse Schola vestra commendabili studio agloriatur.» Ergo sententia nostra non est conformis S. Augustino et S. Thoma, sed opposita praedeterminationis. c) Si gratia praedeterminans est rejicienda, eo quod officiat libertati; eadem ratione videtur non admittenda efficax praedefinitio ex intentione actus, de industria selecta; nam decretum praedefiniens est inaufertibile et antecedens usum libertatis. Hujusmodi decreta esse a nobis propugnanda innoxia P. Cl. Aquaviva (an. 1613): «Nostri in posterum omnino doceant... quod posita scientia conditionalium (media) ex efficaci Dei proposito atque intentione efficiendi certissime in nobis boni, de industria ipse ea media seligit atque eo modo et tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitum, aliis usus, si haec inefficax praevidisset.» Ergo non vitamus incommoda, quae praedeterminatoribus objicimus.

Resp. ad a) Jam ab anno 1581 inter Dominicanos et nostros in Hispania (2), et ab anno 1586 in Belgio inter nostros pariter et aca-

(1) In brevi *Demissis proes* illib. Novemb. 1724.—(2) Wirceburg. De gratia n. 385... Duae sunt de his controversiis celebres historiae altera pro gratia praedeterminante Serry O. P. ficto nomine Augustini. Le Blanc

demias Lovaniensem et Duacensem excitatae erant, et nimio, uti solet, partium aestu agitantur quaestiones de auxiliis divinae gratiae. S. Pontifex Clemens VIII procurandae pacis cupidissimus totius causae cognitionem sibi reservavit anno 1594, imperato primum utrique parti silentio; posthac permissa disputatione, prohibitis tamen acerbioribus notis ac censuris: tandem postulatis acceptisque utriusque partis momentis. Consultoribusque designatis, celebres praecipit schoari congregationes *de auxiliis*. A die 2 Januarii 1598 ad 1 Martii 1606 congregationes habitae 47, quarum 37 sub Clemente VIII et 10 sub Paulo V. Disputarunt pro Dominicanis PP. Didacus Alvarez, Michael à Ripa, Thomas de Lemos; pro Jesuitis PP. Michael Vazquez, Petrus Arrubal, Gregorius de Valentia, Ferdinandus Bastida et Joannes Salas. Paulus V. qui cum cardinalis esset omnibus interfuerat congregationibus sub Clemente VIII habitis, non modo permisit, sed etiam voluit, quod multum et diu optarant Jesuitae, recusabant Dominicanae, ne ex actoribus rei ferent, venire in causam praedeterminationem physicam. «Absolutis disputationibus, scribunt Wirceburgenses, singula consultorum vota sigillo munita sibi soli communicari voluit Paulus V. eoque ipso iubente saepius in eundem reddita: tandem ad finem Julii anni sequentis 1607 Cardinalibus, qui Congregationibus interfuerant, exhibita sunt, de his postmodum constituto tempore iudicium laturis... Quae fuerit opinantium sententia quidve conclusum fuerit a Pontifice et Cardinalibus, servato inviolabilis silentii secreto, manet adhuc ignotum, nec illis monumentis certo resciri potest.» Ita dicebant Wirceburgenses saeculo transacto, sed postquam P. Schneemann felici sorte invenit Pauli V commentarium de suprema congregatione suffragiisque cardinalium, ipsis Pontificis manu scriptum, dubium remanet nullum, quaestionem in uno vel altero sensu discrepant non esse, sed utramque partem ut non clare contrariam catholici dogmati permissum defendere. «...Non videre Nos, verba sunt Pontificis, nunc adesse istam necessitatem (definiendi), quod sententia PP. Praedicatorum plurimum differt a Calvino... Jesuitae autem discrepant a pelagianis... Necessitate igitur nulla urgente, ut ad definitionem veniamus, posse negotium differri, dum melius con-

prodit ad finem saeculi XVII. Altera Livini de Meyer S. J., respondet falsis accusationibus primae et omnia ad hanc causam pertinentia diligenter et scrupulose expendit. Cui non vacet haec duo opera, legere, videat Billuart. De Deo, Dis, 6, art. 6, § 7, et opus supra laudatum P. Schneemann. S. J.

«suum tempus ipsum afferat.» Consequenter ad haec decrevit Pontifex permittere disputationes; verum utriusque ordinis Superiori Generali significavit, se serio prohibere (1) «in quaestione hac pertractanda ne quis partem suae oppositam aut qualificaret aut censuram quampiam notaret.»

His dictis redeo ad argumentum; ad 1.^{am} de suffragio adverso majoris partis consultorum dico: fuit nostra sententia praedamnata a pluribus, quibus ultimo non erat fidendum ad rem tantam iudicandam; conc. Fuit praedamnata, ita ut nostri jam ceciderint causa, eamque potius non eviderint post tot impugnationes; neg. Ita ex ipso eventu et suffragio Cardinalis Pinelli (l. c.) qui in ultima consultatione censuit: «majorem adhibendam esse diligentiam; nam etsi tres quatuorve Consultoribus sint viri strenui, nihilominus non posse fidi in re tanti momenti iudicio ceterorum.» Ex novem Cardinalibus, qui huic postremae congregationi interfuerunt idem quoad substantiam opinati sunt Giuri, Blanchettus, Arrigonius, Bellarminus dixit: «Opinionem praedeterminationis physicae esse Calvinii et Lutheri; excusandos esse PP. Praedicatores, qui non viderint haereticorum libros... librum Molinae approbatum a duabus Universitatibus; bullam edi posse, qua certae quaedam propositiones, de quibus inter utrosque constat, condemnentur, difficiliore autem committantur, quemadmodum fecerit Caestellus.» Perrognus: «Opinionem praedeterminationis physicae acceptatum eoque subscriptum iri ab haereticis libenter... nullo pacto prohibendum librum Molinae, sed potius Bannezii... significandum non confectum esse negotium, sed adhibere se velle majorem diligentiam; quamquam id revera non faciendum, sed negotium procrastinandum et sopiendum, etc.» Bubulus: «Censere se definitione opus esse in alterutram partem aut certe declarandum utramque sententiam esse probabilem.» Sti. Eusebii: «Si haeretica sit alterutra opinio, id placere defini; sin autem rem sibi ac dimittit. Unicus, qui consultores quoad damnationem propositionum Molinae approbavit fuit Cardinalis Anselmus O. P. «magna tamen utendum esse consideratione ne mentio fieret PP. Jesuitarum... ipsum vero caput controversiae de motione vel physica reali et efficienti vel congrua et moralis voluit liberum relinquere.»

Ad 2.^{am} seu bullam, post dicta nemo qui sincerus sit fidei appellare audebit; tantum aberat animus Pauli V, a bulla condenda, ut suffragium Bellarmini ita rejiciat: «Propositionem autem illam, ut constitutio ederetur, qua declararentur ea, quae

(1) Ex litteris promulgationis P. Aquavivae 5 Sept. 1607.

«extra controversiam essent, non placere, quia nec necessaria sit et cavillandi occasionem offerat haereticis.»

Acta Péguse, Lemos, etc., quibus, nitentur adversarii, declarata sunt ab Innocentio X (23 April. 1654), ut documenta quibus: «nullam omnino esse fidem adhibendam, neque ab alterutra parte sen a quocumque alio allegari posse vel debere.» Responsio adversariorum, qua praetendunt adeptam esse hoc Pontificis decreto fidem juridicam actorum non historicam, est merum effugium, nam: a) nemo amittit quod nunquam habuit, b) Eam ademit fidem, quae theologos utriusque partis aliosque viros doctos permovere poterat; sed haec non erat nisi historica. Ergo, c) Quid fidei historicae remaneret actis alicujus S. Martyris, si a Pontifice summo declararentur nullius esse fidei? Ergo a pari cum dicit Innocentius X «nullam omnino esse fidem adhibendam.»

Ad b) Sufficit attente legere verba Pontificis ut intelligatur: a) Eam nullam scholam catholicam alteri praeferre, sed b) solum vindicare PP. Dominicanos a calumniis jansenistarum, qui suos errores doctrinis thomisticis tegere volebant; c) commendare eorum studium: «schola vestra commendabili studio gloriatur; non jure gloriatur» ut quidam PP. Dominicani postularant. d) Quia nihilominus aliqui adversus nostram sententiam his litteris abutebantur, Clemens XII (VI Non. Octobr. 1733) declaravit litteris Clementis XI et Benedicti XIII: «nihil esse detractum ceteris catholicis scholis diversa de gratiae efficacia sententibus.»

Ad c) Incipiendo a decreto P. Aquavivae, dico, illud declarasse et temperasse P. Martium Vitelleschi in sequente congregatione generali (ann. 1616), quae apud nos summum jus habet, dum una cum PP. Deputatis statuit: «non intendisse R. P. Claudium hoc suo decreto decernere, Deum sua voluntate praedeterminasse vel praedefinisse aliquid nostrum opus bonum independentem a cooperatione libera voluntatis... sed hoc tantum quod fuerit speciale beneficium Dei dedisse uni, v. g. Petro ex proposito boni in eo faciendi, gratiam eo tempore et loco, quo per praescientiam conditionalium praescivit illum ea gratia bene usurum; quod beneficium non contulit alteri v. g. Joanni, cui dedit gratiam eo tempore et loco, quo praescivit sua culpa ea non usurum.» In hac authentica interpretatione omittuntur verba illa «de industria, etc.» et praesertim illa alia: «aliis usurus, si haec inefficacia praevidisset.» Deinde ad rationem; decretum praedefinitum est inauferrile et antecedens usum libertatis supposita scientia media; neg. vel dist. Est inauferrile et antecedens consequenter ad usum libertatis praevium in statu conditionato seu mere possibili; conc. Antecedenter ad hunc ipsum statum conditionatum, ut sunt

decreta objective conditionata subjective absoluta Thomistarum (1); neg. Scientia media in Deo praecedit omne decretum ejus absolutum, ideoque potest inter actus liberos possibiles creaturarum, eos decernere existere actus, quos velit; et supposita voluntate creandi Petrum, prius decernere se velle obtinere a Petro hos et alios actus, et postea seligere ad hos actus in thesauro scientiae mediae ea auxilia, quae si dentur Petro, Deus ab aeterno Petrum esse censurum praevidit.

Ultimo argumentor cum P. Harter 2): «Omnes... qui catholice docere, sentire et loqui volunt, concedunt, gratiam non sperimere liberum arbitrium ac proinde hominem sub gratia manere liberum; cum gratiae posse resistere, ipsius esse gratiae cooperari; imo omnes in suis ad populum concionibus, in libris asceticis, in praxi, etiamsi acerrime propugnent in libris dogmaticis praemotivem physicam, loquuntur secundum sententiam Molinae et Lessii, scil. nostrum esse gratia uti, a nobis pendere post gratiam profectum in virtute, Deum expectare nostras conatus, nobis satagendum esse, ut per bona opera certam faciamus nostram electionem, nos a gloria nobis proposita sacerdotia nostra posse excidere, etc.: quae quidem propositiones in theoria per inscitiam vel cordis angustias a nonnullis semipelagianae censentur, sed rite intellectae plane catholice sunt cum in omnium versentur ore et in praxi quotidie inculcentur. Magnum veritatis argumentum! Praeferendum omnino videtur systema, quocum concordat praxis, modus loquendi quotidianus et unice aptus ad excitandos homines ad omne virtutis studium, illi theoriae, a qua plus minus dissentit praxis, modusque practicus instituendi populum christianum, et secundum quam nulla concio haberi potest apta et efficax ad desides excitandos ad conversionem, poenitentiam, cooperationem cum gratia quin se possint excusare defectu gratiae efficaci.»

CAPUT III.

De gratia habituali et justificatione.

Quae ad actualem gratiam spectant hucusque exposuimus, nunc ad illam gratiam tractandam accedimus, quae habitualis dicitur quaeque est pleno et perfecto sensu gratia. Etenim illum dicimus

(1) V. Vol. II, Disq. IV, De Deo uno, Theol. 32. — (2) Theol. Dogm. compend. de grat. n. 130 b. § Insuper.

extra controversiam essent, non placere, quia nec necessaria sit et cavillandi occasionem offerat haereticis.»

Acta Péguse, Lemos, etc., quibus, nitentur adversarii, declarata sunt ab Innocentio X (23 April. 1654), ut documenta quibus: «nullam omnino esse fidem adhibendam, neque ab alterutra parte sen a quocumque alio allegari posse vel debere.» Responsio adversariorum, qua praetendunt adeptam esse hoc Pontificis decreto fidem juridicam actorum non historicam, est merum effugium, nam: a) nemo amittit quod nunquam habuit, b) Eam ademit fidem, quae theologos utriusque partis aliosque viros doctos permovere poterat; sed haec non erat nisi historica. Ergo, c) Quid fidei historicae remaneret actis alicujus S. Martyris, si a Pontifice summo declararentur nullius esse fidei? Ergo a pari cum dicit Innocentius X «nullam omnino esse fidem adhibendam.»

Ad b) Sufficit attente legere verba Pontificis ut intelligatur: a) Eam nullam scholam catholicam alteri praeferre, sed b) solum vindicare PP. Dominicanos a calumniis jansenistarum, qui suos errores doctrinis thomisticis tegere volebant; c) commendare eorum studium: «schola vestra commendabili studio gloriatur; non jure gloriatur» ut quidam PP. Dominicani postularant. d) Quia nihilominus aliqui adversus nostram sententiam his litteris abutebantur, Clemens XII (VI Non. Octobr. 1733) declaravit litteris Clementis XI et Benedicti XIII: «nihil esse detractum ceteris catholicis scholis diversa de gratiae efficacia sententibus.»

Ad c) Incipiendo a decreto P. Aquavivae, dico, illud declarasse et temperasse P. Martinum Vitelleschi in sequente congregatione generali (ann. 1616), quae apud nos summum jus habet, dum una cum PP. Deputatis statuit: «non intendisse R. P. Claudium hoc suo decreto decernere, Deum sua voluntate praedeterminasse vel praedefinisse aliquid nostrum opus bonum independentem a cooperatione libera voluntatis... sed hoc tantum quod fuerit speciale beneficium Dei dedisse uni, v. g. Petro ex proposito boni in eo faciendi, gratiam eo tempore et loco, quo per praescientiam conditionalium praescivit illum ea gratia bene usurum; quod beneficium non contulit alteri v. g. Joanni, cui dedit gratiam eo tempore et loco, quo praescivit sua culpa ea non usurum.» In hac authentica interpretatione omittuntur verba illa «de industria, etc.» et praesertim illa alia: «aliis usurus, si haec inefficacia praevidisset.» Deinde ad rationem: decretum praedefinitum est inauferrile et antecedens usum libertatis supposita scientia media; neg. vel dist. Est inauferrile et antecedens consequenter ad usum libertatis praevium in statu conditionato seu mere possibili; conc. Antecedenter ad hunc ipsum statum conditionatum, ut sunt

decreta objective conditionata subjective absoluta Thomistarum (1); neg. Scientia media in Deo praecedit omne decretum ejus absolutum, ideoque potest inter actus liberos possibiles creaturarum, eos decernere existere actus, quos velit; et supposita voluntate creandi Petrum, prius decernere se velle obtinere a Petro hos et alios actus, et postea seligere ad hos actus in thesauro scientiae mediae ea auxilia, quae si dentur Petro, Deus ab aeterno Petrum esse censurum praevidit.

Ultimo argumentor cum P. Harter 2): «Omnes... qui catholice docere, sentire et loqui volunt, concedunt, gratiam non sperimere liberum arbitrium ac proinde hominem sub gratia manere liberum; cum gratiae posse resistere, ipsius esse gratiae cooperari; imo omnes in suis ad populum concionibus, in libris asceticis, in praxi, etiamsi acerrime propugnent in libris dogmaticis praemotivem physicam, loquuntur secundum sententiam Molinae et Lessii, scil. nostrum esse gratia uti, a nobis pendere post gratiam profectum in virtute, Deum expectare nostras conatus, nobis satagendum esse, ut per bona opera certam faciamus nostram electionem, nos a gloria nobis proposita sacerdotia nostra posse excidere, etc.: quae quidem propositiones in theoria per inscitiam vel cordis angustias a nonnullis semipelagianae censentur, sed rite intellectae plane catholicae sunt cum in omnium versentur ore et in praxi quotidie inculcentur. Magnum veritatis argumentum! Praeferendum omnino videtur systema, quocum concordat praxis, modus loquendi quotidianus et unice aptus ad excitandos homines ad omne virtutis studium, illi theoriae, a qua plus minus dissentit praxis, modusque practicus instituendi populum christianum, et secundum quam nulla concio haberi potest apta et efficax ad desides excitandos ad conversionem, poenitentiam, cooperationem cum gratia quin se possint excusare defectu gratiae efficaci.»

CAPUT III.

De gratia habituali et justificatione.

Quae ad actualem gratiam spectant hucusque exposuimus, nunc ad illam gratiam tractandam accedimus, quae habitualis dicitur quaeque est pleno et perfecto sensu gratia. Etenim illum dicimus

(1) V. Vol. II, Disq. IV, De Deo uno, Theol. 32. — (2) Theol. Dogm. compend. de grat. n. 130 b. § Insuper.

in gratia Dei esse, qui propter iustitiam et sanctitatem sibi inhaerentem habitualiter Deo gratus est, non eum, qui hac destitutus, transeuntibus sanctae illuminationis piaque inspirationis gratias cooperatur.

Gratia sanctificans seu habitualis communiter definitur solet: «Supernaturale donum Dei permanente inhaerens animae, quo homo immediate et formaliter sanctus efficitur, iustus, Deo gratus, filius Dei adoptivus, capax eligendi opera meritoria vitae aeternae ejusdemque haeres.» Haec definitio ex probandis in hoc capite colligitur.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

ARTICULUS I.

De natura et effectibus gratiae habitualis.

THESIS III.

Gratia habitualis non est favor Dei mere extrinsecus aut iustitia tantum imputata.

110. Nota. Thesis est contra aliquos haereticos, qui volebant hominem justificari per favorem Dei mere extrinsecum, vel per iustitiam Dei et Christi sive incretam, sive creatam, nobis tantum imputatam.

Prob. 1.^o Concil. Tridentino (1) definiente: «Si quis dixerit, homines justificari vel sola imputatione iustitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia et charitate, quae in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhaerent, aut omnem gratiam, qua justificamur, esse tantum favorem Dei, anathema sit.

2.^o Ex Scriptura in qua: a) Deum per justificationem esse, habitare et permanere in nobis legimus, b) Item gratiam dari, diffundi, fieri, esse et manere in iustis, c) ipsa homines renasci, regenerari, renovari spiritu, fieri consortes divinae naturae. Sed omnia falso, vel saltem improprissime haec dicerentur de favore extrinseco Dei aut iustitia mere imputata. Ergo... *Maj.* prob. quoad a) Paulus ad Cor. 2). *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est.* Joannes 3): *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansoremus quod cum faciemus.* Quoad b) Etiam Paulus 4): *Dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Joannes 5): *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam*

(1) Sess. 6, can. 11. — (2) I.^o VI, 19. — (3) XIV, 23. — (4) II.^o Cor. 1, 22. — (5) I.^o, III, 9.

semel ipse in eo manet. Quoad c) Ex textu S. Joannis nuper adducto. Ex eodem (1): *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto...* et S. Petro (2): *Per quem maxima et preloso nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini divinae consortes naturae...*

3.^o Patribus, S. Augustinus (3): *Justitia, inquit (Apostolus), Dei manifestata est; non dixit iustitia hominis, vel iustitia propriae voluntatis; sed iustitia Dei, non qua Deus justus est, sed qua induit hominem, cum justificat impium.* S. Joan. Chrysostomus (4): *Quemadmodum si quis auream statuum tempore, fumo, pulvere, rubigine foedatam de novo conflaverit, eam nobis purissimam atque fulgentem restituit; sic et naturam nostram Deus peccati rubigine foedatam multoque affectam delictorum fumo, illa pulchritudine destitutam, quam ipsi ab initio inviderat, de novo conflavit, et in aquas seu in conflatorem injiciens et pro igne Spiritus gratiam immitens, hinc renovatos cum solaribus radiis splendore decertantes educit, contrito vetere humore, novo autem splendidiore, quam vetus erat, condito.» (Vide Belafinum, de justificatione, l. 2, c. 8.)*

4.^o a) Deus amat justos amore supernaturali, ut constat ex elevatione hominis ad finem supernaturalem. Sed iste amor supponit in justo donum aliquod intrinsecum supernaturale, quo homo sit dignus tali amore. Ergo. *Maj.* prob. Deum dedecet amare supernaturaliter eos, qui indigni sunt amore supernaturali. Atqui si iusti non ornantur a Deo dono aliquo supernaturali intrinseco naturam elevante, manent indigni amore supernaturali; nam relinquuntur in pura natura, quae nullam proportionem dicit ad supernaturale. Ergo ut iusti sint digni amore supernaturali necessum est eos elevari a Domino dono aliquo supernaturali intrinseco; non secus ac rex cum vult plebejam hominem inter suos sulices habere, prius aliquo nobilitatis titulo donat. b) Ad iustitiam requiritur ut homo interior sit bene affectus ad opera iustitiae habeatque potentiam quasi connaturalem operandi iuste. Sed in ordine iustitiae supernaturalis bona affectio interior et potentia quasi connaturalis operandi iuste non concipiunt sine dono aliquo intrinseco naturam habitualiter elevante. Ergo...

(1) III, 3. — (2) II.^o, I, 4. — (3) De Sp. et lit. c. 9. — (4) Catech. 5. ad illuminationem, n. 3.

THESIS XVI.

Gratia habitualis non est ipse Spiritus sanctus.

111. Nota. Est assertio ut minimum certa et de doctrina catholica; contrarium videtur existimavisse Petrus Lombardus seu Magister sententiarum (1), qui a S. Thoma (2) refutatur. Prob. 1.^o Conc. Tridentinum docet (3): «Unica formalis causa est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit; qua videlicet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostrae, et non modo reputamur, sed vere justi nominamur et sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriam ejusque dispositionem et cooperationem.» Ex quibus verbis manifestum est: a) justitiam Dei ac proinde ipsum Spiritum sanctum non esse formaliter nostram justitiam, b) Spiritum sanctum partiri seu distribuere justitiam, non esse justitiam, quam quisque majorem vel minorem juxta propriam dispositionem ab eo accipit.

2.^o Ex thesi praecedente, forma qua justificamur dicitur in Scriptura regeneratio, renovatio, etc. Sed nihil increatum dici potest nostra regeneratio, renovatio. Ergo... *Mia.* prob. Ut aliquid increatum esset nostra regeneratio, renovatio... physice nobis uniri oporteret. Sed physica unio inter nos et aliquid increatum non datur. Ergo... *Mia.* prob. Illa unio esset substantialis vel accidentalis, si primum nos essemus Deus, quod est contra fidem; si alterum, Deus nobis inhaereret, quod est absurdum. Ergo nullo modo aliquid increatum est nobis justificationis forma.

3.^o Cum Patribus, S. Cyrillus Al. (4): «Formatur autem in nobis Christus. Sancto nobis Spiritu divinam quandam formam per sanctificationem et justitiam indente.» S. Augustinus (5): «Quantum interest inter lumen quod illuminat et quod illuminatur, tantum inter sapientiam, quae creat et istam, quae creata est; sicut inter justitiam justificantem, et justitiam, quae justificatione facta est.»

4.^o Theologicis; nam de fide est, justitiam non esse in omnibus aequalem. Sed si forma sanctificans esset ipsemet Spiritus sanctus seu forma increata, justitia esset in omnibus justis aequalis. Ergo. *Mia.* prob. Quia aequalis esset in omnibus sanctificans forma et quidem talis, quae diversitatem applicationis pro diversitate subditorum non patitur.

(1) 1, D. 17.—(2) 1, 2, Q. 23, a. 2.—(3) Sess. 6, cap. 7.—(4) In Isai. L. 4, or. 2.—(5) Confess. L. 12, cap. 15, n. 20.

Aliter D. Thomas (1) ex capite actus charitatis, qui immediate fieret a Spiritu sancto sine habitu, impugnat Magistrum. «Non potest dici, ait, quod sic moveat Spiritus sanctus voluntatem ad actum diligendi sicut movetur instrumentum, quod etsi sit principium actus, non tamen est in ipso agere vel non agere; sic enim etiam tolleretur ratio voluntarii et excluderetur ratio meriti, eum tamen supra (2) habitum sit, quod dilectio charitatis est radix merendi. Sed oportet quod si voluntas moveatur a Spiritu sancto ad diligendum, etiam ipsa sit efficiens hunc actum.»

112. Obj. 1.^o Verba Pauli de Christo (3): *Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sancti factio, et redemptio.* Ergo Christus est nobis justitia.

Resp. Explico: factus est justitia nostra meritorie et efficienter; conc. Formaliter; neg.

Inst. Cum eodem Apostolo (4): *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita et per unius obedientiam justii constituentur multi.* Atqui Adae peccatum transfunditur in omnes homines eisque imputatur. Ergo et justitia Christi.

Resp. Expono: ita per obedientiam Christi justii constituentur, adequata paritate; neg. Inadequata: quoad aliquam; conc. Paritas stat in hoc, quod sicut Adam fuit causa peccati originalis in omnes homines, ita secundus Adam Christus D. est causa efficiens et meritoria justitiae pro omnibus hominibus; non est tamen paritas adequata, quia diffusio peccati originalis sola naturali ex Adamo descendencia fit; infusio vero justitiae Christi, si infantes excipis, non sine praevia dispositione datur, et in omnibus susceptione gratiae et donorum completur.

Obj. 2.^o S. Augustinus (5) in verba Pauli (6): *Eum qui non nocerat peccatum pro nobis peccatum fecit, et nos effeceretur justitia Dei in ipso:* ait: *Ipse ergo peccatum ut nos justitia, nec nostra, sed Dei; nec in nobis, sed in ipso: sicut ipse peccatum non suum, sed nostrum, nec in se, sed in nobis constitutum, similitudine carnis peccati in qua crucifixus est, demonstravit.* Unde eo modo nobis inest justitia Christi, quo in ipso fuit peccatum. Sed peccatum fuit in eo solum imputatum. Ergo et ejus justitia est nobis tantum imputata.

Resp. Juxta plures et expectatissimos interpretes, quorum unus S. Augustinus, J. in object. cit. sensus verborum Pauli est: *Christus pro nobis peccatum fecit.* i. e. sacrificium obtulit; sed Christus verum pro nobis obtulit sacrificium; ergo vere ab ipso,

(1) 2, 2, Q. 23, a. 2 in o.—(2) 1, 2, Q. 114, a. 4.—(3) 1 Cor. 1, 30.—(4) Rom. V, 19.—(5) Eschir. c. 41.—(6) II, Cor. V, 21.

arguendum esset, justificamur, non tantum imputative. Alii tamen expositores cum S. Chrysostomo intelligunt valde probabiliter de Christo, quem Pater pro nobis, ut summum peccatorem habuit et tractavit; et enim juxta Isaiam (1) omnes iniquitates nostras imposuerat (2); quare ad argumentum neg. *mej.* non enim illam asserit Apostolus, sed tantum Christum fecisse peccatum *i. e.* factum esse peccatorem ut nos efficeremur *justitia Dei*, *i. e.* justi, nominibus tractatis pro concretis usus; quomodo vero simus justii alibi tradit, non hic. S. Augustinus non intendit omnem similitudinem, nec negare nostram justitiam esse aliquid nobis intrinsecum, cum id alias doceat; sed non esse ex propriis meritis, sed Christi, qui eam nobis sua passione meruit.

113. Obj. 3.^a S. Joannes (3) ait: *Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo.* Atqui charitas vel est ipsa gratia sanctificans vel inseparabilis ab ea. Ergo ipse Deus, etc. Confirm. auctoritate S. Augustini, qui in libris de *Trinitate* docet (4) Deum esse nostram dilectionem, addens (5), charitatem non esse donum sicut patientiam, quia *Deus est charitas*.

Resp. *Deus est charitas* substantialis, qua nos diligit; *conc.* Accidentaliter qua nos eum diligimus; *neg.* vel subdist. Realiter; iterum *neg.* Participative; *conc.* Eodem modo explicandus S. Augustinus, cujus mens ex libro de *Spir. et Litt.* quem post libros de *Trinitate* scripsit, patet; ait enim (6): *Charitas quippe Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos; sicut justitia Dei, qua justii ejus munere efficitur; et Domini salus, qua nos salvos facit, et fides Christi, qua nos fideles facit.* Ad hanc difficultatem respondet Angelicus (7): *quod ipsa essentia divina charitas est, sicut et sapientia est, et bonitas est. Unde sicut dicimur boni bonitate, quae est Deus, et sapientes sapientia, quae est Deus quia bonitas, qua formaliter boni sumus est participatio quaedam divinae bonitatis, et sapientia, qua formaliter sapientes sumus est participatio quaedam divinae sapientiae, ita etiam charitas, qua formaliter diligimus proximum est quaedam participatio divinae charitatis. Hic enim modus loquendi consuetus est apud platonicos, quorum doctrinis imbutus fuit Augustinus; quod quidam non advertentes semper occasione errandi. Ad aliud Augustini dicitur Deum posse esse charitatem et non patientiam; respondetur verissime id affirmari, ut inde charitatis excellentia intelligatur; nam Deus per suam essentiam est amor et charitas, sed non est patientia, quae moderatur tristitiam Deo impossibilem.*

(1) LIII, 6.—(2) Vid. comment. R. Cornely, S. J.—(3) I^o IV, 16.—(4) I, 8, c. 7.—(5) I, 15, c. 17.—(6) c. 32.—(7) 2, 2, Q. 23, a. 2, ad 1.

Obj. 4.^a Plures ex Patribus testantur nos sanctificari Spiritu sancto, non aliquo dono creato; Spiritum sanctum vocant ipsam sanctitatem, qua justii sumus. Ergo...

Resp. Illa dicunt Patres de Spiritu sancto ut est causa efficiens sanctificationis nostrae; *conc.* Quae est causa formalis; *neg.* vel subdist. Quatenus Spiritus sanctus est ipsa forma sanctificans; *neg.* Quatenus ipse ratione formae sanctificantis specialiter in nobis habitat; *conc.* Patres nunquam dicunt ipsum Spiritum sanctum esse formam sanctificantem; similia, quae habent esse *signaculum, unguentum* etc. accipienda sunt non formaliter, sed efficienter *i. e.* imprimit sigillum, effundit unguentum, etc.; nam ex una parte constat certo Spiritum sanctum non esse formam sanctitatis nostrae; ex altera Patrum loquutiones non sunt adeo perspicuae ut datam interpretationem respiciant, si praeter ea, quae alibi dixerunt eorum scopus attendatur. Is alius non erat quam probare adversus osiores Spiritus sancti, ipsam personam Spiritus sancti nobis inhabitare et per hanc inhabitationem: a) nos fieri participes divinae naturae seu cum Deo ipso conjungi; b) nos sanctificari propria Spiritus sancti virtute ac prout divina, non ministeriali ut alio accepta, quasi non esset Deus. Haec solutio ipsis Patribus confirmatur; S. Cyrillus A1. qui durius loquitur (1), praeterquamquod expresse asserit sententiam catholicam, ut constat ex probationibus in Joannem (2) ait: *Quomodo divinae naturae participes erunt illi, quibus communicatur Spiritus, si hic conditis rebus annumeratur?* S. Athanasius (3): *Porro si creatura esset Spiritus sanctus, nulla nobis in ipso esset Dei participatio.*

THESIS XXII.

Gratia habitualis est donum creatum, qualitas physica permanens animae superaddita, a charitate distincta.

114. I.^a Pars. Est veluti corollarium duarum thesium praecedentium; si enim gratia habitualis non est donum increatum seu Spiritus sanctus, nec aliqua justitia nobis tantum imputata, restat ut sit donum aliquod creatum a Deo nobis elargitum; et quidem:

1.^a *Conc.* Tridentinum (4) anathemate perculit illum, qui dixerit: *homines justificari... exclusa gratia et charitate, quae in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur atque inhae-*

(1) Dialog. 7.—(2) L. 9.—(3) Ep. 1, ad Serap. n. 24.—(4) Sess. 6, can. 11.

»reat.» Attestatur (1) etiam gratiam sanctificantem esse aliquam formam, quae videlicet ab eo donati, renovamur... iustitiam in nobis suscipientes, unusquisque suam, secundum mensuram, quam »Spiritus sanctus partitur in nobis.»

2.^o Sacra Scriptura gratiam comparat: *semelai, pignori, luci, vilae*: asserit eam nos effici consortes divinae naturae, Dei filios, templum Dei; *eam in nos effundi...* (Rom. V. 5.) Sed haec omnia exigunt gratiam esse donum creatum. Ergo... Pari modo loquuti sunt Patres (an. 110, 111, prob. 3.^o S. Basilius 2): »Gratia ab eo manans dum Spiritus habitat in dignis, et sua ibi operatur, recte dicitur illis iustis inesse. Ubi gratia, quae ab ipso est, accedere ac rursus recedere potest, proprie et vere inesse dicitur.»

3.^o Idem postulat condignitas amoris supernaturalis ut probatum est n. 110, prob. 4.^o

115. II.^o Pars. Est contra Joannem Vincentium, qui existians non esse de fide, justificationem fieri per proprios habitus infusus realiter distinctos ab anima et potentis ejus, contendit posse gratiam sanctificantem constitui »per aliquem modum »realiter identificatum animae aut voluntati, et formaliter ab illa distinctum.» Hic modus in iustis adultis fieret »per proprium eorum actum dilectionis Dei super omnia.» in pueris immediate ab ipso Deo (3). Haec sententiam, ut advertit Egger (4), ex systemate praecocepto de impossibilitate metaphysica accidentium absolutorum, quidam recentiores instaurarunt ac gratiam considerant ut modum ab anima non realiter, sed virtualiter tantum distinctum. Est haec pars, qua parte asserit gratiam habituales esse aliquid permanentes, de fide juxta Suarezum (5); contrarium dicere, censuram dignum juxta Ripaldam (6); juxta communem theologorum sensum res certa, sicut quod sit qualitas per modum habitus, cum hoc ex primo evidenter inferatur. Qua addit animae superaddita, est, ait Eximius (7), res certissima, »et quae sine magno errore in dubium revocari non potest.»

Prob. 1.^o Concil. Tridentinum praeter ea, quae tradidit sess. 6 (n. 114, prob. 1.^o), gratiam inherere, nos renovare, suscipi secundum mensuram etc., definivit (8) gratiam, quae, formaliter justificat, in Baptismo dari parvulis, qui »nisi in Christo renascantur, nunquam justificarentur, cum ea renascentia per meritum »Passionis ejus gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur (9).» Atqui in-

lis gratia, ut manifestum est in parvulis nequit in actibus moraliter perseverantibus et in influxu gratiae actualis reponi. Ergo in aliquo dono intrinseco et permanente, quod non posse esse nisi qualitatem infra probavimus, reponenda est. Confirm. Conc. Viennense (1) tanquam probabiliorem sententiam elegit: »tam »parvulis quam adultis conferri in Baptismo informantem gratiam »et virtutes;» et Tridentinum absolute affirmat, per Baptismum omnibus gratiam conferri. Atqui juxta Viennense probabilius per Baptismum virtutes et informantem gratiam infunduntur quoad habitum. Ergo haec gratia est per modum habitus. Subsumo, atqui hanc gratiam conferri adultis etiam tunc certum putabatur. Ergo...

2.^o Ex Scriptura ut in prima parte, nam illa omnia, quibus gratia similis praedicatur, non tendunt ad motionem vel operationem transeuntem, sed ad ingerendum aliquid esse accidentale, physice permanentis, quod non potest esse nisi qualitas.

3.^o Ex Patribus ut supra, quibus addit S. Basilius (2): »Sicut ars est in eo, qui illam nactus est, ita gratia Spiritus sancti est in eo, qui illam recipit, semper quidem praesens, etsi non perpetuo operans.» S. Ambrosium (3): »Justitia unde justificatio derivata est, mentis utique tunc, non corporis est. Pietus es ergo, o homo, et pius a Domino Deo tuo. Bonum habes artificem satque pictorem; noli bonam delere picturam, non fucos, sed virtute fulgentem, non cera expressam, sed gratia.» Idem constat ex catechismo Tridentino cum ait (4): »Est autem gratia, quemadmodum Tridentina synodus ab omnibus credendum, poenae anathematis proposita, decrevit... divina qualitas in anima inherens ac veluti splendor quidam et lux, quae animarum nostrarum amicitias omnes delat ipsasque animas pulchriores et splendidiores reddit. Atque id ex sacris litteris aperte colligitur, cum gratiam effundi dicant, eamque Spiritus Sancti pignus soleant appellare.»

4.^o Ex principis fidei certissimum est gratiam habituales esse aliquid donum creatum physice et permanentem animae inherens. Atqui tale donum non potest esse nisi accidens praedicamentum qualitatis. Ergo... *Min.* prob. Non potest esse substantia, tum quia gratia inheret et accidentis est inesse, tum quia substantia supernaturalis probabilius repugnat (5). Erit ergo accidens, sed si est accidens ad nihil aliud praedicamentum nisi qualitatis reduci potest. Ergo... *Min.* prob. Non potest reduci ad praedicamentum quantitatis, situs, habitus ut est vestis: haec enim praec-

(1) Sess. 6, cap. 7. — (2) De Spiritu S. cap. 26. — (3) S. car. De grat. habit. l. 7, c. 15. — (4) Enchir. theol. dogm. spec. n. 391. — (5) De grat. habit. l. 6, c. 3, n. 6. — (6) De ente supern. D. ult. 1, 2, n. 23. — (7) De grat. habit. l. 7, c. 15, n. 8. — (8) Sess. 5, can. 5. — (9) Trident. sess. 6, cap. 3.

(1) De sum. Trin. et cathol. fide. — (2) De Spiritu S. c. 16. — (3) Hexaem. l. 6, c. 8. — (4) Pars II, c. 11. De Baptismo, n. 50. — (5) Supt. 2 n. 9.

dicamenta solum res corporeas efficiunt. Non ad praedicamenta ubi aut quando, cum gratia non detur ad rem aliquam constituendam in loco vel tempore. Non ad meram relationem, cum gratia sit quid absolutum juxta dicta; neque ad actionem aut passionem, quia est aliquid inhaerens et permanens etiam cum ipsa non operatur. Ergo opus est illam esse qualitatem, quia medium non datur (1). b) D. Angelicus ita probat (2): «non est conveniens quod Deus minus provideat his, quos diligit ad supernaturalia bonum habendum, quam creaturis, quas diligit ad bonum naturale habendum. Creaturis autem naturalibus sic providet, ut non solum moveat eas ad actus naturales, sed etiam largiatur eis formas et virtutes quasdam, quae sunt principia actuum, ut secundum seipsas inclinentur ad hujusmodi motus; et sic motus quibus a Deo moventur, sunt creaturis connaturales et faciles, secundum illud Sap. (3): *Et disponit omnia suaviter*. Multo igitur magis illis, quos movet ad consequendum bonum supernaturale aeternum infundit aliquas formas, seu qualitates supernaturales, secundum quas suaviter et prompte ab ipso moventur ad bonum aeternum consequendum, et sic donum gratiae qualitas quaedam est.»

116. Esse qualitatem superadditam eadem rationem momenti fit evidens, agitur enim de novo esse reali et permanente animae imperiando; praeterea definitiones fidei accipiendae sunt secundum propriam significationem, quam verba definitionis habent secundum communem usum Ecclesiae et doctorum ejus intelligentiam. At vero cum Concilium dicit remissionem peccatorum fieri cum interna hominis renovatione, per voluntariam susceptionem gratiae et donorum, certe nomine gratiae et donorum intelligit, sicut intelliguntur ab Ecclesia, virtutes et formas superioris ordinis animas inditas (4).

117. III. Pars. Est nobis probabilior cum D. Thoma (5). Suariorum Ripalda, Oviiedo et aliorum contra Scotum, Bellarminum, Lessium aliosque diverse opinantes.

Prob. 1. Scriptura, Concilia et Patres singulariter et distincte nominant gratiam et charitatem. Atqui haec nominum distinctio in re maxime dogmatica esset vitanda si charitas et gratia realiter non distinguerentur; nam ducerent in errorem. Ergo... *Maj.* prob. Apostolus ad Cor. (6): *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis*. Ad Timotheum (7): *Superabundavit autem gratia Domini no-*

(1) Vid. Suárez. De grat. habit. L. 6, c. 2. — (2) 1, 2, Q. 110, a. 2. — (3) VIII, 1. — (4) Suárez. De grat. habit. L. 7, c. 15, n. 8. — (5) 1, 2, Q. 110, a. 3. — (6) II, 13, 13. — (7) 1, 2, 14.

stri cum fide et dilectione. Concil. Viennense (1) asseruit, etiam infantibus probabiliter infundi quoad habitum informantem gratiam et virtutes. «Sanctificatio et renovatio interioris hominis est juxta Tridentinum (2) per voluntariam susceptionem gratiae et donorum» seu virtutum ut dixerat Viennense. Idem Tridentinum damnat eos, qui affirmant (3): «justificationem fieri remissione peccatorum exclusa gratia et charitate.» S. Augustinus (4) ait: «Gratia proevenit charitatem.» Gratia est juxta ipsum (5): «mitior animae sanctum concilians amorem.» Sed quod aliud praevent; ab illo realiter distinguitur. Ergo...

2. a) Cum D. Thoma (1. c.) virtus supernaturalis ac proinde charitas, supponit connaturaliter gratiam. Ergo ab ipsa realiter distinguitur. *Alec.* prob. Virtus connaturaliter supponit naturam sibi proportionatam; virtus enim est dispositio perfecti ad optimum, hoc est, naturam disponit convenienter in ordine ad operandum secundum finem sibi proportionatum; sic virtutes acquisitae per actus humanos sunt dispositiones, quibus homo convenienter disponitur in ordine ad naturam, qua homo est. Atqui natura proportionata virtutibus supernaturalibus est gratia. Ergo... *Mia.* prob. Virtutes supernaturales sunt quae hominem disponunt ad agendum congruenter ad finem supernaturalem consequendum. Ergo debent ipsum disponere in ordine ad aliquam naturam altiore, nempe in ordine ad naturam divinam participatam, seu quandam naturam supernaturalem. Atqui haec est gratia habitualis; gratia enim hujusmodi est qua nos efficimur participes divinae naturae, juxta illud S. Petri (6): *Maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini divinae consortes naturae*. Ergo... Declaratur amplius a D. Thoma exemplo luminis naturalis rationis. «Sicut igitur, ait, lumen naturale rationis est aliquid praeiter virtutes acquisitas, quae dicuntur in ordine ad ipsum lumen naturale; ita etiam ipsum lumen gratiae, quod est participatio divinae naturae, est aliquid, praeter virtutes infusus, quae ab illo lumine derivantur, et ad illud lumen ordinantur; unde Apostolus dicit (7): *Brachis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino; et filii lucis ambulato.*» b) Cum Suariorum (8): «Rationi consonum est ut Deus non minus cumulate periciat naturam in supernaturali ordine quam in naturali, servata proportione. Sed in ordine naturae ita rem constituit, ut primo det illi substantialem formam, deinde potentias et virtutes agendi, tamquam connexas cum forma et in

(1) De summo Trinit. — (2) Sess. 6, c. 7. — (3) *Ibid.* can. 11. — (4) De don. pers. c. 16. — (5) In glossa sup. Ps. CIII. — (6) II, 1, 4. — (7) Ephes. V, 8. — (8) De grat. habit. L. 6, c. 12, n. 6.

«ea radicatus. Ergo simili modo debuit natura ad divinum ordinem sublevari; primo participando naturam per gratiam deficientem animam, et deinde per virtutes operativas, ipsi gratiae tamquam «essentiae et radices conjunctas.» c) *Habitus charitatis neque reddit hominem formaliter justum quatenus est habitus operativus, neque alia ratione. Ergo nullatenus hominem formaliter justificat. Antec. prob. Non quatenus operativus, quia sub hac ratione minus ipsius est reddere hominem potentem ad diligendum Deum supernaturaliter. Sed esse potentem ad diligendum supernaturaliter non justificat formaliter. Ergo. Min. ultima prob. Tum quia si ipse actus amoris Dei, ut communis fert sententia, non justificat formaliter, a fortiori sola potentia non justificabit; tum quia illa potentia haberi potest sine habitu sola divinae Omnipotentiae applicatione, quo casu certe non justificabit formaliter. Ergo. Non quavis alia ratione; quia haec specialis ratio propria habitus charitatis alii habitibus operativis non conveniens, ut ipsi fatentur adversarii, deberet probari, quod tamen non fit. Ergo...*

118. Obj. 1.^o Innocentius III et Clemens V in conc. Viennensi solum habuerunt ut probabile aut probabilis gratiam sanctificantem esse donum creatum ad modum formae infusum; ergo nihil certum de hac re affirmari potest.

Resp. Innocentium III et Clementem V loquutos esse de infusione gratiae in Baptismo parvulorum, de quibus eam recipere vel non dum baptizarentur, dubitabant illius temporis theologi; quoad adultos vero certum supponunt infundi gratiam cum sententia communi illius aevi.

Obj. 2.^o Concil. Tridentinum: a) *Tantum volebat definire justitiam esse nobis intrinsecam, non autem esse qualitatem physicam permanentem. b) Et revera nullibi aperte docet esse qualitatem physicam, imo de peccato originali ait: «quod inest unicuique proprium,» atiamen haec inhaerentia non significat qualitatem physicam. Ergo...*

Resp. Ad a) *Trans. antec. vel dist. Expresse et formaliter; conc. Implicite et consequenter; neg. Etenim quamvis non dixerit gratiam sanctificantem esse qualitatem nobis inhaerentem; saltem ea dixit ex quibus clare deducitur, ut ex argumentis thesoro plus quam sufficiente demonstratur.*

Ad b) *Nullibi aperte docet esse qualitatem physicam; dist. Explicite; conc. Implicite; neg. De peccato originali affirmat inhaerere tantum moraliter et non physice, quia peccatum originale, et habituale in genere, non postulat esse quid positivum, nec aliquid tale in documentis fidei insinuatur (1); e contra gratia sanctificans*

(1) Vid. Diquis. II. Theol. XVI. n. 129.

postulat esse aliquid positivum physice, cum sit radix virtutum et operationum supernaturalium, et talia de ipsa in documentis fidei praedicentur, quae non nisi magno et fallaci vocabulorum abusu enti non reali et physico convenire possent.

Obj. 3.^o *«Substantia est nobilior qualitate. Sed gratia est nobilior quam natura animae; multa enim possumus per gratiam ad quae natura non sufficit... Ergo gratia non est qualitas.» Ita objicit Angelicus (1).*

Resp. Cum eodem dist. *min.* Est nobilior quoad modum essendi; neg. Quod esse participativum divinae naturae; conc. «Omnis substantia vel est ipsa natura rei, cuius est substantia vel est pars naturae; secundum quem modum materia vel forma substantia dicitur. Et quia gratia est supra naturam humanam, non potest esse quod sit substantia aut forma substantialis; sed est forma accidentaliter ipsius animae. Id enim quod substantialiter est in Deo, accidentaliter fit in anima participante divinam bonitatem, ut de scientia patet. Secundum hoc ergo, quia anima imperfecte participat divinam bonitatem, ipsa participatio divinae bonitatis, quae est gratia, imperfectiori modo habet esse in anima quam anima in seipsa subsistat; est tamen nobilior quam natura animae in quantum est expressio vel participatio divinae bonitatis, non autem quantum ad modum essendi.»

Obj. 4.^o Cum eodem Angelico (1. c.): «Nulla qualitas remanet postquam desinit esse in subjecto. Sed gratia remanet; non enim corrumpitur, quia sic in nihilum rediret, sicut ex nihilo creatur... Ergo gratia non est qualitas.»

Resp. *Maj. conc.; min. neg.* Eius rationem dist. Non corrumpitur, proprie et ratione sui; conc. Improperie et ratione subjecti; neg. «Ejus est fieri vel corrumpi, cuius est esse; ideo proprie loquendo nullum accidens neque fit neque corrumpitur; sed dicitur fieri vel corrumpi, secundum quod subjectum incipit vel desinit esse in actu secundum illud accidens. Et secundum hoc etiam gratia dicitur creari, ex eo quod homines secundum ipsam creantur, id est in novo esse constituuntur ex nihilo, id est non ex meritis secundum illud (2): *«Creati in Christo Jesu in operibus bonis.»*

119. Obj. 5.^o *«Quaecumque conveniunt gratiae habituali, conveniunt pariter charitati. Ergo non distinguuntur realiter. Antec. prob. Sicut de gratia, de charitate dicitur: a) nos regenerari. Omnis qui diligit ex Deo natus est (3). b) Nos reddi dilectos, gratos Deo. Ego diligentes me diligo (4). c) Peccatum expelli. Remittuntur ei peccata nulla, quia dilexit multum (5).»*

(1) 1. 2. Q. 110, a. 2. (2) Ephes. II, 10.—(3) 1. Jo. IV, 7.—(4) Prov. VIII, 12.—(5) Luc. VII, 47.

Resp. Dist. *anteq.* Conveniunt charitati improprie sumptae pro ipsa gratia; conc. Proprie subdist. Conveniunt in genere causae formalis; neg. In genere causae vel efficientis. vel meritoriae. vel dispositionis. vel propter connexionem charitatis cum gratia; conc. Et juxta hanc distinctionem exponendi sunt allati textus aliique. qui possent afferri; actum enim contritionis perfectae seu charitatis sequitur necessario gratia in peccatore. in justo vero summa illa virtus est caeterarum imperatrix. quae propius et intimius nos Deo conjungit. quaeque suis actibus aliarumque virtutum. quibus dominatur. nostram cum Deo amicitiam et gratiam exterius manifestat; quare non mirum si de illa. quae propria sunt gratiae. aliquo modo sed non formaliter praedicentur.

Obj. 6.^o Conc. Tridentinum (1) ait: «hominem justificari dum eharitas diffunditur in cordibus nostris. Deinde explicans justificationem dicit in illa hominem recipere fidem. spem et charitatem. de gratia tacet; petere «justitiae incrementum» Ecclesiam «cum orat: Da nobis Domine. fidem. spei et charitatis augmentum (2)». Ergo non videtur Tridentinum distinxisse inter gratiam habitualem et charitatem.

Resp. Ad primum dist. Homo justificatur cum charitas diffunditur. ut causa formalis; neg. Ut connexa cum gratia; conc. Ad secundum. describit justificationem facit de gratia. illam potius supponens quam excludens. ex aliis locis; conc. Illam excludens; neg. Vide probationes. «Abstinuit concilium. ait Ripalda (3). in his locis a gratia habituali; tum quia in aliis... ejus meminit; tum quia consulto forsam jam gratiae jam charitatis nomine formam justificationem designat. ut opinionem theologorum de identitate et distinctione reali charitatis a gratia justificanti habituali probabilem reliquit.»

Obj. 7.^o S. Augustinus (4): «Charitas est verissima. plenissima. perfectissimaque justitia. Charitate nullum est isto Deo dono excellentius (5)». S. Leo. P. (6): «Omnis summa virtutum. et totius plenitudo justitiae; de illo amore nascitur. quo Deus proximosque diligitur.» S. Bernardus (7): «Per charitatem maritatur anima Deo.» Ergo...

Resp. Et ad simile argumentum ex Scriptura. charitas improprie dicta est juxta Patres formalis justitia; conc. Proprie dicta. subdist. In genere causae formalis; neg. In genere intimae connexionis; conc. Patres. ait Ripalda (8). sic loquuntur de ipsa charitate actuali. vel quia revera justificat. vel quia ad justificationem dis-

(1) Sess. 6. cap. 7.—(2) Ibid. cap. 10.—(3) De ente super. D. ult. n. 56.—(4) De hum. et grat. c. 42.—(5) De Trinit. l. 13. c. 12.—(6) Serm. 5. Laurent.—(7) Serm. 83 in Cantico.—(8) De ente super. D. ult. n. 58.

ponit connexionem necessariam cum illa. Addit «secundo Patres in Scriptura versatissimos. Scripturae vocibus charitatem non uno modo usurpare; sed jam donum habitus theologici. quo simus dilectores Dei; jam donum gratiae justificantis ab illo distinctum. quo sumus diligibiles Deo intelligere solent. ideoque cum charitati tribuunt gratiae justificantis effectus. non de charitate virtute theologica. sed de gratia habituali ab illa distincta sunt accipiendi.»

Obj. 8.^o «Cuiusque convenit definitio. convenit et definitum. Sed definitiones de virtute... conveniunt gratiae; ipsa enim bonum facit habentem. et opus ejus bonum reddit... Ergo gratia est virtus (1)». Sed si est virtus non potest esse nisi charitas. Ergo.

Resp. Dist. rationem primae *mita.* quoad primum: gratia bonum facit habentem in ordine ad aliquam naturam praexistentem. quam bene disponat ad operandum; neg. Bonum facit conferendo formaliter ipsam naturam supernaturalem elevando naturalem; conc. Quoad secundum etiam dist. Facit opus bonum remote et radicaliter; conc. Formaliter et proxime; neg. «Bonum positum in definitione virtutis dicitur secundum convenientiam ad aliquam naturam praexistentem. vel essentialem. vel participatam; sic autem bonum non attribuitur gratiae. sed sicut radii bonitatis in homine (2)».

Obj. 9.^o Si gratia est qualitas. debet esse habitus vel dispositio; non enim est «forma et circa aliquid constans figura. quia non pertinet ad corpus; neque possibilis qualitas. quae est in parte animae sensitiva... ipsa autem gratia principaliter est in mente; neque est potentia vel impotentia naturalis; quia gratia est supra naturam. et non se habet ad bonum et malum. sicut potentia naturalis.» Sed habitus sunt virtutes supernaturales. Ergo. etc.

Resp. Conc. *maj.* Dist. *mita.* Sunt virtutes supernaturales habitus operativi; conc. Entitativi; neg. Habitus potest esse entitativus vel operativus; primus disponit substantiam in se ipsa ad bene vel male se habendum; alter disponit potentias ad bene vel male operandum. hic proprie dicitur virtus si est bonus. vitium si malus. Gratia habitualis proprie est habitus entitativus. non operativus. D. Thomas dicit esse ehabitundum quandam. quae praecipitur virtutibus infusis. sicut germen principium et radix.»

Obj. 10.^o Quaecumque sunt realiter distincta. possunt absolute a Deo separari. Atqui gratia et charitas separari non possunt. Ergo.

Resp. Dist. *mita.* Separari non possunt metaphysice et de potentia absoluta; neg. Physice vel in hac providentia; conc.

(1) D. Thom. 1. 2. Q. 110. a. 3.—(2) Ibid. ad 2.

Inst. a) Si possent separari, tunc homo habens habitum charitatis sine gratia habituali vel esset amicus Dei vel non. Sed neutrum dici potest; nam si esset amicus, juxta illud: *Ego diligentes me diligo*; habitus charitatis esset forma justificans; si non esset amicus Dei, salutem non obtineret, quod est inconveniens. Ergo. b) R contra si haberet gratiam sine charitate sequeretur haec incommoda: a) Qui in tali statu moreretur gloriam acciperet, quia gratia est semen gloriae; et eam non acciperet, nam 1) *Si charitatem non habuerit nihil mihi prodest*. b) Esset amicus Dei quia esset amabilis Deo per gratiam; et non esset amicus, quia non posset redamare Deum per charitatem. Ergo...

Resp. Ad a) neg. *mis*, et dist. primum membrum *mej*. Si esset amicus amicitia perfecta et proprie dicta; conc. Amicitia imperfecta et improprie dicta; neg. Illud Proverbiorum *Ego diligentes*, etc., intelligitur in hac providentia, in qua Deus dat gratiam et amat amore amabili hominem habentem charitatem. Secundum membrum dist. Salutem non obtineret in hac providentia; conc. sed nego suppositum, nam in hac providentia non possunt separari. In alia non obtineret salutem; neg. vel trans, nescimus enim quid Deus in alia providentia statueret.

Ad b) quoad a) neg. partem negantem et explico rationem. Apostolus ibi loquitur vel de lege ordinaria, vel accipit charitatem sensu improprio, nempe pro ipsa gratia sanctificante. Quoad b) Nego iterum partem negantem, et dist. rationem; non posset proxime conc. Remate; neg. Ut homo sit Dei amicus, opus non est posse, proxime redamare, sed sufficit posse connaturaliter redamare Deum exigendo virtutem proximam redamandi, quod homini conveniret per gratiam habitualement a charitate sejunctam (2).

SCHOLION.

De immediato subjecto gratiae habitualis.

Dico: Gratia habitualis non est in potentia animae, sed in ejus essentia tamquam in proprio subjecto.

120. Ita docent, ait Suarez (3), D. Thomas (4) et omnes auctores, qui ejus sententiam sequuntur, uno excepto. S. Bonaventura (5), qui docuit gratiam esse in voluntate; etiamsi alias teneat esse distinctam a charitate, in quo certe non consequenter loquitur.

Prob. 1.^a Per gratiam regeneramur in filios Dei. Sed generatio

(1) 1^o Cor. XIII, 3.—(2) Vid. Suar. De grat. habit. I, 6, c. 13; Ripalda. De ente super. D. ultim. n. 61.—(3) De grat. habit. I, 6, c. 12, n. 13.—(4) 1, 2, Q. 110, a. 4.—(5) 2, D. 26, Q. 5.

prius terminatur ad essentiam quam ad potentias. Ergo gratia prius est in essentia animae quam in potentia.

2.^a a) Habitus perficiens potentias rationis est virtus. Sed ex dictis gratia non est virtus. Ergo non est habitus perficiens potentias, nec ipsis inheret. Subsumo, sed gratia est prior virtutibus. Ergo debet assignari subjectum prius potentis animae, quod aliud esse non potest quam ipsa anima. Prima *mej*, prob. quia virtutis est perficere potentias ad operandum; perfectio enim mensuratur perfectibili, et potentia est ad operandum, et habitus boni operativus dicitur virtus. b) Videtur consonum rationi, ut sicut perficiuntur potentiae animae donis supernaturalibus, ita ipsamet anima perficiatur. Ergo sicut per potentiam intellectivam homo participat cognitionem divinam per virtutem fidei, et secundum potentiam voluntatis amorem divinum per virtutem charitatis; ita etiam debet convenire, ut per naturam animae participet, secundum quandam similitudinem naturam divinam per quandam regenerationem sive recreationem. Ita D. Thomas (l. c.), c) Suarez (1); Gratia est veluti universalis forma, cui non minus debentur perfectiones intellectus quam voluntatis; ergo de se abstrahit ab utraque potentia; ergo in neutra illarum collocari debet, sed in essentia.

THESIS XVIII.

Per gratiam habitualement efficitur: a) consortes divinae naturae; b) amici Dei; c) ipsius quoque filii adoptivi; d) justi et sancti.

121. a) Nota. I. Multipliciter praedicata tribuunt theologi gratiae habituali ex sacris Litteris, Patribus Ecclesiae et principiis theologis. Comparatione Dei dicitur gratia habitualis participatio divinae naturae, filio adoptiva et amicitia. Comparatione virtutum infusarum «natura quaedam supernaturalis» quae radix sit universalis formaeque virtutum. Comparatione actuum moralium «dignitas et valor ipsorum» Comparatione gloriae «semen et jus haereditarium» ad illam; denique comparatione naturae rationalis antropomastice «gratia, justitia, vita, pulchritudo et mundities ab omni macula peccati lethalis» (2).

II. Tot praedicata gratiae tribuuntur, quia licet unius simplicis formae unus sit effectus formalis adequatus, seu in re ipsa, nihilominus secundum diversos respectus et conceptus potest in plures distingui. Et imprimis formalis effectus sanctificantis gratiae distingui potest in positivum et quasi negativum; nam per gratiam confertur animae aliqua positiva perfectio, per quam veluti renovatur et singulari afficitur pulchritudine, et per eandem mun-

(1) De grat. habit. I, 6, c. 12, n. 12.—(2) Ex Ripalda. De ente super. D. ult. n. 76, 77.

datur, dum macula mortalis culpae ab illa expellitur. Utrumque petebat David, cum dicebat: *Cor mundum crea in me, Deus, et Spiritum rectum innota in visceribus meis*. Ps. L. (1). Agimus in hac thesi de effectibus formalibus positivis.

122. 1.^a Pars. prob. 1.^a S. Petrus (2) priusquam meminisset: *maxima et pretiosa nobis promissa donata*, dixerat: *omnia nobis divina virtutis ad vitam et pietatem donata*, quibus verbis, certo dona gratiae, inter quae primum locum obtinet gratia sanctificans indicantur. Sed subiungit: *et per haec efficiamini divinae consortes naturae, fugientes eas, quae in mundo est, concupiscentiae corruptionem*. Ergo donis gratiae efficiamur consortes divinae naturae, sed non per gratiam actualem, quae non est quid permanens ut est natura; gratia ergo habituali, etc. S. Joannes (3): *Omnia, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet*. Id est, totius participatio divinae naturae non est radix malitiae, sed totius christianae pietatis. Unde Augustinus (2): *Non vivunt homines bene, nisi prius fiant filii Dei*; nempe quia filiatio est radix bene vivendi.

2.^a S. Ambrosius (4): *Quid illa attexam quod hominem Deus divinae fecit naturae consortem, sicut in epistola Petri legimus*. S. Athanasius (5): *Qui filii participes fiunt per spiritum gratiae... Dei participes fieri dicuntur, et hoc est, quod Petrus dixit, ut divinae naturae, etc.*

3.^a Una voce hanc doctrinam tradunt scholastici, quorum princeps D. Thomas saepe saepius repetit, gratiam esse participationem divinae naturae; per ipsam deificari, effici consortes divinae naturae, templum Spiritus sancti, capaces visionis beatificae, etc. Exempli causa in Summa (6): *Donum gratiae excedit omnem facultatem naturae creatae, cum nihil aliud sit quam participatio divinae naturae, quae excedit omnem aliam naturam... Sic enim necesse est quod solus Deus deificet, communicando consortium divinae naturae per quamdam similitudinis participationem, sicut impossibile est quod aliquid igniat nisi ignis (7).*

123. Observatio 1.^a Quoad modum: a) Lessius, qui a Patre Hurter (8) probatur, hanc divinae naturae participationem reperit in unione ipsa cum divinitate, quia est vinculum seu unio inter animam et Spiritum sanctum, qui ratione illius vinculi debet esse substantialiter praesens in anima iusti. In hac sententia

(1) Ex Suarez. Degrat. habit. L. 7. Prooem. n. 1. — (2) II.^a 1, 5. — (3) I.^a II, 9. — (4) Contr. duas epist. pelag. c. 2. — (5) Epist. 45, n. 10. — (6) Orat. 2, contr. arianos. — (6) I, 2, Q. 112, a. 1, in 9. — (7) Vid. 1, 2, Q. 109, a. 5. — (8) Theol. comp. De iusticia, thes. CII, n. 215.

unum est certum, quod ab omnibus admittitur, nimirum gratiam sanctificantem exigere in homine iusto praesentiam. Spiritus sancti, ita ut si Spiritus sanctus non esset in homine iusto ratione immensitatis, esset tamen vi solius exigentiae gratiae sanctificantis: alia vero non sunt admittenda: 1.^a Quia principalis forma, qua efficiamur filii Dei, non esset iuxta hanc sententiam donum creatum, sed ipse Spiritus sanctus, contra ea, ut videtur, quae a concilio Tridentino (1) asseruntur. 2.^a Quia supponit gratiam habitualement non constituere specialem divinae naturae participationem, sed solum esse vinculum et unionem, qua efficiamur divinae naturae consortes contra sensum obvium textus S. Petri (2).

b) Joan. Vincentius, Albelda et plures PP. Dominicani asserunt esse ipsum esse per essentiam, imparticipatum et independens, ac praehabens omnem essendi plenitudinem. Non profunda cum Suarrio (3), nam huiusmodi proprietates sunt incommunicabiles qualitati creatae, quia non possunt participari ab ipsa vel formaliter vel inferiori modo (4).

c) Ripalda (5) docet gratiam participare et sui conformitate referre ea Deitatis praedicata, quae bonitatem moralem Dei permanentem et radicalem constituent, ratione cuius divina natura prona et potens est ad omnes et solas operationes moraliter bonas et repugnans omnibus moraliter malis. Itaque gratia participat Deitatem bonitate morali habituali et universali naturae propriae, cui debita est virtus ad omnes et solas operationes bonas, et repugnat operatio moraliter mala. Haec sententia, si sumatur qua parte excludit sententiam Suarii mox subiciendam, displicet. Etenim gratia habitualis certo non exigit virtutem ad actus tantum naturaliter honestos; haec enim virtus est independens a gratia sanctificante, neque gratia sanctificans aliquo modo ad actus tantum naturaliter honestos concurrat. Quocirca virtus, quae exigitur a gratia sanctificante, est ad agendum honeste in ordine supernaturali; at huiusmodi honestas manet obscura et vaga nisi sequenti sententia declaratur.

d) Suarius fundamentum sumens ex D. Thoma (6) sic exponit: *Cum natura divina sit quaedam intellectualis natura altioris ordinis, quam sit vel esse possit ulla substantia intellectualis creata, ille gradus intellectualitatis, qui est in divina natura, a divino quodam et supernaturali modo participatur per habitualement gratiam, quo quidem modo a nulla substantia creata per se ipsam,*

(1) Sess. 6, cap. 3. — (2) Vid. Lessium, de summ. bono l. 2, c. 1, n. 4. Ripaldam, de ent. super. D. ultim. sect. 8. — (3) De grat. habit. l. 7, c. 10. — (4) Vid. Ripaldam, de ent. supern. D. ultim. n. 100. — (5) Ibid. sec. 9. — (6) I, Q. 93, a. 1.

»vel per potentiam sibi connaturalem participari potest. Quod ex primario objecto divini intellectus declaratur... Divina enim essentia in ratione objecti intelligibilis in se, et per visionem intuitivam ad ipsam Dei essentiam immediate terminatam, adeo est elevata et excellens ratione purissimae actualitatis et immaterialitatis suae, ut a nulla substantia intellectuali possit connaturaliter videri, nisi a se ipsa. Per gratiam vero et dona supernaturalia elevatur natura creata intellectualis ad participationem illius gradus intellectualitatis divinae, in quo possit objectum illud intelligibile divinae essentiae in se intueri. Et ad hunc finem per se primo dantur dona habitualis gratiae, et consequenter ad alios actus ejusdem ordinis illi fini consentaneos.» Haec sententia nobis videtur probabilior, quia participationem fundat in ipso esse intellectuali divinae naturae (1).

Observatio. II.^o Consequenter gratia sanctificans est etiam specialis participatio moralis seu ethica divinae naturae; nam eo ipso, quod ordinat hominem ad attingendum Deum prout est in se repugnat peccato mortali, quo ordinatio illa everterit, et exigit operationes honestas ordinis supernaturali proportionatas; cum haec operationes sint media ordinata et necessaria ad attingendum Deum prout in se est. Jam vero haec important specialem et moralem divinae naturae participationem, quia solus Deus per ipsam suam naturam et repugnat peccato, et exigit agere honeste in omni ordine.

124. b. Amici Dei. **Nota.** Quidquid bonum est, ut tale Deo placet, seu aliquo modo ipsi gratum esse debet; sed hic asserimus hominem per gratiam ita reddi Deo gratum, ut sit ipsius amicus, seu amabilis speciali amore amicitiae. Est contra haereticos protestantes, qui negant dari in homine justo donum aliquod intrinsecum, quo reddatur ita gratus Deo ut fiat divinae amicitiae dignus.

II.^o Pars. Prob. I.^o Concil. Tridentinum (2) dicit justificationem esse translationem sub eo statu, in quo homo nascitur filius »primi Adae, in statum gratiae, et adoptionis filiorum Dei.« Unde addit (3) »ex injusto fit justus, et ex inimico amicus, ut sit haeres secundum spem vitae aeternae.« Et concludit (4): »Sic ergo iustificati, et amici Dei, ac domestici facti, euntes de virtute in virtutem renovantur.«

2.^o S. Paulus (5): *In laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo.* Haec expendens S. Joan.

Chrysostomus (1) ait: «Quomodo enim si quis scabiosum quemdam, et peste ac morbo confectum, statim formosum fecerit juvenem, omnes homines pulchritudine vincentem... Ita nostrum instruxit et ornavit animam, pulchramque fecit, desiderabilem et amabilem... Ita nos etiam fecit gratiosissimos et sibi desiderabiles, *concupiscit enim, inquit, Rex pulchritudinem tuam.*»

3.^o Ut homo per gratiam constituatur Dei amicus requiritur et sufficit, ut per gratiam habeatur in homine dignitas quaedam, ut tali amore diligatur a Deo, et potentia ut ipse homo benevole amet. Atqui utrumque a gratia praestatur. Ergo... *Mef.* patet; nam amicitia perfecta nequit consistere sine redamatione et aliqua aequalitate; ut enim ait S. Hieronymus (2): »amicitia pares aut accipit aut facit (3).« Sufficiunt tamen illa duo; quia Deus prout est ad diligendum amore amicitiae dummodo objectum illo dignum reperitur. *Mia.* quoad primum prob. Homo per gratiam fit; a) particeps divinae naturae; b) justus. Atqui participatione divinae naturae acquirit quaedam proportionem et aequalitatem cum Deo, et iustitia est maxime grata et amabilis illi: *Quoniam Dominus justus est et justitiam dilexit, acquiritatem vidit vultus ejus* (4). Quoad secundum prob. Nam gratia vel est ipsa charitas, ut nonnulli volunt; vel si est ab ipsa distincta, ut propugnativus, illam exigit; unde cum gratia sanctificans infunditur, vi illius infundi debet etiam charitas, Ergo homo justus Deum redamare potest.

125. **Observatio.** Nonnulli catholici (5) contra communem scholasticorum sententiam admittunt quidem donum supernaturale homini intrinsecum et permanent, sed negant donum illud ex natura sua facere hominem Deo gratum et divina amicitia dignum, asserentes hoc convenire gratiae ex divina ordinatione gratiae extrinsecae. Sed ex argumentis satis patet gratiam per se et ex intrinseca natura sua reddere hominem Deo gratum et amicum, et non tantum extrinsece ex Dei acceptatione, ita ut solum sit signum a Deo institutum ad indicandum hominem esse Deo amicum.

Vocatur quidem aliquando in Scriptura et Patribus signum, gratia, sed non exclusive; nam gratis dicitur signum non praecise gratiositatis hominis ad Deum, sed inhabitationis Spiritus sancti in nobis. Praeterea verbis »ex natura sua« solum volumus significare exigentiam gratiae ad modum, quo ignis exigit calorem; unde Deus pro summo quo potitur dominio potest illi exigentiae satisfacere vel non satisfacere; quare ut de facto, gratiam sanctificantem reddere hominem Deo gratum, asserere posimus, oportet nos esse certos divinae acceptationis ad hunc effectum.

(1) Homil. S. in Ephes.—(2) In Mich. L. 2, c. 7.—(3) V. D. Thom. I, 2, Q. 67, a. 5.—(4) Ps. XX, 8.—(5) Ut nominales Ocham, Gabriel, etc.

(1) V. D. Thomam, I, 2, Q. 110, a. 1, 2, Q. 111, a. 5.—(2) Sess. 6, cap. 4.—(3) Ibid. cap. 7.—(4) Ibid. cap. 10.—(5) Ephes. I, 6.

126. c) Filii adoptivi. **Nota.** Adoptio definitur: assumptio gratuita personae extraneae in filium, cum iure ad haereditatem: inde sunt conditiones duae ad rationem adoptionis maxime requisitae, nempe: a) ut ille, qui adoptatur non acceperit ab adoptante naturam per generationem naturalem; b) adoptatum gratuito adoptari, i. e. non habere ex se ius in adoptantis haereditatem. Praesive a modo, ipso gratia nos reddat filios Dei adoptivos, an natura sua; an sola Dei acceptatione, est haec pars de fide.

III. Pars. prob. I. Ex Tridentino, ut in superiore parte prob. I. n. 124.

2. Ex S. Paulo ad Rom. (1): *Non enim accepistis spiritum servitutis sicut in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater). Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.* Ad Ephes. (2) *Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.*

3. S. Ambrosius (3): *Utique sancti Spiritus gratia filios Dei facit.* S. Augustinus (4)... *Deus: Unicum eundem ipsum, quem genuerat, et per quem cuncta creaverat, misit in hunc mundum, ut non esset unus, sed fratres haberet adoptatos. Non enim opus nati sumus de Deo, quomodo ille Unigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venit Unigenitus solvere peccata, quibus peccatis implicabamur, ne adoptaret nos, propter impedimentum aëorum: quos sibi fratres facere volebat, ipse solvit et fecit cohaeredes.*

4. Filiatio Dei adoptiva praeter extraneitatem personae dicit similitudinem naturae et ius ad haereditatem caelestem. Sed utrumque praestat gratia sanctificans. Ergo... *Maj.* ex ipsa definitione adoptionis constat, hac sola differentia a D. Thoma (5) notata: *Hoc plus habet adoptio divina quam humana, quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiae munus ad haereditatem caelestem percipiendam; homo autem non facit idoneum.* *Min.* prob. quoad primum; gratia hominem reddit divinae naturae participem. Sed haec participatio importat similitudinem in natura. Ergo... Praeterea per gratiam regeneramur et nascimur. Atqui per hanc regenerationem et nativitatem habemus similitudinem cum Deo. Probi quoad secundum, nam teste S. Paulo (6): *Quod si filii et haeredes: haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi.* Praeterea per gratiam signati sumus Spiritu sancto, qui est pignus haereditatis nostrae. Atqui signati Spiritu sancto habent ius glo-

(1) VIII, 15, 16. — (2) I, 3. — (3) Q. 1, de Spiritu S. c. 4. — (4) in Joan. traç. 2, c. 1, n. 15. — (5) 3, Q. 23, a. 1, ad 2. — (6) Rom. VIII, 17.

riae coelestis (1); *Signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus haereditatis nostrae.*

127. **Observatio. I.** Cum sententia communiore adversus scotistas dicendum est: gratiam habituales intrinsece et natura sua constituere hominem filium Dei adoptivum, et consequenter haerodem regni caelestis: eruitur ex argumentis allatis, quae ipsi gratiae et justificationi hos effectus tribuunt. Eadem ratione excluditur sententia Petavii et Lessii assertentium personam Spiritus sancti filiationis adoptivae dignitatem conferre.

Observatio. II. Adoptio est effectus pertinens ad missionem invisibilem Spiritus sancti; nam licet sit communis efficienter et realiter toti Trinitati, quemadmodum et inhabitatio, uttamen appropriative solum Spiritui sancto tribuitur sicut omne opus amoris (2).

128. d) **Justi ac sancti. Nota.** Per gratiam reddimur iusti, non iustitia, quae sit tantum virtus specialis, sed ea, quae est interna rectitudo et sanctitas hominis apud Deum. Unde iuxta hanc acceptionem homo est iustus, quia est immunitus a peccato ritueque ordinatus ad vitam aeternam operibus gratia factis consequendam. Sanctus idem significat quod iustus, vel specialiter denotat immunitatem a peccato mortali.

IV. Pars. prob. I. Verbis Tridentini (3): *Justificatio... non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum.* Unde homo ex injusto fit iustus... *Unica formalis causa justificationis est iustitia... qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati... vere iusti nominamur et sumus...*

2. Sacris Litteris, a) gratia ad peccatum comparatur, ut lux ad tenebras, *Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino* (4). b) *Homines iustificati gratis per gratiam ipsius Christi dicuntur.* Sed haec supponunt oppositionem gratiae ad peccatum et ordinationem hominis ad vitam aeternam. Ergo... S. Augustinus ait (5): *Per gratiam sanantur animae oblatione peccati.*

3. Constat evidenter ex articulo sequenti ubi de justificatione et oppositione gratiae cum peccato agendum est (6).

SCHOLION I

De inhabitazione SS. Trinitatis in anima iusti.

129. **Dico.** Spiritus sanctus et tota Trinitas habitant in anima iusti tanquam in templo.

Est assertio certa ex Scripturis, et consecratur, ut mox dicemus

(1) Ephes. 1, 13. — (2) V. D. Thomam. 3, Q. 23, a. 2. — (3) Sess. 6, c. 7. — (4) Ephes. V, 8. — (5) De spiritu et lit. c. 30. — (6) V. Suar. De grat. habit. 1, 7, co. 6, 7, 10, 11.

cum Suarrio. amicitiae Def. S. Paulus ad Rom. (1). *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* S. Joannes (2). *Si quis diligit me, sermonem meum scribet, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et morationem apud eum faciemus.*

Quomodo haec singularis inhabitatio SS. Trinitatis sit distincta ab omnipresentia divinarum personarum, nec confundenda cum aliis effectibus supernaturalibus gratiae, exponit Suarius (3). Per gratiam et charitatem perfectissima quaedam amicitia inter Deum et hominem constituitur. Amicitia vero ex se petit unionem inter amicos non solum per conformitatem affectuum, sed etiam per inseparabilem praesentiam et conjunctionem quoad fieri possit. Unde amicitia perfectissima et maxime spiritualis ac divina suo jure ac debite postulat intimam Dei praesentiam in homine; quem sibi hoc modo amicum constituit per eam existentiam intra ipsum ex vi talis amicitiae, ita ut quavis alio titulo ibi non esset, hic sufficeret. Quia vero haec unio ita est amicitiae, ut tamen non sit omnino inter aequales, sed cum debita proportione, ideo ex vi illius manet Deus in homine ut protector et rector ejus, cuius Deus eam gerit, non solum titulo generalis providentiae suae, sed peculiari titulo amicitiae. Denique quia in hac amicitia semper habenda est ratio divinae majestatis, ideo ita ex vi illius manet Spiritus sanctus in homine ut in amico, cui intime unitur, ut simul maneat sibi tanquam amicus summa reverentia et veneratione colendus, ideoque manet etiam ibi praesens tanquam in templo vivo, quod ipse sibi ornat et praeparat per dona creata ut in illo et ab illo adoraret. Atque hunc certe praesentiae et inhabitationis modum indicant sacrae litterae. S. Paulus ad Corinthios (4) scribit: *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est quod estis vos.*

SCHOLIUM II.

De effectione gratiae habitualis.

130. Dico I. Solus Deus est causa efficax sanctificantis gratiae.

Nota. Constat causam formalem gratiae esse ipsam gratiam sanctificantem; causam finalem, gloriam Dei ac Christi et vitam aeternam; causam efficientem esse solum Deum concedentem omnes theologo, quatenus agit de effectione per propriam et principale principium; nam dari alias causas instrumentalem et meritorium est certum; solum disputant de causa materiali, nempe an gratia sanctificans fiat per educationem vel creationem.

(1) V, 5.—(2) XIV, 2.—(3) De Deo uno et trino, L. 12, c. 7, n. 13, et n. 14, ubi explicat D. Thomam. 1, Q. 43, a. 3.—(4) I^o III, 16, 17; VI, 19.

Prob. 1.^o Regius Propheta (1) habet: *Gratiam et gloriam dabit Dominus;* et exponit Augustinus: «Quam gratiam, nisi qui ipse (Apostolus) dicit: *gratia Dei sum et quod sum?* et quam gloriam, nisi de quo idem dicit: *reposita est mihi corona justitiae.* Apud Paulum ad Romanos (2) sanctificatio, emundatio a peccatis, charitatis infusio tribuitur soli Deo. Atqui sanctificatio et emundatio sunt per gratiam, et eadem vel major est ratio pro gratia quam pro charitate. Ergo solus Deus est causa, etc.

2.^o Gratia est singularis participatio divinae naturae: ergo tantum a divina natura potest fieri ut a principio principali. *Consequentia* prob. Causa principalis est cui effectus primo et per se assimilatur. Sed gratia non facit effectum similem alicui naturae creatae, sed tantum divinae, quia illius tantum participatio est. Ergo tantum a divina natura potest profluere tanquam a principio principali: Confirm. Quia nulla natura inferior potest conferre naturam suam participationem superioris naturae; quomodo enim inferior angelus communicabit homini participationem superioris naturae quam sit sua? Sed omnis natura creata est inferior divina. Ergo non potest communicare propriae participationem divinae naturae, quae est gratia (3).

Omnia haec docuit Tridentinum (4): «Hujus justificationis causae sunt, finalis quidem, gloria Dei et Christi, ac vita aeterna; efficiens vero, misericors Deus, qui gratuito abluat, et sanctificat, signans et ungens Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae; meritoria autem, dilectissimus Unigenitus suus, Dominus noster Jesus Christus, qui cum essemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua santissima passionem in ligno crucis nobis justificationem meruit, et pro nobis Deo Patri satisfecit; instrumentalis item sacramentum Baptismi, quod est sacramentum fidei, sine quo nulli unquam contigit justificationem; demum unica formalis causa est justitia Dei; non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit, qua videlicet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostrae... unusquisque secundum suam mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriam ejusque dispositionem, et cooperationem.»

Dico II. Gratia sanctificans non producit per creationem, sed per educationem ex potentia obediuntiali i. e. elevabilitate animae rationalis ad supernaturalia per Deum.

Est communis opinio contra plures antiquos et prob. 1.^o Auctoritate Angelici, qui (5) aperte negat justificationem fieri creatione; opus aliquod potest dici magnum duplitem: uno modo ex parte modum agendi; et sic maximum opus est opus creationis, in quo ex nihilo fit aliquid; alio modo potest dici opus magnum propter magnitudinem ejus, quod fit, et secundum hoc majus opus est justificatio impii, quae terminatur ad bonum aeternum divinae participationis, quam creatio caeli et terrae, quae terminatur ad

(1) Ps. L. XXXIII, 12.—(2) III, IV, V.—(3) V. D. Thomam. 1, 2, Q. 112, a. 1; 3, Q. 6, 2, a. 1.—(4) Sess. 6, cap. 7.—(5) 1, 2, Q. 113, 2, 9.

«bonum naturae mutabilis.» Sed si non fit creatione, debet fieri educatione ex potentia, etc.: cum agatur de qualitate supernaturali animae inhaerenti. Ergo... Adde instar principii esse apud D. Thomam. (1): «creari est proprium rerum subsistentium.» Sed gratia non est quid subsistens, cum sit accidens. Ergo...

2.^o Concil. Tridentinum (2) statuit gratiam sanctificantem animae inhaerere. Sed quod inhaeret dependet ex subjecto; ergo et gratia sanctificans pendet saltem in conservari ex anima, cui inhaeret. Subsistendo; sed si in conservari etiam in fieri: nam productio rei fit juxta exigentiam rei, quae fit; unde si gratia sanctificans postulat inhaerere, dicendum est etiam fieri per actionem educationem, seu qua determinetur ad inhaerendum subjecto. Praeterea gratia sanctificans ut accidens non potest connaturaliter existere sine subjecto; ergo eodem modo fit et conservatur dependenter a suo subjecto.

131. Dices 1.^o Gratia sanctificans a Patribus creari dicitur, et eum fundamentum in Scripturis. *Cor mundum crea in me Deus* (3). *Induite nos in misericordiam, qui secundum Deum creatus est* (4). Ergo.

Resp. 1.^o cum D. Thoma (5): Gratia juxta Patres et sacram Scripturam creatur: realiter et physice; neg. Moraliter, quia gratuito et nullis meritis proprie talibus datur: conc. 2.^o cum eodem (6), dicitur creari: formaliter; neg. Per quamdam extensionem, quia in nulla causa naturali est virtus producendi gratiam sanctificantem, quae a solo Deo principaliter fieri debet; conc. 3.^o Verbum creari non semper sumitur in Scriptura stricto sensu, sed etiam lato, ut cum ad Ephesios (7) dicitur: *creati in operibus bonis*.

Dices 2.^o Gratia habitualis infunditur; sed quod infunditur non fit per educationem. Ergo...

Resp. Gratia dicitur infundi, quia debet prodci a solo Deo saltem principaliter; conc. Quia non fiat per educationem; neg.

Dices 3.^o In anima rationali non est potentia ad aliquid supernaturale; ergo ex ipsa nequit gratia educi.

Resp. *Dist. antec.* Non est potentia naturalis ad aliquid supernaturale recipiendum; conc. Non est potentia obediens; neg. Haec definiti potest; aptitudo rerum, ut pro arbitrio Dei, ejusque auxilio rebus ipsis indebito, munus impendant, quod naturaliter implere non valent (8).

ARTICULUS II.

De causis, natura et proprietatibus justificationis.

THESIS XXIV.

Fides est necessaria ad justificationem, sed non sola, cum etiam requirantur aliarum vir-

(1) 1, Q. 40, a. 4.—(2) Sess. 6, cap. 7, can. 11.—(3) Ps. l. 12.—(4) Ephes. IV, 24.—(5) 1, 2, Q. 110, a. 2, ad 3.—(6) De potent. Q. 3, a. 8, ad 3.—(7) II, 10.—(8) V. Losada Phys. tract. 2, D. 6, cap. 5.

CAP. III. ART. II. DE CAUSIS, NATURA ET PROPRIETATIBUS JUSTIFICATIONIS 607
tutum actus, qui sunt verae dispositiones ad justificationem.

132. Pars. I.^a Est de fide, et intelligitur de adultis; nam infantes sunt incapaces actus fidei aliarumque virtutum.

Prob. I.^o Ex concil. Tridentino (1): «Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia et adjuti, fidem ex auditu concipientes libere moventur in Deum, credentes vera esse, aequae divinitus revelata et promissa sunt.» Ex Vaticano (2): «Quoniam vero sine fide impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium pervenire; ideo nemini unquam sine illa contigit justificatio.»

2.^o In Scriptura legimus: *Qui vero non crediderit condemnabitur* (3). *Sive fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit* (4). Philippus eunucho Baptismum petenti respondit (5): *Si credis ex toto corde, licet.*

3.^o Ex Patribus sit testis S. Augustinus (6): «Sine ipsa [fide] neque in hoc saeculo, justificationis quisquam consequitur gratiam.»

133. II.^a Pars: sed non sola cum etiam requirantur aliarum virtutum actus, prob. I.^o Ex Tridentino verbis primae partis subjungente: «et dum peccatores se esse intelligentes, a divinae justitiae timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes, Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tamquam omnium justitiae fontem diligere incipiunt: nec propterea moventur adversus peccata per odium aliquid et dejectionem, hoc est, per eam poenitentiam, quam ante Baptismum agi oportet; denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, et servare divina mandata.» Ubi praeter fidem, requirit spem et poenitentiam.

2.^o Scriptura probat ipsum Tridentinum (II. c.): *Confido, fili, remittantur tibi peccata tua* (7). *Tyriorum Domini expellit peccatum* (8). Et *Poenitentiam agite* (9). Ergo praeter fidem, etc.

3.^o S. Augustinus (10): «Potest aliquis dicere non se peccare, non autem sibi esse, si peccaverit, poenitentiam, nulla barbaries dicere audebit.»

Quod non sola, probatur etiam directa contra novatores: I.^o definitione Tridentinae concil. (11): «Si quis dixerit sola fide im-

(1) Sess. VI cap. 6.—(2) Const. *De Filiis*, cap. 3.—(3) Mat. c. XVI, 26.—(4) Hebrae. XI, 6.—(5) Act. VIII, 37.—(6) Serm. 38 de tempore.—(7) Matt. II, 9.—(8) Eccl. i, 27.—(9) Matth. III, 2.—(10) L. de duob. animab. n. 32.—(11) Sess. 6, can. 9.

»pium justificari, ita ut intelligat, nihil aliud requiri, quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, et nulla ex parte »neceesse esse, eum suae voluntatis motu preparari atque disponi: »nuncthema sit.»

2.^a S. Jacobus (1): *Fides sine operibus mortua est.* Atqui si sola fides justificaret, multum sola profecisset, neque sine operibus mortua esset. Ergo... Etiam credentes possunt esse fornicarii, adulteri... qui tamen regnum Dei non possidebunt (2). Ergo sola fides, etc.

3.^a S. Augustinus (3): *Fides sine charitate potest quidem esse, sed non et proficere.* S. Leo. M. (4): *Quamvis magnum sit habere fidem rectam suamque doctrinam, et multa laude digna sit circumcisio gulae, lenitas mansuetudinis, puritas castitatis, nullae sunt tamen omnes aliae charitate virtutes.»*

4.^a *Sola fides justificaret vel ex natura et excellentia ipsius fidei, vel ex voluntate Dei, praeter fidem aliud non requirentis ad justificationem.* Sed non primum, quia charitas est fide excellentior: *Major autem horum est charitas* (5); nec alterum, ut constat ex proxime dictis. Ergo...

134. III.^a Pars, tamquam verae dispositiones. Dispositio seu adaptatio animae ad recipiendam gratiam sanctificantem potest excogitari vel physica per aliquam formam seu qualitatem, quae manens in anima ipsam disponat ad gratiam sanctificantem; vel moralis per aliquos actus entitative supernaturales, qui per modum meriti animam ad gratiam sanctificantem suscipiendam praeparant. Physica ut non necessaria communiter a theologis negatur, nam neque requiritur ex conceptu gratiae habitualis in genere, neque ex conceptu gratiae habitualis nobilioris seu sanctificantis; non primum, quia daretur processus in infinitum; nam quaelibet gratia habitualis aliam supponeret, quae posteriori animam praepararet, ita ut nunquam possibile esset devenire ad primam gratiam habitalem, quae aliam praecedentem non exigeret. Non alterum: quia nulla apparet necessitas alterius formae habitualis animam disponentis ad gratiam sanctificantem; ergo non admittenda, juxta illud tritum principium, non multiplicanda entia absque necessitate, praesertim cum pro existentia talis formae nulla afferatur solida ratio.

II. Moralem aliquam dispositionem necessariam esse pro adultis in stato peccati versantibus (6), est fide certum: a) Ex concilio Tridentino (7): *Per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam*

(1) II, 26.—(2) I. Corinth. VI, 10.—(3) De Trin. L 15, c. 18.—(4) Serm. 48, c. 3 (10 de Quadrages).—(5) I. Corinth. XIII, 13.—(6) De his enim solum agimus, ut notatum est in prima parte, nec in praesenti providentia danter homines puri justificandi.—(7) Sess. 6, cap. 5, 6 et 7. Item. can. 3, 4.

»ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, si gratiae »libere assentiendo et cooperando disponatur. Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, et adjuti, fidem »ex auditu concipientes...» Hunc dispositionem seu praeparationem justificatio ipsa consequitur. b) Ex S. Augustino (1) cum communi Patrum sententia: *Qui fecit te sine te, non te justificat sine te... Fecit nescientem justificat volentem.»* c) Ex pluribus Scripturae locis inter quae illud seligo (2): *Convertimini ad me, ait Dominus exercituum, et convertet ad vos.* Et certe cum homo peccando voluntarie se averlat a Deo, et justificatio maximum sit donum Dei, et hominis bonum, non expedit ei conferri, nisi ipse libere et per actus gratiae factos ad Deum se convertat, atque ad tantum bonum recipiendum se disponat (3).

III. Dispositio est proxima si conjuncta est cum forma et ab illa non separatur quoad realem durationem; quia simul ac talis dispositio existit, forma infunditur. Est remota: quae licet aliquo modo ad formam praeparat, de se tamen est insufficientis, nec forma infunditur nisi mediante ulteriore dispositione. Remota est etiam duplex: una, quae per se requiritur et est necessaria ad justificationem uti sunt actus fidei, spei; altera, quae licet non requiratur, si tamen adest conducit ad justificationem obtinendam, v. g. elemosyna, quae a *morale liberali* (4). Constat totum ex Tridentino (5), cum distinguit inter contritionem perfectam et minus perfectam, ita ut priori, non vero posteriori, statim gratia conjungatur (6). Utraque dispositio et proxima et remota debet consistere in actibus supernaturalibus et liberis; supernaturalibus; quia dispositio ad aliquid supernaturale postulat ejus esse ordinis ad quod disponit, cum ea, quae sunt ordinis naturalis nullum dicant ordinem ad supernaturalia: liberis; quia ita asserit Tridentinum (not. II) et postulat ratio, quam ita proponit Angellicus (7): *Deus... movet omnia secundum modum uniuscujusque; sicut in naturalibus videmus quod aliter moventur ab ipso gravia, et aliter levia propter diversam naturam utriusque.* Unde et hominem ad justitiam movet secundum conditionem naturae humanae. Homo autem secundum propriam naturam habet quod sit liberi arbitrii. Et ideo in eo, qui habet usum liberi arbitrii non fit motio a Deo ad justitiam absque motu liberi arbitrii; sed ita infundit donum gratiae justificationis, quod etiam simul cum hoc movet liberum arbitrium ad donum gratiae acceptandum in his, qui sunt hujus motionis capaces.»

135. Prob. 1.^a Ex not. II et III, dispositio moralis praeparans ad

(1) De verb. Apost. serm. 15, c. 11, n. 13.—(2) Zachar. I, 3.—(3) V. D. Thom. a. m. 1, 2, Q. 112, a. 2.—(4) Tob. XII, 9.—(5) Sess. 14, cap. 4.—(6) V. Vol. III, Disquis. V. n. 132.—(7) I, 2, Q. 113, a. 3.

gratiam justificantem suscipiendam consistit in actibus supernaturalibus et liberis hominis se convertentis ad Deum. Sed hujusmodi actus continentur, et sunt recensiti in prima et secunda parte. Ergo praeter fidem alii quoque actus spei, poenitentiae, sunt verae dispositiones ad justificationem.

2.^o Ex concil. Tridentino (1) cum describit justificationis ordinem; vide supra n. 132, 133 prob. 1.^o

THESIS XXV.

Fides necessaria ad justificationem est illa, qua veritates a Deo revelatas credimus, non fiducia remissorum nobis peccatorum.

136. Est contra Lutherum et Calvinum, qui errorem errori addentes, cum dicerent solam fidem justificare non intelligebant fidem, qua credimus veritates a Deo revelatas propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, sed fiduciam quamdam nobis persudentem peccata nostra esse remissa propter merita Christi. Hujusmodi fiducia non constituit justificationem, neque ex sua dignitate ad eam disponit; est veluti instrumentum, quo apprehenditur justitia Christi sive alicui haec applicatur, non secus ac manus pauperis est instrumentum elemosynam suscipiendi.

1.^o Pars, Prob. 1.^o Ex Tridentino sess. 6, cap. 6. supra, n. 132. Accedit Vaticanum (2) de fide, «qua Dei aspirante et adjuvante gratia, ab eo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem Dei revelantis.» statuens cum Apostolo: «Quoniam vero sine fide impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium pervenire, ideo nemini unquam sine illa contigit justificatio.»

2.^o Praedicatio, dixit Christus (3), evangelium omni creaturae. Qui crediderit, et baptizatus fuerit salvus erit. Joannes scripsit Evangelium testatur (4): ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei; et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. Quid Apostolus hebraeos (5) docuerit, nuper ex Vaticano audivimus. Sed in his testimoniis aliisque, quae afferri possent; a) est sermo de fide requisita ad justitiam, ut ex contextu patet; b) agitur de fide, qua credimus veritates a Deo revelatas, quae ut credendae proponuntur. Ergo...

3.^o Ex Patribus, S. Augustinus (6): «Quidquid narras, ita

narras, ut ille cui loqueris audiendo credat, credendo speret, sperando amet.» Ubi describens justificationis processum incipit a fide, qua credimus nobis enarrata.

4.^o Cum S. Thomas (1): «Sicut dictum est... motus liberi arbitrii requiritur ad justificationem impii, secundum quod meus hominis movetur a Deo. Deus autem movet animam hominis convertendo eam ad se ipsum... Et ideo ad justificationem impii requiritur motus mentis, quo convertitur in Deum. Prima autem conversio in Deum fit per fidem, secundum illud ad Hebraeos (2): «Accedentem ad Deum oportet credere quia est. Et ideo motus fidei requiritur ad justificationem impii.»

137. II.^o Pars, Prob. 1.^o Definitionibus concil. Tridentini sess. 6, can. 12: «Si quis dixerit, fidem justificantem nihil aliud esse, quam fiduciam divinae misericordiae peccata remittentis propter Christum, vel etiam fiduciam solam esse, qua justificamur; anathema sit.» Can. 13: «Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certo, et absque ulla haesitatione propria infirmitatis, et indispositionis, peccata sibi esse remissa; anathema sit.» Can. 14: «Si quis dixerit, hominem a peccatis absolvi, ac justificari ex eo, quod se absolvi, ac justificari certo credat, aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credat, se esse justificatum, et hac sola fide absolutionem, et justificationem perfici, anathema sit.»

2.^o Argumentis primae partis, quibus positive constat fidem necessariam ad justificationem esse fidem veritatum revelatarum; non fiduciam, cujus necessitas nec ex ipsa rei natura, ut ipsi haeretici concedunt, nec ex Scriptura et traditione probari potest.

3.^o Non potest esse objectum fidei, quod nec est revelatum, nec certum. Sed de lege ordinaria propria justificatio non est revelata sed incerta ut deinde probabimus. Ergo...

138. Obj. 1.^o Paulus ad Rom. (3) ait: Justus ex fide vivit. S. Joannes (4): Omnis qui credit, quoniam Jesus est Christus ex Deo natus est. Ergo si quis credit, fide vivit, justus est, ex Deo natus est.

Resp. Explico antec. Ex fide sola sine operibus vivit, est justus, natus ex Deo; neg. Ex fide charitate formata, ac proinde cum operibus; conc. Est res clarissima ex alijs Scripturae locis. Jacobus (5) expressit: Fides si non habeat opera, mortua est. Ipse Paulus (6): Si habueris omnem fidem, ita ut montes transferas, charitatem autem non habueris... nihil tibi prodest. Joannes (7): Qui non diligit manet in morte.

(1) 1, 2, 115, z. 4.—(2) XI, 6.—(3) I, 17. Vid. Act. 1 p oet. X, 43; XIII, 39.—(4) 1.^o V, 1.—(5) II, 17.—(6) I, Corinth. XIII, 2.—(7) 1.^o III, 14.

(1) Sess. 6, cap. 6.—(2) Constit. Dei Filius, cap. 3.—(3) Marc. XVI, 15.—(4) XX, 31.—(5) XI, 6.—(6) De catech. rud. c. 4, n. 8.

Obj. 2.^o Christus D. verbis: *Fides tua te salvum fecit*, non semel (1), soli fidei tribuit salvationem seu justificationem. Ergo...

Resp. Neg. *anteq.* vel dist. Sola fidei fiducialis, vel fidei sine operibus; neg. Cum his; conc. Christus non uno sensu ea verba protulit, aliquando significant liberationem ab infirmitate corporis, aliquando a peccatis et infirmitate animae; verum in ipsa consequitione sanitatis corporae praeter fidem adhibebantur rogationes aliquae virtutum actus; similiter in impetratione justificationis accidebat; sic in conversione Magdalenae, quamvis Christus dixerit: *Fides tua te salvam fecit*, addidit (2): *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit.*

Obj. 3.^o Paulus excludit opera ad justificationem consequendam, nam ait (3): *Quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo... Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis.* Ergo.

Resp. Dist. *anteq.* Excludit opera naturalia et legis mosaicae jam abrogatae; conc. Alia virtutum opera gratiæ facta; neg. Hoc ultimum est manifestum ex responsione ad obj. 1.^o Opera legis naturalis et mosaicae cum suis caerimoniis ad nihil, abrogata veteri lege, inserviebant, immo ante legis abrogationem ex se sine gratiæ ad justificationem non conducebant, non secus ac opera mere naturalia. Scopus enim Pauli erat demonstrare justificationem haberi per fidem et gratiam Christi, ne proinde quaecumque fierent independentes a fide et gratia Christi nihil prodesse ad justificationem, neque ipsam legis mosaicae observantiam jam quidquam valere.

Obj. 4.^o Aliqui SS. Patres affirmant solam fidem sine operibus salvare homines. S. Hilarius (4): *Fides sola justificat.* S. Basilus (5): *Novit se ipsum verae justitiae indignum, sola autem fide in Christum justificatum.* S. Joannes Chrysostomus (6): *Latro credidit tantum, et justificatus est.* S. Augustinus (7): *Quantalibet fuisse virtutis antiquos praedices justos, non eos salvos fecit, nisi fides mediatoris.* Similia proponuntur ex SS. Ambrosio, Leone et Bernardo. Ergo sine operibus sola fides, etc.

Resp. Nullus SS. Patrum loquitur in sensu haeticorum i. e. exclusivum aliorum bonorum operum gratiæ factorum v. g. spoi, poenitentiae, quae fidem complement; sed exclusivum alicujus rei impertinentis, vel non necessariae saltem pro tunc ad justificationem ob-

(1) Luc. VII, 50; XVII, 19; XVIII, 42, etc.—(2) Luc. VII, 47—(3) Rom. III, 20, 28. Etiam IV, 2; Ephes. II, 8.—(4) In Matth. c. 8, n. 6.—(5) Homil. de humilitate, n. 3.—(6) Homil. de fide et lege naturalis, n. 1.—(7) L. 1, ad Rom. c. 21. De sanctis, V. T.

tinendam, ut ex eorum contextu eluceat. Quare vel loquuntur: a) de operibus legis Mosaicae, ut Hilarius, qui tamen in eodem opere ait (1): *Salus gentium, omnis in fide est, et in praecipuis Domini vita est universorum.* Eodem modo explicandus est S. Joan. Chrys. homil. 3. in ep. ad Tit. n. 2. b) vel de operibus naturalibus sine gratiæ ut Basilus et Augustinus, c) vel de operibus externis poenitentiae pro circumstantiis, ut Chrysostomus et Bernardus (2, d) vel nomine fidei intelligunt absolute fidem vivam, de qua Cyprianus (3): *Crederet se in Christum, quomodo dicit qui non facit quod Christus facere praecipit?* aut relative ad religionem christianam ejusque doctrinam falsis sectis oppositam, quae unice salvifica est, Ita S. Leo (4): *Sola fides catholica vivificat et sanctificat.*

Obj. 5.^o Justificatio fit gratis, ut testatur Apostolus (5): *Justificati gratis per gratiam ipsius, et docet Tridentinum sess. 6, cap. 8. Sed non fieret gratis si esset aliquibus operibus oblatenda.* Ergo...

Resp. Dist. *anteq.* Fit gratis, nullo merito naturali praecedente; conc. Nullo merito gratiae, subdit. Mediate et radicaliter in prima gratia omnino gratuita; conc. Immediate et proxime, iterum subdit. In infantibus; conc. In adultis, adhuc subdit. Nullo merito condigno seu justitiae praecedente; conc. Nullo congruo, quatenus ipse Deus statuit morale dispositionem debere praecedere justificationem; neg. *Minorem* dist. Non fieret gratis si justificatio tribueretur operibus naturalibus aut merito de condigno; conc. Si operibus gratiæ prorsus indebita factis et dispositioni morali congruae; neg. Nec alium sensum faciunt textus objecti.

Obj. 6.^o Fides ad justificationem requisita est fiducia nam: a) Fides ab Apostolo definitur (6): *specularum substantia in græce vocatur; verum.* Sed *verum*; significat expectationem, Ergo... b) Christus D. paralyticum ad justificationem disposuit his verbis (7): *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Ergo...

Resp. Neg. *anteq.* Nam quamvis ad justificationem requiratur fides et spes, nullibi tamen exigitur firma et indubitata persuasio de remissis sibi peccatis, ut ex probationibus claret.

Ad a) nihil impedire ex contextu, ut verbum graecum *ὁρῶντες*, quod tres Scripturae probatas habet significationes, essentialis, fundamenti, expectationis, sumatur pro fundamento, imo et congruentius et melius, cum fides sit re vera fundamentum, quo firmiter divinas promissiones credimus (8).

(1) In Matth. c. 7, n. 4.—(2) Op. 10 de bapt. c. 2, n. 9.—(3) De unit. Eccles. n. 2.—(4) Ep. 70. Vid. Bellarm. De Justific. L. 1, c. 25.—(5) Rom. III, 24.—(6) Hebraeae, XI, 1.—(7) Matth. IX, 2.—(8) *ὁρῶντες*; sumitur pro

Ad b) Explicio, disposuit excludens fidem veritatem revelatarum; neg. Includens; conc. Et certe spes a Christo requisita non erat fiducia haereticorum seu firma sine ulla haesitatione persuasio de remissis sibi et non imputatis peccatis, sed confidentia remissionem peccatorum obtinendi. Consule Suarium, De gratia habituali, l. 8, cc. 21, 22.

SCHOLIUM

Qui actus virtutum praeter fidem sint necessarii ad justificationem.

139. Dico: Praeter fidem sunt necessarii ad justificationem: a) Actus spai; b) timoris; c) dilectionis Dei, detestationis peccati et propositi emendationis.

In omnibus et certa theologorum sententia. Prob. quoad a) 1.^o Ex Proverb. (1) *Qui vero sperat in Domino sanabitur*. Ex Psalmis (2): *Quantum in me speravit liberabo eum*. Et cum Apostolo (3): *Sic enim salvi facti sumus*,

tenent Job, XXII, 20; Ruth I, 12; Sap. XVI, 21. S. Thomas habet sensum ita praesenti loco aptat: «Substantia potest exponi casualiter, et tunc habet duplicem sensum. Unam quod (fides) est substantia i. e. factus in nobis substatore res speranda, quod facit duobus modis; uno modo quasi mensurando, visio enim est merces fidei. Alio modo quasi per suam proprietatem representatiter faciat quod id quod eroditur futurum in re, aliquo modo iam habebatur, dummodo credat in Deum.» Sumitur pro fundamento, Ezech. XXVI, 11; Nahum II, 7. Ita sentiunt Salmeron, Justiniani, Klee, Van Steenkiste. Sumitur pro expectatione Jerem. XXIII, 22; Ezech. XIX, 5; Hebrae. III, 14. Aliqui moderni Beelen, Maier, Bisping hanc praefert interpretationem: a) ut convenientiorem textui allato a S. Paulo (X, 38) ex Habacuch (II, 4); in hebraeo: *et factus in fide tua vivet*, ubi in fide est fiducia (saltem probabiliter) seu firma expectatio promissae a Deo liberationis per Cyrum; quoniam quo sensu fides (certa) alimendū sit apud Paulum non ex Habacuch, sed ex contextu ipsius Pauli est determinandum, nam S. Paulus (X, 38) non premit sensum litteralem, sed eum ad conceptum suum accommodat. b) Quis in exemplis subsequentibus Patriarcharum Noe etc. agit de firma expectatione alicujus rei a Deo praenuntiate. Illi, qui obijciunt eam favere haereticis, respondent sensum haereticum excludi verbis subsequentibus (177): *de fixatione argumentum non apparuit*, quae et se et conjuncta cum vv. 3, 6, 7 impoñant firmam mentis adhesionem veritatis revelatae. Nihil porro obstat, addunt, S. Paulus hic sub nomine fidei intellexisse fidem intellectus conjunctam cum fiducia voluntatis ea hac fide procedente. Ita ex Corin. S. J. (Spicilegium dog. biblic. V, 2 in trac. de fide), qui amplectitur primum sensum, cum ob contextum orationem, tum ob auctoritatem antiquorum, nempe version. syriacae, Patrum graec. Chrys. Theodoret. Theophil. Oecum. etc.

(1) XXVIII, 25.—(2) P. 1. XC, 14.—(3) Rom. VIII, 25.

2.^o S. Ambrosius (1): «Nemo potest bene agere poenitentiam, nisi qui speravit indulgentiam.»

Quoad b) prob. 1.^o Ecclesiastici sententia (2): *Timor Domini expellit peccatum; nam qui suo timore est, non poterit justificari.*

2.^o S. Augustinus (3): «Rarissime accidit, imo vero nunquam, ut quisquam, veniat volens fieri christianus, qui non sit aliquo Dei timore percussus (4).»

Quoad c) prob. 1.^o Magdalene dixit Christus (5): *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. In Ecclesiastico legitur (6): *Fili peccasti, non adjuvisti iterum; sed et de pristinis deprecere, ut tibi dimittantur*. Et apud Lucam (7): *Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.*

2.^o Prob. haec pars et omnes aliae simul ex Tridentino sess. 6, cap. 6, ubi accuratissime modum praeparationis ad justificationem tradit, nec alios a recensitis exigit actus. «Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, et adjuvi, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse, quae divinitus revelata et promissa sunt, atque illud in primis, a Deo justificari impium per gratiam ejus, per redemptionem, quae est in Christo Jesu; et dum peccatores se esse intelligentes, a divinae justitiae timore, quo utiliter concutuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes, Deum, sibi propter Christum propitium fore, illumque tanquam omnis justitiae fontem diligere incipiunt; ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquid et detestationem, hoc est, per eam poenitentiam, quam ante Baptismum agi oportet; demum dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, et servare divina mandata.»

Quomodo hi actus cum vel sine sacramento sint necessarii ad justificationem vide Vol. III. Disq. de Poenitentia Thes. V. XII. XIV et XXI ad XXIV.

THESIS XXVI.

In justificatione impii vere remittuntur peccata, et insuper fit interioris hominis renovatio per susceptionem gratiae et donorum.

140. Nota. Ex S. Thoma (8): «Cum autem justitia de susceptione importet quandam rectitudinem ordinis, dupliciter accipi potest: uno modo secundum quod importat ordinem rectum in

(1) De Poenit. l. 1, c. 1, n. 4.—(2) I, 27, 28.—(3) De catech. rudib., c. 5.—(4) Graves auctores ut Arringa (D. 50, sect. 3) Ripalda (De cent. super. D. ultim. sect. 33) docent actus spei et timoris requiri ordinarie, non tamen extraordinarie, seu ita ut contingere non possit, aliquem ita a Deo illuminari et moveri, et statim sine ulla scilicet praevia peccatorum detestetur motivo charitatis perfectae, quae statim justificat. (Fident. sess. 14, cap. 4.)—(5) Luc. VII, 47.—(6) XXI, 1.—(7) XIII, 3.—(8) 1, 2, Q. 113, a. 1.

ipso actu hominis; et secundum hoc iustitia ponitur virtus quaedam... Alio modo dicitur iustitia, prout importat rectitudinem quamdam ordinis in ipsa interiori dispositione hominis, prout scilicet supremum hominis subditur Deo, et inferiores vires animae, subluntur suprae, scilicet rationi... Haec autem iustitia in homine potest fieri dupliciter; uno quidem modo per modum simplicis generationis, qui est ex privatione ad formam; et hoc modo iustificatio posset competere etiam ei, qui non esset in peccato, dum huiusmodi iustitiam a Deo acciperet, sicut Adam dicitur accepisse originalem iustitiam. Alio modo potest fieri huiusmodi iustitia in homine secundum rationem motus, qui est de contrariis in contrarium, et secundum hoc iustificatio importat transmutationem quamdam de statu iniustitiae ad statum iustitiae praedictae. Et hoc modo loquimur hic de iustificatione impii... Et quia motus denominatur magis a termino *ad quem*, quam a termino *a quo*; ideo huiusmodi transmutatio, qua aliquis transmutatur a statu iniustitiae ad statum iustitiae per remissionem peccati, sortitur nomen a termino ad quem, et vocatur iustificatio impii. Protestantes, quos jam supra (1) refutavimus contendunt catholicos sanctificationem cum iustificatione confundere, et tribuere iustificationem ea, quae aliis donis referenda sunt; ideo specialiter hanc thesiam, quae est fidei, contra eos statuimus. Volunt enim peccata non remitti, sed tegi iustitiae Christi imputatione.

1.^a Pars. Prob. 1.^a Tridentinum definit (2): «Si quis per Jesu Christi D. N. gratiam, quae in Baptismate (idem intellige de qualibet iustificatione, gratia enim justificans una est) confertur, reatum originalem peccati remitti negat; aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram et propriam peccati rationem habet, sed solum dicit tantum radi, aut non imputari, anathema sit.» Eandem veritatem iterum affirmat, cum ait (3): «...praeparationem (ad iustificationem) iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio, » ergo est etiam peccatorum remissio. Deno eam repetit (4), cum statuit satisfactionem esse necessariam; non quidem pro poena aeterna; quae vel sacramento, vel sacramenti voto una cum culpa remittitur, sed pro poena temporali, quae... non tota semper... dimittitur...»

2.^a Scriptura videtur omni vocabulorum genere, quibus vera peccatorum remissio exprimi et evidens fieri potest. Proferam insigniora testimonia ex multis, quae Bellarminus (5) collegit. Ex veteri testamento: Isaias (6): *Delevi ut nubem iniquitates tuas,*

et quasi nebulam peccata tua. David (1): *Asperges me hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor... Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras,* etc. Ex novo Testamento: S. Joannes (2): *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi... Sanguis Jesu Christi Filii ejus emundat nos ab omni peccato.* In Act. Apostol. (3): *Convertimini et deleantur peccata vestra.* Apostolus ad Corinth. (4): *Hoc quidem factis, sed abluti estis, sed sancti facti estis, sed iusti facti estis.* Et ad Ephes. (5): *Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino,* etc.

3.^a S. Joannes Chrys. (6): «Ka sola (gratia) sordes meas, perfecte abstergere, ac nivis candorem mihi conciliare potest.» S. Gregorius (7): «Si qui sunt, qui dicunt, peccata in baptismo superficie tenus dimitti, quid est hac praedicatione infidelius?»

4.^a Si in iustificatione vere peccata non remitterentur, id esset vel quia Deus non potest, vel quia non vult remittere. Atqui neutrum dici potest. Ergo... *Mia*, quoad primum prob. Remittere peccata est destruere totum illud quod remanet ex actu peccati et peccati rationem habet, quidquid tandem illud sit. Atqui Deus totum id destruere potest quod actus peccati potuit introducere; tum quia non est potentius peccatum quam Deus, tum etiam quia in hoc nulla repugnantia excogitari potest, alioquin peccatum semel commissum etiam in beatitudine maneret, contra illud Apocalyp. (8): *Non intrabit in eam aliquid coquinatum.* Eadem *mia*, prob. quoad secundum, a) Deum non habere voluntatem remittendi peccata est contra ipsius revelationem, quae hominibus peccatoribus remissionem promittit si ad ipsum convertantur, et quidem omni exaggeratione, qua explicari potest vera remissio peccatorum cum destructione peccati, b) Detrahitur haeretica sententia verae et copiosae Christi redemptioni; non enim venit Christus ut nos a poenis peccatorum solum liberaret, sed maxime ut malignam ipsam et iniquitatem peccati a nobis auferret, c) Nullum adest neque apparens fundamentum ad huiusmodi voluntatem Dei denegandam (9).

141. II.^a Pars, jam est probata Thesi XX, sed ulterius prob. 1.^a Concil. Tridentino (10): «Haec dispositionem, seu praeparationem iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed et iustificatio, et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum.»

(1) Thes. XX, XXII. — (2) Sess. 5, can. 5. — (3) Sess. 6, cap. 7. — (4) Ibid. cap. 14, can. 30. — (5) De iustific. L. 2, c. 7. — (6) XLIV, 22.

(1) Ps. XII, 15; L. 9; CII, 12. — (2) I, 29; I, 1, 7. — (3) III, 19. — (4) I, VI, 11. — (5) V, 27. — (6) Homil. 2 in Ps. L. n. 8. — (7) L. 11, ep. 45. — (8) XXI, 27. — (9) Vid. S u a r. De grat. habili. L. 7, c. 10, n. 7, 8. — (10) Sess. 6, cap. 7.

2.^o Insigni S. Pauli testimonio (1): *Bramus enim aliquando et nos insipientes, increduli... sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per locutionem generationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, haeredes simus secundum spem vitae aeternae.*

3.^o S. Augustinus (2): «Quemadmodum in illo (in Christo) vera mors facta est, sic in nobis vera remissio peccatorum, et quemadmodum in illo vera resurrectio, ita in nobis vera justificatio.»

4.^o Rationibus: a) Non ideo solum impius justificatur, ut gehennae poenas evadat, sed ut coelestem vitam habeat. *Nunc vero*, dicit Paulus (3), *liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam.* Atqui sola remissio peccatorum liberat a poenis, non vero tribuit gloriam seu mercedem, ut forense iudicium quotidie ostendit. Ergo... b) Per justificationem non tantum fit homo non malus seu non peccator, sed etiam fit bonus et sanctus. Sed homo non fit bonus et sanctus per extrinsecam denominationem, nec per solam imputationem iustitiae aeternae. Ergo necesse est ut iustitia per quam homo sanctificatur sit forma intrinsece inhaerens et informans hominem. c) Per justificationem homo fit amicus Dei, vere justus, haeres gloriae, et haec omnia in ordine supernaturali. Sed ad haec omnia, necessaria est infusio gratiae; nam gratia est illa res, quae in nobis producit huiusmodi effectus. Ergo... *Maj.* et *min.* constant ex Thes. XXIII, insuper confirm. ex damnatione propositionis Baji 42: «Iustitia, qua justificatur per fidem impius, consistit formaliter in obedientia mandatorum, quae est operum iustitia; non autem in gratia aliqua animae infusa, qua adoptatur homo in filium Dei et secundum interiorem hominem renovatur ac divinae naturae consors efficitur, ut, sic per Spiritum sanctum renovatus, deinceps bene vivere et Dei mandata obedire possit.»

Nota. Quae dona cum gratia accipiat anima, partim Thes. XXIII declaratum est, partim ubi de virtutibus supernaturalibus, complebitur. De donis Spiritus sancti vide Vol. III, Disq. III, De Confirmatione; in appendice a n. 48 ad p. 51.

142. Obj. 1.^o Ex Scriptura: a) Verba Psalmistae (4): *Beati, quorum remissioe sunt iniquitates: et quorum tecto sunt peccata.* b) Pauli ad Rom. (5): *Credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundum propositum gra-*

(1) Ad Tit. III, 7-7.—(2) *Enchir.* c. 52.—(3) Rom. VI, 22.—(4) Ps. XXXI, 1.—(5) *IV*, 5.

tiae Dei. Ergo peccata teguntur, non remittuntur; iustitia fidei reputatur, non vere datur seu inheret animae credentis.

Resp. Neg. utramque consequentiam: nam quoad a) legi respectu peccatorum est verbum metaphoricum, e contra remitti verbum proprium, quare cum utrumque de peccatis asseratur, verbum metaphoricum proprie est interpretandum, non vice versa juxta regulas hermeneuticas. Adest in praesenti specialis ratio sic interpretandi, nam in Scriptura, ut conquire licet ex probationibus, pluries dicuntur peccata deleri, remitti, tolli, etc., quam tegi. Ergo illud *quorum tecto sunt peccata* est tantum diversus modus exprimiendi veram remissionem, ut monuit S. Augustinus (1): «Non sic intelligatis, quod dixit, peccata cooperta sunt, quasi ibi sint et videntur.»—Quoad b) D. Paulus loco objecto asserit fidem cum obedientia conjunctam reputatam esse, hoc est, acceptatam esse ac si esset sufficiens meritum ad justitiam a Deo conferendam, ut demonstret sanctificationem nullo modo esse mercedem operum naturalium; quenam autem sit iustitia, illis verbis Apostolus non respondet, sed aliunde quaerendum est.

Obj. 2.^o S. Ambrosius (2) justificationem declarat exemplo Jacobi se tegentis et occultantis vestimentis Esau, ut ei haereditatem praeriperet. S. Bernardus ait (3): «Delicta juventutis meae et ignorantias meas ne memineris, et justus sum.» Sed juxta primum peccata solum teguntur in justificatione; et juxta alterum sufficit oblitio peccatorum, non est necessaria infusio gratiae. Ergo...

Resp. S. Ambrosius explicat justificationem exemplo Jacobi, etc., ut significet peccata non remitti, non deleri; neg. Ut significet hominem non justificari propter merita propria, sed propter merita Christi; conc. Ad S. Bernardum dico, sufficit oblitio peccatorum una cum gratia; conc. Exclusiva infusionis gratiae; neg. vel subdit, Si justificatio inadaequate pro sola remissione peccatorum sumitur; conc. Si adaequate pro remissione peccatorum et regeneratione hominis interioris; neg. Nam, ut ipse S. Bernardus explicat, in justificatione duo continentur: peccatorum remissio et interior renovatio; et Deus etiam validus est ad justificandum, quam multus ad ignoscendum.»

Obj. 3.^o Quod praecipue fuit intentum in generali redemptione Christi, idem proportione servata, principaliter intenditur in justificatione impii, cui redemptio applicatur. Atqui redemptio fuit principaliter intenta ad delendum peccatum. Ergo.

(1) Enarr. in Ps. XXXI.—(2) L. 2, de Jacob, c. 2, n. 9.—(3) Serm. 22, in Cantico.

Resp. Ut nuper ad S. Bernardum, vel dist. *mā*. Redemptio fuit principaliter intenta ad delendum peccatum; ut satisfactoria; conc. Ut meritoria; neg. quia propter vitam gratiae et gloriae nobis conferendam offerebatur Christus.

SCHOLIUM I.

Qualis sit oppositio inter gratiam et peccatum.

143. Nota. I. Ut quaestionis sensum determinemus, praesuppono: a) remissionem peccati esse aliquid reipsa distinctum a justificationis effectu positive considerato, eo modo quo inter formam positivam et privationem distinctio dari potest. Ita videtur expresse sentire D. Thomas I). Eruitur ex Tridentino (2): «Hanc dispositionem justificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed et renovatio, etc.» qui modus loquendi asserat distinctionem satis indicat (3). b) Justificationem impii infallibiliter ac necessario habere conjunctam remissionem peccati, et ideo justificatio dici potest peccati remissio, vel quia illam includit, vel quia illam consequitur, sicut generatio unius dicitur corruptio alterius. Huiusmodi inseparabilitas est res certissima et fidei secundum statutam a Deo legem in praesenti providentia (4). c) Ac proinde in hac providentia necessario numquam sunt simul gratia et peccatum mortale; peccatum enim veniale non est impossibile cum gratia sanctificante, immo de facto cohaeret cum illa in omnibus iustis nisi speciali privilegio donentur.

II. Quaestionem agitari non solum de potentia ordinaria, sed etiam de potentia Dei absoluta, juxta quam res possunt non habere ea, quae ipsis conaturalia sunt. Unde quae sunt tantum hypotheticae essentialia possunt sub alia hypothese Deo libera aliter se habere; inde intelligitur cur si ex una parte constitutur peccatum habituale per se ac formaliter per moralem relationem ad actuale peccatum commissum et non retractatum nec remissum, includat etiam de facto et ex natura rei, supposita hominis ordinatione ad finem supernaturalem, privationem physicam gratiae cum morali habitu ad peccatum actuale juxta doctrinam D. Thomae (5). Est tamen inter haec duo notandum valde discernens: privatio gratiae se habet ut materiale, habitudo autem ad praecedens peccatum est quasi formale constituens illam privationem in ratione maculae. Cujus signum est, quia illa privatio si esset a solo Deo, ut esse posset, non haberet rationem maculae. Inde loquendo de ista macula secundum hoc totum quod includit, evidentissimum est non posse cum gratia conjungi, quia non possunt privatio et habitus simul esse. Tamen quia illa duo, materiale scilicet et formale, vere sunt distincta, dici potest per se ad

rationem peccati habituales solum illud formale sufficere, materiale autem non esse de intrinseca ratione peccati actualis (1).

III. Plures sunt de proposita quaestione sententiae; praecipuae sunt: a) quae tenet peccatum cum gratia essentialiter seu metaphysice repugnare, ita ut nec de potentia absoluta Dei possint esse simul, b) quae defendit gratiam peccato repugnare ex sola lege extrinseca Dei, non ex natura rei, c) Suarii et aliorum propugnantium repugnare ex natura rei, sed tantum physice, ita ut de potentia absoluta possint esse simul gratia et peccatum in eodem subjecto, d) Lessii, Ripaldae, etc., qui volunt solum pugnare moraliter ex indecentia, quam involvit hominem ornatum gratia esse peccatorem, e) quae distinguit inter peccatum actuale et habituale in duas scissi partes, una docentium gratiam metaphysice repugnare cum peccato habituali, sed non cum actu, altera dicentium contrarium i. e. repugnare metaphysice cum peccato actu, sed non cum habitu. In tanta varietate videtur probatur sententia Suarii, quae extrema vitat.

Dico: Gratia habitualis natura sua opponitur physice cum peccato, sed non essentialiter.

144. 1.^a Pars. Prob. 1.^a Juxta Tridentinum (2) justificationis unica formalis causa est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit i. e. gratia habitualis; ut constat ex dictis. Sed gratia habitualis non esset unica formalis causa justificationis, si gratia naturae suae non pugnaret physice cum peccato. Ergo... *mā*, prob. Nam juxta Tridentinum (not. I) justificatio complectitur et remissionem peccatorum et renovationem hominis interioris; atque adeo forma causans adaequate et formaliter justificationem debet utrumque praestare. Sed non praestaret utrumque, si natura non pugnaret physice cum peccato, ad modum quo calor et frigus v. g. pugnant inter se; nam requiretur alia forma vel specialis concursus Dei ut destrueretur peccatum. Ergo si gratia habitualis naturae suae non pugnaret physice cum peccato non esset unica formalis justificationis causa.

2.^a Docet Tridentinum: a) per gratiam in Baptismo deleri peccatum (3); b) hominem per justificationem fieri ex inimico unicum Dei (4); c) transferri ab eo statu in quo homo nascitur filius primae Adae, in statum gratiae et adoptionis filiorum (5). Sed haec omnia sensu obvio significant gratiam habituales naturae suae physice pugnare cum peccato; nam enumerati effectus formales, formaliter peccato contrarii, uni gratiae habituali tamquam eius proprii tribuuntur. Ergo...

3.^a Scriptura et Patres comparant peccatum tenebris, morti, infirmitati, etc. et gratiam e contra luci, resurrectioni, vitae, sanitati, etc. Sed huiusmodi comparationes ad minimum oppositionem physicam naturalem inter gratiam et peccatum important. Ergo. *Mā*, prob. Ex verbis Apostoli ad Corinth. (6): *Quae enim participatio, justitiae cum iniquitate? Aut quae societas lucis ad tene-*

(1) 1, 2. Q. 117, a. 1. De Verit. Q. 28, a. 7, in 9. — (2) Sess. 6.^a cap. 7. — (3) V. Suar. L. 7, c. 11, n. 6, 7, contra Vazquez et alios. — (4) Suar. L. 7, c. 11, n. 17. — (5) 1, 2. Q. 86, a. 2, ad 3.

(1) Suarii. De grat. habit. L. 7, c. 20, nn. 7, 8. — (2) Sess. 6, cap. 7. — (3) Sess. 5, can. 5. — (4) Sess. 6, cap. 7. — (5) *Ibid.* cap. 4. — (6) II. Cor. 14.

bras? Et ad Rom. (1): *Ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam aeternam.* S. Augustinus (2): *Per gratiam sanatio animae a vitio peccati* (3).

145. II.^a Pars ita probatur cum Suario (4): 1.^o Licet gratia et peccatum physice opponantur, potest Deus absolute illam oppositionem vincere et gratiam conservare in eo, qui peccavit non remittendo illi peccatum. Ergo illa physica repugnancia non est metaphysica seu essentialis, quae neque a Deo vinci potest. *Autec.* prob. Gratia et peccatum non opponuntur tamquam actus vitales contrarii, nec tamquam carentia et habitus privative ac physice opposita. Ergo non est unde absolute repugnent in ordine ad potentiam absolutam Dei. *Autec.* prima pars patet, quia de habitibus loquimur. Altera prob. Nam, peccatum actuale mortale non includit formaliter et in suo conceptu privationem habitualis gratiae. Sed habituale peccatum per se ac formaliter constituitur per moralem relationem ad actuale peccatum commissum non retractatum nec remissum. Ergo etiam habituale peccatum non includit per se et in suo formali conceptu privationem gratiae habitualis. Ergo peccatum et gratia non opponuntur tamquam carentia et habitus privative ac physice opposita ut lux et tenebrae. *Maj.* prob. a) Peccatum actuale consistit materialiter in aliquo actu elicto voluntatis, vel solo, vel principaliter ac simul cum alio actu per illum imperato; formaliter vero in carentia alienius rectitudinis debitae. Ergo per se et formaliter non includit, etc. b) Existente peccato actuali, ut habitus gratiae expellatur, necessarium est ut Deus suspendat influxum, quo illum conservat. At peccatum non infert Deo necessitatem physicam suspendendi talem influxum. Ergo absolute poterit Deus, etc. *Min.* prob. Quia non apparet unde talis necessitas absoluta provenire possit, nam licet habitus gratiae ex prima parte repugnet physice peccato, attamen haec repugnancia non satis est ad tam absolutam necessitatem Deo inferendam. Deus enim potest non agere secundum exigentiam naturalem formae creatae, et hoc modo potest supernaturaliter simul ea, quae naturaliter repugnant.

2.^o Deus potest potentia absoluta quidquid non repugnat. Sed nulla contradictio potest ostendi in hoc, quod cum peccato actuali gratia invenitur. Ergo... *Min.* non melius ostendi potest quam percurram repugnantias, quae ab adversariis objici solent, ut a secunda objectione praestabimus.

146. Obj. 1.^o Si peccatum mortale physice et naturaliter expelleretur a gratia daretur connexio inter peccatum et gratiam. Sed non est possibilis connexio inter aliquod naturale ut est peccatum, et aliquid supernaturalis ut est gratia. Ergo...

Resp. *Neg. maj.* nam ea, quae diximus non probant connexionem aliquam esse inter peccatum et gratiam, sed oppositionem, quae certo adest inter naturalia aliqua et supernaturalia.

Obj. 2.^o Si gratia et peccatum simul starent, sequeretur eundem

hominem esse sanctum veni et perfecta sanctitate et peccatorem per peccatum et malum simpliciter. Sed hoc repugnat. Ergo. *Maj.* prob. Qualitas gratiae est vera et perfecta animae sanctitas, et peccatum mortale et ejus macula est maxima ejus immunditia. Ergo...

Resp. *Neg. maj.* Quia bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu. Ad probationem, dist. *autec.* Gratia est sanctitas in actu primo; conc. In actu secundo; subdist. Ex se et si nihil obstat; conc. Necessario vel essentialiter et si aliquid obstat; neg. In casu autem impeditur hujusmodi denominatio a superveniente vel simul stante peccato.

Obj. 3.^o Sequeretur etiam justitiam inhaerentem, qua nunc justificamur non esse perfectam sanctitatem; nam vera sanctitas non admittit talem maculam, quae personam reddat simpliciter immundam. Sed hoc est falsum. Ergo...

Resp. *Dist. maj.* Sequeretur justitiam inhaerentem non esse perfectam sanctitatem et de se non communicare illam personae, cui inest, neg. Non ita communicare, ut de potentia Dei absoluta possit non communicare; conc. Et dist. probationem, vera sanctitas non admittit talem maculam, connaturaliter; conc. Neque de potentia Dei absoluta; neg.

Obj. 4.^o Deus necessario amat hominem instructum gratia, et necessario odit existentem in peccato. Sed implicat Deum eundem hominem simul amare et odire. Ergo...

Resp. *Dist. maj.* Instructum gratia et nihil habentem quod impediatur amorem; conc. Si aliquid impedit; neg.

Obj. 5.^o Si duo concreta essentialiter sibi opponuntur, opponuntur etiam abstracta seu formae. Atqui duo concreta justus et injustus opponuntur sibi essentialiter. Ergo et abstracta seu gratia et peccatum.

Resp. 1.^o Retorqueo argumentum in concretis filii naturalis et adoptivi, quae sibi opponuntur; non tamen eorum abstracta gratia habitualis et unio hypostatica seu incarnatio, quae simul sunt in Christo.

Resp. 2.^o *Dist. maj.* Opponuntur etiam abstracta si metaphysice secum habent illas denominationes; conc. Si tantum naturaliter et physice; neg.

Obj. 6.^o Si gratia habitualis potest esse simul in anima cum peccato mortali, gratia non erit unica formalis causa justificationis; nam ultra gratiam erit necessaria remissio peccatorum, quae non est ipsa gratia. Sed haec doctrina est contraria Tridentino. Ergo...

Resp. *neg. maj.* Gratia habitualis eo ipso, quod natura sua exigit remissionem peccatorum habet etiam pro effectu formali, nisi impediatur, remissionem peccati. Sicut calor, etsi frigus esset quid positivum, ut putabant antiqui, diceretur unica forma calidi; nam quamvis calor non esset ipsa destructio frigoris, hanc tamen naturaliter postulari, atque ideo voluntas Dei non conservandi frigus in praesentia caloris, non haberetur tamquam forma partialis expellens frigus; a pari cum gratia sanctificans physice exigit non esse peccati seu remissionem ejus, voluntas Dei remittendi peccatum non haberet ut forma partialis, sed ut unica et totalis gratia sanctificans.

(1) V. 21.—(2) *De Spiritu et Litt.* c. 30.—(3) V. D. Thomam. 1, 2, Q. 109, a. 7. Q. 111, a. 2, Q. 113, a. 1.—(4) *De grat. habit.* L. 7, c. 19, 20.

Obj. 7.^o Non repugnat qualitas supernaturalis gratiae, quae ex natura rei inevitabili connexionē depellat peccatum ab anima. Ergo talis censenda est gratia nunc existens; siquidem testimonia Scripturae cum Patribus et Conciliis, quae gratiam et peccatum luci et tenebris, vitae et morti, etc., comparant, hanc gratiae conditionem videntur indicare.

Resp. Nego *conseq.* et rationem; non enim gratiae nunc existenti adscribendae sunt omnes perfectiones possibiles; ut non repugnat v. g. sanctitas creata, quae peccatum veniale excludat. Scriptura enim et Concilia et Patres loquuntur de gratia sanctificante prout habetur in hac providentia, in qua gratiam et peccatum repugnare metaphysice, major theologorum pars non intellexit ac consequenter negavit.

SCHOLIUM II.

An peccatum possit remitti sine gratiae infusione, et sine ulla peccatoris retractione.

Dico: Peccatum potest de potentia absoluta remitti sine gratiae infusione, imo sine ulla peccatoris retractione.

147. Quaestio procedit de possibili et potentia Dei absoluta, nam de facto satis constat, peccatum morale nunquam remitti in praesenti providentia sine eius retractione et gratiae infusione. Duae sunt praecipuae theologorum sententiae, prima Thomistarum et aliquorum nostrae Societatis negans, secunda scotistarum et communior inter nostros (1) plane affirmans.

1.^a Pars. Prob. 1.^o Peccatum habituale per se ac formaliter (2) est peccatum praeteritum non condonatum vel remissum. Atqui Deus sine infusione gratiae potest illud condonare. Ergo... *Min.* prob. Deus potest cedere iuri indignationis seu aversionis, quod habet in peccatore ob peccatum praeteritum moraliter perseverans; non enim minus, sed magis quam homo potest cedere simili iuri. Sed hoc est peccatum remittere sine gratiae infusione. Ergo... *Minoris* ratio est evidens, siquidem Deus non est minus liber quam homo, neque habet minus, sed in infinitum multo majus plenum dominium.

2.^o Deus potest remittere peccatum homini existenti in pura natura. Sed homini existenti in pura natura non esset necessaria infusio gratiae. Ergo... *Maj.* prob. Deus ut auctor naturae amicitiam cum homine potest finire, ac profunde avertere inimicitiam ab homine, nam si homini inest huiusmodi facultas, Deo deneganda non est. *Min.* est clara, nam Deus non tenetur hominem elevare ad ordinem supernaturalem. *Consequentia* jam patet, maxime si attendas, privationem gratiae, quam nunc secum affert peccatum, non

esse privationem, nisi quatenus relationem dicit ad peccatum transactum non condonatum; condonatione vero posita non est nisi negatio.

II.^a Pars. Prob. Potest homo remittere injuriam sibi irrogatam, quin offendens illam retractet. Ergo etiam Deus poterit sine peccatoris retractione offensam sibi illatam; nam tam potens est voluntas divina ad destructionem suae injuriae quam voluntas humana.

148. Obj. 1.^o Aliter sentire D. Thomam (1), qui ait: «Non potest intelligi remissio, si non adesset infusio gratiae.» Ergo...

Resp. S. Thomam loqui vel de remissione peccati in hac providentia, vel de remissione omnino perfecta; non vero absolute. Sic Suarez cum Thomistis Conrado et Ferrariensi (2). Mens D. Thomae fit manifesta ex quaestione, quam sibi proponit (l. c.), nempe de remissione peccati, quae sit justificatio, quam sine gratia fieri non posse evidens est.

Obj. 2.^o Peccatum habituale consistit in privatione gratiae. Sed privatio gratiae non tollitur absque gratiae infusione, nam dum gratia non infunditur, animus est gratia privatus. Ergo...

Resp. Plures et insignes theologii negant *majorem*, sed quia eam admittimus ubi de peccatis; dist. Constitit in privatione gratiae adaequatae; neg. Inadequate; subdist. In privatione gratiae physicae; neg. Theologicae sive morali; subdist. Dum perseverat relatio ad peccatum praeteritum non condonatum; conc. Hac deficiente; neg. *Min.* contradist. eodem modo, et sub datis distinctionibus neg. *conseq.* Peccatum habituale includit gratiae privationem seu absentiam vel carentiam gratiae cum relatione ad peccatum praeteritum non condonatum; si vero tollitur huiusmodi relatio per peccati remissionem a Deo factam, jam non existit amplius peccatum habituale, sed erit tantum poena.

Obj. 3.^o Si Petrus et Paulus peccassent, et Deus soli Petro remitteret peccatum extrinsecum vel condonationem tantum extrinsecam, ipsi manerent intrinsece idem. Atqui Paulus esset maculatus peccato et dignus odio. Ergo et Petrus. Ergo condonatio mere extrinseca non sufficit ad remissionem peccati.

Resp. Dist. *maj.* Intrinsece manerent idem, physice; conc. Moraliter; neg. *Min.* conc., et neg. *conseq.*

Obj. 4.^o Peccator dum peccatum non retractat manet habitualmente a Deo aversus. Ergo non potest extra retractionem peccatum remitti. *Antec.* prob. Quoad prior conversionis non retractatur aliquo modo a peccatore, semper habet eandem moralem rationem permanendi in ipso; nimirum quod illam conversionem habuit et non retractavit. Ergo.

Resp. Neg. *antec.* cum probatione; nam si a persona offensa remittatur, jam cessat ratio moralis permanentiae (3).

Obj. 5.^o S. Thomas (4) docet peccatum remitti posse sine sacramento Poenitentiae, non vero sine virtute poenitentiae. «Et ita impossibile est ut alicui remittatur peccatum sine poenitentiae

(1) V. Suarez. L. 7, ca. 21. — Ripalda. Disp. ult. sect. 21. — (2) Supra not. II, n. 143.

(1) 1, 2, Q. 113, a. 1, in 8, V. etiam Q. 28 de Verit. a. 2. — (2) V. Billuart. Dissert. 7, a. 2, § 2, ob. 2.^a — (3) V. Suarez. De grat. habit. L. 7, ca. 21, n. 24. — (4) 3, Q. 68, a. 2.

virtute. Jam vero juxta Sotum haec intelligenda sunt de potentia absoluta, nam de potentia ordinaria non potest remitti sine sacramento. Ergo...

Resp. 1.^a D. Thomam loqui de sacramento poenitentiae in re suscepto, ita Cajetanum et Ledesma, sine cujus susceptione reali peccatum remitti potest etiam juxta legem ordinariam.

Resp. 2.^a Etiam concedatur ibi agi de sacramento sumpto in re vel in voto, ut vult Sotus, negandum est illa intelligenda esse de potentia absolute; nam necessitas quaecumque sacramenti oritur ex lege Dei extrinseca supra id, quod ex natura rei necessarium videtur, necessitas vero poenitentiae exurgit ex intrinseca natura talis effectus, et ideo per se et ordinaria necessitas poenitentiae fuit perpetua et absoluta; necessitas vero sacramenti est adventitia, et addita in nova lege.

THESIS XXVII.

Justificatus potest in perpetuum gratiam sanctificantem amittere, et tunc absque speciali revelatione potest credere certitudine fidei se esse justificatum.

149. 1.^a Pars est de fide contra plures haereticos: a) Jovinianum et Calycinum asserentes hominem semel justificatum non posse justitiam amittere. b) Lutherum, qui dicebat solo infidelitatis peccato gratiam expelli. c) Wiclef, qui sustinuit eam non amitti in perpetuum, sed ad summum solum ad tempus, nam juxta placita ipsius, gratia sanctificans non nisi praedestinati dabatur.

Prob. 1.^a Concil. Tridentinum definiit (1): «Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere; atque ideo eum, qui labitur, et peccat, nunquam vere fuisse justificatum... anathema sit.» «Si quis dixerit nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis: aut nullo alio, quantumvis gravi, et enormi, praeterquam infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti; anathema sit.» Et docuit (2): «Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de aeterno divinae praedestinationis mysterio usque praesumere debet, ut certo statuat, se omnino esse in numero praedestinatorum, quasi verum esset, quod justificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccaverit, certam sibi respicientiam promittere debeat; nam nisi ex speciali revelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.»

2.^a In sacris Scripturis Ezechiel dicit (3): *Etiamsi dixerit justo quod civitas eorum, et confusus in justitia sua fecerit iniquitatem: omnes justitiae ejus oblivioni tradentur, et in iniquitate sua, quem operatus est, in ipsa morietur.* Paulus ad Rom. (4): *Vide*

(1) Sess. 6, can. 23, 27.—(2) Ibid. cap. 12.—(3) XXXIII, 13.—(4) XI, 22.

ergo bonitatem et severitatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, severitatem: in te autem bonitatem Dei, et permanseris in bonitate, alioquin et tu cecideris. Ad Corinth. (1): *Castigo corpus meum, et in severitatem redigo; ne forte cum aliis praedixerim, ipse reprobus efficiar.* Sed posse mori in iniquitate, perire de via justa, timendam reprobationem, amissionem coronae nisi corpus castigetur et interiores animi sensus vigilentur, satis commonstrant justos, et sibi caveant, posse a recta via deflectere et in aeternum perire. Ergo...

3.^a S. Augustinus (2): «Credendum est quosdam de filijs perditionis non accepto dono perseverantiae usque in finem, in fide, quae per dilectionem operatur, incipere vivere, et aliquandiu fideliter et juste vivere, et postea cadere, neque de hac vita priusquam eis id contingat auferri.»

4.^a Factis, nam doctrinae catholicae est: a) plures angelorum ab statu gratiae cecidisse et in perpetuum damnatos esse. b) Adamum, Davidem, S. Petrum peccando justitiam amississe, qua poenitentia recuperant.

5.^a Rationibus: a) Homines quamvis justi non eximuntur a lege tam naturali quam supernaturali; universis enim dixit Christus (3): *Si eis ad vitam ingredi serva mandata.* discipulisque suis, in caelum ascensurus, commendavit omnes docere (4), *servare omnia, quaecumque mandavi vobis;* eum, qui *Ecclesiam non audierit* (5) habendum tanquam ethnicum et publicanum pronuntiavit Concilium vero Tridentinum definiit (6): «Si quis hominem justificatum, et quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei et Ecclesiae, sed tantum ad credendum, quasi vero Evangelium sit nuda, et absoluta promissio vitae aeternae sine conditione observationis mandatorum; anathema sit.» Atqui si non eximuntur a legibus possunt peccare graviter et consequenter excidere a gratiae statu. Ergo. *Min.* quoad primum patet, quia gratia non tollit libertatem, qua justipossunt infringere gravia praecepta; patet etiam quoad secundum, quia peccatum mortale privative ad gloriam (7): *neque molles... avari... avari... ebriosi... maledici... rapaces regnum Dei possidebunt,* aiebat Paulus. Sed gratia sanctificans dat jus ad gloriam. Ergo... b) Christus D. exhibuit sibi (8): *Ecclesiam non habentem maculam aut rigam;* voluit suos sectatores esse perfectos (9): *sicut et Pater vester caelastis perfectus est.* Atqui ex falso adversariorum dogmate

(1) I.º, IX, 27.—(2) De corp. et grat. c. 13.—(3) Matth. XIX, 16.—(4) Ibid. XXVIII, 20.—(5) Ibid. XXIII, 17.—(6) Sess. 6, can. 20.—(7) I.º Corinth. VI, 10.—(8) Ephes. V, 27.—(9) Matth. V, 48.

verum esset illud exitiale Lutheri pronuntiatum, omnium vitiorum scaturigo et incentivum: «Pecca fortiter, sed crede fortius, et nihil nocebunt tibi centum homicidia et mille stupra.» Ergo...

150. II.* Pars. Nota. I. Tripliciter aliquid juxta D. Thomam (1) cognosci potest, uno modo per revelationem, quam, ut innixam divino testimonio, metaphysice repugnat esse falsam. Alio modo homo cognoscit aliquid per se ipsum, et hoc certitudinaliter *i. e.* nixus tali motivo naturali et evidente sive metaphysico, sive physico, sive morali, quod excludat omne dubium. Sic es moraliter certus de existentia Romae, quam forte nunquam vidisti. Tertio modo conjecturaliter per aliqua signa, quae faciunt cognitionem seu certitudinem imperfectam non omnem timorem contrarii praesertim si omnia simul considerentur, excludentem. «Et hoc modo aliquis cognoscere potest se habere gratiam, in quantum scilicet percipit se delectari in Deo et contemnere res mundanas, et in quantum homo non est conscius sibi alicujus peccati mortalis.» Rationem hujus imperfectae certitudinis breviter assignat Suarez (2): «quia nos non cognoscimus actus nostros aptos in se sunt, sed per conjecturas: hae vero non possunt generare, ut patet, certitudinem indefectibilem (3).»

II. Negarunt hanc theses partem protestantes juxta quos justi

(1) 1, 2, Q. 113, a. 1. — (2) De grat. habit. L. 9, c. 11, n. 9. — (3) Quanta esse potest haec certitudo? Suarez (L. 9, c. 11, n. 9) respondet: «Non potest a nobis opinio determinari, videtur autem neque in summo (certitudinis gradu etiam morali), neque in infimo, sed in medio quodam gradu esse collocandam.» Et n. 10: «tantum esse posse hanc certitudinem, ut regulariter ac moraliter excludat actualem formidinem... Nam aliud est non posse formidare, aliud formidare... nam formidare actu non est necessitatis, sed libertatis, et ideo licet quis possit formidare, nihilominus etiam potest non formidare, et ita assentire absque evidentia sine actuali formidine. Hoc autem duobus modis contingit: primo ex affectu tantum assentientis ultra exigentiam set dignitatem motivorum... alio... ex efficacia motivorum, quae valde determinant intellectum, et ita pacificant mentem, ut moraliter ac frequentius excludant aliquam actualem considerationem de possibilitate falsitatis, et ideo regulariter et sine temeritate excludant actualem formidinem. Et hoc modo dicimus posse certitudinem gratiae actualem formidinem excludere.» Et n. 13: «Valde probabiliter censeo posse aliquem justum ad illum statum virtutis ascendere, in quo non minus certo credit remissa esse sibi peccata actualia quam originale, seu non minus certo credit aliquam sacramentalem absolutionem validam in se habere, et habuisse effectum, quam Baptismum vel Ordinationem.» Rationem hujus divinae providentiae indicat. S. Gregorius, ad Gregorianam Augustae cubiculariam, et de hac re novemotem quaestionem respondens: «(rem) invidiosum (postulasti), quia secunda de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum jani in die vitae tuae ultimo plangere eadem peccata minime valebis: quae dies quousque veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fleibus lavare.»

non solum possunt imo debent credere sibi esse remissa omnia peccata. Inter catholicos, aliqui auctores putant Catharinum falso docuisse, posse justos sine privilegio habere certitudinem theologiam de propria justificatione, certitudo theologica est quae pendet ex una praemissa de fide, cui subjungitur alia naturaliter evidens. Thesis explicite excludit certitudinem fidei, implicite omnem aliam, cui non possit subesse falsum, quia haec in re nulla alia dari potest, quae aliquo modo non dependeat a revelatione, id evincit sequentia argumenta et expressit D. Thomas (1): «Nullus autem posset scire se habere scientiam alicujus conclusionis, si principium ignoraret. Principium autem gratiae et objectum ejus est ipse Deus, qui propter sui excellentiam est nobis ignotus secundum illud Job (2): *Ecce Deus magnus vincens scientiam vestram.* Et ideo ejus praesentia in nobis et absentia per certitudinem cognosci non potest, secundum illud Job (3): *Si venerit ad me non videbo eum; si autem abierit non intelligam.* Et ideo homo non potest per certitudinem didicere, solum ipse habet gratiam, secundum illud ad Corinth. (4): *Sed neque me ipsum judico... qui autem judicat me Dominus est.*»

Prob. 1.* Ex Tridentino (5) docente: «Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramento- rum virtute, et efficacia dubitare debet sic quilibet dum seipsum, suamque propriam infirmitatem, et indispositionem respicit de sua gratia formidare, et timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei consequutum.» Ubi notabis, quod si quis non esset fide divina certus suae justificationis, esset tamen evidenti morali certus, adhuc posset de sua gratia formidare et timere, quemadmodum docet Tridentinum. Ergo nisi detur revelatio, homo non potest esse evidenter certus, etc.

2.* Eccles. (6): *Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manus Dei; et tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit.* Sed qui esset evidenter vel fide certus suae justificationis sciret se esse amore dignum. Ergo... S. Paulus (7): *Nihil mihi consciens sum, sed non in hoc justificatus sum; qui autem judicat me Dominus est.*

3.* S. Hieronymus (8): «Sunt justi ad quos pervenit quasi opus impiorum; et sunt impii, ad quos pervenit quasi opus justorum. Hoc idcirco dicitur, quia certum iudicium solius Dei est.» S. Augustinus (9): «Forte tu non invenis aliquid in conscientia»

(1) 1, 2, Q. 113, a. 1. — (2) XXXVI, 26. — (3) IX, 2. — (4) 1.* IV, 1. — (5) Sess. 6, cap. 9. — (6) IX, 1. — (7) 1.* Corinth. IV, 4. — (8) Adver. Pelag. L. 2. — (9) De verb. Dom. serm. 93, al. 23, c. 9.

»tia tua, et invenit ille, qui melius videt, ejus acies divina penetrat altiora; videt forte aliquid, invenit forte aliquid.» S. JOANNA. CHRYSOSTOMUS (1): «Multis de causis incertum est nostrum iudicium; una, quod multa opera nostra nos lateant...»

4. Haec propositio: ego habeo gratiam, neque est alicui homini revelata, ut supponimus; neque potest proponi ut certo contenta in aliqua propositione universali a Deo revelata. Ergo nequit esse certa certitudine fidei. *Consequentia* patet, quia nullum aliud medium datur ut aliquid certitudine fidei credi possit. *Antec.* quoad secundum prob. 4) Quia nulla adducitur, ut ex responsionibus ad objectiones constabit. b) Omnes propositiones de justificatione hominis traditae ut a Deo revelatae sunt conditionales. Atqui nemini certo constare potest positum fuisse conditionem, cui gratia alligata est; nam hujusmodi conditiones ex parte adulatorum sunt actus interni et supernaturales, de quibus, ut praenotavimus, certo constare non potest. Ergo non potest proponi tamquam certo contenta, etc... *Consequentia* est manifesta, nam absoluta propositio particularis non continetur certo sub propositione universali conditionata, quomodo non est certum conditionem in hoc individuo, de quo agitur, esse adimpletam, Ergo...

151. Obj. 1.^o contr. prim. partem. Juxta sacram Scripturam: a) Charitas non extinguitur (2), non excidit (3); qui natus est ex Deo non peccat (4), ita ut Paulus (5) diceret confidenter: *quis ergo nos separabit a charitate Christi?* b) Significatur non fuisse vere justos eos, qui postea peccaverunt. *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis* ait B. Joannes (6). Ergo...

Resp. ad a) Explicio: charitas non extinguitur, non excidit, qui natus est ex Deo non peccat, quatenus gratia et charitas ex se permanent in justo eumque promovent ad bonum; conc. Quatenus neque a peccato mortali expelli possint; neg. Id est manifestum ex probationibus. S. Paulus loquitur vel forte secundum revelationem sibi factam de sua praedestinatione, vel solum exprimit firmissimum propositum sequendi Christum, ea nixus gratia, qua omnia poterat in eo, qui eum confortabat (7).

Ad b) Textus est de haereticis, qui veram fidem aliquando habentes, unum corpus erant cum christianis verae Ecclesiae, postea fidem relinquentes ex eis *prodierunt*, i. e. avulsi sunt a vera Ecclesia; unde explicio verba *non erant ex nobis* praedestinatione Dei, qui omnium hominum novit statum finalem; conc. vel trans. Bo quod.

(1) Homil. 11, in I ad Corinth. — (2) Cant. VIII, 7. — (3) Paulus I. Corinth. XIII, 8. — (4) I Joann. III, 9. — (5) Rom. VIII, 35. — (6) I II, 19. — (7) Phillip. IV, 13.

quamvis nullum obstaret peccatum mortale gratia habituali curent; neg. Ita S. Augustinus (1).

Obj. 2.^o Aliqua Patrum testimonia, ut S. Ambrosii (2): «Simulata charitas est in his, qui in necessitate deserunt fratres,» quae videtur significare veram adeptam justitiam nunquam amitti. Ergo...

Resp. Neg. assertum vel dist. Significant nunquam amitti, absolute; neg. Relative propter excellentiam charitatis, quae manet in patria, quae si intensa est facile reddit non peccare; conc. Ideo S. Gregorius M. (3): «Virtuti mortis dilectio comparatur; quia nimirum mentem, quam semel ceperit, a delectatione mundi funditus occidit.» Aliquando Patres opponunt veram falsae charitati, quae motibus pure humanis nititur. Sic Ambrosius verbis objectis subjungit: «Haec vera charitas est, si sua utilitate contenta, ejus curam agat, quem diligere se proficitur.»

Obj. 3.^o Gratia est accidens spiritalis, et incorruptibile. Ergo quemadmodum anima spiritalis, non potest conaturaliter perire.

Resp. Dist. *antec.* Est incorruptibile materialiter, partium segregatione, mutatione; conc. Simpliciter, sola destructione; neg. Ad rationem, quae indicatur in *consequente*, neg. paritatem; anima enim est substantia spiritalis, quae non habet contrarium vel aliquid exigens ipsius annihilationem sicut peccatum postulat non conservationem gratiae. Peccatum, animae annihilationem non meretur, sed conservationem, ut debitas exsolvat poenas.

Obj. 4.^o contr. secundam partem: Scriptura docet nos habere certam cognitionem fidei de nostra justificatione; nam ait (4): *Vos cognoscetis eam, quia apud vos manebit et in vobis erit;* et addit (5), *In illo die cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis.* Similia habentur in aliis locis, nec aliter SS. Patres, quorum unus S. Cyrillus Alex (6) de iis, qui curant omni virtute ornari, ait: «Illustrationem Spiritus accipient, ipsaeque in semetipsis inhabitantem Dominum mentis oculis intuebuntur.» Ergo...

Resp. Neg. assumptum, primum textum expono: *Vos cognoscetis* fide Spiritum sanctum esse in Deo, mitti in mundum, ut communiter exponunt Patres; conc. Esse in vobis per gratiam, subdist. *In vobis* communiter i. e. in communitate Ecclesiae; conc. *In vobis* singillatim intelligendo singulas et determinatas personas; neg. vel iterum subdist. Certitudine fidei; neg. Conjecturali; conc. Secundus textus non est ad rem, cum in eo agatur de statu patriae; attamen eodem modo potest exponi ac primus, nisi quis eum intel-

(1) De dou. servit. c. 9, n. 21. — (2) In II, Corinth. VI, 6. — (3) Mor. I, 10, c. 12. — (4) Joann. XIV, 17. — (5) Ibid. V, 20. — (6) In Joann. I, 10.

ligat de adventu Spiritus sancti supra Apostolos die Pentecostes et admittat eos habuisse specialem revelationem inhabitatiois Spiritus sancti in unoquoque eorum (1); Ceterum generatim responderi debet, vel agi de cognitione certa pro tota Ecclesia, vel de conjecturali pro singulis, qui pie vivant. «Pleraque, ait P. Hurter (2), ex innumeris testimoniis, quae vel ex Scripturis vel ex Patribus protestantes objiciunt, non sunt ad rem; in illis enim sermo est vel de certitudine confidentiae, qua certo confidimus et speramus, nos a Deo gratiam et gloriam consequuturos, si fecerimus, quod est in nobis; vel de certitudine fidei, cujus objectum non est propria cujusque justificatio, quod tamen necessarium esset, ut vim probandi haberent; sed propositiones universales ex. gr. nos non debere anxios et sollicitos esse ne Deus peccata non remittat, etc. scilicet dispositis: quae veritates utpote revelatae profecto certitudine fidei credendae sunt, jam vero haec propositiones utpote conditionales non pariunt certitudinem, ut demonstravimus in ultimo argumento, prob. 4.^a litt. b. ante n. 151. Ex his jam patet, quid dicendum ad Patres.

Obj. 5.^o Si sufficienter et evidenter proponitur aliquod individuum esse contentum sub aliqua generali propositione revelata, etiam veritas ad individuum applicata fide divina credenda est. Sed ita contingit in praesenti; nam fide certum est justificari eum, qui Deum perfectam diligit charitate vel rite dispositis sacramenta accipit... Atqui hoc sufficienter evidenter saltem morali a nobis cognosci potest. Ergo...

Resp. *Maj.* conc.; *Min.* neg. Ad probationem etiam *Maj.* conc.; *Min.* neg. Nam propositiones illae universales, ut saepius diximus, includunt conditionem, ac proinde vi illarum solum creduntur particulares sub eadem conditione; jam vero non est omnino certum ac indubitatum conditionem esse positam, ut ex praenotatis n. 150 satis constat (3).

THESIS XIVIII.

Justitia in diversis justis est inaequalis, et in uno eodemque justo crescere potest.

152. Nota. Protestantes, consequenter ad suam falsam doctrinam de aequa Christi justitia pœbis imputata, inferunt eandem esse omnium justorum hominum sanctitatem, et in uno eodemque justo crescere non posse; hinc illa impia Lutheri (4) blasphemia: «Omnes

christiani aequè magni sumus, sicut Mater Dei, et aequè sancti sicut ipsa.» Kundem errorem, sed ex alio falso principio docerat Jovinianus; supposebat omnes beatos in caelo aequalem gloriam habituros, inde deducebat etiam in via habuisse aequalem gratiam. Thesis est de fide, et probabimus simul utraque partem propter summam earum connexionem: «nam, si gratia augeri potest ac proinde esse major et minor, tam in diversis justis pro eodem tempore, quam in eodem in diversis temporibus magis vel minus perfecta esse poterit, quia illa major vel minor perfectio esse non potest nisi in subjecto, quia gratia non nisi in illo habet perfectionem suam; eadem autem ratio est de gratia in diversis subjectis, vel in eodem pro diversis temporibus, et ideo recte illa inter se connectuntur (1).»

Prob. 1.^o Definitionibus concilii Tridentini (2): «Si quis dixerit, justitiam acceptam non conservari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, et signa esse justificationis adeptae, non autem ipsius augendae causam, anathema sit.» «Si quis dixerit... ipsum justificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam, et Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fieri, non vere mereri augmentum gratiae... anathema sit.» Idem concilium tradit (3) mensuram gratiae pendere ex partitione Spiritus sancti et dispositione nostrae: justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus impartit singulis prout vult, et secundum propriam cujusque dispositionem et cooperationem...

2.^o Ecclesiasticus (4) hortatur: *Ne vercoris usque ad mortem justificari: quoniam merces Dei aequalis in aeternum.* S. Petrus (5): *Crescite vero in gratia, in cognitione Domini nostri, et Selectoris Jesu Christi.* S. Joannes (6): *Et qui justus est justificatur adhuc et sanctus sanctificatur adhuc.* Christus D. apud Matthaeum dixit (7): *Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista: qui autem minor est in regno caelorum, major est ille;* ubi diversos esse sanctitatis gradus aperte significatur. Idem testatur Paulus (8): *Univergae autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* «Quod autem mensurate datur, arguit D. Thomas (9), non omnibus aequaliter datur. Ergo non omnes aequalem gratiam habent.»

3.^o Pro Patribus sufficiat unus Augustinus (10): «Unde in

(1) V. Suar. L. 9, c. 9, de grat. habit.—(2) Theol. dogm. comp. Trac. VIII, de justit. n. 244.—(3) V. Suar. De grat. habit. L. 9, c. 9; Bellarm. De justit. L. 3, cc. 9-11.—(4) Serm. de Nativit. S. M. F.

(1) Suar. De grat. habit. L. 9, c. 7, n. 1.—(2) Sess. 6, can. 24, 32.—(3) Sess. 6, cap. 7; vid. cap. 10.—(4) XVIII, 22.—(5) II, 18.—(6) Apocal. XXII, 11.—(7) XI, 11.—(8) Ephes. IV, 7.—(9) I, 2, Q. 112, a. 4.—(10) Epist. 57, (cl. 127, n. 17).

omnibus sanctis sunt alii: aliis sanctiores, nisi abundantius habendo habitorem Deum? Ipse, De verbis Apostoli (1); *Justificati sumus*: sed ipsa justitia, cum proficimus crescit. Et quomodo crescit dicam... ut unusquisque vestrum... accepto Spiritu sancto, proficiat de die in diem, videat ubi sit, accedat, proficiat, crescat.

4.^o Rationibus: a) In patria beatitudo erit inaequalis, ut diximus. VI probabimus. Atqui gloria seu beatitudo respondet gratiae. Ergo. b) Et ex proxime dicendis constabit; possumus operibus meritoris ungere gratiam. Sed non omnes eadem opera meritoria efficiunt, nec eodem numero. Ergo... c) Gratia est qualitas, quae potest ageri, nulla enim in hoc invenitur repugnantia; neque ex hoc quod sit qualitas, neque ex hoc quod sit supernaturalis. Ergo est major in uno quam in altero, et in uno eodemque subjecto potest crescere. *Aulec*, prob. Non ex hoc, quod sit qualitas, quia qualitates intenduntur; non ex hoc, quod sit supernaturalis, quia sub hoc respectu est participatio divinae naturae inadeguata et imperfecta, quae proinde potest esse major et minor. *Consequentia* prob. Si gratia in se potest esse major et minor, potest secundum majorem vel minorem gradum suscipi juxta subjecti dispositionem et juxta efficaciam causarum, quae ad illam concurrunt. Atqui dispositio ad gratiam potest esse diversa in diversis subjectis et dispositio causae, quae ad illam concurrunt efficaciores applicari. Ergo. *Mis*. Quia homines possunt, et de facto ita accidit, magis vel minus se preparare ad gratiam; sed qui magis se ad gratiam praeparat, plenorem gratiam accipit (2). arguit Angelicus. Quia Deus diversimodè suae gratiae dona dispensat ad hoc quod ex diversis gradibus pietritudo et perfectio Ecclesiae consurgat; sicut etiam diversos gradus rerum instituit, ut esset universum perfectum (3). Atqui si primae gratiae seu praeviae ad justificationem non sunt aequales, consequens est, ut diversimodè homines se ad gratiam disponant, et non aequalem consequantur; nam praeparatio ad gratiam non est hominis nisi in quantum liberum arbitrium ejus praeparatur a Deo (4). Eodem modo arguetur ex gratiis justis elargitis ut in virtute proficiant. Tandem quia aliqua sacramenta ut Confirmationis et Eucharistiae non primo justificant, sed dant augmentum justitiae; unde cum omnes non eodem modo ad illa suscipienda sacramenta praeparantur, ideo neque omnes eadem gratiae mensuram recipiant.

Nota. Objectiones haereticorum propriae hujus loci nullae occur-

(1) Serm. 158, c. 5. (al. serm. 16).—(2) D. Thom. 1, 2, Q. 112, a. 4.—(3) Id. ibid.—(4) Id. ibid.

CAP. III. ART. II. DE CAUSIS, NATURA ET PROPERTIES JUSTIFICATIONIS 635
runt, ut notavit Eximius (1), quia vel ubi de justitia inhaberente, vel de amissibilitate justitiae, vel de merito agitur, solvuntur.

SCHOLIUM.

De excellentia operis justificationis.

153. Dico: Tanta est operis justificationis excellentia ut vero aliquo sensu sit maximum opus Dei.

Prob. cum D. Thoma (2): 1.^o In Psalmo (3) dicitur: *Miserationes ejus super omnia opera ejus*; et in collecta dicitur: Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas, et Augustinus (4) dicit exponens illud Joann. XIV *Majora horum faciet*, quod majus opus est ut ex impio justus fiat, quam creare caelum et terram.

2.^o Quoad id quod fit, est opus majus creatione. Opus aliquod potest dici magnum dupliciter; uno modo ex parte modi agendi; et sic maximum opus est opus creationis, in quo ex nihilo fit aliquid; alio modo potest dici opus magnum propter magnitudinem ejus, quod fit; et secundum hoc majus opus est justificatio impii, quae terminatur ad bonum aeternum divinae participationis, quam creatio coeli et terrae, quae terminatur ad bonum naturae mutabilis.

3.^o Proportione, majus ipsa glorificatione. Aliquid magnum dicitur dupliciter: uno modo secundum quantitatem absolutam; et hoc modo donum gloriae est majus quam donum gratiae justificantis impium; et secundum hoc glorificatio justorum est majus opus, quam justificatio impii. Alio modo dicitur aliquid magnum quantitate proportionis, sicut dicitur mons parvus et nullum magnum; et hoc modo donum gratiae impium justificantis est majus quam donum gloriae beatificantis justum; quia plus excedit donum gratiae dignitatem impii, qui erat dignus poena, quam donum gloriae dignitatem justii, qui ex hoc ipso quod est justificatus, est dignus gloria. Et ideo Augustinus dicit ibidem: *Judicet qui potest, utrum majus sit justos Angelos creare, quam impios justificare. Certe si aequalis est utrumque potentiae, hoc majus est misericordiae.*

4.^o Opus justificationis si sit, ut in praesenti providentia, condignae satisfactionis exigit opus inter opera Dei maximum, opus scilicet Incarnationis (5), quae a Propheta antonomastice dicitur opus Dei (6): *Domine audiri audientiam tuam et timui, Domine, opera tua, in medio annorum vivifica illud; in medio annorum natum facies; cum irata fueris misericordiae recordaberis*. Ergo revera opus justificationis in hunc est excellentiae et summae misericordiae; non enim ut dicebat Petrus (7): *corruptibilibus auro et argento*

(1) De grat. habit. l. 9, c. 1, n. 13.—(2) 1, 2, Q. 113, a. 9.—(3) CXLIV, 9.—(4) Tract. 72 in Joann. a. med.—(5) V. Vol. II, Disq. VII, De Deo incarnato, Thes. 79.—(6) Habac. III, 2.—(7) 1.^a I, 18, 19, 20, 21.

redempti estis de vestro vana conversatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati, praecogniti quidem mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter eos, qui per ipsum fideles estis in Deo.

CAPUT IV.

De merito.

PRAESENTIONES.

154. I. Meriti ratio importat proprietatem quamdam actus humani, vi cuius est aliqua retributione dignus; unde ex se est indifferens ut in bonam vel malam partem accipiatur. nam bonis operibus aliquid donum seu praemium, malis aliquid malum seu poena retribuitur; hic accipitur in bonam partem. Meritum potest considerari in concreto et in abstracto: in concreto est opus bonum libere factum in obsequium alterius de se aptum ad aliquid obtinendum per modum retributionis. In abstracto est valor ipse seu dignitas vi cuius praemium operi debetur, seu habitudo sive connexio operis cum praemio.

II. Meritum potest esse apud homines et apud Deum. Apud Deum potest esse naturale, quod operibus naturalibus potest convenire; vel gratuitum et supernaturale, quod operibus tantum supernaturalibus competit. Meritum supernaturale est vel excellentiae et de rigore iustitiae quod est Christi proprium), vel commune, quod est proprium creaturae rationalis. Commune dividitur in meritum proprie dictum sive de condigno, quod habet aequalitatem cum praemio, et hoc ipsi debetur ex aliqua iustitia; et secundum quid seu de congruo, quod non habet cum praemio aequalitatem, et ei ex quadam decentia tantum debetur. Sic D. Thomas (1): «Dicitur aliquis mereri ex condigno, quando invenitur aequalitas inter meritum et praemium secundum rectam aestimationem; ex congruo autem, quando talis aequalitas non invenitur, sed solum secundum liberalitatem donantis munus tribuitur, quod tantum decet.» Meritum de congruo potest esse infallibile cum habet Dei promissionem adjunctam, cui proinde retributio negari non potest sine infidelitate; est fallibile cum huiusmodi caret promissione. (2)

III. Meritum differt ab impetratione, quia haec movet per modum submissae petitionis, illud per modum obsequii; differt a satisfactione, quia haec est redditio aequivalentis compensationis pro injuria.

(1) 2. D. 27, q. 1, a. 3.—(2) Sum. De merito, l. 12, c. 36.

IV. Conditiones ad meritum requisitae repeti possunt vel ex parte operis meritorii, vel ex parte personae merentis, vel ex parte personae remunerantis; de eis generatim sumptis:

155. Dico I. Universim ad meritum theologicum ex parte operis requiritur: a) actus liber, b) positivus, c) honestus, d) quoad substantiam supernaturalis.

Prob. quoad a). 1.^o Ex propositione 3.^a Jansenii damnata ut haeretica: «Ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.» Vide can. 4, sess. 6 conc. Tridentini.

2.^o Ex Eccles. (1): *Qui potuit transgredi et non est transgressus; facere mala et non fecit: ideo stabilita bono illius in Domino; i. e. ideo Deus dedit illi praemium.*

3.^o S. Augustinus (2): «Liberi arbitrii non condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur; alioquin ubi necessitas, nec corona est, quis non agnoscat?»

4.^o Quod necessario fit, non aestimatur dignum poena ad praemio: ergo non habet rationem meriti aut demeriti: ergo ad meritum necessaria est libertas a necessitate, quam indifferentiae appellamus.

Prob. quoad b) Positivus (3). 1.^o Meritum theologicum est actus obsequii Deo praesentis. Sed pura omissio non est actus obsequii. Ergo...

2.^o Ad meritum, ut statim probabimus, requiritur actus honestus et quoad substantiam supernaturalis. Atqui pura omissio neque est actus honestus, neque actus supernaturalis quoad substantiam. Ergo... *Mis.* prob. Non actus honestus, quia est indifferens ut fiat ex bono vel malo fine; operatio autem honesta exigit esse ex bono fine; non actus supernaturalis quoad substantiam, quia pura omissio nullam habet entitatem.

Prob. quoad c) Honestus 1.^o Ex Tridentino sess. 6, cap. 16 per totum, cuius inter alia haec sunt verba: «Justificatio hominibus... proponenda sunt Apostoli verba (4): *Abundate in omni opere bono, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino; non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius...* Atque ideo bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, et tamquam gratia filii Dei per Christum Jesum mi-

(1) XXXI, 10, 11.—(2) L. de nat. et grat. c. 65.—(3) Contradicit communi sententiae Ripalda, De ent. super. D. 70, ubi ostendere conatur, pura et libera omissionem posse mereri.—(4) 1.^o Corinth. XV, 58; Hebrae. VI, 10.

redempti estis de vestro vana conversatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati, praecogniti quidem mundi constitutionem, manifestati autem aortiationis temporibus propter eos, qui per ipsum fideles estis in Deo.

CAPUT IV.

De merito.

PRAESENTIONES.

154. I. Meriti ratio importat proprietatem quandam actus humani, vi cuius est aliqua retributione dignus; unde ex se est indifferens ut in bonam vel malam partem accipiatur. nam bonis operibus aliquid donum seu praemium, malis aliquid malum seu poena retribuitur; hic accipitur in bonam partem. Meritum potest considerari in concreto et in abstracto: in concreto est opus bonum libere factum in obsequium alterius de se aptum ad aliquid obtinendum per modum retributionis. In abstracto est valor ipse seu dignitas vi cuius praemium operi debetur, seu habitudo sive connexio operis cum praemio.

II. Meritum potest esse apud homines et apud Deum. Apud Deum potest esse naturale, quod operibus naturalibus potest convenire; vel gratuitum et supernaturale, quod operibus tantum supernaturalibus competit. Meritum supernaturale est vel excellentiae et de rigore iustitiae quod est Christi proprium), vel commune, quod est proprium creaturae rationalis. Commune dividitur in meritum proprie dictum sive de condigno, quod habet aequalitatem cum praemio, et hoc ipsi debetur ex aliqua iustitia; et secundum quid seu de congruo, quod non habet cum praemio aequalitatem, et ei ex quadam decentia tantum debetur. Sic D. Thomas (1): «Dicitur aliquis mereri ex condigno, quando invenitur aequalitas inter meritum et praemium secundum rectam aestimationem; ex congruo autem, quando talis aequalitas non invenitur, sed solum secundum liberalitatem donantis munus tribuitur, quod tantum decet.» Meritum de congruo potest esse infallibile cum habet Dei promissionem adjunctam, cui proinde retributio negari non potest sine infidelitate; est fallibile cum huiusmodi caret promissione. (2)

III. Meritum differt ab impetratione, quia haec movet per modum submissae petitionis, illud per modum obsequii; differt a satisfactione, quia haec est redditio aequivalentis compensationis pro injuria.

(1) 2. D. 27, q. 1, a. 3.—(2) Sum. De merito, l. 12, c. 36.

IV. Conditiones ad meritum requisitae repeti possunt vel ex parte operis meritorii, vel ex parte personae merentis, vel ex parte personae remunerantis; de eis generatim sumptis:

155. Dico I. Universim ad meritum theologicum ex parte operis requiritur: a) actus liber, b) positivus, c) honestus, d) quoad substantiam supernaturalis.

Prob. quoad a). 1.º Ex propositione 3.ª Jansenii damnata ut haeretica: «Ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.» Vide can. 4, sess. 6 conc. Tridentini.

2.º Ex Eccles. (1): *Qui potuit transgredi et non est transgressus; facere mala et non fecit: ideo stabilita bono illius in Domino; i. e. ideo Deus dedit illi praemium.*

3.º S. Augustinus (2): «Liberi arbitrii non condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur; alioquin ubi necessitas, nec corona est, quis non agnoscat?»

4.º Quod necessario fit, non aestimatur dignum poena ad praemio: ergo non habet rationem meriti aut demeriti: ergo ad meritum necessaria est libertas a necessitate, quam indifferentiae appellamus.

Prob. quoad b) Positivus (3). 1.º Meritum theologicum est actus obsequii Deo praesentis. Sed pura omissio non est actus obsequii. Ergo...

2.º Ad meritum, ut statim probabimus, requiritur actus honestus et quoad substantiam supernaturalis. Atqui pura omissio neque est actus honestus, neque actus supernaturalis quoad substantiam. Ergo... *Mis.* prob. Non actus honestus, quia est indifferens ut fiat ex bono vel malo fine; operatio autem honesta exigit esse ex bono fine; non actus supernaturalis quoad substantiam, quia pura omissio nullam habet entitatem.

Prob. quoad c) Honestus 1.º Ex Tridentino sess. 6, cap. 16 per totum, cuius inter alia haec sunt verba: «Justificatio hominibus... proponenda sunt Apostoli verba (4): *Abundate in omni opere bono, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino; non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius...* Atque ideo bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, et tamquam gratia filii Dei per Christum Jesum mi-

(1) XXXI, 10, 11.—(2) L. de nat. et grat. c. 65.—(3) Contradicit communi sententiae Ripalda, De ent. super. D. 70, ubi ostendere conatur, pura et libera omissionem posse mereri.—(4) 1.º Corinth. XV, 58; Hebrae. VI, 10.

«sericorditer promissa, et tanquam merces ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorum operibus et meritis fideliter reddenda.»

2.^o Meritum theologicum est obsequium Deo exhibitum. Atqui actus inhonestus aut indifferens, si datur in concreto, non possunt esse actus divini obsequii cum in Deum non referantur. Ergo... Actus indifferens praetera non meretur poenam, quia malitiam non habet; ergo a contrario, nec mereri potest praemium apud Deum, quia caret morali bonitate.

Prob. quoad d. Quoad substantiam supernaturalis. 1.^o Ex A. Rausiano (1): «Debetur merces bonis operibus, si fiant; sed gratia, quae non debetur, praecedit ut fiant.» Idem concil. Tridentinum docet (2): «Quam enim ille Christus Jesus tamquam caput in membra, et tamquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos jugiter virtutem induat, quae virtus, bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur, et sine qua Deo nullo pacto grata et meritoria esse possent.» Deinde extollit Dominum, «cujus tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quae sunt ipsius dona.»

2.^o Apud Matthaeum (3) legitur: *Qui perdidit animum suam propter me, inveniet eam...* Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae latum, in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Similia leguntur apud Marcum (4), Lucam (5) et Joannem (6). Atqui cum dicitur, *propter me, in nomine discipuli*, etc. significatur requiri, ut bonum opus procedat ex fide, et ex motivo aliquo supernaturali, ad hoc ut sit meritorium vitae aeternae. Ergo...

3.^o Ex Patribus, S. Coelestinus Papa (7) ait: «Non placere Deo nisi opera illa, quorum ipse est auctor.» S. Augustinus (8): «Cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua.»

4.^o Ex thesibus V et VI, cum scholio satis constat homines nihil posse in ordine ad vitam aeternam, nequidem dicere, *Dominus meus*, ut testatur S. Paulus (9), nisi in *Spiritu sancto*, seu per Dei gratiam. Ergo idem tenendum de merito supernaturali.

5.^o Ratione, nam meritum debet esse ejusdem rationis cum praemio; est enim ejus semen, ac proinde illud aliquo modo continet. Sed praemium vitae aeternae consistit in clara Dei visione, quae est in substantia supernaturalis. Ergo et meritum seu opus meritorium debet esse quoad substantiam supernaturale.

156. Adversus hanc ultimam partem Obj. 1.^a Major est distantia

(1) Cant. 78.—(2) Sess. 6, cap. 16.—(3) X, 39, 42.—(4) IX, 40.—(5) IX, 24 XVII, 33.—(6) XII, 25, 26.—(7) Ad ept. Gallus, c. 8.—(8) Epist. 194, c. 5, n. 19.—(9) 1^a Corinth. XII, 3.

inter meritum finitum et praemium infinitum, quam inter meritum naturale et praemium supernaturale. Sed meritum finitum potest mereri praemium infinitum; nam justus meretur vitam aeternam, quae est infinita. Ergo...

Resp. Dist. *maj.* Major est distantia entitativa tantum considerata; conc. Habitudine et proportionaliter; neg. *Min.* dist. Potest mereri praemium infinitum, infinite; neg. Finite, conc. Duratio beatitudinis quamvis sit aeterna non reddit praemium infinitum simpliciter, sed tantum syncategorematicè et secundum quid.

Obj. 2.^o Actus humanitatis Christi etiam naturales merebantur praemium supernaturale. Ergo actus naturalis potest sufficientem habere proportionem ad praemium supernaturale.

Resp. Dist. *antec.* Actus humanitatis Christi merebantur ut mere naturales; neg. Ut naturales dignificati et sanctificati personà Verbi; conc.

157. **Dico II.** Ad meritum theologicum universim requiritur: ex parte personae merentis status vitae; ex parte remunerantis acceptatio, ut meritum sit efficax in actu secundo.

1.^a Pars. Est conflictio, quae non videtur requiri ex natura rei, sed solum ex ordinatione divina. Prob. 1.^o Ex sacris Litteris docentibus: solum vitae spatium esse tempus merendi, mortis punctum esse tempus retributionis et post eam non amplius dari tempus merendi. Sic Ecclesiasticus (1): *Ante obitum tuum operare justitiam. Ne creveris usque ad mortem justiflori*; et antea dixerat (2): *facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas*. Ecclesiastes (3) urget: *Quodcumque facere poterit manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, ne scientia erunt apud inferos, quo tu properas*. Et Christus D. (4): *Venit nox quando nemo potest operari*.

2.^o Ex Patribus, S. Prosper (5) inter sententias S. Augustini hanc profert: «Frustra enim sibi homo post hoc corpus promittit, quod in hoc corpore comparare neglexit.» S. Hieronymus (6): «Tempus sementis est praesens vita, cum transierit, operandi tempus auferetur.»

II.^a Pars. Prob. Posito quocumque opere meritorio non est nudo Deus obligetur ad illud remunerandum, nisi ipse libere velit aut per promissionem meritum antecedentem aut per acceptationem ipsum consequentem. Ergo ut meritum sit efficax in actu secundo requiritur saltem divina acceptatio. *Antec.* Prob. Opus meritorium

(1) XIV, 17; XVIII, 22.—(2) XI, 28.—(3) IX, 10.—(4) Joann. IX, 4.—(5) Lib. sent. S. August. sent. 172.—(6) In I, Corinth. c. 6.

potest esse aequale vel non aequale, praemio; si non est aequale, jam patet Deum non obligari; si est aequale, et a fortiori etiam si est inaequale, Deus ut Supremus Dominus potest illud opus ex suo supremo domino exigere, quin illud praemio recompenset. Ergo si non datur acceptatio divina Deus non obligatur, etc. Dicitur ut sit efficax in actu secundo, quia aliquod opus meritorium potest existere sine promissione aut acceptatione divina, v. g. opera supernaturalia libere facta, quae ex se convenientiam dicunt cum praemio supernaturali, et quodammodo exigunt in actu primo considerata, sed non in actu secundo; cum Deus pro sua libertate possit se huic exigentiae non accommodare.

158. **Dico III.** Ad meritum non requiritur ut opus sit: a) elicatum aut imperatum a charitate; b) non praecipitum; c) ita nostrum ut nullo modo sit Dei; d) positum ex intentione praemii.

Prob. quoad a) 1.^o Quia concil. Tridentinum (1) definiit: *justificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam et Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, vere mereri.* Sed plura sunt hujusmodi bona opera nec imperata, nec elicita a charitate. Ergo his aliis operibus, potest justus vere mereri.

2.^o Quia etiam in sacra Scriptura non tantum charitati, sed etiam aliis virtutibus vita aeterna tanquam merces promittitur (2 v. g. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* etc. De hac re fusius ubi de virtute charitatis.

Prob. quoad b) Non praecipitum. 1.^o Ex concil. Tridentino, ut supra, quia etiam operibus praecipitis conveniunt ea, quae requirit ad vere merendum; expresse in cap. 16. *«nilhil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quominus plene illis quidem operibus, quae in Deo sunt facta, divinae legi pro hujus statu satisfecisse, et vitam aeternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse censentur.»*

2.^o Ex clara Christi D. sententia, cum enim interrogaretur (3): *Quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam?* respondit: *Si vis ad vitam ingredi serva mandata.*

3.^o Ratione, nam conditiones generatim requisitae ad meritum (Dico I. et II) possunt convenire operi praecipito, ut expendenti patebit; imo potest addi, praecipitum caeteris paribus augere rationem meriti, cum addat actibus obedientiae perfectionem.

Prob. quoad c) Non ita nostrum ut nullo modo sit

(1) Sess. 6, can. 32.—(2) Matthae. V. 3, 7.—(3) Ibid. XIX, 17.

Dei. 1.^o Quia aliter nec Christus D. potuisset mereri, omnia enim, quae ut homo habebat a Deo acceperat, et erant etiam Dei.

2.^o Communi omnium sensu, a praemio non excludente eum militem, qui per arma non propria, sed regis, victoriam consequutus est.

Prob. quoad d) Non positum ex intentione praemii. Quia non constat de necessitate talis intentionis, et sine illa haberi possunt omnes conditiones ad meritum requisitae. Hinc S. Bernardus (1) ait: *«Non sine praemio diligitur Deus, etsi absque praemii intuitu diligendus sit.»*

Obj. Servus non meretur apud dominum exequendo praecipitum ipsius, nec debitor solvendo debitum. Ergo a fortiori neque homo apud Deum meretur implendo divina praecipitum.

Resp. Trans. *anteq. neg. consequ.* Est enim disparitas; homines computant meritum ratione utilitatis aut commodi, quod afferunt, et ideo servus exequens praecipitum domini sui, debitor solvens debitum non afferunt domino et creditori nisi utilitatem, quam aliunde debebant, ac proinde nullam ex se remunerationem exigentem; e contra Deus meritum recompensat non propter ipsius utilitatem aut commodum, sed quia bona opera libere facta redundant in laudem et gloriam ipsius; jam vero cum hoc ultimum operibus bonis etiam praecipitis conveniat, Deus illa sicut etiam non praecipit remunerat.

ARTICULUS I.

De existentia meriti et de specialiter requisitis ad meritum tum de condigno tum de congruo.

THESIS AXIX.

Dantur opera bona, quae sunt theologice meritoria.

159. Est de fide contra Lutherum et Calvinum, omnia opera hominum etiam justorum esse peccata, blasphemantes, et nullum proinde meritum admittentes.

Prob. 1.^o Concil. Tridentinum ait (2): *«Si quis dixerit, justos non debere pro bonis operibus, quae in Deo fuerint facta, expectare et sperare aeternam retributionem a Deo per ejus misericordiam, et Jesu Christi meritum si bene agendo, et divina mandata custodiendo usque in finem perseveraverint; anathema sit.»* «Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut

(1) L. 1. De *diligen. Dio.*—(2) Sess. 6, can. 26, 32.

non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam, et Jesu Christi meritum, cuius vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiae, vitam aeternam, et ipsius vitae aeternae (si tamen in gratia decesserit) consequutionem, atque etiam gloriae, augmentum; anathema sit. Lateranense IV asseruit (1): omnes per rectam fidem et operationem bonam placentes Deo ad aeternum merentur beatitudinem pervenire. Idem docuit concil. Florentinum in decreto ubionis, et Arausicanum II (2) breviter: Debetur merces bonis operibus si fiant: sed gratis, quae non debetur praecedit ut fiunt.

2. Eandem veritatem passim tradunt sacrae Scripturae. Proverb. (3): *Seminanti autem justitiam, merces fidelis* Eccl. (4): *Ne verearis usque ad mortem justificari, quoniam merces Dei manet in aeternum.* Matthae. (5): *Gaudeat, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Luc. (6): *Dignus est operarius mercede sua.* Paul. (7): *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, etc. etc.*

3. S. Ignatius M. (8): *Sinite me bestiarum escam fieri, ut possim Deum mereri.* S. Irenaeus (9): *Pretiosam arbitramur coronam, quae per ignem nobis acquiritur.* S. Cyprianus (10): *Justitia opus est, ut promereri quis possit Deum iudicem; praecceptis eius et monitis obtemperandum est, ut accipiant merita nostra mercedem.* S. Augustinus (11): *Sicut merito peccati tamquam stipendio redditur mors, ita merito justitiae tamquam stipendium vita aeterna.*

4. Rationibus: a) Opera bona iustorum ex gratia liberè facta habent, ut patet ex Scriptura et Patribus, omnia requisita ad meritum theologium (Dic. I et II. Ergo dicendum est aliqua bona opera esse theologice meritoria. b) Bona opera, sicut ex natura sua, sunt digna laude, ita etiam habent tamquam proprietatem consuetudinem ut aliqui retributio eis debeat ab eo in cuius commodum vel honorem ordinantur; ergo a fortiiori hanc proprietatem habebunt opera gratiae, quae altioris et aestimabilioris bonitatis sunt. Sed huiusmodi opera cedunt in obsequium et gloriam Dei. Ergo Deus summe iustus et bonus reddet illis operibus praemium connaturaliter debitum. c) Deus praedestinavit supplicia, quae malis meritis responderent. Ergo etiam ordinavit vel praeparavit praemia, quae

(1) Cap. Firmiter. — (2) Can. 18. — (3) XI, 18. — (4) XVIII, 22. — (5) V, 12. — (6) X, 7. — (7) II, ad Timoth. IV, 7, 8. — (8) Ad Rom. n. 4. — (9) Adversus haereticos, L. 4, c. 37. — (10) De unit. Eccles. post medium. — (11) Epist. 105, ad Sixt.

bonis operibus corresponderent; aliter enim non satis providus gubernator videretur (1).

160. Obj. 1. Vita aeterna in sacra Scriptura vocatur *haereditas* (2), appellatur *gratia* et *misericordia* (3). Atqui haereditas jam debetur ex solo iure filiationis adoptivae; ea, quae sunt ex gratia et misericordia non sunt ex merito. Ergo meritum vitae aeternae et consequenter aliarum rerum, quae ad ipsam ordinantur non datur.

Resp. ad primum, vocatur *haereditas* exclusive et tantum; neg. Inclusive et simul vocatur *merces, corona*, etc., ut vidimus; conc. Ad secundum, vocatur *gratia* et *misericordia*, quatenus meritum praecedit ex gratia, quae conceditur ex misericordia; conc. Quatenus excludatur omne meritum omnisque iustitia; neg. Ad rem S. Augustinus (4): *ipsa vita aeterna... meritis praecedentibus redditur; tamen quia eadem merita quibus redditur, non a nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur; non ob aliud, nisi quia gratis datur; nec ideo, quia non meritis datur, sed quia data sunt et ipsa merita quibus datur.*

Obj. 2. Per omnia bona quae facimus, non possumus sufficienter recompensare Deo quod debemus, quin semper amplius debeamus... Unde et Luc. dicitur (5): *Cum omnia, quae praeccepta sunt feceritis, dicite: servi inutiles sumus; quod debuimus facere fecimus.* Ergo homo non potest aliquid mereri a Deo. Ita objicit B. Thomas (6).

Resp. Dist. *anteq.* Non possemus sufficienter recompensare, etc., si bona opera nullo modo essent nostra et propriae voluntatis; conc. Si sunt nostra per propriam liberam voluntatem et a Deo ordinata ad meritum; neg. Homo, in quantum propria voluntate fecit illud, quod debet, meretur; alioquin actus iustitiae, quo quis reddit debitum, non esset meritorius (7). Textum additum expono: *inutiles sumus* relate ad Deum, cui nihil utilitatis accessit ex nostro opere; conc. Relate ad nos, quasi nos nihil fecerimus utile nobis et Deo gloriosum, ipsius concursu et gratia adiuti; neg. Iis praecisus; conc. Commendat Christus D. loco citato illum humilitatis sensum, quo Paulus elationem Corinthiorum (8) deprimebat: *Quid habes quod non accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*

Obj. 3. Cum eodem Angelico (9): *Quicumque apud aliquem aliquid meretur, constituit eum sibi debitorem; debitum enim est ut aliquis merenti mercedem rependat.* Sed Deus nulli

(1) Vid. Suarez. De grat. L. 12, c. 1. — (2) Ad Hebraeos. IX, 15. — (3) Rom. VI, 23, Ps. CII, 4. — (4) Epist. 105, (ad 194) n. 19. — (5) XVII, 10. — (6) I, 2, Q. 114, a. 1. — (7) Ibid. ad 1. — (8) I, IV, 7. — (9) I, 2, Q. 114, a. 1.

est debitor; unde dicitur Rom. a. n. (1): *Quis prior dedit illi, et retribuatur ei.* Ergo nullus a Deo potest aliquid mereri.

Resp. Dist. *mis.* Ante ipsius divinam ordinationem nulli est debitor; conc. Praesupposita divina ordinatione, qua vult praemium bonis operibus dare; neg. «Actio nostra non habet rationem meriti nisi ex praesuppositione divinae ordinationis.» unde «non acquiritur quod Deus efficitur simpliciter debitor nobis, sed sibi ipsi, in quantum debitum est, ut sua ordinatione impleatur (2).»

Obj. 4.^o Si homines possunt apud Deum vere mereri injuriam irrogant meritis Christi; nam: a) merita Christi videntur insufficientia cum nostris debent compleri; b) gloria, salus obtenta non solum Christi meritis, sed nostris etiam esset referenda. Ergo...

Resp. Dist. *antec.* Irrogaretur injuria si totum meritum hominis non penderet a meritis Christi D.: conc. Si pendet; neg. «Per Dei gratiam, et Jesu Christi meritum, ejus vivum membrum est, definitur concil. Tridentinum justum vere mereri. Ad primam rationem a) dist. Videntur insufficientia, si nostra merita non sunt Christi; conc. Si sunt etiam Christi et non nisi per Christum, qui ut ait Tridentinum (3): «tamquam caput in membra et tamquam vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem infundit.» valorem habent; neg. Tanta est enim efficacia meritorum Christi, ut per ipsa ipsam mereudi virtutem consequemur. Inde jam patet quid respondendum sit ad b), gloria, salus obtenta esset referenda alicui ex nostris, totaliter; neg. Partialiter, subdist. Independentem a gratia Christi; neg. Cum ea; conc. Virtus gratiae Christi, ait Tridentinum (4), bona justorum opera «semper antecedit, et comitatur, et subsequitur.» et sine ea «nullo pacto Deo grata et meritoria esse possunt.» Quare si mereamur, si salvemur, si gloriam, ut mercedem obtenturi sumus, totum Christi est, qui «propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis.»

THESIS XXX.

Praeter generales meriti conditiones, ad meritum de condigno requiritur: a) ex parte operis aliqua aequalitas cum praemio, b) Ex parte merentis status gratiae, et sibi mereri, c) Ex parte Dei remunerantis antecedens promissio.

161. Prob. quoad a) Haec pars, quatenus assertit debere esse aliquam aequalitatem inter meritum de condigno ejusque praemium

videtur communis; quatenus exigit aliquam aequalitatem independentem a promissione divina seu in actu primo est communior contra scotistas. Prob. 1.^o In Scriptura legitur (1): *Filius enim hominis... reddet unicuique secundum opera sua;* et illud Pauli (2): *Cuiusvisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem... Ut digni habeamini in regno Dei, pro quo et patimini, etc.* Atqui dare unicuique praemium secundum suum opus et laborem, beatus esse dignos suo praemio propter ea, quae in hoc mundo passi sunt, importat quandam aequalitatem inter opus et praemium. Ergo...

2.^o Ratione. a) Bona opera justorum facta ex gratia habent independentem a divina ordinatione, tum ex parte sua, tum ex parte operantis proportionem et quandam aequalitatem valoris cum vita aeterna. Sed tantum justis, ut statim dicemus, possunt mereri de condigno. Ergo opera meritoria de condigno, etc. *Mag.* prob. Justis gratia habituali ornati sunt constitui in ordine supernaturali et divino, participes divinae naturae, filii Dei adoptivi et eorum opera ordinata ad vitam aeternam, cujus gratia est *semen* (3). Sed opera hujusmodi ad se dicunt proportionem et quandam aequalitatem cum praemio seu vita aeterna. Ergo... b) Ex ipso significatione vocis *de condigno*, quae idem sonat ac aequè dignum non excedens praemium meritum, sed aequans. c) Ex inconvenientibus cum Platelli (4): «Si ex divina promissione oriatur condignitas meriti, contritio peccatoris mereretur de condigno gratiam justificationis, cum hanc Deus illi promiserit quilibet actus honestus, supposita promissione divina, posset mereri de condigno unionem hypostaticam; Christi merita non essent infinita, cum illis promissum non sit praemium infinitum, etc.»

Prob. quoad b) Status gratiae et sibi mereri. 1.^o Pars est communis theologorum et prob. 1.^o Ex concil. Tridentino sess. 6. cap. 16. et can. 26 et 32 supra n. 159 Prob. 1.^o ubi definiens aliqua bona opera esse merita, solum ita vocat justorum opera. Implicito declarat opera supernaturalia hominis non justis non habere saltem perfectionem meriti de condigno. Idem eruitur ex variis propositionibus Baji, quas proscripserunt Pius V, Gregorius XIII et Urbanus VIII, inter quas 13.^o ait: «Opera bona, a filiis adoptionis facta, non accipiunt rationem merit ex eo, quod fiant per spiritum adoptionis inhabitentem corda filiorum Dei, sed tantum eo quod sint conformia legi, quodque per ea praestatur obedientia legi.» Et 18.^o «Opera catechumenorum, ut

(1) XI, 35.—(2) D. Th. hom. 1, 2, Q. 114, ad 3. Vid. Vol. I. Disq. VII, n. 267. Obj. 7.^o—(3) Sess. 6.^a cap. 16.—(4) Ibid.

(1) Matthaei, XVI, 27.—(2) 1.^o Corinth. III, 8; II.^a Thessaloo. I, 5.—(3) 1.^a Joann. III, 9.—(4) Synop. de merito n. 652.

»fides et poenitentia ante remissionem peccatorum facta, sunt vitae aeternae merita: quam vitam ipsi non consequentur, nisi prius »praecedentium delictorum impedimenta tollantur.»

2.^o Ex Scriptura etiam colligitur. *Sicut palmes, vjebat Christus (1). non potes ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic acc eos nisi in me manseritis.* S. Paulus ad Rom. (2): *Si autem filii et haeredes; haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi.* Ad Corinthios vero (3): *si tradidero corpus meum ita ut ardeam; charitatem autem non habuero nihil mihi prodest.* Sed manemus in vite, sumus filii, habemus charitatem si sumus in statu gratiae. Ergo si volumus fructum capere, caelestem adire hereditatem, opus est nos esse in statu gratiae.

3.^o Ratione. a) Quis in praesenti providentia homo nudatus gratia habituali est inimicus Dei et dignus poenā aeterna. Sed inimicus Dei et dignus poenā aeterna. ac proinde persona vills non potest elicere opera digna vitae aeternae. Ergo... b) Opera multum valoris et dignitatis accipiunt a dignitate personae, ut apparet in Christo (4). Ergo ut opera sint digna vitae aeternae et praemii supernaturalis necessarium est ut eliciantur a persona jam constituta in ordine supernaturali et divino per gratiam sanctificantem.

II.^o Pars. prob. 1.^o Sacra Scriptura ubique loquitur de praemio operum, illud semper ad ipsum operantem refert. Testis sit Paulus, qui (5): *Unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo,* scribebat ad Romanos; ad Corinthios autem (6): *ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum.*

2.^o Tridentinum (7) cum rationem meriti exponit, addit pronomen ipsorum, v. cujus praemium ipsis merentibus est dandum: »bonis ipsorum operibus, fideliter reddenda.» S. Augustinus docet (8), soli Christo convenire suis meritis alios sanctificare. S. Hieronymus (9), in verba *ne forte non sufficiat nobis et vobis,* etc. «Hoc, inquit, non de avaritia, sed de timore respondet. Unusquisque enim pro operibus suis mercedem recipiet, neque in die iudicii aliorum virtutes possunt aliorum vicia sublevare.»

3.^o Ratio adequata est: »quia Deus non ordinavit nec proposuit »alicui ut praemium gloriam alterius, sed tantum propriam; nemo »autem in stadio currens potest mereri aliud bravium, nisi quod a »supremo gubernatore in praemium est vincens propositum.» Rationes congruentiae possunt esse: a) »Quia gratia unius hominis creata non influit ex natura sua in alios, nec constituit unum

(1) Joann. XV, 4.—(2) VIII, 17.—(3) I.^o XIII, 3.—(4) Vol. II. Disq. VII, Thes. LXVI.—(5) Rom. XIV, 12.—(6) II.^o V, 10.—(7) Sess. 6, cap. 16.—(8) L. 1. De poen. merit. c. 14.—(9) In Matthae, XXV De virgin.

»hominem caput aliorum.» §) »Quis meritum de condigno esse »debet quasi dispositio conveniens ad propriam sanctificationem »ejus, cui gloria conferenda est; nullus autem potest recte disponi »per actiones alterius, quia dispositio esse debet affectio intrinseca »ejus, qui disponitur. Unde sicut nemo potest fieri studiosus per »opera alterius, ita neque disponi ad majorem sanctitatem.» ¶) »Me- »ritum cujuslibet justi finitum est, ideoque cuilibet operi ejus »definitum praemium gloriae et gratiae respondet, ideoque non »posset quis de condigno alteri gloriam mereri, quin simili gradu »gratiae et gloriae seipsum privaret... Hoc autem per se statim ap- »paret indebitus ordo, et minime consentaneus charitati, nec affe- »ctui, quem ad propriam sanctitatem et gratiam coram Deo mus- »quisque habere tenetur (1).»

Prob. quoad c) Promissio antecedens, quae, ut patet, ex dictis ad a), non est necessaria ut meritum sit dignum praemio, sed ut istud sit debitum et necessario dandumposito opere merito, Prob. 1.^o Ex doctrina concil. Tridentini 2., quae hanc promissionem requirit: »Atque ideo bene operantibus usque in »finem et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, et tam- »quam gratia filiis Dei per Jesum Christum misericorditer pro- »missa, et tamquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipso- »rum operibus et meritis fideliter reddenda.»

2.^o Juxta Scripturam, mercedem et coronam dat Deus ex conventionem facta cum operariis et pro eo pugnantibus: sic Mat- »thaeus ait (3): *Conventionem facta cum operariis ex denario »diurno, misit eos in vineam suam;* uni vero eorum operariorum, qui »putabant ampliorem sibi deberi mercedem, respondit dominus vi- »vae (4): *Amice non facio tibi injuriam; novae ex denario concessisti »mercedi; tolle quod tuum est et eade.* S. Jacobus dicit (5): *Beatus vir, qui suffert tentationem; quantumquam probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam reppromisit Deus diligentibus se.*

3.^o Pro Patribus testatur Augustinus (6): »Debitor nobis »factus est Deus non aliquid accipiendo, sed quod ei placuit pro- »mittendo... Nihil ergo ei dedimus; non est quemadmodum ista »voce exigamus debitorem Deum... Illo ergo modo possumus exi- »gere Dominum nostrum, ut dicamus: redde quod promissisti; quia »fecimus quod jussisti.»

4.^o Meritum condignum in actu secundo, debet remuneratorem Deum aliquo modo debitorem facere, ut patet ex Apostolo (7): *Et... qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum*

(1) Swar. L. 12. De mer. c. 16, n. 7.—(2) Sess. 6, cap. 16.—(3) XX, 2.—(4) Ibid. 13.—(5) I, 12.—(6) Serm. 16. De verb. Apostoli.—(7) Rom. IV, 4.

debitam. Atqui non potest homo suis operibus Deum facere debitorem, nisi prius Deus ejus operibus praemium promiserit. Ergo... *Min.* prob. Quia seclusa promissione divina potest Deus ratione sui supremi domini in omnes creaturas earumque actiones, has exigere solo titulo plenissimi domini nulla retributione proposita. Confirm. Quia aliter non satis explicaretur, cur Christus non meruerit bonis Angelis augmentum gloriae, malis reparationem cum ad haec plenissime sufficerent merita Christi infinita.

Nota. Meritum de condigno praemium exigere ex aliqua justitia ex probationibus hujus theses in quibus nomina *justitiae* i. e. mercedis, coronae, debiti, etc., passim sonant, liquet; an ex rigurosa justitia seu commutativa, quæstio est alibi in sensum affirmativum expedita; (Vol. II, Disq. VII, de Deo incarnato, Thes. LXXI), nec iterum hic tractanda.

THESIS XXXI.

Meritum erit de congruo, si operi libero et supernaturali hominis viatoris, desit aliqua conditio ad meritum de condigno requisita.

162. Prob. Nam tale opus liberum et supernaturale hominis viatoris, ex una parte habet omnes conditiones ad meritum generatum requisitis (nn. 155, 157); ex alia deest aliqua conditio ad meritum de condigno, ut supponimus. Ergo erit meritorium de congruo cum non detur medium. *Prima antecedentis* pars declaratur: nam tale opus est liberum, — positivum, — honestum, — supernaturale; — hominis viatoris tendentis saltem ad amicitiam Dei recuperandam si est peccator, — acceptatum denique a Deo saltem consequenter; nam ad hoc meritum, ut advertit Platellii (4), sufficit, actum habere bonitatem aliquam proportionatam, ut illius intuitu merito possit Deus beneficium aliquid homini reddere, non ex justitia, aut fidelitate, sed ex quadam decencia misericordissimæ ejus providentiæ.

THESIS XXXII.

Homo potest mereri apud Deum tam de condigno, tum de congruo.

163. Utraque pars est communis theologorum. 1.^a Pars, prob. Meritum de condigno est illud, quod servat æqualitatem cum praemio. Sed bona opera justorum sunt ex æquo proportionata cum

(1) Synops. De merito, n. 677.

praemio seu vita æterna. Ergo... *Min.* prob. iisdem argumentis quibus Thes. XXIX et Thes. XXX pars a; nn. 159, 161.

II.^a Pars, prob. 1.^a Sacra Scriptura orationi, elemosynæ, jejuniæ aliisque bonis operibus promittit liberationem a peccato. Ecclesiasticus (1): *Timor Domini expellit peccatum*. Apud Tobiam (2): *Elemosyna a morte liberat, et ipsa est, quæ purgat peccata, et facit iucunda misericordiam et vitam æternam*. Ergo illis operibus respondet liberatio a peccato; sed non ex merito de condigno, quia deest status gratiæ; ergo ex merito de congruo.

2.^o Similiter arguendum ex Patribus. S. Ambrosius (3): *Flevit amarissime Petrus, flevit ut lacrymis suum posset lavare delictum; et si tu veniam vis mereri, dilue lacrymis culpam tuam*. S. Augustinus (4): *Neque enim nullum est meritum fidei, quæ fide ille dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori; et descendit justificatus merito fidelis humilitatis, al. humiliatus quoniam, qui se humiliat exaltabitur*. S. Hieronymus (5): *Qui peccata simpliciter confitentur, merentur humilitate clementiam Salvatoris*. S. Prosper. (6): *Non enim nullius meriti haberi potest petentis fides, quaerentis pietas, pulsantis instantia*.

3.^o Quia operibus supernaturalibus et liberis hominis viatoris, quamvis sit peccator, conveniunt omnia requisita ad meritum de congruo (Thes. XXXI). Ergo illud habent. Confirm. De facto juxta Tridentinum (7) quidam actus supernaturales et liberi peccatoris (Thes. XXIV) sunt dispositio et preparatio ad justificationem; ergo illam exigunt; sed non de condigno, ut patet; ergo de congruo eam exigunt seu merentur.

Obj. Apostolus ad Rom. (8) scribit: *Existimo enim, quod non sunt condignæ passionibus hujus temporis ad futuram gloriam*. Et ad Corinth. (9): *Quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ*. Ergo passionibus nostræ, opera nostra non merentur de condigno, nec sunt praemio æqualia.

Resp. Explico *antec.* *Non sunt condignæ*. — *Est momentaneum et leve* quod operamur, absolute omnibus consideratis, neg. Secundum quid; conc. nempe si solum attendimus ad durationem et entitatem operis nostri præcisive a dignitate, quam accipit a gratia et meritis Christi, cujus viva membra sumus, vere non sunt condignæ passionibus hujus temporis — momentaneum et leve est quod patimur, ut vitam æternam consequamur; sed si, ut debet fieri, a gratia non praesentatur, tunc auctore ipso Apostolo (10); hoc, quod est momentaneum et leve, supra modum in sublimitate æternam glo-

(1) I, 27. — (2) XII, 9. — (3) In Luc. c. 22, n. 60. — (4) Epist. 165 (al. 194) n. 9. — (5) L. 2, *contr. Pelag.* n. 11. — (6) *Contr. Collat.* c. 3, n. 1. — (7) Sess. 6, cap. 6. — (8) VIII, 18. — (9) II.^a IV, 17. — (10) *Ibid.*

riae pondus operari, i. e. moraliter causat et meretur, juxta illud Christi Domini Salvatoris (1): Si quis tiberit ex aqua (scilicet gratiae meae cooperetur), quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed sicut in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.

ARTICULUS II.

De objecto meriti.

THESIS XXVIII.

Justus mereri potest de condigno: a) vitam aeternam; b) augmentum gratiae; c) augmentum gloriae.

164. Prob. quoad a) Haec pars praecipue a quaestione an prima gloria seu illa, quae respondet gratiae habituali in instanti ejus infusionis possit mereri de condigno, est communis theologorum, et habetur ut certa, nam quamvis concil. Tridentinum sub terminis de condigno eam non definiaverit, attamen affirmans, opera justorum vere mereri vitam aeternam, aliquid amplius intendit quam solum congruitatem et decentiam praemii. Probatur iisdem argumentis concelliorum, Scripturae et Patrum, quibus Thes. XXIX, XXX, pars. a (supr. n. a. 159) firmatae sunt. Illic agitur de vita aeterna tanquam de mercede, corona, stipendio, mensura, etc. quae nomina sunt justitiae seu meriti condigni. Concil. Tridentinum (2) recensens objecta veri meriti includit: augmentum gratiae, vitam aeternam... atque etiam gloriae augmentum. Brevis Angelicus, nostram thesiam demonstrat (3): 1.º Quod redditur secundum justum judicium, videtur esse merces condigna. Sed vita aeterna redditur a Deo secundum judicium justitiae, secundum illud (4): *In reliqua reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illo die justus judex.* Ergo homo meretur vitam aeternam ex condigno.

2.º Opus meritorium hominis dupliciter considerari potest: uno modo, secundum quod procedit ex libero arbitrio; alio modo, secundum quod procedit ex gratia Spiritus sancti. Si consideretur secundum substantiam operis, et secundum quod procedit ex libero arbitrio, sic non potest ibi esse condignitas propter maximam inaequalitatem... Si autem loquamur de opere meritorio

(1) Joann. IV, 14.—(2) Sess. 6. can. 32.—(3) 1, 2, Q. 124, a. 3.—(4) II.º Timoth. IV, 8.

secundum quod procedit ex gratia Spiritus sancti, sic est meritum vitae aeternae ex condigno. Sic enim valor meriti attenditur. c) secundum virtutem Spiritus sancti moventis nos in vitam aeternam, secundum illud Joannis (1): *Fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.* Attenditur ß etiam pretium operis secundum dignitatem gratiae, per quam homo consors factus divinae naturae adoptatur in filium Dei, cui debetur haereditas ex ipso jure adoptionis secundum illud (2): *Si filii et haeredes.*

Prob. quoad b) Augmentum gratiae. Eiusdem est certitudinis ac pars antecedens. Prob. 1.º Ex Tridentino, ut supra a), inter objecta veri meriti seu de condigno recensente augmentum gratiae.

2.º Opera quaelibet libera et supernaturalia hominis justii habent omnia requisita ut mereantur de condigno augmentum gratiae. Ergo illud merentur, *Antec.* prob. Si de aliqua conditione posset dubitari esse de promissione divina; sed haec non deest, nam: a) ut statim dicemus, et jam constat ex a) justus meretur de condigno, et quidem omni opere ejus libero et supernaturali, augmentum gloriae: sed augmentum gloriae non datur sine novo gradu et augmento gratiae, quae est medium et mensura gloriae. Ergo... ß Cum S. Augustino (3), qui verba S. Joannis (4): *Si diligitis me, mandato meo servate: et ego rogabo Patrem et alium Paracletum dabit vobis;* ita exponit: «Restat, ut intelligamus, Spiritum sanctum habere qui diligit, et habendo mereri ut plus habeat, et plus habendo plus diligit, et aliter enim non intelligeretur, ut interrogat ipse Augustinus, quomodo Christus promittat Spiritum sanctum ei, qui jam illud habet, cum dilectio sine Spiritu sancto impossibilis sit.

3.º Cum D. Thoma (5): «Illud cadit sub merito condigni, ad quod motio gratiae se extendit. Motio autem alicujus moventis non solum se extendit ad ultimum terminum motus, sed etiam ad motum progressum in motu. Terminus autem motus gratiae est vita aeterna. Progressus autem in hoc motu est secundum augmentum charitatis vel gratiae, secundum illud (6): *Austorum semine quasi lux splendens, procedit, et crescit usque ad perfectum diem, qui est dies gloriae.* Sic igitur augmentum gratiae cadit sub merito condigni.»

Nota. Ab hac parte non sunt excludendi actus remissi, seu illi aequae vel minus intensi actibus virtutis gratiae, quam hic et nunc habet justus: nam data argumenta sunt generalia et valent pro

(1) IV, 14.—(2) Rom. VIII, 17.—(3) Tract. 74 in Joann.—(4) XIV, 15.—(5) 1, 2, Q. 114, a. 8.—(6) Prover. IV, 18.

omni actu libero et supernaturali iustorum tam remisso quam non remisso. Ita communis sententia theologorum (1).

Prob. quoad c) Augmentum gloriae. Est certa sicut aliae partes. Prob. 1.^o Ex Tridentino, ut supra, desinente vere mereri augmentum gloriae.

(1) Vid. Suarez. De grat. habit. L. 9, c. 3, nn. 15-22.

N. B. Objecti. D. Thomae (1, 2, Q. 114, a. 8 ad 3): «Si augmentum gratiae vel charitatis cadat sub merito, videtur quod per quemlibet actum charitate informatum aliquis mereatur augmentum charitatis. Sed id quod homo ameretur, infallibiliter a Deo consequitur, nisi impediatur per peccatum sequens; dicitur enim H. Timothei 1, 12: *Sed cui credidisti, et certus sum quia potes est ad partem meam servare*. Sic ergo sequeretur quod per quemlibet actum meritorium gratia vel charitas augetur; quod videtur inconveniens, cum quandoqueactus meritorii non sint multum ferventes, ita quod sufficient ad charitatis augmentum. Non ergo augmentum charitatis cadit sub merito.»

Resp. Angelicæ: «Quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gratiae, sicut et gratiae consummationem, quae est vita aeterna. Sed sicut vita aeterna non statim redditur, sed suo tempore, ita haec gratia statim augetur, sed suo tempore, cuius scilicet aliquis sufficienter fuerit dispositus ad gratiae augmentum.» Disputant qui cum D. Thomae sentiant, quando homo sit sufficienter dispositus? Aliqui respondent in hac vita, quando homo habet actum intensiorem habitu gratiae, quae hic et nunc oritur, his adscribendis videtur D. Thomae, qui (2, 2, Q. 24, a. 6, ad 3) dicit augeri habitum non statim, sed quando voluntas conatur ad huiusmodi augmentum. Alii in termino vitae, in ingressu patriae, inter quos Scotus non vult dari augmentum gratiae ratione dispositionis subjecti, sed simpliciter tanquam praemium praecedentium meritorum, nulla alia expectata dispositione positiva ex parte hominis, praeter statum gratiae usque ad terminum vitae. De eo, ait Suarez, multo magis alia auctoribus consequenter loqui, supposito illo principio, in quo omnes isti auctores conveniunt, scilicet, augmentum gratiae respondens actibus remissis non dari statim. (Vid. Suarez. De grat. habit. L. 9, c. 3, nn. 5-14.)

Sententiam D. Thomae non esse nisi probabilem, ipsa divergentia auctorum eam exponunt, prodi, quare est etiam probabilis sententia Major. Gabriel. Almain. Vazq. etc. quos sequitur Suarez (h. c. a. n. 23), nempe enectum augmentum gratiae statim dari. Ratio est: promissio divina, quae fit sub aliqua conditione, sola impleta conditione statim impletur, nisi ex materia ipsa vel re promissa constet factam esse pro alio tempore, vel statu, vel differri expedit. Sed promissio augmenti gratiae facta est iuxta haec sola conditione, si illud promoverentur, ergo statim ac illud augmentum meretur, illis conferunt. Mir. prob. Quia concil. Tridentinum nullum alium apponit conditionem, neque ex Scripturis, vel Patribus, vel Conciliis, alia conditio sub qua haec pars mercedis operis (ut sic dicam) promissa est, probari aut probabiliter discursu colligi potest, ergo non licet nobis illam apponere, cum res supernaturalis sit, et ex voluntate Dei pendent; haec autem nos obligavit ad bonum faciendum non autem ad optimum seu quantum quisque potest. Haec sententiae subscribit inter modernos Emin. Cardin. Mazella. De virtutib. infusis, nn. 165, 171, 175.

2.^o Juxta Scripturam, praemium seu gloria est minor vel major prout opera illam minorem vel majorem mereantur. (Thes. XXX, a prob. 1.^o n. 161). Ergo augmentum gloriae, quod saltem post infusionem gratiae respondet novo operi operibus, vel pluribus numero operibus, meretur.

3.^o Certum est ex parte a) gloriam aliquam primam vel secundam mereri. Sed solum est dubium inter auctores an prima gloria mereatur. Ergo certum est mereri secundam seu augmentum primae gloriae.

SCHOLION.

Utrum homo possit de condigno mereri primam gloriam.

165. Dico: Homo potest de condigno mereri primam gloriam.

Est probabilior sententia thomistarum quos sequuntur Bellarminus, Suarez, et alii. Negat Ripalda cum aliis, sed prob. 1.^o Ex concil. Tridentino: a) Sess. 6, cap. 16 ait: «Atque ideo bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna... et tanquam merces eos ipsius Dei promissione, bonis ipsorum operibus et meritis fideliter reddenda.» Sed «vita aeterna» simpliciter dicta complectitur tam primum quam secundam gloriam. Ergo etiam primam gloriam potest homo mereri. b) Quia expresse in can. 32, cum desinit quae sint objecta meriti de condigno, distinguit inter vitam aeternam et ejus augmentum. «Si quis dixerit... non vere mereri... vitam aeternam... atque etiam gloriae augmentum, anathema sit.» Sed vita aeterna, quae distinguitur ab augmento gloriae non est nisi prima gloria. Ergo... Hinc esse sensum concil. Tridentini confirm. ex modo diverso, quo loquitur de gratia; de ea solum dicit mereri augmentum tacite excludens a ratione meriti de condigno primam gratiam. Atqui idem debuisset esse modus loquendi si prima gloria sicut prima gratia excluderetur a merito de condigno, cum in merito augmenti detur perfecta paritas. Ergo...

2.^o Idem demonstratur sacra Scriptura, quae ut patet ex testimoniis supra (Thes. XXXIII, part. a) allatis, nunquam primam a secunda gloria secernit, cum dicit vitam aeternam dari tanquam mercedem, coronam, ex justitia; ex conventionem, etc. Ergo neque nos debemus distinguere.

3.^o Actus contritionis v. g. quo aliquis se disponit ad justificationem, in primo instanti sui esse exigit, et revera obtinet, infusionem gratiae sanctificantis. Sed actus contritionis informatus gratia sanctificante meretur de condigno praemium ei respondens, quod hic est prima gloria. Ergo... *Mej.* est clara; non enim datur prius esse tempore actum contritionis, quem ex vulgato modo loquendi supponimus charitate perfectum, et deinde esse infusionem gratiae; nam aliter perfecte diligentes Deum, in aliquo instanti non diligerentur a Deo, nec essent ejus amici, quod repugnat. *Min.* prob. Quia actui contritionis gratia informatio nulla deest conditio

ex requisitis (Thes. XXX) ad merendum de condigno primam gloriam. Ergo illum meretur. Quod ut melius capias, in instanti reali quo elicitur contritio perfecta, distingue cum Platelli (1) quatuor instantia naturae seu signa rationis: a) «Primum est, quo intelligitur esse contritio meritoria de congruo, immediate quidem gratiae, mediate vero gloriae, prius naturam quam sit justificatio ad quam disponit.» b) «Secundum est, quo intelligitur gratia homini propter contritionem conferri, illumque justificare et constituere Dei filium.» c) «Tertium est, in quo intelligitur resultare jus ad gloriam, ut haereditatem ex gratia et filiatione divina, tamquam ejus proprietatem.» d) «Quartum est, quo a Deo decernitur gloria ut danda, tum titulo haereditatis, tum titulo mercedis propter contritionem antecedenter dignificatam per gratiam sui subiecti, prius naturam justificati, adeoque constitutam in esse meriti condigni, respectu praemii necdum habiti, nec decreti, nempe primi gradus gloriae... cum vi praesentis providentiae nulli danda sit gloria, nisi prius sit in Dei filium regeneratus. Unde omnis actus meritorius gloriae, est, et quidem prius, etiam meritorius gratiae; licet non semper eodem modo, cum, ut patet in nostro sensu, sit meritorius gloriae de condigno, gratiae vero solum de congruo.»

Nota. Affirmamus hominem posse mereri de condigno primam gloriam, non autem absolute mereri, quia non semper ac homo justificatur adsunt, ut in casu proposito contritionis, omnes conditiones requisite ad meritum de condigno; sic v. g. a) accidit in parvulis, qui nulla praevia dispositione sola Baptismi susceptione justificantur, b) In adultis, qui praestiposita intentione necessaria et attentione, in somno aut amentia per Baptismum justificantur et statim moriuntur; nam isti nec ante justificationem, nec in ipsa justificatione ullum actum habent gratia sanctificante ornatum, ut possint de condigno mereri primam gloriam, c) Idem affirmant alii de aliis actibus a contritione perfecta minime sufficientibus ad infusionem gratiae sine sacramento; sed si hi actus perseverant in momento in quo infunditur gratia, probabilius videtur primam gloriam mereri de condigno, cum sint actus liberi, supernaturales, hominis victoris in statu gratiae elicitis quibus Deus promittit vitam aeternam. (Plura alia vide ap. Suarium. De grat. l. 12. de merit. c. 28.)

166. Obj. 1.^o Argumentum concil. Tridentini nullum est, nam: a) quamvis dicat aeternam vitam simpliciter mereri, ex ipso certum est, primam gratiam non mereri; ergo nec primam gloriam, quae primae gratiae respondet; b) nec aliquid conficitur ex can. 32 tum quia vita aeterna potest significare gloriam praecisive a prima vel secunda, tum quia concilium (ibidem) sicut enumerat tantquam res distinctas vitam aeternam et ejus consequentiam, licet revera non distinguantur, ita etiam potest loqui de gloria et augmento ejus, quamvis re idem sint. Ergo...

Resp. Neg. *antec.* Ad primam probationem a) conc. *antec.* neg. *conseq.* propter disparitatem; nam primam gratiam meretur quis

(1) Synop. De merito, n. 667.

pro priori ad infusionem gratiae sanctificantis seu in eo instanti naturae in quo ei peccatori infunditur gratia; e contra primam gloriam meretur quis pro posteriori ad infusionem gratiae, cum jam justus factus, est capax meriti condigni. Ad rem Angelicus (1): «Praeparatio hominis ad gratiam habendam quaedam est simul cum ipsa infusione gratiae; et talis operatio est quidem meritoria, sed non gratiae, quae jam habetur, sed gloriae, quae nondum habetur.»

Ad secundam probat. b) neg. *antec.* et primam ejus rationem; nam verba concilii sensu obvio accepta, ut accipi debent quantum possibile sit, non tantum significant aliquam gloriam mereri in abstracto, sed in concreto totam vitam aeternam, scilicet primam et augmentum ejus; nisi velis concilium contra ordinarium modum loquendi unam eandemque rem tamquam duas realiter distinctas exhibuisse. Secundae rationis nego paritatem, quia nimis patet mereri aliquam rem et ipsius consequentiam esse unum idemque praemium; unum tamen et alterum nominat Tridentinum, quia de facto multi, qui merentur vitam aeternam, eam propter mortem in peccato non sunt consequuturi.

Obj. 2.^o Actus dispositivus ad justificationem in instanti priori naturae ad infusionem gratiae solum hujus infusionem de congruo meretur; ergo cum gratis infunditur jam accipit totum praemium ei debitum; ergo nequit pro posteriori ad infusionem novum praemium, seu de condigno mereri primam gloriam, exigere.

Resp. Conc. *antec.* Primum *consequens* dist. Accipit totum praemium et debitum partialiter ratione unius tituli; conc. Totaliter ratione etiam tituli personae gratiae, quem acquirit simul in eodem instanti reali infusionis gratiae; neg. Et sub his distinctionibus neg. ultim. *conseq.* (Vide argum. rationis.)

THESIS XXXIV.

Justus non de condigno, sed tantum de congruo fallibili mereri potest: a) gratias efficaces et reparationem post lapsum; b) perseverantiam finalem; c) aliis gratiam sive actualem, sive habitualem.

167. Quoad a) Prob. 1.^o De gratiis efficacibus; eas potest mereri de congruo, nam actus salutaris v. g. orationis, quae eas postulat, omnes habet conditiones ad meritum de congruo saltem fallibili (Thes. XXXI). Ergo... Non potest de condigno, nec de congruo infallibili; e) quia deest conditio divinae promissionis; f) quia omne opus salutis liberum hominis justus jam remuneratur quantum valet augmento gratiae et gloriae; ad alium enim actum ex se nullum ordinem dicit. g) Gratiam effica-

(1) 1, 2, Q. 115, a 2, ad 1.

com meretur justus vel quolibet actu suo meritorio, vel aliquo tantum v. g. insigni et heroico. Sed neutrum dici potest. Ergo... *Mis. prob.* Non primum, quia tuac justus per unum actum confirmaretur in gratia, nec peccare posset, adversus dicta in Thesi XXVII. Non secundum, quia gratis asseritur, cum nulla sit assignabilis institutio divina, quae alicui actui promiserit tamquam praemium auxilium efficacem. Adde, quemcumque actum quantumvis insignem et heroicum habere totum suum praemium in augmento gratiae et gloriae respondentem. Ergo...

Prob. 2.^o De reparatione post lapsum, i. e. an justus dum perseverat possit sibi mereri reparationem lapsum, si, quod Deus avertat, peccando justitiam amitteret. Et dicimus non posse de condigno, nec de congruo infallibili: *a* Quia repugnat Scripturae (1): *Si autem averterit se justus a justitia sua... omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur. — Justitia justi non liberabit eum in quacumque die peccaverit.* Sed recordarentur justitiae ipsaeque liberarent justum a peccato, si posset mereri de condigno aut congruo infallibili reparationem post lapsum; nam ad hanc dandam teneretur Deus vi promissionis, quam illa merita involvunt. Ergo... *β* Justus non potest mereri de condigno, ut jam probatum est, gratiam efficacem. Atque si mereretur de condigno reparationem post lapsum mereretur de condigno gratiam efficacem, nempe eam, quae juxta ordinariam providentiam est necessaria ad poenitendum salutariter. Ergo... Addimus posse de congruo fallibili: *a* Quia ita innuit propheta Jehu cum regem Josaphat alloquitur (2): *Impio probes auxilium et his, qui oderunt Dominum, amicitia jungaris, et idcirco iram quidem mereraris: sed bona opera inventa sunt in te:* unde Theodoretus (in h. l.): *hinc discimus, quod minime peccatorum poenas, quae prius fuerant recte facta.* *β* Quia deest Deum, ut non obstante peccato superveniente recordetur praecedentium meritorum, illorumque intuitu benefaciat peccatori, eique gratias efficaces largiatur, ut a suo misero statu reapse liberetur.

Nota: Quae de gratia efficaci diximus applicari possunt et debent auxiliis sufficientibus copiosioribus propter easdem rationes, si illud excipis de confirmatione in gratia.

Quoad *b*. Perseverantiam finalem. Quid ea sit, supra Thesi. VIII. Schol. III. n. 62 declaravimus; in ea possumus distinguere inchoationem, progressum et consummationem; nemo potest mereri neque de congruo inchoationem. Ratio est, ait Suarius (3).

(1) Ezch. XVIII, 24, XXXIII, 12—(2) II. Paralip., XIX, 2—(3) De grat. L. 12, c. 38, n. 11.

quia etiam meritum de congruo esse debet ab auxilio. Ergo primum meritum de congruo, quod homo habet post justificationem, supponit auxilium efficacem per quod ad perseverandum tendit. Assertio intelligitur in praesenti providentia; utrum in alia sit possibile perseverantiam mereri de condigno, omittimus.

Prob. 1.^o non posse mereri de condigno. *a*) Negative, nihil in Scriptura invenitur quod indicet justum perseverantiam posse mereri de condigno; concil. Tridentinum cum can. 32, sess. 6, recenset objecta meriti de condigno, non includit inter ea perseverantiam. Ergo cum meritum de condigno sit positive probandum; pendet enim a promissione divina, dicendum est perseverantiam in praesenti providentia, etc. *β*) Scriptura et Patres supponunt justos, ut speciali donentur privilegio, posse semper amittere gratiam, atque de ipsius conservatione semper timidos esse debere. (Thesi. XXVII). Sed si mererentur de condigno perseverantiam finalem non esset cur timerent, cum perseverantia illis infallibiliter esset danda. Ergo... *γ*) Perseverantia includit gratias efficaces et mortis opportunitatem. Atqui neutrum potest justus de condigno mereri: non primum, ex parte *a*) hujus theseseos; non secundum, quia gratia non ordinatur ad vitam protrahendam, cum plus vel minus vivere sit aliquid ei extrinsecum. Ergo... *β*) Quia totum, quod meretur quilibet actus hominis justus compensatur ad aequalitatem et ultra per vitam aeternam et gratiae augmentum; nam Scriptura et Patres (Thesi. XXXIII) vitam aeternam et consequenter augmentum gratiae tamquam totam mercedem magnam nimis actibus justorum debitam, tradunt. Ergo non potest homo justus mereri de condigno perseverantiam finalem.

Prob. 2.^o posse mereri de congruo: *a*) Ex adhortatione S. Petri (1): *Salutate ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem facialis.* Unde per perseverantiam proprie fit certa vocatio et electio nostra ad gloriam. Atque juxta S. Petrum possumus per bona opera hanc vocationem et electionem certam facere. Ergo... *β*) Auctoritate S. Augustini (2): *Hoc ergo donum Dei (perseverantiam) suppliciter emereri potest.* *γ*) Quia adsunt omnes conditiones requisitae ad meritum de congruo ex una parte, ex altera convenit bonitatis divinae ejusque provide gubernationi, ut perseverantiam bene operantibus concedat, sic enim fideles aeternae suae salutis procurandae impensius laborant. Ergo... Hoc tandem assertum meritum esse de congruo fallibili constat ex defectu divinae promissionis (3).

(1) II. 1, 10. — (2) De Don. persever. c. 6, n. 10.

(3) *Nota*da Suarii sententia. (De grat. L. 12, de merit. c. 38, nn. 14, 17) quam ipse sic exponit: *Si nihil dicendum videtur, duobus modis posse intelligi*

Quoad c) Aliis gratiam sive actualem sive habituales. Prob. 1.^a Non potest de condigno: a) Quia non sibi meretur ex thes. XXX, part. 6. — b) Comprobatur breviter auctoritate et ratione D. Thomae, qui 1, 2, Q. 114, a. 6, ait: «unusquisque nostrum movetur a Deo per donum gratiae, ut ipse ad vitam aeternam perveniat; et ideo meritum condigni ultra hanc

justum mereri vel impetrare donum perseverantiae. 1.^a Per unum actum; vel per plures in certo tempore, vel usque ad certam instantem vitae factos impetrandos, quae confirmationem in gratia pro reliquo tempore vitae. 2.^a Successive per totum vitae tempus quasi per partes perseverantiam impetrando, v. gr. nunc impetrandum auxiliium efficacius ad non cadendum in praesenti occasione, et post illam iterum orando, et impetrandum aliud auxiliium ad servandum praecipuum alteram occurrentem, et sic consequenter semper orando et nunquam desinendo. «Dico ergo priorem modum merendi vel impetrandi perseverantiam non esse infallibilem... quin nullus extat de hac re divina promissio.»

«Secundo respondendo... si quis orati perseveranter petendo perseverantiam in gratia, infallibiliter eam esse impetraturum, non tamen illo primo modo... sed alio secundo.»

«Probat, quis perseverantiam in orando, ad hanc impetrationem necessaria, non est tantum duratio aliqua animae vel alterius petitionis pro aliquo tempore, hoc enim nec definit potest, nec cum fundamento affirmari. Igitur perseverantiam orationis, (ut haec sit infallibiliter impetratoria juxta promissionem Christi *petite et dabitur vobis*, Matthaei, VII, 7, Luc. XI, 9, Marc. XI, 24, Joan. XVI, 24), in infallibilitate requisita, est ut non semel tantum aut iterum fiat, sed ut toto tempore vitae duret, et praesertim ut in occurrentibus occasionebus servandi mandatum, aut vincendi tentationes, cum debita fiducia repetatur. Sic enim fiat, ut procedendo ab uno actu ad alium, bene operando, et convenienter orando, infallibiliter perseverantiam consequatur.»

Roborati potest haec sententia Suxrii verbis Scripturae: *Oportet semper orare et nunquam desinere.* (Luc. XVIII, 1). *Vigilate itaque, unus tempore orantes.* (Ibid. XXI, 36). — Auctoritate S. Augustini: «Vas itaque etiam ipsam obediendi perseverantiam a Patre luminum a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum (Jacob. I, 17), sperare debetis, et quotidianis orationibus potere, atque hoc faciendo confidere, non vos esse a praedestinatione oppositi eius obiecti, quia etiam hoc a faciat, ipse largitur.» (L. De Don. pres. c. 22, n. 62). Etiam S. Cyrilli apud eundem Augustinum, (l. c. 2, n. 4): «Dicimus sanctificator nomen huius, id petimus et rogamus, ut qui in Baptismo sanctificari sumus, in eo quod esse coepimus perseveremus... Haec sanctificatio aut in nobis permanent oramus... hanc continuas orationibus precem facimus, hoc diebus et noctibus postulamus, ut sanctificatio et vivificatio, quae de Dei gratia sumitur, ipsius protectione servetur.»

Advertit tandem Suxrius: «Haec infallibilitas non convenit huic merito de congruo ratione sui (ut sic dicam), sed ratione impetrationis, quae proprie soli orationi seu petitioni, ut talis est, respondet. Ratio est, quia haec infallibilitas solum fundatur in promissione divina; quae non invenitur facta operibus a) istorum, quatenus meritorie de congruo, sed tantum orationi. Quare ut fructus huius meriti certior sit, adiungenda semper est petitio perseverantiae.»

motionem non se extendit. Sed anima Christi mota est a Deo per gratiam, non solum ut ipse perveniret ad gloriam vitae aeternae, sed etiam ut alios in eam adduceret, in quantum est caput Ecclesiae, et auctor salutis humanae, secundum illud ad Hebraeos (1). *Qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis, etc.*»

Prob. 2.^a Potest de congruo, sed fallibili, tum quia deest promissio divina, tum quia potest esse impedimentum, ut monet Angelicus (l. c.), «ex parte illius cuius aliquis sanctus iustificacionem desiderat.» Quibus dictis, probatur assertio praecipue de conversione peccatoris, quae includit gratiam habituales, actuales, etiam primam, et quidem efficaces ad conversionem necessarias: a) Sacra Scriptura: *Videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittantur tibi peccata tua* (2). S. Joannes (3) asserit: *Qui scilicet fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* S. Jacobus orationis meritum commendans (4): *Grate pro invicem ut saltemini: nullum enim vult deprecationi justis assidue.* b) Fictis ecclesiasticis, quibus constat Deum aliquibus peccatoribus veniam et gratiam tribuisse propter Sanctorum orationes, insignia sunt: conversio S. Pauli meritis S. Stephani; «si martyr Stephanus non sic orasset, Ecclesia Paulum hodie non haberet,» ait S. Augustinus (5); conversio ipsius S. Augustini, ut testatur Ecclesia in oratione pro officio S. Monicae: «Deus moerentium consolator, et in te sperantium salus, qui beatae Monicae pius lacrymas in conversione filii sui Augustini misericorditer suscepisti, etc.» c) Ex veritate communionis Sanctorum, quam in symbolo profiteri credentes iustos posse esse invicem juvare in ordine ad salutem; ex praxi Ecclesiae, quae pro salute omnium, qui a via veritatis et sanctitatis aberrant peccator, pro peccatoribus; pro haereticis, pro infidelibus, etiam (6) et pro perfidis iudaeis: ut Deus et Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum; ut et ipsi agnoscant Jesum Christum Dominum nostrum. d) Cum D. Thoma (7): «Quia enim homo in gratia constitutus implet Dei voluntatem, congruum est secundum aemulitiam proportionem ut Deus impleat hominis voluntatem in salvatione alterius.»

168. Obj. 1.^a Plus est mereri de condigno augmentum gratiae quam unum auxiliium efficacius, et per hoc aliud auxiliium et ita successive usque ad consequentem beatam mortem. Sed iusti de condigno merentur augmentum gratiae. Ergo...

(1) II, 10. — (2) Matth. IX, 2. — (3) I^a V, 16. — (4) V, 16. — (5) Serm. 4, de Sanctis. — (6) Offic. fer. VI. Maj. hebdom. — (7) 1, 2, Q. 114, a. 6, 9.

Resp. Trans. *maj.* Conc. *min.* Neg. *cons.* Constat satis ex argumentis Deum acceptare bona opera justorum ut ea plene recompenset per augmentum gratiae et gloriae. Quid potuerit fieri in alia providentia, omissimus.

Obj. 2.^o Apostolus ad justos lapsos scribit (1): *Non enim injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis.* Ergo Deus non obliviscitur operum justorum, qui lapsi sunt. Sed oblivisceretur si negaret eis perseverantiam. Ergo...

Resp. Explicio sensum Pauli, ut obliviscatur si poenitentia intercedat; conc. Sine poenitentia; neg. Nam Apostolus scripsit ea verba, ut lapsos ad poenitentiam excitaret, quare essent verba sine sensu et inutilia ad inducendos justos lapsos ad poenitendum, si eis jam ex antea factis meritis nova justificatio esset debita. Significat Apostolus illis verbis peccatum justorum, si poenitentia deleatur, non esse obstaculum ut opera bona antea facta Deus remuneret, si tandem justus in gratia deccadat (2).

Obj. 3.^o Fideles pie credunt privatis revelationibus, quae aliquibus bonis operibus v. g. gustare scapularē carmelitanum usque ad mortem, primis diebus veneris novam mensium subsequentium Eucharistiam sumere in honorem SSmi. Cordis Jesu, etc. promittunt perseverantiam finalem. Ergo si quis illa opera praestet meretur de congruo et quidem infallibiliter perseverantiam finalem.

Resp. 1.^o Conc. *antec.* et quamvis forte, credita fide divina revelatione privata (3), non esset inconveniens totum consequens concedere, nihilominus dist. Meretur de congruo late et improprie; conc. Proprie et stricte; neg. Ratio est, quia hae promissiones sunt ultra illam proportionatam bonitatem factae, quam ex providentia ordinaria debent et sufficit habere opera nostra ad meritum congruum; soli enim munificentissimae Dei liberalitati tribuendae sunt. Nec ex illis sequitur aliquem posse esse certum suae salutis et perseverantiae finalis, praesertim certitudinae fidei: 1.^o Quia non constat, an nude solis illis operibus, aliis non comitantibus sit facta promissio (V. resp. 2.^o infra). 2.^o Quia si agatur de opere salutari praestando non est certum illud debitis conditionibus esse positum; si opus est in eo perseverare, adhuc minus certum redditur, quis enim andebit in aliquo opere perseverantiam sibi certo polliceri? 3.^o Quia ab ipsa natura promissionum excluditur vana praesumptio; ad hoc enim fiunt, ut fideles alacrius et securius viam salutis indefesse percurrant, non ut in mediis vitiis de falsa securitate sibi blandiantur.

(1) Hebrae. VI, to. — (2) Vid. Vol. III, Disquis. V, n. 44. — (3) Vid. Suarez. De fide, D. 3, sect. 10.

Resp. 2.^o Cum Benedicto XIV (1) dist. *antec.* Promittunt ita ut sola illa opera sufficiant; neg. Cum aliis, quae supponunt vel exigunt; conc. «Nam juxta Scripturae modum loquendi aeterna vita promittitur propter quaedam, quae ad eam quidem conducunt, sed tamen, nisi alia quaedam accedant, satis esse non possunt ad eam assequendam, ut ad Rom. (2): *Arbitramur enim justificari hominem per fidem. Spe enim salvi facti sumus.* Et Tob. (3): *Elemosyna a morte liberat, et ipsa est quae purgat peccata.* Et apposite ad hanc rem scripsit Bellarminus (4): *Saepe numero Scriptura divina tribuit vim justificandi, aut etiam salvandi diversis rebus, non quod solae illae justificare aut salvare possint, sed quod illae vim suam habeant ad justificationem aut salutem, et ad eam finem perducant, si tamen caetera non desint.*»

Obj. 4.^o D. Thomas non admittit a) justum mereri de congruo reparationem post lapsum (5); «Nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum, neque merito condigni, neque merito congrui» b) mereri perseverantiam (6). «Perseverantiae donum aliquis petendo a Deo impetrat vel sibi vel alii, quamvis sub merito non cadat.»

Resp. ad a). Re vera ita opinari D. Thomam in Summa, eum tamen non dissentire a contraria, quam tradit in expositione epistolae ad Hebraeos (7) super illa verba: *Non enim injustus Deus his verbis: «Duplex est meritum. Unum quod innititur justitiae, et istud est meritum condigni; aliud quod soli misericordiae innititur, quod dicitur meritum congrui. Et de isto dicit, quod justum est, i. e. congruum, quod homo, qui multa bona fecit, mereatur. Ista enim misericordia est adjuncta quodammodo justitiae, plusquam in illo, qui nunquam aliquid fecit.»* Haec commentaria scribebat Angelicus anno quarto vel quinto ab incepta summa.

Ad b) D. Thomas solum negat meritum condignum non congruum; ita probant cum aliis interpretibus Vazquezius (8) et Suarezus (9); qui fundantur: a) in ratione D. Thomae, quae non plus probat; b) quia sicut admittit meritum perseverantiae gloriae, ita negat meritum perseverantiae vitae; sed meritum perseverantiae gloriae est de condigno; ergo... c) quia concedit ad primum, posse justum impetrare perseverantiam; quod autem justus viator impetrat, mereri etiam potest saltem de congruo, si

(1) De fide, B. M. F. L. II, c. 6, n. 8. — (2) III, 28, VIII, 24. — (3) XII, 9. — (4) De Poenit. L. 2, c. 7. — (5) 1, 2, Q. 114, a. 7. — (6) Ibid. a. 9. — (7) Cap. VI, Lect. 3. — (8) In 1, 2, Q. 114, art. 9. — (9) De gra. L. 12, c. 38, n. 9.

nullum est inconveniens, ut de perseverantia ostensum est: 3) quia D. Thomas in art. VII ubi utrumque meritum negat, distinguit, hic vero cum non distinguat dicendum videtur solum voluisse negare meritum propriissime dictum seu de condigno.

THESIS XXXV.

Peccator de congruo mereri valet reparationem post lapsum et gratiam efficacem post lapsum. 169. Prima pars est communis theologorum; secunda, qua dicit gratiam efficacem posse mereri, est probabilis (1).

I.^a Pars probatur hisdem argumentis, quibus supra stabilita est secunda pars thes. XXXII, n. 163. Hic addam pulcherrimum S. Ambrosii testimonium (2), qui exemplum adhibens illi prodigi ait: *Penitentiam agendo, meruit stolam, annulum, calceamentum... Surgam, inquit, et ibo ad Patrem meum et dicam illi: Pater peccavi in caelum et coram te. Nonne advertitis id evidenter jam nobis expositum, quod emerendi gratia sacramenti ad precandum impellimur?... Tam cito veniam meretur, ut venienti, et adhuc longe posito occurrat Pater; osculum tribuat, quod in signis est sacrae pacis, stolam proferri jubeat, quae vestis est nuptialis, etc.*

II.^a Pars intelligitur quatenus peccator post primum actum gratia factum potest auxilium saltem sufficiens et etiam efficax ad actum subsequentem mereri, v. g. per actum fidei ad actum spei, et ita successive usque ad ultimam dispositionem ad justificationem.

Prob. 1.^a In opere bono peccatoris habentur omnes conditiones requisitae thes. XXXI, ut possit mereri de congruo gratiam efficacem. Ergo illo non caret. *Antec. prob.* Si aliqua deesset conditio esset proportio actus peccatoris cum gratia efficaci, sed haec non deest: nam inter actus praecedentes justificationem est habitudo unius ad alium, ut ex Tridentino sess. 6, cap. 6, patet; Deus vero facientibus quod in se est, maxime si acceptae gratiae cooperantur non denegat gratiam. Ergo...

2.^a Potest peccator unum et alterum et tertium auxilium efficax impetrare per orationem; ergo et mereri de congruo, quia haec in hac ordinaria providentia conjuncta sunt.

3.^a Ex prima parte potest peccator mereri de congruo justificationem seu gratiam habituales. Sed gratia habitualis includit gratiam efficacem. Ergo...

Nota. Cum sola contritio, si est charitate perfecta, extra sacra-

(1) Contra Suar. L. 12, c. 37, n. 23.—(2) De poenit. l. 2, c. 3, nn. 16, 18.

mentum immediate justificet, meritum congruum, quod respondet aliis actibus fidei, spei, poenitentiae, etc., justificationem praecedentibus non est infallibile; tum quia homo potest ponere impedimentum ad alterius auxilium, tum quia si agitur de auxilio sufficienti copiosiore praesertim efficaci, Deus ex sola quadam decencia et benevolentia illud largitur.

Obj. Paulus ad Rom. (1) testatur nos: *non ex operibus sed justificari gratis.* Atqui non gratis, sed ex operibus, si ex merito justificationem consequimur, justificamur. Ergo...

Resp. Explico: dicit nos *justificari gratis, non ex operibus*, quia nihil salutis possumus mereri naturaliter seu sine gratis; conc. Supernaturaliter seu cum gratia neg. vel subdist. Excludit meritum condignum, quod proprie est meritum justitiae, vel meritum congruum non fundatum in priori aliqua gratia nullo modo debita; conc. Meritum congruum subsequens primam gratiam; neg.

SCHOLION I.

De merito bonorum temporalium.

170. Notandum est cum Suarior (2) ex D. Thomae (3), bona temporalia dupliciter expectari posse: 1.^o Absolute et secundum se, prout huic temporali vitae deservimur. 2.^o Prout conferre possunt, vel etiam esse necessaria ad vitandum peccatum, vel salutem consequendam. Hoc ultimo modo ait Angelicus: *temporalia bona... directe et simpliciter cadunt sub merito, sicut et augmentum gratiae, et omnia illa, quibus homo adjuvatur ad perveniendum in beatitudinem post primam gratiam. Tantum enim dat Deus viris justis de bonis temporalibus, et etiam de materialibus, quantum eis expedit ad perveniendum ad vitam aeternam.* Ad tale meritum necessarium erit ut actus ex fide et auxilio gratiae procedat, et ita facile erit invenire in huiusmodi actu caeteras condiciones necessarias ad merendum de congruo talia dona, ut advertit Suarius (l. c.).

Si primo modo considerentur opera honesta, libera et naturalia peccatoris, etiam infidelis, possunt habere, ut loquitur D. Thomas, praemium secundum quid i. e. non fundatum in gratia, sed mere naturale. Hoc pacto Deus obstetricibus aegyptiis beneficet (4).

SCHOLION II.

De conditionibus augmentibus meritum.

171. Breviter illas complexus est Platelli (5), et sunt: I.^a Excellentia actus ex sua specie, seu ex objecto.

(1) III, 20, 24.—(2) De grat. L. 12, c. 37, n. 26.—(3) 1, 2, Q. 114, a. 10.—

(4) Ex od. I, 20.—(5) Synops. de merito, n. 678.

II.^a Circumstantiae ad bonitatem ipsius actus conferentes.

III.^a Major libertas et major perfectio voluntarii penes maiorem intensionem aut firmitatem actus.

IV.^a Difficultas orta ex objecto, ex impedimento extrinseco, et ex debilitate subjecti ipsi non voluntaria.

V.^a Duratio, ut contra Bannesium tenent Suarius et alii communis et rationabilis; cum videatur per se notum, quod actus sit caeteris paribus, eo laudabilior, quo diutius durat.

VI.^a Major sanctitas operantis, juxta Valentiam, Suarium, Maldonatam, contra Medinam, Vazquesium, Arriagam, nam licet major sanctitas non habeat se antecedenter ad omnia bona opera justi, sicut sanctitas personalis Christi ad omnia ejus opera, sed solum concomitanter, videtur tamen ex amicitiae legibus ac decencia sui subjecti opera magis dignificare (1).

VII.^a Major unio moralis cum Christo in presenti providentia; illam enim non haberemus si Christus non venisset; nam ille unione juxta conjunguntur Christo tanquam membra viva suo capiti (2).

Obj. In qualibet parte temporis seu durationis sunt infinitae partes. Ergo si duratio meritum auget, quilibet actus non instantaneus erit meriti infiniti.

Resp. Haec difficultas est potius speciosa quam realis quatenus aliis materiis diversis ab ipsa compositione continui, quae utique obscurissima est, applicatur; unde dist. *ante*. Sunt infinitae partes, quae tamen juxta auctores, qui illas admittunt, efformant totum finitum; cono. Quae possint superare totum finitum quod efformant, neg. *Consequens* dist. Actus non instantaneus erit meriti infiniti i. e. divisibilis in infinitum; trans. Multiplicabilis in infinitum, ut praetendit difficultas; neg. Nam sicut una hora temporis tam si eam adstruis in finitis partibus compositam quam solis instantibus indivisibilibus numero certo definitis, non est nisi hora temporis initio et fine limitata; ita meritum uni horae respondens sive illud dividat in infinitas partes, sive in instantia indivisibilia numero finita, erit meritum initio et fine comprehensum sicut ipsa hora. An ex admissione partium in finitarum in continuo sequatur illud absurdum; posse unam exiguam papiri schedam totum mundum cooperire imo omnia spatia etiam possibilia implere, si scheda in alias et alias partes in infinitum dividatur, non est hic sed in Philosophia discutendum.

Ad finem verbi ntar Eximii doctoris; «haec de merito dixisse sufficiat, atque hic finis esto universae tractationis de gratia, quam nobis etiam finalem Deus impertiat.» Amen.

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

(1) Vid. Lugo De Incarnatione. Disp. 6.—(2) Consule pro tota hac materia S. a. r. De grat. L. 12, cc. 19-23; Ripalda De Ente super. Disp. 81; 90, sec. VIII, X.

INDEX ALPHABETICUS

Numerus romanus indicat Disquisitionem; arabicus, paragraphum; aliquando pagina citatur.

A

Acta; Pegnae et Lemos fidem non faciunt; IV, p. 580.

Actus humanus; v. voluntarium. Actibus a voluntate elicitis nequit inferri violentia, potest vero imperari; III, 11. Actus imperari et simul eliciti voluntatis sunt formaliter liberi; 47-49. Actus circa finem sunt voluntas, intentio, fructio; 51-52. Circa media electio, consensus, consilium et usus; 53, 54. Actus imperii est proprius intellectus practici; 55, v. Bonitas moralis.

Adam. v. Homo primus.

Adjutorium quo et sine quo non S. Augustini, not. pag. 523.

Angelus. Ejus nomen, natura, existentia; I, 14. Existentia non probatur sola ratione; 5. Creatus in tempore simul cum mundo; 9. Est adequate spiritualis; 23. Nec componitur materia spirituali; 29. Est natura sua immortalis; 36. Imago Dei; II, 75.

Angeli sunt in magna multitudine; 42. Differunt specie; 47. An numero intra eandem speciem; 52. Est inter eos ordo hierarchicus per tres hierarchias et novem choros distinctus; 57. Distinctio hierarchica fundatur in natura et completur per gratiam; 66.

Angeli cognoscunt naturaliter se, alios angelos et Deum; 77, 79, 80. Etiam res materiales; 82. Non cognoscunt futura libera nec secreta cordium; 84, 86. Neque naturaliter res quoad substantiam supernaturales; 90. Possunt naturaliter cognoscere res quoad modum tantum supernaturales; 92. Seipos intuitivo cognoscunt per suam essentiam; 94.

Angeli sunt praediti libero arbitrio; 119, 123. Spiritualiter possunt concupiscere et irasci; 122. An sint immutabilis electionis; 125, 127. Possunt inter se cum secreto colloqui; 128-133; v. Loquutio. Cum angelis non possunt animae nostrae naturaliter loqui; 143.

Angeli sunt in loco; 145. Illum propria virtute mutare possunt; 147. Possunt se movere continue et discrete quam citissime; 160, 168; v. Locus. Possunt corpora et alios angelos locomovere; 172, 174. Corpora assumere; 186. Non valent generationem substantialem, nec alterationem in corporibus efficere;

II.^a Circumstantiae ad bonitatem ipsius actus conferentes.

III.^a Major libertas et major perfectio voluntarii penes maiorem intensiorem aut firmitatem actus.

IV.^a Difficultas orta ex objecto, ex impedimento extrinseco, et ex debilitate subjecti ipsi non voluntaria.

V.^a Duratio, ut contra Bannesium tenent Suarius et alii communis et rationabilis; cum videatur per se notum, quod actus sit caeteris paribus, eo laudabilior, quo diutius durat.

VI.^a Major sanctitas operantis, juxta Valentiam, Suarium, Maldonatum, contra Medinam, Vazquesium, Arriagam, nam licet major sanctitas non habeat se antecedenter ad omnia bona opera justi, sicut sanctitas personalis Christi ad omnia ejus opera, sed solum concomitanter, videtur tamen ex amicitiae legibus ac decencia sui subjecti opera magis dignificare (1).

VII.^a Major unio moralis cum Christo in presenti providentia; illam enim non haberemus si Christus non venisset; nam ille unione juxta conjunguntur Christo tanquam membra viva suo capiti (2).

Obj. In qualibet parte temporis seu durationis sunt infinitae partes. Ergo si duratio meritum auget, quilibet actus non instantaneus erit meriti infiniti.

Resp. Haec difficultas est potius speciosa quam realis quatenus aliis materiis diversis ab ipsa compositione continui, quae utique obscurissima est, applicatur; unde dist. *ante*. Sunt infinitae partes, quae tamen juxta auctores, qui illas admittunt, efformant totum finitum; cono. Quae possint superare totum finitum quod efformant, neg. *Consequens* dist. Actus non instantaneus erit meriti infiniti i. e. divisibilis in infinitum; trans. Multiplicabilis in infinitum, ut praetendit difficultas; neg. Nam sicut una hora temporis tam si eam adstruis in finitis partibus compositam quam solis instantibus indivisibilibus numero certo definitis, non est nisi hora temporis initio et fine limitata; ita meritum uni horae respondens sive illud dividat in infinitas partes, sive in instantia indivisibilia numero finita, erit meritum initio et fine comprehensum sicut ipsa hora. An ex admissione partium in finitarum in continuo sequatur illud absurdum; posse unam exiguam papiri schedam totum mundum cooperire imo omnia spatia etiam possibilia implere, si scheda in alias et alias partes in infinitum dividatur, non est hic sed in Philosophia discutendum.

Ad finem verbi ntar Eximii doctoris; «haec de merito dixisse sufficiat, atque hic finis esto universae tractationis de gratia, quam nobis etiam finalem Deus impertiat.» Amen.

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

(1) Vid. Lugo De Incarnatione. Disp. 6.—(2) Consule pro tota hac materia S. a. r. De grat. L. 12. cc. 19-23; Ripalda De Ente super. Disp. 81; 90, sec. VIII, X.

INDEX ALPHABETICUS

Numerus romanus indicat Disquisitionem; arabicus, paragraphum; aliquando pagina citatur.

A

Acta; Pegnae et Lemos fidem non faciunt; IV, p. 580.

Actus humanus; v. voluntarium. Actibus a voluntate elicitis nequit inferri violentia, potest vero imperari; III, 11. Actus imperati et simul eliciti voluntatis sunt formaliter liberi; 47-49. Actus circa finem sunt voluntas, intentio, fructio; 51-52. Circa media electio, consensus, consilium et usus; 53, 54. Actus imperii est proprius intellectus practici; 55, v. Bonitas moralis.

Adam. v. Homo primus.

Adjutorium quo et sine quo non S. Augustini, not. pag. 523.

Angelus. Ejus nomen, natura, existentia; I, 154. Existentia non probatur sola ratione; 5. Creatus in tempore simul cum mundo; 9. Est adequate spiritualis; 23. Nec componitur materia spirituali; 29. Est natura sua immortalis; 36. Imago Dei; II, 75.

Angeli sunt in magna multitudine; 42. Differunt specie; 47. An numero intra eandem speciem; 52. Est inter eos ordo hierarchicus per tres hierarchias et novem choros distinctus; 57. Distinctio hierarchica fundatur in natura et completur per gratiam; 66.

Angeli cognoscunt naturaliter se, alios angelos et Deum; 77, 79, 80. Etiam res materiales; 82. Non cognoscunt futura libera nec secreta cordium; 84, 86. Neque naturaliter res quoad substantiam supernaturales; 90. Possunt naturaliter cognoscere res quoad modum tantum supernaturales; 92. Seipos intuitive cognoscunt per suam essentiam; 94.

Angeli sunt praediti libero arbitrio; 119, 123. Spiritualiter possunt concupiscere et irasci; 122. An sint immutabilis electionis; 125, 127. Possunt inter se cum secreto colloqui; 128-133; v. Loquutio. Cum angelis non possunt animae nostrae naturaliter loqui; 143.

Angeli sunt in loco; 145. Illum propria virtute mutare possunt; 147. Possunt se movere continue et discrete quam citissime; 160, 168; v. Locus. Possunt corpora et alios angelos locomovere; 172, 174. Corpora assumere; 186. Non valent generationem substantialem, nec alterationem in corporibus efficere;

178-181. v. Potentia. Non possunt ordinem universi inverti; 184. Nec miracula absoluta patrare, quamvis relativa possint; 185.

Angeli creati sunt in gratia; 198. Ad quam propriis actibus se disposerunt; 203. Aliqui eorum beatitudinem meruerunt eamque consequuti sunt; 206, 208. — In tertio suae creationis instanti; 210. Sunt in gloria inaequales sicut in naturali perfectione; 214. Superiores illuminant inferiores; 216; v. Illuminatio. Aliqui deputantur ad hominum custodiam; 220. v. Custodia.

Angeli aliqui non permanserunt in gratia et facti sunt daemones; 235. v. Daemones.

Anima hominum est a Deo per creationem; II, 15. Tunc creatur cum corpori infunditur; 29. Est spiritalis et natura sua immortalis; 43, 48. Corpori infunditur ante natiuitatem; 57. An infundatur successive post transeuntes animas vegetativam et sensitivam; 58. An in primo instanti conceptionis; 60.

Assumptio B. Mariae Virginis; v. Maria V. (BB).

B

Bona temporalia an sint objectum meriti; IV, 170.

Bonitas moralis est in aliquibus actibus humanis; III, 56, 57. Et est bonum relativum; 58. Hujus prima regula mensurans est Deus ut summum bonum; 60. Contrariae sententiae exponuntur et impugnantur; 59. Bonitatem moralem sicut et malitiam desumunt actus humani ex fine intrinseco seu objecto formali; 67, 68. Ut bonitas refundatur in actum humanum debet formaliter intendi; 71. Bonitatem et malitiam desumunt etiam actus humani ex circumstantiis et fine extrinseco; 74-76. Actus externus, qua tatis nullam addit actui interno sive bonitatem sive malitiam moralem; 79-83. Tamen per accidens potest augere; 84. Satisfactionem per se auget; ibid. II. Actus indifferentes nec boni nec mali in specie dantur, sed non in individuo; 85-87.

Bulla adversus Molinam nulla fuit; IV ad 2, 579.

C

Certitudo propriae justificationis quanta; not. (3), 628.

Concupiscentia, quid sit et quotplex; III, 20. Non causat involuntarium simpliciter; 21. Nec per se involuntarium secundum quid; 22. Auget voluntarium; 23. Sed minuit liberum; 24.

Congregationes de Auxiliis; IV, 109.

Conscientia, quid sit et quotplex; III, 139, 140. Ejus dictamen proximum de licetate actionis debet esse certum; 141, 142. Cer-

ta et invincibiliter erronea sequenda est; 144, 145. Vincibiliter erronea aliquando etiam sequenda; 146. In dubia quando pars tutior eligenda; 148, 149, 154. Quando non; 153.

Conscientia probabilis quae; 156. Quando est relinquenda; ibid. III, 395. Conscientia obligans aequae probabilis vel minus probabilis libertate non ligat; 157, 158. Etiam non ligat si est probabilior libertate dummodo haec sit vere probabilis; 159, 160. Quomodo in probabilibus dictamen conscientiae practice certum reflexe efformetur, 163. Ut quis possit opinione probabilis uti sufficit ei objective adhaerere quamvis subjective dissentiat; 164. Quae confundunt antiprobabilitate; 165. Conscientia perplexa et scrupulosa; 166-168.

Consuetudo auget voluntarium, minuit liberum formaliter; III, 25; Non moraliter; ibid. Consuetudo in communitate potest habere vim legis sive ad inducendam novam legem, sive ad abrogandam receptam; 125.

Creationismus; II, 15.

Custodia Angelorum ita fit, ut singuli homines suum habeant Angelum custodem; I, 220-223. Custodia incipit probabiliter a conceptione et perdurat usque ad finem vitae; 229, 230. Angeli etiam destinantur ad regnorum et communitatum custodiam; 231. Communitatum rectoribus ultra eisdem alium concedi Angelum pie tenetur; 232. Angeli infimi vulgus hominum, Archangeli et Principatus rectores et praesides custodiunt; 223. Quomodo SS. Angeli suos clientes adjuvant; 234.

D

Daemones sunt angeli facti mali per admissum libere peccatum; I, 235, 237. Primum daemoneum peccatum fuit superbia; 238. Objectum hujus superbiae fuit probabiliter ambitus unionis hypostaticae; 244, 247. Poenitendi copia eis data non est; 248. Sed statim aeternaliter ad infernum damnati sunt; 249. Aliqui eorum per vias in hoc mundo pervagantur; 252, 253. Sunt in malo obstinati; 255. v. Voluntas. Homines tentant absque praesudicio tamen libertatis; 263, 266. An omnes tentationes habeant daemoneum auctorem; 270. Singuli homines habent daemoneum impugnatoem; 272. Est inter daemones quaedam ad malum agendum subordinatio; 273. Possunt obsidere hominum corpora et aliquando de facto obsident; 274-277. Per eos Deus punit ordinarie homines; 280.

Dies genesiaci; v. Mundus.

Difficulus auget meritum bonorum operum; IV, 171.

Dubium, quotplex; III, 148. In dubio melior est conditio possi-

dentis tum in materia justitiae; 150. Tum in aliis a justitia materiis; 151.

Duratio bonorum operum auget eorum meritum; IV, 171.

E

Ecclesia potest leges ferre independenter a civili principatu; III, 130, 131. Ejus clerici directive tenentur legibus civilibus quae canonicis non repugnant; 133. Sunt immunes a solutione tributorum, militia, aliisque statui clericali non convenientibus; 134. Haec Ecclesiae immunitas non habuit ortum ex jure civili, sed consequitur divinam Ecclesiae constitutionem; 137.

Haec supernaturalia relative omne creatum et possibile cum creato connexum superat; IV, 2, 3. Est indubitum constitutive consequitive et exigitive; 4. Absolute conceptum consistit in connectione cum gratia sanctificante; 6. Actus entitative supernaturales non solum principium effectivum, sed objectum formale supernaturale exigunt; 12.

Epiphania ejusque usus; III, 127.

Eva, v. Homo primus.

Excellentia actus auget meritum, IV, 171.

F

Faciendi quod in se est, Deus non denegat gratiam, v. Gratia.

Fides non est necessaria ad quodvis opus bonum; IV, 50, 53. Necessaria ad justificationem non est fiducia remissorum peccatorum, sed illa qua credimus veritates a Deo revelatas; 136, 137.

Finis attingitur in appetitione medii propter finem; III, 53. Diversae ejus acceptiones; 67. Bonus non excusat mali medii electionem; 77. II, p. 334. Ab intentione boni finis non fluit mali medii electio; 77, III, ibid.

G

Gratia, ejus definitio et partitiones; IV, 16. Actualis excitans consistit in saneta illustratione intellectus et inspiratione voluntatis; 18, 19.—Indeliberate habitus; 20. Non in qualitate non vitali et transeunte; 23. Actualis adjuvans entitative ab excitante non distinguitur; 25, 27. Excitans probabilius influit physice in actum salutarem; 28. Gratia quomodo non denegetur facienti quod in se est etiam viribus naturae; 39.

Est necessaria etiam ad initium Fidei; 40. Est necessaria supernaturalis quoad substantiam; 43. Neque gratia sanctificans,

neque actualis est necessaria ad quodvis opus moraliter bonum; 51, 52.

Gratia vere et pure sufficiens datur; 71, 72. Est formaliter Dei beneficium; 75. Ipsa sola dat verum posse; 76-78. Soli voluntati humanae tribuendum quod non sortiarum effectum; 80. Justis omnibus confertur ut possint adimplere praecepta; 81. Peccatoribus etiam obstinatis ut possint se convertere; 83. Omnibus etiam infidelibus ut perveniant ad fidem et conversionem; 87.

Gratia efficax consistit cum libertate indifferentiae; 90. Non consistit in delectatione, relative victriaci, Jansenii; 93. Neque in praedeterminatione physica; 96...; Ultima ratio connexionis cum effectu, a libero arbitrio gratia evecto petenda; 102. Infallibilitas connexionis ab habitudine, quam habet praecedente scientia media ad certo futurum consensum; 105. Est speciale beneficium; 107.

Gratia habitualis non est justitia solum imputata; 110. Nec ipse Spiritus sanctus; 111. Est donum creatum; 114. Qualitas physica permanens animae superaddita; 115. Distincta a charitate; 117. Est in essentia animae tamquam in proprio subjecto; 121. Ea efficiuntur consortes divinae naturae; 121, 122. Amici Dei; 124. Filii adoptivi; 126. Justi et sancti; 128. Gratia sanctificans fit a solo Deo; 130. Per educationem ex potentia obedientiali; ibid. Opponitur peccato physice, sed non essentialiter; 143-146. Est inaequalis in diversis justis; et in uno eodemque crescere potest; 152.

Gloria prima potest mereri de condigno; IV, 165.

H

Habitus aliqui sunt operativi, aliqui entitativi; IV, Obj. 9, p. 595.

Hierarchia angelica; I, 57.

Homo primus a Deo conditus; II, 4-7. Ejus corpus et corpus uxoris Evae immediate a Deo formata; 8-11. Quomodo Eva efformata ex costa Adami; 13, 14. Corporis humani prima effectio non fuit ex transformatione et evolutione viventium imperfectorum in perfectiora; 24. Ex uno homine Adam totum genus humanum propagatum est; 29. Primus homo non est antiquior chronologica mosaica; 38-42.

Homo est substantiale compositum ex corpore et anima spirituali; 43. Unica est anima in composito humano; 51. Corpori unitur ut forma substantialis; 63. Ita unica ut excludat formam corporeitatis; 67-68.

Homo natura sua est ad imaginem Dei conditus; 69-71. Non ratione corporis sed animae; 72. Consummatur haec imago po-

tentis et actibus tum naturalibus, cum supernaturalibus; 74. Imago Dei in homine est duplex, naturalis et supernaturalis; 75. Supernaturalis destruitur peccato, naturalis perseverat; ibid. Etiam 88. Trinitatis imago est in homine expressa; 75. III. pag. 263. An imago sit idem ac similitudo; 77.

Homo fuit conditus in sanctitate originali; 78, 95. Fuit ornatus dosis integritatis; 81. Congruentis scientiae; 84. Immortalitatis; 87. Impassibilitatis; 91.

Homo praeceptum Domini transgressus gravissime peccavit; 110. Primum ejus peccatum fuit superbiae; 115. Peccatum Adae transfunditur in omnes homines; 116. Quomodo probabilius in Adamo omnes peccaverint; a. n. 124. Peccatum originale non consistit in concupiscentia; 127. Non in substantiali forma diaboli imagine; 128. Non in qualitate morbida; 129. Non in imputatione peccati Adae; 130. Nec in reatu poenae; 131. Consistit in morali perseverantia peccati in Adamo admissi cum actuali gratiae privatione; a. n. 133. Transfunditur quia ob violatum in Adamo praeceptum, ex eo ordinaria generatione descendunt homines destituti gratia sanctificante quam aliqui habuissent.

I

Innocentia quae requiritur ad omne peccatum; I. 141. Quid sit et quotuplex; III. 27. Antecedens causat involuntarium simpliciter; concomitans non voluntarium; consequens voluntarium simpliciter; 28-32.

Illuminatio inter Angelos est de rebus supernaturalibus; I. 215. Potest extrinsece Angelus inferior superiorem illuminare; 217. Illuminatio est loquutio superioris Angeli tanquam magistri edocentis inferiores res supernaturales; 218, 219.

Imago Dei in homine. v. Homo.

Impotentia, quae sit physica, quae moralis; IV. 45.

Intellectus angelicus ut actus distinguitur a substantia Angelic; I. 70. Ut potentia est realiter inadaequate ab eadem substantia distinctus; 72. Indiget speciebus intelligibilibus superadditis ut alia ab ipso Angelo cognoscatur; 97. Species a Deo infunduntur in creaturam Angelic; 100, 104. Species sunt universales et eo universales, quo Angeli perfectiores sunt naturae; 107, 109. An unica specie possit aliquis Angelus omnia cognoscere; 110, 111. In evidentibus Angelis non discurrunt; 112. Discurrunt verò in conjecturalibus in quibus etiam possunt falli; 114, 115.

J

Justificatio. Ad eam, praeter fidem, aliarum virtutum actus tamquam dispositiones requiruntur; IV, 132-135. Hi actus sunt spei, timoris, dilectionis Dei, detestationis peccati et propositi emendationis; 139.

Justificatio potest amitti in perpetuum; 149. Nec de ea, seclusa speciali revelatione, potest dari certitudo fidei; 150. Vero aliquo sensu est maximum opus Dei; 153.

Justitia originalis constituebatur collectione donorum gratiae, virtutum, immortalitatis, etc., quorum fundamentum et radix erat gratia sanctificans; II. 97-99. Fuit supernaturalis et indebita; 100.

L

Lex. Ejus definitio; III. 90. Constituitur intellectu et voluntate, principaliter intellectu; 91. Promulgatio est de ejus essentia; 92. Quae proprietates habere debet; 93. Qui sint ejus actus et affectus; 94. Quae ejus divisiones; 95.

Datur lex aeterna a qua omnes aliae derivantur; 96, 97. Est in actu libero non necessario Dei; 100. Admittenda est lex naturalis; 101, 102. Quae est universalis, immutabilis ac indispensabilis; 103-105. Aliqua praecepta legis naturalis sunt simpliciter et semper obligantia; alia non semper, si eorum materia subest plenissimo dominio Dei; 106. Quoad prima principia est indebilis de cordibus hominum, non vero quoad secundario; 108.

Leges civiles propria potestate conduunt principes saeculares, et obligant in conscientia; 109. Quoad res Ecclesiae eadem potestate gaudent ejus Praelati; 111. Leges Ecclesiae sanciri possunt etiam poenis corporalibus; 112. Vis obligandi et debitum obediendi per se manent etiam cum principes sunt mali et infideles et subditi justi vel sancti; 113, 114. Leges pontificiae non egent promulgatione in dioecibus; 122.

Leges purae poenales dantur; 119. Lex humana directe non se extendit ad actus mere internos, sed tantum indirecte; 120, 121. Legis obligatio quomodo ab acceptance populi dependat; 124. Legis interpretatio; 126. Lex humana dequit in materia levi obligare sub gravi, sed potest in gravi sub levi constringere; 128.

Liberitas. Quid sit ejus divisio; III. 34. Quae propria ejus definitio; 35. Indifferens ad bonum et malum datur in statu naturae lapsae; 36. Est indifferens active ex ipsa voluntate; 39. Ad ejus

indifferentiam non sufficit indifferentia iudicii; 45. Effectus a causa libera quando sunt imputabiles; 59.

Lignum vitae quomodo praeservabat a morte; II, 94.

Locus Angelorum est definitus; I, 146. Ut Angelus non possit naturaliter simul esse in distinctis locis adequatis; 152. Possit vero in loco minore et minore maximo ipsi adequato; 154. An simul in eodem loco possint esse plures Angeli; 156, 157. An in locis dissitis quia sint in medio; 158, 159. An transire ad loca dissita sine transitu per medium; 166, 167. An mutare locum in instanti; 164, 165.

Loquutio Angelorum, quibus praecipue sententis explicatur; I, 134. Fit juxta Suarez per impressionem speciei conceptus in audiente a loquente; 137, 138. Juxta D. Thomam voluntate libera loquentis volentis alteri suum secretum manifestare; 139, 140. Commendatur sententia D. Thomae; 139, 3.^o pag. 64. An loquutione angelica sit possibile mentiri; 141, 142.

M

Magis, quid sit; I, 281. Certo datur; 282, 283. Effectus ejus demoniaci non semper sunt solum apparentes; 285.

Magellismus, ejus origo et effectus; I, 287. Effectus ejus transcendentales diabolo tribuendi sunt; 291. Non transcendentales etiam diabolici videntur; 292. Usus ejus est illicitus; 293.

Maligna formalis consistit in privatione; III, 62, 63. Quae reponitur in carentia facultatis seu honestatis debitae in ipso actu malo; 64, 65. Ut maligna alicujus objecti contrahatur, sufficit eam praevidere, nec opus est ut intendatur; 72.

Maria V. (BB.) fuit immunis a peccato originali; II, 140. Non tamen probabilis a debito proximo; 146. Fuit immunis ab omni peccato actuali; 147. A fomite concupiscentiae; 149. In prima sanctificatione omnes Angelos et Sanctos in gratia consummatos superavit; 151. Vera mortua est; 154. Sed gloriosa resurrectione in caelum assumpta; 156. Quae fuerint circumstantiae mortis et assumptionis BB. V. Mariae; 158.

Meritum. Ejus definitio et divisio; IV, 154. Meriti theologici quae sint conditiones ex parte operis; 155. Quae ex parte tum merentis, tum remunerantis; 157. Quae non impediunt meritum; 158. Datur operi bona theologice meritoria; 159.

Meriti de condigno conditiones; 161. Meriti congrui conditiones; 162. Homo tum de condigno, tum de congruo potest mereri apud Deum; 163. Quae sint objecta meriti de condigno; 164, 165. Etiam actibus remissis suum respondet praemium; not. pag. 651. Et quidem statim quoad augmentum gratiae; N. B. pag. 652.

Quae possit justus de congruo mereri; 167. Quae peccator; 169. Quae circumstantiae meritum augment.

Melus, non impedit voluntarium simpliciter; III, 16. Quae fiunt ex eo, solum sunt involuntaria secundum quid; 17. Minuit liberum ac proinde peccatum; 18.

Motus angelorum. v. Angelus, Locus.

Mundus fuit a Deo creatus; II, p. 146. Dies genesiacos esse epochas potest quis salva fide opinari; 2, 2.^a, pag. 146. Fuisse dies naturales potest quis non improbabiler adhuc sustinere; 3.^a, p. 147. Unde judicandum quae sententia sit praeferenda; 3.

N

Natura. Ejus notiones; IV, 2. Non potest suis viribus ullam gratiam mereri; 34.

O

Obsessio. v. Daemones.

Obstinatio. v. Voluntas angeli.

Omissio pura. v. Voluntarium.

P

Passio minuit peccatum, licet illud non tollat; III, 25.

Peccatum est factum, dictum vel concupitum contra legem aeternam; III, 169, 170. Grave est formalis offensio Dei; 172, 173. Sine aliqua Dei cognitione repugnat; 174. Peccatum pure philosophicum in materia gravi est moraliter impossibile; 176. Non omnia peccata sunt aequalia; 178. Offensio Dei non est simpliciter infinita, sed solum secundum quid; 179-181.

Peccatorum alia sunt mortalia, alia levia naturae suae; 183-185. Mortale differt a veniali, quia illo homo tanquam ultimum finem praefert creaturam Deo; 188, 189. Veniale peccatum secundum quid est offensio Dei; 191. Qua regula discernatur a mortali; 192. Quo pacto distinguantur specificiter peccata; 193. Peccatum mortale et veniale in transgressione legis conveniunt univoce, in aversione a Deo analogice; 194.

Admittendum est peccatum habituale; 195. Quod non consistit in peccato praeterito non retractato; 196, 197. Nec in reatu poenae; 198. Nec in habitu vitioso seu qualitate morbida; 199. Sed in actuali praeterito non condonato cum privatione gratiae; 200, 201. Habitale veniale in solo praeterito non condonato; 203.

Omnia peccata venialia per totam vitam vitare impossibile est sine speciali Dei privilegio; IV, 68-70.

Peccatum angelorum, v. Daemones. Peccatum Adami, v. Homo. *Perseverantia*. Quid sit et quotuplex; IV, 62. Justus non valet usque ad finem diu perseverare sine speciali Dei auxilio; 63. Hoc auxilium est distinctum ab aliis gratiae habituali naturaliter debitis; 64-66. Perseverantia finalis est magnum Dei donum; 65. Justus potest eam mereri de congruo fallibili; 167. Quomodo possit impetrari infallibiliter juxta Suarii sententiam, not. (3), pag. 657.

Potentia Angeli motiva ab ejus substantia, intellectu et voluntate distinguitur; I, 183. Illi Angeli possunt corpora cujuscumque magnitudinis quantalibet velocitate movere; 184. Possunt assumere corpora realia et sensibilia, communiter aërea; 189. Corporibus assumptis non uniantur hypostaticè; 192.—nec ut formae sive substantiales, sive accidentales; ibid.—sed ut motores ad suas personas specialiter representandas; 193. Nequeunt corpus assumptum vivificare; 195.—nec actiones vitales nisi extrinsece exercere; 196.—unde nequeunt per se baptizare; 197. Non possunt generare; ibid.—nec in re corpus humanum in bestiale mutare, sed tantum apparenter; ibid.

Prædeterminatio physica. Quid sit; IV, 96. Antiqui thomistae eam respuebant, not. (3) pag. 553..., post D. Thomam, n. 98; not. (3) pag. 564.

Q

Qualitas non vitalis non pertinet ad rationem gratiae excitantis; IV, 23. Gratia est qualitas, quae potest augeri; 4^a, p. 634.

R

Remissio peccatorum vere datur in justificatione; IV, 140. De potentia absoluta potest esse sine infusione gratiae; 147, 148. Et sine peccatoris retractione; ibid.

Reparatio post lapsum potest a justis de congruo mereri; IV, 167. Etiam a peccatoribus; 169.

S

Sanctitas major operantis auget meritum; IV, 171. *Seraphim*, existunt; I, 58, 61. Non sunt fidem ac Cherubim; 62. Eorum officium; 64 [pag. 32].

Species Angelorum, v. Angelus, Species intellectivae, v. Intellectus.

Spes. Est necessaria ad Justificationem, v. Justificatio.

Spiritismus, ejus ortus et phaenomena; I, 289. Est diabolicus; 291. Omnino abhorrendus et fugiendus; 293.

Status quid sit et quotuplex; II, 106. Naturae purae est possibilis; 107. Status primaeus, viae et finalis; III, init. pag. 277.

In statu naturae lapsae, potest lex naturalis quoad substantiam diu servari potentia physica sine gratia; IV, 46.—sed non potentia morali; 47. Homo est debilior extrinsece, non intrinsece; 49. Potest sine ulla gratia opus aliquod moraliter bonum facere; 50. Nequit tamen amore efficaci etiam affective Deum super omnia diligere; 55, 56. Neque graves tentationes vincere; 58. Nec vitare omnia peccata mortalia per longum tempus; 60. Ad hunc effectum etiam requiritur gratia habitualis; 61.

Substantie entitative supernaturalis repugnat; IV, 9.

T

Tentatio quid et quotuplex; I, 262. Cur permittantur tentationes; 264. De causa tentationum, v. Daemones. Graves non vincuntur sine gratia; IV, 58.

Timor disponit ad justificationem, v. Justificatio.

Traducianismus; II, 15.

SS. Trinitas habitat in anima justi tamquam in templo; IV, 129.

U

Ubi angelicum, v. Locus angelorum.

Unio angeli ad corpus assumptum; I, 191.

V

Vita aeterna potest mereri de condigno; IV, 164.


Voluntarium perfectum est de ratione actus humani; III, 1, 3. Quid sit voluntarium et quomodo dividatur; I, II. Voluntarium perfectum non confundendum cum libero; 2, IV.

Voluntarium sine ullo voluntatis actu seu pura omisso libera non repugnat; 5. Moraliter tamen non datur; 7. Si effectus aliquis sequatur per accidens ex omissione requiritur obligatio illum impediendi ut sit voluntarius; 9, v. Metus, Concupiscentia, Ignorantia, Actus.

Voluntas angeli est potentia distincta ab essentia et intellectu ejus;

I, 121. Non potest cessare ab omni actu; 124. Est liberi arbitrii, v. Angelus.

Voluntas daemonum ita obstinata ut non possit poenitere; 256, —nec opus moraliter bonum elicere; 257. Obstationis causa est probabiliter male agendi necessitas moralis ex consideratione miserimi status orta; 258. Voluntas propria virtute cum gratia efficit actum salutarem; IV, 32.



A. M. D. G.

PAG.	LIN.	ERRATA	CORRIGE
58	33	linguis	linguis
76	8	2. ^o Sic	2. ^o Altera sic
79	43	desertum	deserto
80	10	venarum	ranarum
84	28	n. 197	n. 187
*	29	n. 198	n. 188
»	39	n. 188	n. 178
96	21	ex Isaías	ex Isaia
119	34	antomastica	antomastice
130	4	ad Angelis	ab Angelis
»	44	sacre	sacr.
133	32	Eu	En
137	6	Platique	Pierumque
137	10	concertus	concentus
151	29	eum	cum
180	10	indarum	indorum
182	23	voluerit	voluerit
205	3	valuerit	voluerit
215	11	impossibi-	impassibi-
227	30	omnes	omnes
233	4	aperturata	aperturata
238	31	buis-	quis-
252	13	instiutu	intuitu
»	15	incirco	idcirco
253	30	II, antiq.	L. I antiq.
261	3	miramu rsatis	miramur satis
264	3	peccati	peccato
289	39	mutef	mutat
291	9	crassa	crassa
295	24	dominum	dominium
300	40	eodem	eadem
302	35	6. ^o D.	6. ^o ex D.
303	41	I. 3.	4. 3.
307	23	pure, permissus	pure permissus
315	33	aeterna	aeterna
317	ult.	Matthae	Matthae
322	14	talis	tali
331	29	tivo; neg.	tivo explicite; neg. Implicite in honestate objecti; conc.
348	19	legem	legum

PÁG.	LIN.	ERRATA	CORRIGE
366	7	Origenes.	Origenes.
376	4-5	leg-um	le-gibus
»	9	legum	legibus
384	penult.	leges	lege
400	37	Augustianos	Augustinianos
418	penult.	habres	haeres
464	19	illam	illam
470	4	nata-	natu-
477	10	indeliberate-	indeliberati
499	35	hómimos	hómimis
500	22	patres	fratres
535	23	erius	terius
536	31	nos	vos
551	19	licita	licite
559	7	tantummodo	tantummodo
»	16	Frinz	Frins
574	10	efficace	efficaci
578	penult.	opera.	opera

OBRAS QUE SE HALLAN DE VENTA

EN LA

LIBRERÍA DE SUBIRANA HERMANOS

GALERÍA SAGRADA

623 colección selecta de vidas de santos que comprenderá las mejores y más completas que se han publicado y se irán publicando de algunos santos más conocidos y venerados en España.

VIDAS PUBLICADAS

Vida de S. Ignacio de Loyola, fundador de la Compañía de Jesús, por el P. Rivadeneyra, seguida de un penegrico del mismo Santo, por el P. Borgo, ambos de la misma Comp.—1 tomo en 4.º, 5 ptas.

Vida de S. Pedro Claver, de la Comp. de Jesús, por el P. José Fernández, sacada de los procesos hechos ante el Ordinario de Cartagena de Indias (1657-1660), refundida y acrecentada por el Padre Juan M.ª Solá, de la Comp. de Jesús.—1 tomo en 4.º, 5 ptas.

Vida de S. Alonso Rodríguez, Coadjutor temporal de la Compañía de Jesús, por el P. Jaime Nonell, de la misma Comp.—1 tomo en 4.º, 5 ptas.

Vida del angélico joven S. Juan Berchmans, de la Compañía de Jesús, por el P. Federico Cervós, de la misma Compañía.—1 tomo en 4.º, 5 ptas.

Vida del angélico Protector de la juventud S. Luis Gonzaga, de la Comp. de Jesús, por el P. Cervós, de la misma Comp.—1 tomo en 4.º, 5 ptas.

Vida de S. Estanislao de Kostka, novicio escolar de la Compañía de Jesús, por el P. Vicente Agustí, de la misma Compañía.—1 tomo en 4.º, 5 ptas.

Vida y milagros de S. Francisco Javier, de la Comp. de Jesús, por el P. Francisco García, de la misma Compañía.—1 tomo en 4.º, 5 ptas.

Glorias de S. José escritas por el P. Francisco J. Butiñá, de la Comp. de Jesús.—1 tomo en 4.º, 5 ptas.

Todas las obras que componen esta GALERÍA están ricamente encuadradas en percalina inglesa, con planchas en oro y colores y van adornadas con un precioso grabado al acero además de otras láminas intercaladas en el texto.

Diccionario de Ciencias Eclesiásticas. Teología dogmática y moral, Sagrada Escritura, Derecho canónico y civil, Patrología, Liturgia, Disciplina antigua y moderna, Historia eclesiástica, Papas, Concilios, Santos, Ordenes religiosas, Cismas y Herejías, Escritores, Personajes célebres, Arqueología, Oratoria Sagrada, Polémica, Crítica, Misiones, Mitología, Errores modernos, etc., etc., y principalmente cuanto se refiere á nuestra España; publicado bajo la protección y dirección de muchos señores Arzobispos y Obispos, por los señores Dr. D. Niceto Alonso Perujo, Doctoral de Valencia y Dr. D. Juan Pérez Angulo, Auditor del Supremo Tribunal de la Rota, y otros muchos distinguidos escritores eclesiásticos.

Obra de suma utilidad y reconocido mérito, elogiada y recomendada por muchos Ilmos. Prelados de España y América y por la prensa católica.—Consta de diez tomos, casi folio á ptas. 110 en rústica y 130 encuadrada en medio chagrin.—Al que tome cuatro ejemplares de pago, se le dará otro gratis en rústica.

Diferencia entre lo temporal y lo eterno.—Desengaños de la vida con la memoria de la eternidad, postrimerías humanas y misterios divinos, por el P. Nieremberg.—Un t. en 4.ª, ptas. 1'63 rama y 2'50 en pasta.

El Director de las almas.—Método para dirigir las por el camino de la perfección cristiana. Obra utilísima á confesores y penitentes; escrita por el V. P. Pedro Juan Pinamonti, de la Compañía de Jesús.—Un t. en 8.ª ptas. 2 en rama y 2'75 en piel de color.

La Iglesia Romana y la revolución.—Obra compuesta en vista de documentos inéditos por J. Créteineau-Joly, y traducida por D. Victor Gebhart.—Dos t. en 4.ª á ptas. 2 en rústica y 3 en un solo vol. 1/4 pasta.

El Orden internacional por Carlos Périn. Traducido al español por D. Antonio José Pou y Ordinas, ex-profesor de Derecho Internacional de los estudios fundados en la Universidad de Zaragoza por la Diputación Provincial y actualmente catedrático de Economía Política y Estadística en la Universidad de Barcelona.—El sabio autor de esta obra deja demostrado de una manera incontestable, que las leyes é instituciones de la Iglesia pueden colocar á la Sociedad internacional en sus condiciones naturales de orden y progreso; mientras que son impotentes para conseguirlo las combinaciones del espíritu humano, entregado á sus propias fuerzas y los esfuerzos de la política moderna. La conclusión práctica de M. Périn es la afirmación del derecho de jurisdicción, en todos los órdenes de la Iglesia católica, cuya soberanía en nada perjudica á las soberanías temporales, á las que comunica nueva virtud para establecer un orden social estable, fundado en las normas de la justicia cristiana.—Un tomo en 4.ª 5 ptas. en rama y 6'25 en pasta.

UNIVERSIDAD

JUAN L

UN

NOMA DE NUEVO LEÓN


AL DE BIBLIOTECAS



CAPILLA ALFONSINA

U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta
antes de la última fecha abajo indi-
cada.

 <p>UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN VERITATIS</p>			

B839

C3

v.4

pte.1

45006

AUTOR

CASAJOANA, Valentini P.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECAS

